NAZIONALE
13
15 E
12
B-29. a. 49
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

COMPENDIVM
ET
INDEX
AD CONSVLTATIONES CANONICAS D. IACOBI PIGNATELLI.

Omnes decem Tomos compleċtens

IN ALPHABETICO ORDINE MATERIARVM DISPOSITVM

AB VTRIVSQVE IVRIS DOCTORE

ABB. CARMINO THOMA PASCVCCIO

SACERDOTE FREQVENTINEN.

Cum aliquibus Additionibus, & duplici Indice, Materiarum ſcilicet, & Conſultationum, ſiuè Argumentorum locupletiſſimo, ac facili.

Quo omnia, quæ à D.Pignatello per decem Tomos diſperſim dicta ſunt, ſingula ſingulis ſuis in locis vnita ordinatim in copioſo compendio clarè, & facilè reperiuntur.

Opus cum Iudicibus, tum Curialibus, quàm Parochis, tàm Parochianis, vt Eccleſiaſticis, ità Sæcularibus, ac Regularibus vtiliſſimum, Theologis, Canoniſtis, Moraliſtis, Iuriſtis, necnon vtrique Foro, non tantum prò Vrbe, ſed etiam prò Orbe toto Terrarum apprimè neceſſarium, ob faciliorem commodum binas in partes diuiſum.

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO

D. IOANNI FRANCISCO CARDINALI ALBANO DICATVM.

PARS SECVNDA.

ROMAE, M.DC.XCIX.
Ex Typographia Ioſephi Monaldi.
SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

Pertinet ad Bibliothecam S. fran.ci Transtyberim

Digitized by Google

COMPENDIVM,
ET
INDEX
AD CONSVLTATIONES CANONICAS D. IACOBI PIGNATELLI,

DE LEGATIS PIIS.

Ex his verbis codicillaribus pij teſtatoris: *Corpus ſuum tradi voluit ſepulturæ in Eccleſia S.Hermetis, cuius Canonicis reliquit agros Mermillianos, quorum prouentus diuidi voluit inter ipſos, ità tamen, quod prouentus primi anni in reparationem, & fulcimentum dictæ Eccleſiæ, ac paramentorum, aliorumque vtenſilium emptionem, non tamen ornamentorum expendantur*. Quæritur:

An huiuſmodi verba intelligatur prò vnica vice, vel in perpetuum, ſiuè diſcretiuè de primo anno ſingulorum Canonicorum prò tempore? Vbi an ſit ſimonia exigere a prouiſis aliquam ſummam ad vſus pios? tomo I. Conſult. 158.

Dicendum eſt, hoc onus eſſe perpetuum. Ità Aluaradus *de coniect. lib.2. cap.1. §.2. num.24.* Perez de Lara *de Anniuerſ.lib.1.cap.3. nu.9.* & alij. Deſumitur ex *l.Annua §. Actia ff.de ann.legat.*

Nec obſtat, ſi dicatur, hoc eſſe ſimoniacum, atque prohibitum ab Alexandr.II. *in cap.ex multis 1.quaſt.3.§.Conſtituimus.* Et proindè ex hoc textu Rota coram Puteo *dec.396.num.2. lib.3.* tenet, collationem eſſe nullam cum onere, vt aliquid detur prò fabrica donarijs &c.

Nam reſpondetur ex hoc textu excludi dumtaxat veram ſimoniam, quatenus prohibet, quod non detur aliquid prò obtinendo beneficio, atquè adeò in eum finem, vt beneficium obtineatur. Dictio enim *Prò* importat cauſam finalē, Ruin. *conſ.29.n.19.lib.2.* Gabriel.*conſ.178. n.15.lib.1.*

Quare procedit in caſu, in quo temporale ordinatur ad obtinendum ſpirituale. Quod etiam indicant ſequentia verba. *Qui aliquid malè accipit*, quę ſignificant, quod beneficium malè accipiatur, quia prò eò obtinendo aliquid temporale exhibetur, in quo committitur ſimonia.

At quando in alium finem aliquid exigitur de fructibus beneficij à collatore, aut exhibetur à collationarijs, vt eſſet ad ſubleuandam Sacrarij paupertatem, ad fabricam Eccleſiæ, aut aliud ſimile opus pium, nequaquam interuenit ſimonia. Et ideò valere conſuetudinem, ac eſſe rationabilem exigendi aliquid ab obtinentibus beneficia conuertendum in vtilitatem Eccleſię, & pios vſus, tradunt Felin.*in cap.cum M.de conſtit.* Abb. *in cap. Iacobus num.4. de Simon.* Ripa *reſponſ.1.num.11. de arbitr.* & alij.

Digitized by Google

Quamobrem etiam Sac. Congr. Conc. ſeù potius Summ. Pont. ex ſententia Sac. Congr. declarauit, valere Statutum, quod certa portio ratione nouæ poſſeſſionis Canonicatuum ſoluatur, conuertenda in fabricam, & ornatum Eccleſiæ, vt refert Barboſ. in Collect. *in eundem locum Trid. ſeſſ. 24, de refor. cap. 14.* & Garz. *de beneſic. par. 3. cap. 2. num. 198. declar. 9.* In vna *Segobien.* 11. Iulij 1590. cuius tenor hic eſt:

An Conſtitutio quadam ab Epiſcopo, & Capitulo poſt Conc. Trid. de ſoluendo tertiam pecunia quantitatem ratione noua poſſeſſionis Epiſcopatus, & Canonicatuum, ac dignitatum, diſtribuendam in fabricam, & ſalaria Notarij, Curſorum, Campanarij, & aliorum Miniſtrorum Eccleſia, quibus iam alia conſtituta ſunt certa ſalaria, ſit valida, nec ne? Sanctiſſimus D.N. ex ſententia Sac. Congr. reſpondit, huiuſmodi Conſtitutionem ſeruandam, nihil tamen ex ea pecunia Notarijs, Curſoribus, & Campanario, alijſque Eccleſia Miniſtris tribuendum, ſed integram ſummam in vſus fabrica conuertendam, atque ità libenter ſoluendam, tam à Capitularibus, quam ab Epiſcopo, cum ſperari poſſit officium Eccleſiaque dignitatem, qua ob huiuſmodi largitatem in adificium, ornatumque Eccleſia factam ſumit exordium ad mixticam quoque Eccleſia adificationem feliciter in Domino proceſſurum.

Ratio deſumitur ex eo, quod licet fructus beneficiorum non ſint obligati Eccleſiæ, vel Sacriſtiæ, æquitas tamen exigit, quod Eccleſia participet aliquam portionem, dum inſeruit Beneficiatis, & ſubminiſtrat commoditatem peragendi functiones, ad quas tenentur ratione beneficij, præſertim, ſi prouentus ipſius ſint tenues, ità vt non poſſint commodè ſufficere prò manutentione.

Cum ergò in hoc caſu ex fundatione pij teſtatoris decernatur, ac veluti deducatur in pactum, ſanè ſtabilitur id, quod eſt ſecundum æquitatē, ſtatimque apparet titulus, quo id iuſtificetur, & quo etiam ſuſpicio ſimoniæ excludatur, quę etiam in dubio ſemper excludenda eſt; Mohedan. & *deciſ. 224.* Puteus *dec. 381. lib. 1.* Mellin. *dec. 104. num. 7.*

An hæres cogi poſſit, vt celebrentur Miſſa à Teſtatore relicta in Eccleſijs ab eo deſignatis?
Vide de Miſſæ Sacriſ. tom. 1.
Conſult. 324.

QVædam Menſa Epiſcopalis ex conſuetudine recipit tertiam partem decimarum, oblationum, & piorum legatorum, quæ fiunt Eccleſiæ Cathedrali. Cumque fuerit donatum Sacrario eiuſdem Eccleſiæ quoddam Oliuetum, & Societati Sanctiſſimi Sacramenti, quæ in eadem Eccleſia congregatur, fuerint legata ſcuta centum auri. Quęritur:

An ex d. Oliueto, & legato eidem Menſa Epiſcopali debeatur portio conſueta? tom. 1.
Conſult. 368.

NEgatiuè. Ità declarauit Sac. Congr. Conc. in vna *Signina* 16. Martij 1647. *ad cap. 3. ſeſſ. 25. de refor.*

An Fratres Minores Obſeruantia ſint capaces legati, ſiuè in perpetuum, ſiuè ad longum tempus prò celebratione Miſſarum? Et quid de Legato fiduciario, ſiuè confidentiali? to. 3.
Conſult. 16.

TEnendum eſt, Fratres Min. Obſeruantes eſſe omninò incapaces huiuſmodi legati, ac proindè nulliter relinqui. Ità *Clem. Exiui §. Cumque de verb. ſignif.* Gloſ. *in cap. Quorundam, & Mendicantium de elect. in 6. & in cap. 1. de Relig. Dom.* Bartol. *tr. minor. quaſt. lib. 2. diſt. 6. cap. 1. num. 23.* Bald. *in auth. ingreſſi v 59. C. de Sacroſ. Eccleſ. ac alij*: Ratio eſt, quia iuxtà *d. Clem. Exiui annui redditus inter immobilia cenſentur à iure, ac huiuſmodi redditus obtinere paupertati, & mendicitati repugnat, nullaque dubitatio eſt, quod prædictis Fratribus redditus quoſcumque ſicut & poſſeſſiones, vel earum etiam vſum cum eis non reperiatur conceſſus, recipere, vel habere, conſiderata conditione ipſorum, non licet.* Quæ verba adeò ſunt perſpicua, vt equidem admirer in illis vmbram quæri poſſe, tanquam anceps eſſet, & adhuc in trutina, num Sacrorum Canonum determinationi eſſet obtemperandum?

Certum enim eſt, Fratres Minores habere dumtaxat vſum rerum neceſſariarum, non autem aliquod dominium. Legatum autem quodcumque transfert ius, & dominium in Legatarium, etiam ignorantem quoad actionem realem, & perſonalem, vel ſtatim à morte teſtatoris, vel ab adita hæreditate, *leg. cum pater § ſurdo ff. de leg. 2. & leg. 1. C. com. de leg. & leg. à Titio ff. de furtis.* At licet Minores de Obſeruantia ſint incapaces annui redditus ipſis relicti detinendi, illum tamen, non apud hæredem remanere, ſed vendi, & pretium, quod indè redactum fuerit, in fabricam, vel alias Eccleſiæ neceſſitates conuerti debere eadem Sac. Congr. Conc. declarauit, quæ etiam cenſuit in vna *Romana* 23. Auguſti 1659. eoſdem Minores de Obſeruantia eſſe incapaces legatorum cum onere Miſſarum.

Idem declarari, ac firmari debet in Legatis, in quibus cauſa adiecta legitur, nimirum explendi voluntatem legantis ſecretò, et ſub ſigillo Confeſſionis legatario commiſſam: Quia exindè aut vllum penitus commodum Religioſus legatarius aſſequitur, & huiuſmodi munus præſefert quodammodò teſtamentariam executionem, quæ Minoritis à Sac. Canonibus prohi-

prohibetur etiam de licentia Superioris, vt ex *d. Clem. Exiui §. verum etiam de verb. ſignif.* & Nauarr. *& in Lucer. Regul. v. teſtamenti exequutor. num.* 4. Alij Regulares ſine expreſſa ſuorum Superiorum licentia eam aſſumere neqneunt, ſiuè ad cauſas profanas, ſiuè ad pias, *cap.* 2. *& fin. de teſtam. in* 6. *cap.* 10. *num.* 71. Aut aliquod commodum Religioſus legatarius ex huiuſmodi legato conſequi poteſt, vel retinendo penes ſe per aliquod tempus pecuniam legatam, vel eam, cui maluerit diſtribuendo. Quod certum eſt ei prohibitum eſſe: quia non ſolum ideſt contrà formam Sacrorum Canonum, & Regulę, ſed etiam contrà emiſſum paupertatis votum, vt in puncto Turrian. 2. 2. *tom.* 1. *diſp.* 84. *dub.* 35.

Equidem ſub hoc velamine ſecreti, & ſigilli Confeſſinnis non modica ſuſpicio ſimnlationis, & fraudis ſubeſſe poteſt, ad effectnm ſcilicet eludendi eodem tempore Votum, Regulam, & Cannnes. Quinimmò ſimulatio confidentiæ videtur manifeſta: Quia concnrrunt cauſa ſimulandi, eiuſque manifeſtiſſimæ demonſtrationes, ex quibus concludenter probatur. Rot. *deciſ.* 179. *num.* 3. *p.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 11. *num.* 2. *p.* 7. *recen.* Cauſa autem ſimulandi patet ex incapacitate Religioſi, qui huiuſmodi legata conſequi non poteſt, niſi confidentia adhibeatur. Patiſ. *de confiden. benef. quaſt.* 9. *num.* 47. *& ſeqq.* Demonſtratio verò eſt clariſſima: nam teſtator facie annuum legatum; vt ſatisfaciat ſuæ voluntati in confeſſione exploratæ. Et tamen facit ad vitam Religioſi, qui mori poterit paucis diebus poſt teſtatorem, & hoc modo poterit remanere eius voluntas ſine exequutione. Quod præcipuè locnm habet, ſi Religioſus ſit teſtatori conſanguineus; Ipſa enim ſanguinis coniuuctio maxima demonſtratio eſt, non ſolum quia ſimulatio inter coniunctos facilè præſumitur, Rot. *deciſ.* 179. *num.* 6. *& ſeqq. p.* 4. *tom.* 2. *recen* Sed etiam quia coniuncto legatum præſumitur factum potius ratione ſanguinis, quam pietatis. Caual. *deciſ.* 212. *n.* 6.

In quibus videtur, non poſſe dubitari de fraude, quæ per huiuſmodi legata fit, ideòque omni remedio, tam graui morbo occurri debet, prohibendo acceptationem, ac detentionem huiuſmodi legatorum ad tex. *in d.* Clem. *Exiui* §. *Cupientes de verb. ſignif.* Sangh. *lib.* 7. *in decal. cap.* 26. *num.* 11. & Lezan. *tom.* 2. *ſum. p.* 2. *v. Legatum num.* 6. Nec vlli Religioſo ſuffragari poterit Breue forſan à Sede Apoſtolica cnnceſſum: Quia dato aliquali commodo ergà ipſum Religioſnm Legatarium, remanet ſubreptitium, ſicque ipſo iure nullum, *cap. ſuper litteris*, ibique Felin. *num.* 8. *de reſcrip.* Rot. *in recent. deciſ.* 10. *num.* 2. *&* 3. *p.* 4. *tom.* 2. Vel ſaltem corruit defectu intentionis Sum. Pontificis, cuius exceptio admittitur à fortiori, etiam in gratia motu proprio conceſſa. Pariſ. *conſ.* 1. *num.* 74. *lib.* 1. Seraph. *deciſ.* 965. *num.* 11. *& deciſ.* 981. *in princ.* & alij, ac Rot. *deciſ.* 116. *num.* 3. *cum ſeqq. par.* 5. *recent.*

Prò puritate autem Regulæ Franciſcanæ producam exemplum illuſtre ſub Sixto IV. Iacobus ab Alexandria Palearum Guardianus S. Montis Syon nimia prouidentia Sacris locis acquiſiuit perpetuas poſſeſſiones, & bona immobilia, præſertim duas villas in Inſula Cypro, conſtituto Procuratore, qui perceptos indè annuos fructus in Fratrum commoda conuerteret. Sed Vicarius Generalis rem inſolentem ſtatui, & honori Regularis Obſeruantiæ aduerſam, & emolumento Sacrornm locorum pręiudicioſam, abſque exemplo, conſilio, vel authoritate factam, damnauit, & conſtituto Nuncio Fratre Placentino, per literas Iacobo ſub obedientię præcepto, & cenſurarum incurrendarum pæna mandauit, vt ſtatim omni iuri, & prætenſioni in eas villas cederet, omnia poſſeſſionis inſtrumenta combureret, Procuratorem deſtitueret, nequè quicquam cum huiuſmodi proprietatis iure haberet. Intereà verò Iacobus ad Babiloniæ Sultanum proficiſcens, vt Sacrorum locorum negotia cum illo tractaret, ipſo die Paraſceuè 20. Mart. in vaſta ſolitudine efformata ex occurrentibus lignulis Cruce, in eius amplexu piè mortuus eſt, & ſocij Corpus Alexandriam Ægypti detulerunt, & in Eccleſia S. Marci ſepelierunt; Vbi verò mortis eius Nuncium ad Vicarium Generalem tuliſſent, eadem, quæ illi per literas præcepit, nouo mandato iuſſit Vicario Montis Syon, in vtriſque literis grauiter inculcans quam imprudens, & Minoritis noxiam illud factum fuerit, aut quidquam humanæ prouidentiæ contrà S. Franciſci paupertatem tribuere. Quibus Vuandingus anno 1636. in Sacra Congregatione Propag. Fid. vbi de ſimili prouiſione prò Fratribus Terræ Sanctæ tractabatur, prò zelo ſuo, & Regulę puritate prudenter, & opportunè vſus eſt, & obtinuit. Ità Haroldus *in epiſt. Annal. Min. ad an. Chriſti* 1477. §. 5.

An impubes maior factus poſſit variare Eccleſiam à Tutore deſignatam prò celebratione Miſſarum? tom. 4. Conſult. 214.

RESp. licere: Nam tutela pubertate finitur *inſtit. quib. mod. tut. fin. in princ.* Et ità in hac ſpecie declarauit Sac. Congr. Conc. in *Neapolitana celebrationis* 24. Mart. 1668.

Quo pacto ſatisfactio Miſſarum in iudicio probari poſſit, etiam apud Tribunal Reuerendę fabricæ? Vide de Miſſæ Sacrif. to. 4. Conſult. 218.

An ſint validę acceptationes perpetuæ Miſſarum factæ ſine licentia Superiorum? Vide de Miſſæ Sacrif. tom. 4. Conſult. 222.

An

Digitized by Google

An acceptatio Legatorum prò certo numero Miſſarum annualium, ad quarum celebrationem fructus relicti non ſufficiunt, & nomine fabricæ S.Petri interpellantur Legatarij, an velint illa legata acceptare, & ipſi reſpondent, ſe velle acceptare animo obtinendi reductionem, ſit de iure admittenda? tomo 4. Conſul. 226.

AFfirmatiuè. Quoniam, etſi liberè interpoſitum ſit pactum ſuper onere Miſſarum, quatenus nemo ad paciſcendum compelli poteſt iuxtà *l. diem §. ſtare autem ff. de recep. arbitr.* Quia tamen huiuſmodi pactum tendit in præiudicium ſucceſſorum Eccleſiæ, cum opeteтur, quod publici Miniſtri non habeant ex miniſterio offerendi Sacrificium congruam ſuſtentationem, quæ illis debetur ratione huius muneris, ideò eſt capax reductionis, quatenus non debet permitti, quod priuatorum pactis, publica vtilitas mutetur per tex. *in l. 2. §. Sed qua veremur C. de iuram. calum.* Ruin. *conſ.* 10. *n.* 5. Fulgoſ. *conſ.* 29. ac alij.

Hiſque accedit, quod decreta Sacræ Congregationis Conc. *de celebr. Miſſar.* requiritur, quod Miſſæ perpetuæ habeant congruum emolumentum, quod oneri correſpondrat, vt diligenter eidem oneri ſatisfiat. Et ideò, ſi conuentio non ſit conformis prędictis decretis, non ſolum non habebit iuris aſſiſtentiam, ſed potius lex conuentioni reſiſtet.

Et ità declarauit Sacra Congregatio Conc. in *Romana* 26. Ianuarij 1644. nempè, acceptationem huiuſmodi eſſe de iure admittendam.

Obiectio autem contrariorum locum habet, vbi onus Miſſarum ex conuentione eſſet ęqualiter compenſatum, non verò vbi inęqualiter.

An ſubſidium dotis legatum prò maritandis honeſtis puellis cum reſtitutione dotis in caſu, quo proles non exiſtat, poſſit dari Virginibus ad profeſſionem regularem admittendis? to. 5. Conſult. 82.

NEgatiuè: quia teſtator reſpicit ad Matrimonium carnale; Legatum autem inſtitutum prò maritandis honeſtis puellis non poteſt tribui ingredientibus Religionem, quamuis cauſa ſit magis pia, vt docent communiter Doctores, Bald. *in auth. quia rogati num.* 11. *v. quæro nunquid ad Trebel. & in nouell. de dot. priuil.* 77. *num.* 2. Loazez. *in rep. l. fin. famil. §. Diuin,* 139. *ff. de legat.* 1. alijque.

Secundò: quia ità expoſtulat conditio voluntaria teſtatoris; Conditio autem, ſiuè forma voluntaria in hoc differt à neceſſaria, quod hæc per ęquipollens impleri poteſt, illa verò in ſpecie implenda eſt. *l. Meuius ff. de condit. & demonſtr.* Bartol. *in l. Gallus §. & quid ſi tantum n.* 3. *ff. de liber. & poſth.* Galiaula *ibidem num.* 8. ac alij.

Cum igitur diſpoſitio teſtatoris ſit voluntaria, debet in forma ſpecifica impleri, itàut legatum tribuatur puellis maritandis, prò quibus ex mente teſtatoris intelligitur legatum inſtitutum, non verò prò ingredientibus Religionem.

[Quibus addo ipſe compendiator, quod, puellæ maritandæ habent ius ad rem, nempè ad legatum eò ipſo, quod habent requiſita neceſſaria ad illud obtinendum, quo iure non poſſunt iuſtè abſque cauſa ſufficienti priuari.]

Et ità declarauit Sacra Congregatio Conc. *ad cap.* 5. *ſeſſ.* 25. *de refor.* in *Barenſi ſubſidij dotalis* 15. Septembris 1668. vt ſequitur:

Sacra, &c. cenſuit, ſubſidium dotis legatum prò maritandis honeſtis puellis, cum reſtitutione dotis prò multiplico montis in caſu, quo filij non exiſtant, non poteſt dari Virginibus ad profeſſionem regularem admittendis.

[Et demum in caſu carentię filiorum remanet ſpes redeundæ dotis vndè exierat, ad mentem teſtatoris, quæ ſpes prorſus amitteretur, ſi applicaretur puellæ monachandę, vt ipſemet ſummator cenſeo.]

1 *An reductio Miſſarum ex legato cum expreſſa obligatione, & ſubſtitutione, obtenta à Sacra Congregatione Conc. ſine expreſſione dictæ obligationis, & ſubſtitutionis, ſit valida, itàut Fabrica S. Petri in ea ſe ingerere non poſſit? Et*

2 *An huiuſmodi reductio commiſſa Epiſcopo, poſſit fieri ab eius Vicario?* tom. 6. Conſult. 69.

AD 1. Negatiuè: Quia onus Miſſarum non prouenit ex ſimplici legato, ſed ab obligatione ex legato, & ab expreſſa promiſſione, & obligatione; Reductio autem ex ſtylo Sacræ Congregationis non ſolet concedi, quandò adeſt promiſſio, & obligatio inſtrumentalis, & ſtylus potiſſimum inſpicitur in diſcernendo, an ea, quæ tacita ſunt, inducant ſubreptionem, ex tradit. annot. ad Gregor. XV. *dec.* 150. *num.* 11. *ante med.* Deindè quia non fuit expreſſa ſubſtitutio per teſtatorem adiecta. Et ideò neceſsè erat vocare ſubſtitutos, cum fortè potuiſſent ſe obligare ad integra onera; Vndè diminutio oneris non vocatis ſubſtitutis, de quorum præiudicio agebatur, & non impleta voluntate teſtatoris, eſt minus legitima; Genuen. *pract. Eccleſ. cap.* 263. & Tiraquel. *priuil. piæ cauſ.* 191. ac alij.

Semper enim gratiam, quæ alteri præiudicium infert, cenſetur Principem non concedere, vel ſaltem difficillius. Rot. coram Greg. XV. *deciſ.* 150. *num.* 4. Et cum huiuſmodi onera ſint pacto firmata, debet pactum ſeruari, *lib.* 7. *§. Prætor ff. de pact. & cap.* 1. *&* 2. *de pact.*

Ad 2. Etiam negatiuè: Quia Vicarius cauſam Epiſcopo delegatam non poteſt cognoſcere, niſi additum fuerit; *Siuè eius Vicario Generali.*

Bar-

Digitized by Google

Barboſ. *de offic. & poteſtate Epiſcop. allg.* 54. *num.* 111.

Nequè obſtat, quod non ſit cauſa commiſſa, ſed remiſſa: Quia non remittitur reductio, ſed libellus, in quo continetur reſcriptum Epiſcopò directum, qui reducat authoritate Sacrę Congregationis; Vndè cum non agatur de remiſſione ad Ordinarium ſuper re ad eius iuriſdictionem pertinente, ſed ſuper negotio ei prohibito, & per ipſum expediendo vigore ſpecialis commiſſionis authoritate Sacræ Congregationis, intrat concluſio, quod Vicarius de eo cognoſcere non poſſit.]

Eò minus, quandò reductio à Sacra Congregatione non ſolum eſt commiſſa Epiſcopo, ſed cum clauſula conſueta, *qui prò ſuo arbitrio, & conſcientia moderetur*, quę fortius reſtringit commiſſionem ad perſonam nominatam, & omninò ſubdelegationem excludit, *l. nulli*, vbi Bald. *num.* 4. *C. de Epiſc. & Cler.* Marcheſ. *de commiſ. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 90.

[Et addo ego compendiator, quod Delegatus in cauſa particulari, vt in hoc caſu, non poteſt ſubdelegare: quia eſt electa induſtria perſonæ; Vndè etiam ſi Epiſcopus eum vellet in hac cauſa ſpecialiter ſubdelegare, non valeret.]

TEſtator legauit, quod ab Epiſcopo eligantur pauperes Virgines ad dotes à ſe relictas prò Monachandis. Mittitur ad Diœceſim Epiſcopi Vicarius Apoſtolicus. Quæritur:

An hęc electio, ſiuè nominatio ſpectet ad Epiſcopum, an verò ad Vicarium Apoſtolicum?
tom. 8. Conſult. 2.

PErtinere ad Epiſcopum, non autem ad Vicarium Apoſtolicum certum omninò videtur; Nam Vicarius Apoſtolicus mittitur ſolum ad exercendum ea, quæ pertinent ad iuriſdictionem Epiſcopi, non autem quæ ad illius perſonę induſtriam, & prudentiam, Pellegrin. *in prax. Vicar. par.* 1. *ſect. num.* 1. & Nicol. *in floſc. v. Vicarius Apoſtolicus nu.* 21. Dum enim eligitur perſonæ induſtria, ad aliquod munus obeundum, id delegari nequit, *cap. fin. §. is autem dè offic. deleg. & cap. is cui eodem tit. in* 6. In hac autem nominatione eligitur induſtria, & prudentia Epiſcopi. Primò quia fundator iudicio, & prudentiæ Epiſcopi remittit nominationem, & electionem puellæ monachandæ, vndè videtur de perſona Epiſcopi, tanquam Paſtoris confidere, atque ità eius induſtriam eligere.

Secundò: quia tunc cenſetur electa induſtria perſonę, cui prouidere committitur de re aliqua, vt de beneficio, de dote, &c. quandò ei committitur, vt de tali beneficio, vel dote prouideat de perſona idonea, & ſic non expreſſa certa perſona, ſola perſonæ idoneitas requiritur. In hoc autem caſu non eſt expreſſa certa perſona ad hanc dotem nominanda, atque adeò cenſetur electa induſtria perſonæ, à qua nominatio fieri debet, Gloſ. *in d. cap. is cui de offic. deleg. v. Prouincia*, Rot. *p.* 6. *recent. deciſ.* 36. *num.* 24. 28. & 62.

Itàque cùm in hac electione requiratur induſtria, & prudentia perſonæ à teſtatore electę, quę eſt Epiſcopus, ad ipſum quidem, non autem ad Vicarium Apoſtolicum pertinet huiuſmodi nominatio.

De Legatis à pia muliere ex Parochia S. Dorotheę, relictis Eccleſiæ S. Caroli ad quatuor fontes de Vrbe, in qua ſepulturam ſibi elegit his verbis: Alla cui Chieſa laſcia ſcudi 50. cioè ſcudi 25. per far celebrare tante Meſſe per ſuffragio dell'anima di eſſa teſtatrice, & altri ſcudi 25. per tutto quello poteſſe pretendere di ragion di ſepoltura, ò per altra cauſa, con patto, e conditione, che i Padri di detta Chieſa la debbano fare eſporre con ſei torcie, e farla ſotterrare con caſſa, e con far celebrare la Meſſa del trapaſſo, *deberi Canonicam portionem Parocho ſupradictæ Eccleſiæ S. Dorotheæ certi omninò iuris eſt?* tom. 8. Conſult. 3.

ID enim expreſsè decernitur in *Clem. dudum de ſepul. §. Verum*. Ex quorum verborum amplitudine manifeſtè conſtat, quod nihil excluditur ex ijs, quæ ex teſtamento, vel ex occaſione mortis, vel ſepulturæ obueniunt, ſed de omnibus debeat quarta Parochialis ſolui. Abb. in *cap. in noſtra de ſepul.* Io. And. *in cap.* 1. Gloſ. & Doctores *in cap. certificari eodem tit.* & alij. Siquidem, vt conſtat ex *cap.* 1. 2. *&* 4. *de ſepul.* teſtator ipſe eſt, qui ratione Sacramentorum, & ſubſidij ſpiritualis, quod ab Eccleſia Parochiali accepit, relinquere tenebatur quartam partem eorum, quę Eccleſiæ, in qua ſepulturam elegit, reliquit; Vndè Eccleſia ſepulturę tenetur illi ſoluere eam in defectum teſtatoris, qui id non fecit, quę eſt ratio Panormitani, quam ſequitur Molina *de iuſt. & iur. tract.* 2. *diſp.* 100. *§. cum de relictis*.

Et in ſpecie, quod de Legatis promiſſis debeatur quarta parochialis docent Petr. de Vbald. Baldus, Alex. Sylu. & Lauor. *var. lucubr. tit. de priſc. fun. rit. cap.* 17. *num* 18. & alij. Quia, cùm illæ obueniant Eccleſiæ cauſâ mortis, detrahi ab ipſis debet quarta parochialis, tenet Gloſ. in d. *Clem. dudum d. v. funeralibus*. Quod præcipuè locum habet in hoc caſu, in quo defuncta ſepulta eſt in Eccleſia, cui legatum reliquit.

Quo verò ad quartam funeralium eidem Parocho de iure debitam decernitur in d. *Clem. dudum*, & *in cap. certifican de ſepul.* & prò Parochis Vrbis decernitur in Statuto Cleri Romani *cap.* 4. & in decreto Sacræ Congregationis

Prę-

Digitized by Google

Pręſrictorum ſub anno 1629. contrà omnes Vrbis Eccleſias, tam Regularium, quantumlibet priuilegiatorum, quam etiam Nationalium ab Vrb. VIII. ſub die 21. Martij eiuſdem anni confirmato, ac etiam in ſententia data 20. Decembris 1650. à Reuerendiſſimo Vicegerente contrà quoſcumque Regulares, & firmata ſub die 2. Aug. 1651. ab Eminentiſſimis DD. Card. ab Innoc. X. ad id deputatis, vt dixi *tom.* 4. Quare non non eſt amplius de hac re dubitandum.

1 *An licitum ſit Epiſcopis, eorumque Officialibus ex Conſtitutione Synodali percipere ſalaria prò executione Legatorum, videlicet prò iudicatione, & decreto?*

2 *An dictis Officialibus licitum ſit percipere ſalaria prò ſententijs in cauſis criminalibus, beneficialibus, & Matrimonialibus, & an circà hoc ſit attendenda conſuetudo percipiendi certam ratam?*

3 *An Adminiſtratores operum piarum à fundatore deputati, poſſint ab Epiſcopis, vel eorum Viſitatoribus contrà ordinata à fundatoribus remoueri, & mutari?*

4 *An ſupradicti Adminiſtratores in fundatione deputati, poſſint abſentes compelli ad exhibendum libras adminiſtrationis, vbi reſident Epiſcopi?*

5 *An Epiſcopis, eorumque Miniſtris, ac Viſitatoribus liceat exigere pœnas in viſitatione antecedenti comminatas, ob non executionem decretorum, tunc factorum, eoſque ſibi ipſis, vel Epiſcopis applicare?* tom. 8. Conſult. 17.

AD 1. Affirmatiuè: Nam licet Sacra Congregatio Conc. alias declarauerit, Epiſcopo non licere ſalarium percipere prò decretis factis ſuper executione legatorum piorum, vt in vna *Vicen. ſalarij* inter Epiſcopum, ex vna, & Iuratos Ciuitatis Minoritię Prarorum Regis, ac alios ex altera ſub die 16. Septembris 1645. his verbis.

Sacra, &c. cenſuit, ſtandum in decretis ſub die 18. Martij proximi præteriti ſcilicet, non poſſe Epiſcopum Vicenſem, nec illius Officiales in viſitatione quidquam recipere prò decretis, ſeù iudicatura executionis teſtamentorum, vel piarum voluntatum, aut piorum locorum, ſed gratis fieri omnino debere, non obſtante quacumque conſuetudine, etiam immemorabili, prout nec extrà viſitationem poſſe per Epiſcopum, aut illius Officiales quidquam percipi prò huiuſmodi decretis, ſeù iudicatura, ſed tantumodò aliquid moderatè ſolui Notario prò ſcriptura, ac illius labore, in quo conſcientia eiuſdem Epiſcopi grauetur, idque non obſtante quacumque conſuetudine, etiam immemorabili.

Idem reſoluit in *Vrgellenſi* 14. Dec. 1675.

Attamen declarationes huiuſmodi non videntur habere locum in caſu, quo adeſt Conſtitutio Synodalis, diſponens, quod ij, qui legata pia exequi tenentur, ſi infrà annum ea exequuntur, Procurator ad id per Epiſcopum conſtitutus nihil omninò hac de cauſa percipere poſſit. Tranſacto verò anno, ex quo poteſtas exequendi tranſit ad Epiſcopum, *l. Nulli C de Epiſc. & Cler. cap. nos quidem de teſtam.* Lap. *alleg.* 87. *num.* 3. *& ſeqq.* Et neceſſè eſt deuenire ad cenſuras Eccleſiaſticas contrà negligentes, vt muneris commiſſi rationem reddant, eidemque, vt tenentur, ſatisfaciant, mandat Conſtitutio, vt Procurator legatorum piorum ab hærede ex proprijs bonis nihil ab opere pio detrahendo, ratione ſui laboris, & ſalarij, aliquam ſummam percipere poſſit.

Hæc enim Synodalis Conſtitutio videtur omninò ſeruanda, cum certum ſit, Epiſcopum, & Clerum poſſe in Synodo conſtitutiones, ac decreta condere, dummodò non ſint contrà ius commune, ſicuti non eſt in caſo iſto, in quo nihil percipitur de legatis pijs, ſed ſolum de bonis eorum, qui fuerunt negligentes in exequendo voluntates teſtatorum, & neceſſè fuit contrà eos deuenire ad cenſuras Eccleſiaſticas, & alia remedia prò habenda executione legatorum piorum. Hoc enim caſu ius non reſiſtit, ſed aſſiſtit, Gloſ. *in cap. cum non ab omni v. propter expenſas de vit. & honeſt. Cler. & in cap. Statutum* §. *Inſuper v. moderatas de reſcrip. in* 6.

Et quidem hoc vtilius eſt fauori publico, & animabus defunctorum, vt vltimæ voluntates executioni demandentur, etiam ſine diminutione legati. Imò ſi illa parua ſumma detraheretur è corpore legati, cum melius ſit exequi vltimas voluntates cum aliqua ſpecie falcidię ad inſtar quartæ, quam inexequutas derelinqui, Lat. *de appell. & annu. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 25. vbi exaltat quoddam Tribunal in Ciuitate Toletana deſtinatum prò hac materia cum aliquantulo ſalario, etiam de corpore legati.

Quæ procedunt etiam in materia, in qua iura ordinant ſeruitium præſtari gratis; quia nihilominus non habens ſalarium, poteſt prò labore illud, ſeù aliquid exigere, *d. cap. ſtatutum v. Inſuper* §. *Aſſeſſorem, &* §. *Notarium de reſcrip. in* 6. & *d. cap. cum ab omni*, vbi Gloſ. *v. expenſas*. Et de Officialibus Romanæ Curiæ eſt tex. *in Extrauag. Cum ad Sacroſancta* Io: XXII. *de ſent. excom.* Et durior eſt rigor Reuerendæ Fabricę, quę ſibi, ac reuelanti vindicat partem bonorum relictorum. Sic etiam ex pęnis tranſgreſſionis feſtorum tertia, vel quarta pars accuſatori, atque executoribus paſſim applicari ſolet, Sacra Congregatione Epiſc. approbante, vt in *Terracinenſi* 14. Dec. 1594.

Addo inſuper argumentum efficax: quia hæc materia executionis vltimarum voluntatum æquè principaliter ſpectat ad Iudices laicos, *auth. Eccleſiaſt.* §. *ſi quis ędificationem coll.* 9. *cap. ſi hæredes de teſtam.* cum alijs per Barbol. *de iur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 17. *nu.* 22. deductis, prò qua magnam exigunt mercedem. Cur ergo Iudex Eccleſiaſticus moderatam exigere non poterit,

præ-

præſertim cum laici exigant ab ipſo corpore hæreditatis, & ſi Eccleſiaſticus non exigit, exiget laicus, cum ſit locus præuentioni, Barboſ. *d. cap.27. num.24.*

Ad 2. Quamuis controuerſa ſit opinio, an Iudices Eccleſiaſtici poſſint prò ſententijs, & decretis factis in cauſis ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus percipere propinas? Et negatiuam tenent multi per tex. *in d. cap. cum ab omn de vit. & honeſt. Cler.* Omnes tamen concordant, quod ſi adeſt conſuetudo aliquid percipiendi, ſit omninò obſeruanda, Specul. *par.1. tit. de ſalar. num.9. & 13.* Veſtr. *in prax. lib.7. cap.1. num.12.* Molin. *de iuſt. tom.1. tract.2. diſp. 84.* Syluest. *v. Iudex 1. quæſt. 10. nu 13. & ſeq.* poſt alios Garz. *de benefic. p.9. c.2. n.382.*

Ad 3. Cum per Sac. Conc. Trid. *cap.9. ſeſſ.22. de refor.* ſit diſpoſitum, quod huiuſmodi Adminiſtratores teneantur ſingulis annis reddere rationem adminiſtrationis Ordinario loci, ſublatis quibuſcumque priuilegiis, & conſuetudinibus in contrarium, ſequitur, quod ſi recuſauerint reddere rationes, vel doloſè in adminiſtratione ſe geſſerint, aut neglexerint, ſeù aliter defecerint, poſſit Ordinarius ex cauſis à iure approbatis illos ab adminiſtratione remouere, alias inanis eſſet facultas à Concilio Ordinario tributa, cum & tutor à teſtatore deputatus poſſit ex iuſta cauſa ab adminiſtratione tutelæ remoueri, & per huiuſmodi remotionem non dicitur contrauenire diſpoſitioni teſtatoris, quia & ipſe remoueret, ſi viueret, Barboſ. *de iuriſdict. Eccleſiaſt. lib.3. cap.27. num.30. ac ſeqq.*

Ad 4. Videtur Epiſcopo licitum mandare ad ſe deferri libros adminiſtrationum, vt diligenter inſpicere poſſit, an piè defunctorum voluntates exequutioni demandentur, alias eſſet grauare maximopere Epiſcopum, ſi ipſe perſonaliter ad Oppida ſingula accedere, & ibi moram facere magno cum ſuo ſtipendio teneretur, donec libros ſingulos adminiſtrationum inſpiceret, & examinaret. Vrbanitati, & æquitati magis videtur conſonum, quod Adminiſtratores ad Epiſcopum accedant, vel ad ipſum libros tranſmittant, quam quod Epiſcopus ad illos accedat, prout in ſimili de Coniudicibus deputatis à Capitulo, qui tenentur accedere ad Epiſcopum, ad effectum cognoſcendi cauſas Capitularium delinquentium, non autem Epiſcopus ad ipſos, fuit reſolutum in Sacra Congregatione Conc. in *Calagurritana*, & in *Calciatenſi Coniudicum*, & de iure Epiſcopus poteſt erigere Tribunal in qualibet parte ſuæ Diœceſis, & ſubditi tenentur ad illud accedere.

Et confirmatur: quia ſi ageretur de viſitatione loci, tunc neceſſarius eſſet acceſſus ad locum, *cap. Romana in princ. de cenſib. in 6.* Sed in exhibitione librorum, ſeù redditione rationum libri portandi ſunt coram Epiſcopo in eius domo, vt in fortioribus ex Trid. *cap. 6. ſeſſ.25. de refor.* ibi: *Et in eius domo.* Eòque magis, quia Epiſcopi exigunt has rationes, vti delegati Apoſtolici *cap.8. & 9. ſeſſ. 22.* & proindè tanquam tales honorari debent, licet contrarium in vna *Firmana* declaratum fuiſſe à Sacra Congregatione alibi retuli.

Ad 5. Certum eſt, poſſe Prælatos prò delictis pœnam etiam pecuniariam imponere, *cap. ſtatuimus* 55. & ibi Gloſ. *v. bannum 16. quæſt 1.* Nam Eccleſia habet ſufficientem poteſtatem ad ſe regendum, *Matth. 16. Tibi dabo claues, &c.* & nos fusè, præcipuè *tom.9. de Immunit. Eccleſiaſt.*

His accedit, quod cum mulctæ, & pœnæ ſint fructus iuriſdictionis, pleno iure pertinent ad eum, qui de iuriſdictione eſt inueſtitus, etiam priuatiuè quoad Dominum inueſtientem, Bart. Caſtr. & Alex. in *l. fin. ff. ſol. Matrim.* & alij.

Huiuſmodi tamen pecuniam mulctatitiam, ſiuè ex Conſtitutionibus Synodalibus, ſiuè ex præceptis, ſiuè decretis Epiſcopi, vel Vicarii proueniat, excepto caſu paupertatis Epiſcopi, locis pijs applicandam eſſe, & non aliter habemus ex Trid. *ſeſſ.25. cap.3.* Et itàut pecunia retineri nequeat ab Ordinario, ſed debeat conſignari depoſitario mulctarum, creato cum idonea cautione de benè adminiſtrando, qui librum habeat, in quo diſtinctè expenſarum, & receptorum dictarum pœnarum deſcribat, qua die, quaue de cauſa fuerunt receptæ, vel erogatæ, neque eas ſoluat ſine expreſſo in ſcriptis mandato ab Ordinario ſubſcripto, quod habita confeſſione eius, cui pecuniam ſoluit, conſeruabit. Ità declarauit Sacra Congregatio Epiſc. vt in *Cauenſi* 5. Octobr. 1577. in *Nicoterenſi* 1. April. 1596. In *Catacenſi*, 16. Auguſti 1641. ac ſæpè alibi. Imò eò ipſo, quod exacta fuerit, debet Epiſcopus pijs locis aſſignare, itàut non poſſit portionem aliquam, etiam in minima parte Vicario prò ſua mercede limitare, & minus Cameræ ſuæ Epiſcopali, applicare, non obſtante contraria conſuetudine ex Sacra Congregatione Concilij teſtatur Quaran. *in Sum. v pœna pecuniaria*, Sbroz. *de offic. Vicar. in addit. lib. 2. quæſt.* 143. alijque. Debetque applicari cauſis, vel pauperibus, vel locis pijs Diœceſis arbitrio Epiſcopi, vt in *Vrſitana* 21. Maij 1580. & in *Motulenſi* 21. Iunij 1605. Et cæteris paribus, ij præferri debent, qui ſunt in eodem loco, vbi exiſtunt, vel habeant delinquentes, vt in *Tranenſi* 25. Octobris 1588. & in *Venuſina* 21. Nouembr. 1600. Præſertim verò Eccleſiæ, in quibus ſunt intitulati delinquentes, à quibus exiguntur, ſi indigeant, vt in *Aprutina* 10. Aprilis 1615. Maximè prò fabrica, vt in *Recinatenſi* 10. Ianuarij 1594. Atque ità, vt nè quidem in ditione Eccleſiaſtica Sanctiſſimum Sepulchrum connumerandum ſit inter pia loca, quibus eleemoſynæ in genere factæ, ac mulctæ, ſeù pœnæ ex diſpoſitione Sac. Conc. Trid. ſint applicandæ,

vt reſpondit Sacra Congregatio de Propaganda Fide 7. Auguſti 1637.

Vndè nec quidem Epiſcopus, extrà grauem ſuam paupertatem poteſt has pœnas applicare ſibi ipſi, neque fabricæ Cathedralis, neque ſuę domus, neque Canonicorum, niſi illi à Sede Apoſtolica fuerit hoc ſpeciale permiſſum, ob paupertatem Eccleſiæ, vel quia ſit grauata penſionibus, vt ex eadem Sacra Congregatione Epiſc. in *Alarienſi* 6. Auguſti 1601. in *Nibitnſi* 12. Mart. in *Siracuſana* 19. Mart. in *Caputaquenſi* 31. Maij, in *Meſſinenſi* 2. Iul. & 25. Octobr. in *Lancianenſi* 2. Octobr. 1602 in eadem *Meſſanenſi* 28. Mart. 8 April. & 4. Auguſti, in *Mazarienſi* 15. Martij 1636. Vndè non comprehenduntur in ſpolio, vt declaratum in *Hydruntina* 23. Iulij 1655. Si tamen ſunt pœnitentiæ Matrimoniales, non poſſunt mutari in pecunias, neque eas Sacra Congregatio ſolet alterare, vt in eadem *Alerienſi* 20. Aug. 1602. & 14. Ianuar. 1603. Quod ſi concedatur Epiſcopo applicatio harum pęnarum prò Epiſcopatu, & Sacrario, ſub nomine Epiſcopatus intelligitur Eccleſia Cathedralis, Palatium Epiſcopale, & omnes fabricę, quibus Epiſcopus prouidere tenetur. Sub nomine verò Sacrarij, non ſolum ſupellex, quæ inſeruit prò Eccleſia Cathedrali, ſed etiam quælibet alia neceſſaria prò alijs Eccleſijs, Oratorijs, vel Capellis ab ipſo Epiſcopatu, vel Cathedrali dependentibus, vt in *Aſſiſienſi* 17. Maij 1592. in *Montis Pelusij* 17. Nouembris 1593.

Ac ità etiam, vt Epiſcopus nequeat applicare partem pęnarum ſuo Fiſco, vel altrri Officiali, vt declarauit Sacra Congregatio Conc. in *Alexandrina* 18 Iannarij 1613. & in *Cluſina* 23. Nouembr. 1640. Quæ in *Ianuen.* 5. Iunij 1642. & in *Firmana* 1. Septembris 1633. cenſuit, ex mulctis aſſignari non poſſe ſalarium Promotori fiſcali, vel executoribus, vel Capellæ Muſicorum, neque Capellano Carcerum, neque in refectione ipſorum Carcerum, neque pro expenſis Mandati, ſeu lotionis pedum Feriæ V. in Cœna Domini, neque in alios vſus, quantumuis pios, ſi ſpectent ad Epiſcopum.

Legatum orandi in Miſſis prò anima teſtatoris, an ſpectet ad Presbyteros, vel ad fabricam Eccleſiæ, cui authoritate Apoſtolica ſunt applicanda omnia legata pia, non habentia onus Miſſarum? tom. 8. Conſ. 21. in Miſcell. n. 1.

RESp. Spectare ad fabricam: Nam verba priuilegij intelligenda ſunt in propria ſignificatione, *l. non aliter ff. de legat. 3.* Etiam ſi agatur de præiudicio tertij, Surd. *conſ. 140. n. 63.* Dec, *conſ. 113. n. 6.* Præſertim quia mens illud concedentis eſt, quod legata pia, non habentia onus Miſſarum, cenſeantur applicata fabricę prędictæ, *l. non omnis ff. ſi cert. pet.*

An Legatum relictum prò reſidentia Capellani in Choro, poſſit commutari in celebrationem Miſſarum? tom. 8. Conſult. 23. à n. 1. ad. 2.

AFfirmatiuè, ex traditis per Lambert. *de iure patr. lib. 1. par. 1. quæſt. 9. art. 1. num. 75. & ſeqq.* vbi in ſpecie de onere, & obligatione reſidendi, *& n. 88.* vbi in genere de mutatione ſtatus, ac onerum in fundatione beneficij appoſitorum, *& n. 202.* vbi de fundatione, qui ſibi facultatem commutandi reſeruauit in fundatione, *& num. 227.* vbi etiam de hærede, ac ſucceſſore illius, qui eiuſmodi facultatem ſibi, & ſuis hæredibus, ac ſucceſſoribus in fundatione reſeruatam eſſe voluit. Ratio autem eſt, quia Miſſarum celebratio eſt excellentior Chori aſſiſtentia, Gara. *de benefic. p. 7. cap. 1. num 126.* vbi, quod melius eſt tollere reſidentiam perſonalem, quam reducere Miſſas in caſu, quo vnum, aut alterum eſſet faciendum, quod etiam tenet poſt eum Monet. *de commut. vlt. volun. cap. 10. quæſt. 5. num. 356. & cap. 11. num. 117.*

An Monialis poſſit facere renunciationem legati ſibi relicti, reſeruata ſibi parte illius, ſua vita durante, & ſub conditione, quod nihil Monaſterio acquiratur. tom. 8. Conſult 117.

NEgatiuè. Primò quia, cum huiuſmodi conditiones repugnent paupertati Religioſæ, tanquam turpes, habentur prò non appoſitis, atque adeò huiuſmodi reſeruationes, & legata acquiruntur Monaſterio: quia conditiones turpes adiectæ reſeruationibus, ac legatis non vitiant reſeruationes, & legata, ſed ipſæ vitiantur, *l. 1. l. ſi quis ità, l. quæ ſub conditione cum alijs ff. de condit. inſtit.* & tradunt Imol. *in l. ſi alienum num. 3. ff. de hæred. inſtit.* Angel. *in l. quidam §. illo num. 2. C. de neceſ. ſer. hæred. inſtit.* & Iaſon. *in auth. Ingreſſi n. 37. & 39. C. de Sacroſ. Eccleſ.* alijque.

Secundò: Quia continet impoſſibilitatem, & repugnantiam, ex Bart. *in auth. excipitur C. de bon. quæ lib.* Nam Monialis non poteſt habere aliquid, ſed totum eſt Monaſterij, *Can. nolo & can. non dicatis 12. cap. 1. & d. auth. Ingreſſi*; Vndè pugnat cum ſolemni paupertatis voto, ſi Monialis peculium habeat, cum per profeſſionem ſe omni rerum dominio, & proprietate abdicauerit.

Tertiò: Quia renunciatio legatorum eſt renunciatio iurium, quę ſibi competunt, tanquam tali perſonæ, exiſtenti de tali familia, & quę ſunt propria, & perſonalia, & quorum tunc habet dominium, vel habere poteſt, non autem

in-

iurium ſibi competentium, tanquam Moniali, ſiuè quæ de nouo acquirit, tanquam Monialis; Quia cum hæc non ſint ſub dominio ipſius, ſed tranſeant ad Monaſterium, non poteſt ipſis renunciare, cum non poſſit defectu dominij de ijs diſponere. Tale autem eſt ius ad legatum ſibi relictum: quia eſt relictum tanquam Moniali, & ius omninò de nouo ſuperuenit, & omninò ex voluntate alterius; Vndè non obſtante quacumque conditione, hæc Monialis eſt capax legati, ac donationis; Nam ius ad rem donatam non incipit, neque in potentia quidem, donec fiat donatio; quando autem fit, & acceptatur, ſtatim ius tranſit in Monaſterium, cui Monialis acquirit quicquid acquirit; tali autem iuri non renunciatur à Nouitia, cum non poſſit ipſi renunciari.

Quartò tandem: Quia huiuſmodi conditiones ſunt contrà Sacros Canones *in cap. Monachi, & in cap. cum ad Monaſterium de ſtat. Monachorum* contrà decreta Apoſtolica, præſertim Clemen. VIII. prò reformatione Regularium, & pręcipuè contrà Sacrum Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 1. vbi pręcipitur obſeruantia voti paupertatis, nec non communis vita, victus, & veſtitus. Item *cap.* 2. vbi proprietas Regularibus vtriuſque ſexus prohibetur, ità quidem vt nec liceat Superioribus bona ſtabilia alicui Regulari concedere, etiam ad vſumfructum, vel vſum, adminiſtrationem, aut commendam. Redditus autem, ac cenſus annui inter bona ſtabilia numerantur, vt colligitur ex *Clem. Exiui §. cumque annui redditus de verb. ſignif.* Vndè, cum dictæ conditiones ſint directè contrà Sacros Canones, bonum renunciantis, & contrà ea, quæ concernunt commodum animæ ipſius, vt irrationabiles reijciuntur, tanquam impeditiuę maioris boni, & eorum, quę concernunt ſalutem animę.

Quare huiuſmodi conditiones vel abolendæ ſunt tanquam ſcandaloſæ, vel declarandum, quod habeantur prò non adiectis, Gloſ. & Doctores *in c. p. de condit. appoſ.*

Ac etiam prouidendum decreto aliquo Apoſtolico, vt deinceps renunciationes huiuſmodi fiant cum licentia, nedum Epiſcopi, ſiuè eius Vicarij, vt pręcipit Trid. *d. ſeſſ.* 25. *cap.* 16. Sed etiam cum illius præſentia; Hoc enim modò, non ſolum occurreretur huic malo, ſed etiam proſpiceretur idemnitati Monaſteriorum, & libertati puellarum, quę ſępè ad renunciandum vi, metuque coguntur.

An Officiales, qui gaudent priuilegio fori S. Officij, ſint exempti à Tribunali Rev. Fabricę S. Petri prò executione legatorum piorum, vel ſaltem recurrendum ſit ad Inquiſitorem, vt ſubſcribat primam citationem dumtaxat, quemadmodum in Tribunali d. S. Officii cum altis exemptus obſeruatur? Vide de S. Officio tom. 8. Conſult. 112.

An credendum ſit Confeſſario Cardinalis, ac ſcriptori Codicilli ab ipſo Cardinali facti, teſtanti, quod per dictum Codicillum, in quo expreſsè reuocantur legata in pecunia, non intenderit Cardinalis renocare legata in pecuniam ſuæ familiæ relicta in teſtamento? tomo 8. Conſult. 127.

TEnendum eſt, vnicum teſtem, quamuis natalibus, ac dignitate conſpicuum, & omni perſonali exceptione maiorem non probare ſufficienter voluntatem reuocandi, ſeù redintegrationē legati. Inſpecto enim rigore iudiciorum, teſtis vnicus, etiam ſi eſſet Cardinalis non facit ſufficientem probationem, Farinac. *de teſtib. quæſt.* 63. *num* 4. *& ſeqq. & n.* 65. Rot. *dec.* 33. *de prob. in antiq.* Coccin. *dec.* 4. *num.* 3. Rot. *dec.* 71. *num.* 3. *par.* 4. *recen.* cum alijs in *Aſculana emphytenſis* 27. Maij 1672. §. *Non obſtat* coram Priolo.

Nec obſtat, quod interdum credendum ſit vnico teſti ob qualitatem circumſtantiarum: quia vbi agitur de declaratione rei dubię, & ambiguę, creditur teſtibus ſingularibus, vel etiam vnico, ſecus verò quandò agitur de noua diſpoſitione, quæ conſtat in additione, vel diminutione, vel aliquo modo alteret diſpoſitionem iam apparentem, vt in caſu noſtro, in quo clara reuocatio Codicillaris prætenditur extingui per depoſitionem teſtis. Tunc enim tot teſtes requiruntur, quot ſunt neceſſarij in principali diſpoſitione, & ſic ſaltem duo teſtes requirebantur, iuxta formam Indulti Cardinalibus conceſſi. Surd. *conſ.* 129. *nu.* 29. *&* 43. Magdalen. *de num. teſt. par.* 1. *cap.* 30. *num.* 11. *& ſeqq.* Rot. *in Romana, ſeù Vercellen. fideicom.* 5. Martij 1659. § *penul.* coram Veroſpio, vt in *eadem* 19. Iunij 1669. § *ex quibus* coram R.P.D. Taia, & ſub hac diſtinctione loquuntur, & intelligendi ſunt Doctores omnes in contrarium adducti, & ſignanter Iacob. de Gall. *conſ.* 50. & Bim. *conſ.* 204. loquentes de teſtamento Card. Cuſani.

An Miſſę perpetuæ legatæ, in aliquibus caſibus poſſint celebrari in alio Altari, quam in deſignato à teſtatore, vt in caſu poſito? Vide de Miſſæ Sacrif. tom. 9. Conſult. 80.

An heres grauatus, vt quotannis celebrari curet anniuerſarium, liberetur ab hoc onere, ſi Eccleſia legataria huiuſmodi onus in ſe aſſumat, ſoluta per hæredem iuſta quantitate pecuniæ, qua perpetuum cenſum conſtituit ſuper domo incendio conſumpta, vel ſuper alio fundo deperdito? tomo 1. Conſul. 110.

DIſtinguas. Duplici modo tradi poteſt legatum legatario. Primò ex diſpoſitione teſtatoris, quia ſcilicet diſponat, quod legatum ſiuè quantitatis, ſiuè certæ ſpeciei conſignetur legatario, apud quem ſit onus celebrandi Miſſas. Secundò, quod onus curandi celebrationem Miſſarum ſit apud hæredem cum ſolutione certi annui legati, & vt ſe liberet ab hoc onere, ſoluat prò vnica vice tantum quantitatem, quæ ſufficiat prò comparando fundo fructifero eiuſdem quantitatis annuæ, aut ſemel exhibeat proportionatum fundum. Ideò in vtroque caſu diluenda eſt quæſtio.

Et quidem, ſi ex diſpoſitione teſtatoris præſtitum ſit legatum legatario, ſi pereat fundus, hęredes ad nihil aliud tenentur, iuxtà doctrinam Lamberti *de iurepat. art. 8. quæſt. 1. par. 1. lib. 1.* Viuian. *eodem tit. lib. 15. cap. 3.* aliorumque. Nam hæres non contrahit cum legatario in ordine ad legatum, niſi illam obligationem, quam ipſi imponit teſtator; Non imponit autem obligationem, niſi præſtandi legatum ſecundum præſcriptionem teſtatoris, quo præſtito, functus eſt obligatione ſua, nequè ad aliud tenetur, *l. quicquid adſtringenda, & l. ſi ita ſtipulatus, & l. Chriſogonus ff. de verb. oblig.*

Id verò non habet locum, ſi hæres traderet fundum, qui poſtea tanquam alteri obligatum euinceretur: Quia tunc hæres tenebitur de euictione, iuxtà communem doctrinam *l. ſi ob cauſam 13. C. de euict.* ibique Bald. *ſub initio* Seraphin. dec. 1436. *n. 2.* Idque etiam ſi ſit fundus in ſpecie legatus à teſtatore: Nam tunc ſe habet, ac ſi legaſſet rem alienam ignoranter; Vndè cum ſimus in cauſa pia, & in legato in fauorem animæ ipſius teſtatoris, qua nemo magis eſt ſibi coniunctus, debetur ęſtimatio, *per l. cum alienam C. de legat.* Accedit, quod in legatis pro Miſſis ità cenſetur legata certa ſpecies, vt tamen, ea deficiente, debeatur ęquiualens.

In ſecundò autem caſu, vt in præſenti, in quo hæres tenetur ex vi teſtamenti annuatim ſoluere certum legatum, & tradit, aut fundum, aut quantitatem prò comparandò fundo, correſpondente annuo legato, ipſi legatario, ſi pereat fundus, aut quantitas ante comparatum fundum abſque culpa legatarij, tenetur ſupplere, & inſtituere nouum fundum: Quia quandò debet annuatim ſoluere legatum, durat obligatio ſoluendi, quandiù durat hæreditas: quia tale legatum eſt onus hæreditati impoſitum, ac proindè tota hęreditas ſubijcitur tali oneri: Vndè quandò huic oneri ſubſtituitur fundus aliquis particularis, ità onus annectitur tali fundo, vt tamen non deſinat eſſe onus hæreditas: quia non poteſt hæres mutare diſpoſitionem teſtatoris, præſertim in præiudicium animæ ipſius. Et ideò cenſetur ſubrogari fundus ille ſpecialis prò ſubminiſtratione fructuum, non autem prò proprietate. Quo in caſu hæres cenſetur cedere illum fundum, aut pecuniam prò fundo comparando, non pro datione in ſolutum, & in extinctionem oneris hæreditatis, ſed ſolum cenſetur ceſſus ad commodum cedentis, vt liberetur annua cura ſoluendi legatum, dicitque ſimplicem aſſignationem, vndè annuum legatum percipiatur. Gloſ. *in l. legatum in fin. ff. de lib. leg.* Alexan. *in l. ſi cum emptore nu. 4. ff. de pact.* Imol. *in l. facta §. ſi hæres ff. ad Trebell.* & alij. Atque adeò non cenſetur extinctum onus ſoluendi legatum impoſitum hæreditati. Et idcircò pereunte fundo aſſignato, adhuc tenetur hæres ad præſtandum legatum.

Quod procedit, etiam ſi legatarius contentus eſſet accipere fundum, ſiue quantitatem pecuniæ in ſolutum, renunciando omni iuri; Huiuſmodi enim renunciatio non valeret, cum ſit in præiudicium teſtatoris, *cap. cum tempore de arbitr. & cap. cum olim §. nos igitur de præſcrip.* Felin. *in cap. cum cum dilecta de reſcript.* Abb. *in cap. ſignificaſti n. 11. de for. comp.* alijq; plurimi.

An fructus, qui ex multiplici legato debent quolibet anno diſtribui deſcendentibus maſculis nobilis teſtatoris, ſi illis indiguerint, ſint etiam diſtribuendi Regularibus, præſertim Religionis incapacis poſſidendi deſcendentibus ab eadem teſtatore? tom. 9. Conſult. 121.

NEgatiuè: Nam certum eſt, quod huiuſmodi annui redditus deſtinantur pro ſubuentione pauperum nobilium familiarum, vt ſcilicet illæ familiæ poſſint ſuum decorem, ac nobilitatem ſeruare, cum difficilius ſit ædificium ſuſtinere, quam condere, nihilque aliud ſit nobilitas, quam diuitiæ antiquatæ, ex Seneca. Quæ ratio, etiam vbi non fuit expreſſa, tanquam naturalis, præſumi debet finalis, cum nobiles naturaliter ſint honoris ambitioſi, ac ſemper deſiderent augmentum ſui ſtatus, ſuę familiæ, & agnationis, cum nulla illuſtris familia, nullaque nobilitas, cuiuſuis gradus poſſit dici ſine diuitijs conſeruari, vt ait Calanata *conſ. 45. num. 137.* Gall. *conſ. 114. num. 61. & ſeqq.* Quæ quidem ratio non militat in Religioſis, qui tanquam mortui mundo, ſplendorem familiæ, ac decorem potius vitæ ſanctimonia, & obſeruatione voti paupertatis, quam diuitijs tuentur, & magno cumulo augent; Quare ad eos referri nequit huius teſtatoris diſpoſitio,

ſitio, *l. ſi pater ff. de hæred. inſtit.* Monach. *dec. Lucenſ.* 14. *num.* 18. *& dec.* 21. *num.* 22. ac Rot. *dec.* 437. *num.* 3. *p.* 1. *recent.*

Eoque magis: quia, cum teſtator ad huiuſmodi annuos reditus vocauerit ſuos deſcendentes, licet ſuorum appellatione veniant omnes maſculi ab eorum teſtatore per rectam lineam deſcendentes, *§. ſui hæredes inſtit. de hæred. qual. & differ.* non tamen veniunt maſculi Religionem ingreſſi, qui per profeſſionem emiſſam in Religione bonorum incapace, iura ſuitatis amiſerunt, Bart. *in auth. ingreſſi n.* 64. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Aretin. *in cap. in præſentiam de probat.*

Ac propterea, ſi dicti Regulares huiuſmodi fructus petant ex proprijs perſonis: Nam in ipſis non comprobatur qualitas paupertatis à teſtatore requiſita, dum à ſuis Monaſterijs omnibus ad ſuam vitam Religioſam neceſſarijs prouidentur, Rot. *dec.* 454. *num* 3. *recen. & in Neapolitana alimentorum* 10. April. 1616. coram Pirouano, & *in Romana bonorum* 23. Iunij 1653. coram Zarate.

Si verò eos petit Monaſterium, ſicuti propriè dici non poteſt *deſcendens* a teſtatore, & habens iura ſuitatis, præſertim ſi ſit incapax poſſidendi, ità ad hos fructus non debet admitti, extantibus, & concurrentibus præcipuè deſcendentibus in ſæculo viuentibus, & magis indigentibus, in quibus propriè comprobantur verba teſtatoris, *ad l. non aliter ff. de legat.* 3.

PIUS teſtator reliquit dotes prò puella paupere ſuæ nobilis familiæ, habitum Regularem ſuſcipere, vel Matrimonium contrahere volente, & declarauit, pauperem eſſe illam, cuius parentum bona valorem aureorum duo millia non excedunt. Quæritur:

An manutenendi ſint in quaſi poſſeſſione conſequendi huiuſmodi dotem eius deſcendentes, qui plures habent filias, & paulò amplius, quam dictam pecuniarum ſummam poſſident? Vbi quid attendendum in probanda paupertate? Et quis verè dicendus ſit pauper? tom. 9. Conſult. 137.

AFfirmatiuè, ità Seraph. *dec.* 339. *num.* 3. *&* 4. *ac dec.* 970. *num.* 2. & Rot. *dec.* 640. *num.* 4. *p.* 2. *recent. & p.* 6. *dec.* 337. *num.* 1.

Nec aduertatur mens teſtatoris, qui dixit, pauperem eſſe illam, cuius parentum bona valorem aureorum 2000. non excedunt: Quia intelligitur de parentibus vnicam familiam habentibus. Conſiderauit enim teſtator cum tali patrimonio poſſe genitores filiam congruè dotare, ac ſibi alimenta reſeruare. Quod impoſſibile foret, quandò plures eſſent filiæ. Ideò, cum iſti non poſſint ſuas filias ſine hoc dotis ſubſidio decenti Matrimonio collocare, dicuntur pauperes, Rot. coram Durano *deciſ.* 98. *num.* 9. poſt Alban. *conſ.* 69. *num.* 7.

Quandò namque agitur, vt in hoc caſu, de paupertate probanda, attenditur qualitas perſonarum. Menoch. *de arbitr. caſ.* 65. *num.* 8. ac numerus filiorum, & expenſarum, Bald. *in l. ſi quis ad declinandam num.* 5. *C. de Epiſc. & Cler.* Et quandò eſt probanda ad certum, & determinatum effectum, pauper dicitur ille, cuius bona non ſufficiunt prò illo effectu, Rot. *d. deciſ.* 98. *num.* 10. Menoch. *loc. cit. num.* 14. ac Rot. *dec.* 48. *num.* 3. *&* 4. *p.* 2. *diuer.*

Et aduertendum, quod ſi diſcuſſio eſſet facienda ſuper bonis parentū ad probandam hanc paupertatem, nunquam fermè legatum ſeruari poterit, vel propter ſumptus in diſcuſſione facienda, vel quia familiæ nobiles propriam paupertatem publicè oſtendere denegarent. Vndè non abſque ratione obſeruatio viguit his virginibus dotes petentibus diſtribuere ſine contradictore.

INſtituit Pius teſtator ſuos hæredes Moniales N. N. hac lege impoſita, vt intrà quinquennium Monaſterium ſuæ Religionis erigant in Ciuitate N. quo non erecto intrà dictum tempus, ſubſtituit Moniales N. N. non erecto autem intrà præfixum tempus Monaſterio, factus fuit locus ſubſtitutioni, & per ſententiam. Moniales ſubſtitutæ obtinuerunt hæreditatem cum onere illi adhærente. Moniales primò vocatæ intendunt proſequi litem contrà ſecundò vocatas. Iſtæ conueniunt in certam pecuniarum ſummam nè talem litem proſequantur. Quæritur:

An ex ſumma conuenta teneantur Moniales primò vocatæ ſubire onus aliquod hæreditatis? Vide de Teſtam. tom. 9. Conſult. 138.

De quodam legato relicto prò monachandis puellis ſub aliquibus conditionibus, vt in caſu poſito. Vide de Monialibus tom. 10. Conſult. 7.

De quodam legato Capellaniæ relicto proximiori, vt in caſu poſito. Vide de Capellan. tom. 10. Conſult 36.

PIus Teſtator in hunc modum diſpoſuit: Lego Patribus Religionis A. ex mea hæreditate ſcuta viginti millia, vt Monaſterium in

meis

meis ædibus conſtruant, dummodò tamen intrà annum legatum acceptent, locumque accipiant, alioquin eis ſubſtituo Patres Religionis B. Quæritur:

1 *An, & quatenus in hoc caſu factus ſit locus ſubſtitutioni?*

2 *An dictis Patribus, donec eis non ſoluantur dicta ſcuta viginti millia, debeantur aliqui fructus ſine labe vſurarum?* tom. 10. Conſult. 46.

AD 1. Negatiuè; Si tamen conſtiterit, quod Patres primò vocati à die habitæ notitiæ legati, acceperint locum prò Monaſterio, iuxtà Teſtatoris voluntatem, aliaque fecerint, quæ concludenter probent agnitionem legati, & loci acceptationem, ad quem effectum ſufficit quomodocumque voluntas declaretur, ſiuè verbis, ſiuè factis, vt firmat Rot. *decis.* 195. *num.* 22. *par.* 7. *recen.* Quare prætenſio Patrum, qui ſecundo loco nominantur, penitus ceſſat: quia cum illi ſint vulgariter ſubſtituti in caſum, in quem Patres primò vocati intrà annum locum non acciperent, dum acceptatio facta eſt intrà tempus, ſubſtitutio aliorum euanuit, nequè hodie cum illis agendum eſt, tex. *in l. poſt aditam C de impub. & al. ſubſt.* Rot. *decis.* 97. *num.* 1. *& decis.* 661. *num. item* 1. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.*

Ad 2. Pariter negatiuè: Nam legatum eſt pecuniarium; vndè legatarij habent tantum actionem ad pecuniam, Pecunia autem nullum ex ſe fructum reddet: Quia pecunia non creat pecuniam, idcòque non poſſunt prętendi aliqui fructus ſine labe vſurarum ad tex. *in cap. ſalubriter de vſur.* Rot. *dec.* 130. *num.* 1. *& decis.* 301. *num.* 4 *par.* 5. *recen.*

An exequutor deputatus ad diſtribuendum pauperibus eleemoſynam, dotem puellis, aliauè, teneatur exquirere pauperiores? Vide de Dote to. 10. Conſult. 72.

An, & quatenus Monachi, ſiuè Regulares poſſint aſſumi ad adminiſtrationem piorum legatorum? Quid de adminiſtratione beneficiorum. Quandò cenſeatur legatum pium, & quandò beneficium? tom. 10. Conſult. 80.

NVlli dubium eſſe poteſt, quin legatum ſit pium, non autem beneficium, quandò ab Ordinario non fuit erectum in beneficium; Vndè nequit in eo ſe immittere, nec erigere in titulum perpetuum, vel temporale ex prohibitione teſtatoris: Quare dicitur legatum pium, non beneficium, Guidop. *decis.* 187. *num.* 1. *& seqq.* Nauar. *conſ.* 5. *de prab.* ac Rot. *decis.* 238. *par.* 5. *recent.* & alibi. Hinc ſequitur, quod ex ſui natura poteſt ſpectare etiam ad laicum, & ab ipſo adminiſtrari. Imò etiam à fœmina. Rot. *decis.* 182. *num.* 2 *par.* 1. *& decis.* 264. *num.* 1. *par,* 4. *diuerſ.* ac Pegna *decis.* 151. *per tot.*

Et cum fundator non prohibeat, quin Monachi, ſiuè Regulares poſſint ad huiuſmodi adminiſtrationem aſſumi, non debet vllo pacto excludi, ſi non reliquerit aliquid nomine dotis, ſed, vt detur quantitas nomine ſtipendij, quo in caſu abſque dubio eſſe non poteſt beneficium, Lotter. *lib.* 1. *q.* 31. *num.* 60. *& ſeqq.* cuius ſtipendij non ſunt incapaces Regulares. Nauar. *conſ.* 8. *num.* 10. *de teſtam.*

DE LIBELLIS FAMOSIS. Vide de Confraternitatibus tom. 4. Conſult. 118.

DE LVDI MAGISTRIS. Vide de Immunit. tom. 3. Conſult. 5.

DE LVDIS OBSCÆNIS. Vide de Comedijs.

DE LVDO. Vide de Vicatio to. 6. Conſult. 93.

DE MAGISTRIS LITTERARVM. Vide de Ludi Magiſtris.

DE MANCIPIIS. Vide de Chriſtiana Religione tom. 5. Conſult. 65. vnic.

DE MARTYRIO. Vide de Canonizat. tom. 4. Conſult. 72. & tom. 9. Conſult. 101. ac de Hæreſi tom. 7. Conſult. 57.

DE

DE MATRIMONIO.

An, & quatenus reperiatur decretum ſuper cohabitatione triennali, ad effectum diſſoluendi Matrimonium? tom. 1. Conſult. 56.

VT veritati conſulatur, ſciendum eſt, quod vt cohabitatio triennalis ſit ſufficiens prò diſſolutione Matrimonij, duo de neceſſitate requiruntur. Alterum eſt cohabitatio continua. Alterum, quod coniuges dent operam copulæ carnali, vt per Gloſ. communiter recepta in *cap. Laudabilem v. Frigiditas, & in cap. fin. v. continuum.* Quare teſtes deponere debent, quod coniuges habitauerint inſimul, & dormiuerint in eodem cubili, ſequitur, quod non iugiter cohabitauerint, & operam carnali copulæ non dederint. Ad hoc enim requiritur aſſidua dormitio in lecto, vt poſt Io: Andr. dixit Rota *decif. 27. num. 9. poſt d. v. vol. conſ.* Farinacij.

Hoc præmonito, tenendum eſt, requiri decretum prò noua cohabitatione.

Primò quia tam ex depoſitione teſtium prò parte viri, quam ex relatione Medicorum probari debet, illum eſſe impotentem, nec congnouiſſe carnaliter plures mulieres. Ex quo fit, vt eius impotentia, quoad eius Vxorem ſit, vel ex frigiditate, vel ex maleficio, vt colligitur ex Gloſ. Capell. Toloſ. *dec.* 381. Quando enim impedimentum prouenit ex maleficio, tunc videtur requiri decretum Iudicis, vt ità per impoſitam pœnitentiam maleficium diſſoluatur. Et in hoc caſu credo procedere opinionem affirmatiuam, quæ vult, vt triennium computari debeat à die decreti Iudicis, Hoſtien. *in d. cap. fin. col.* 2. Rot. *decif. 192. num. 6. in fin.* & hoc pacto maleficium remoueri poſt peractam pœnitentiam aſſeuerat Abb. *in d. cap. fin. num. 9.*

Secundò: quia, vel impotentia eſt certa, quod prouenit ex maleficio, & requiritur decretum, vt modò dixi, vel ſaltem redditur dubia. Et ideò cum agatur de diſſolutione Matrimonij, amplecti debemus opinionem affirmatiuam, tanquam tutiorem, & magis ſecuram Capell. Toloſ. *d. decif.* 381. Rot. *in Bononien. reſciſſionis Matrimonij* 1. Iunij 1594. coram Blancherto, vbi citatur D. Tho. *in 4. d. 35. quæſt. 1. ar. 2,* Syluestr. *v. Matrimonium 8. num. 16.*

Credo tamen, quod ſtante longa cohabitatione ſit locus abbreuiationi termini, juxtà arbitriũ Iudicis, vt benè aduertit Abb. *in d. cap. fin. ſub num. 12.* Add. *ad d Capell. Toloſ. loc. cit. num. 7.* & Rot. *dec. 226. poſt d. 2. vol conſ. Farinacij ſub n. 1.*

An crimen polygamiæ ſpectet ad forum Eccleſiaſticum, ſiuè ad S. Officium, priuatiuè quoad Iudices Eccleſiaſticos? Vide de S. Officio tom. 1. Conſult. 115.

QVidam iuuenes optimates, vix pubertatem excedentes, Matrimonium per verba de præſenti contraxerunt, inſcijs viri parentibus, quorum indignatio tanta fuit, vt inter illos, & parentes vxoris, ac deindè inter ipſos coniuges odium immane, & crudele exortum fuerit, ac propterea magnus timor acceſſerit ſcandalorum, & infelicis exitus Matrimonij abſque ſpe remedij. Item vir ſpatio quinque Menſium, quibus cum coniuge poſt celebratum Matrimonium cohabitauit, detectus fuit, nedum impotens, eò quia Matrimonium; quamuis ſtudiosè operam copulæ dederit, conſumare non potuit, verum etiam furioſus, & talia furoris habens interualla, vt probabiliter dubitaretur, quod huiuſmodi furore aliquandò correptus, juncto odio penitus inſito, eandem vxorem eſſet occiſurus, quam ob cauſam ſe ſepararunt. Furor autem viri, & odium diuturnum, tam inter ipſos coniuges, quam inter eorum parentes, & conſanguineos, nequit vel precibus mitigari, vel tempore, communique vtilitate deponi, vel vetuſtate ſedari. Quinimmò in dies magis, magiſque diſcordia ira acerbior, intimo odio, & corde oſtinato concepto exardeſcit. Quapropter conſenſu omnium expoſcitur eiuſmodi Matrimonij diſſolutio. Quæritur:

An, & quomodo ſit concedenda? Vbi de poteſtate Pontificis diſpenſandi authoritate Ordinaria in Matrimonio rato, & non conſumato. De cauſis diſpen-

ſpenſationis, & de forma illam concedendi, to.1. Conſult.148.

RESP. Diſſolutio, licet pætendi poſſit nedum per viam diſpenſationis, ſed etiam ex capite impotentiæ, nihilominus cum ratione impotentiæ ſit neceſſaria cohabitatio cum aſſignatione modi, & loci, etiam ſi prius per quinque Menſes inſimul cohabitauerint, iuxtà tex. *in cap. Laudabilem* cum ibi communiter notatis *de frig. & malef* Rot.*deciſ*.284. *num*.2. *par*.4.*diuerſ*.Seraph. *deciſ*.687. *num*.4. cum ibidem adductis.

Et licet etiam cohabitatio triennis poſſit in certis caſibus abbreuiari arbitrio Iudicis, & præcipuè vbi ambo coniuges fatentur impotentiam; & conſtat, Matrimonium non fuiſſe conſumatum, vt notat Præpoſ. *in d. cap. laudabilem num*.4. & 6.Henric. Boich. *in cap*.1 *ſub num* 2.*eod.tit de frig.& malef.* & alij alibi. Semper tamen eſt neceſſaria cohabitatio. Seraph. *d.deciſ*.787.*num*.4. Quæ cohabitatio, cum in hoc caſu ſit admodum periculoſa, & omninò incompatibilis cum odio capitali, furore viri, & periculo ſcandalorum, ſeù necis. Ideò, hac via omiſſa, agendum eſt ſuper diſpenſatione, cuius occaſione diſcutiendum erit de poteſtate Pontificis diſpenſandi authoritate Ordinaria in Matrimonio rato, & non conſumato, de cauſis diſpenſationis, & de forma illam concedendi.

Quod attinet ad poteſtatem Pontificis diſpenſandi, non eſt dubitandum ex communi Canoniſtarum ſententia, qui omnes, vno, vel altero diſcrepante; docent, poſſe Summum Pontificem poteſtate quidem Ordinaria Matrimonium ratum ex cauſa dirimere: Quia Pontifex poteſt diuina authoritate diſpenſare in aliquibus, quæ non deducuntur proximè ex principijs iuris naturæ ſed remotè, & quæ habent admixtum aliquid obligationis humanæ. Credibilèque omninò eſt, Deum ſuo Vicario hanc poteſtatem contuliſſe, quæ regimini Eccleſiæ neceſſaria erat. Nam hac ratione ſaltem in Matrimonijs ratis multa ſcandala ceſſant, pax in Republica ſtabilitur, ſine qua Matrimonium eſt pactio ſeruitutis. Quandoquidem Matrimonij Sacramentum quoad ſignificationem non eſt completum vſque ad carnalem copulam incluſiuè, ità quod Matrimonium contractum, ſiuè ratum ſignificat coniunctionem Dei ad animam per charitatem; conſumatum verò coniunctionem Chriſti ad Eccleſiam. Prima autem coniunctio eſt ſolubilis, non ſecunda, ideòque Matrimonium ratum ſolui poteſt, non vero conſumatum; Vndè Dominus *Matth*.19.non dixit: *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet*, niſi poſt illa verba: *Et erunt duo in carne vna*. Apoſt.*ad Epheſ* 5.non dixit: *Hoc Sacramentum magnum in Chriſto, & Eccleſia*, niſi poſt illa verba: *Et erunt duo in carne vna*. Et idcò Leo Pontifex inquit, vt referunt Magiſt.in 2.*d*.1. & Gratian. 27.*queſt*.2. *Societas nuptialis ità eſt à principio inſtituta, vt preter commixtionem ſexuum, non habet Chriſti, & Eccleſiæ Sacramentum*. Tex. eſt *in cap. Ex publico*, vbi Gloſ. *v. conſumatum de conuerſ.Coniug.* ibique Barb. *num*.3. qui innumeros adducit.

Et hanc opinionem tenendam eſſe declarauit die 16. Iulij 1599. Congregatio particularis à Clem. VIII. deputata. Id quod etiam cenſuit ſæpiſſimè Sacra Congregatio Conc. & præcipuè in vna *Carpentoracten*. 25. Ianuarij 1608. in vna *Seguntina* 17.Septembris 1609. in vna *Ferrarienſi* 20. Maij 1613. & in vna *Auguſtana* 16. Maij 1618.

Eamque ſemper fuiſſe receptam patet luculenter ex pluribus exemplis relatis à Doctoribus, vt de Martino V. & Eugenio IV. teſtatur D.Antonin. 3.*par. cap*.21. §.3. De Iulio III. Pio IV. Nauarr. *in man. cap*. 22. & de Greg. XIII. habetur atteſtatio Cardinalis Carapha in libris Sacræ Congregationis Conc. in quibus etiam habentur alia plura poſteriorum Pontificum Sixti V. Clem.VIII.Pauli V. Vrb.VIII. Itáque Canoniſtarum omnium plurimorumque Theologorum calculo, atque Summorum Pontificum exemplis ad noſtra vſque tempora id ità firmatum manet, vt temerarium eſſet contrarium aſſerere.

Cauſa verò ſemper requiritur, quandò agitur de diſpenſatione Ordinaria. Hoſtien. *in dict. cap. Ex publico*, vbi omnes. Hæc autem debet eſſe maxima, & vrgentiſſima, ibidem, ac alij.

Igitur cum in hoc caſu ſupponatur omnimo conſenſus, & odium, tam coniugum, quam eorum parentum, ac ceſſaſſe conuerſationi per tot annos abſque ſpè reconciliationis, vtique videtur concurrere cauſa ſufficiens ex doctrina Caietani *d. tract*.8. Felin. *d.conſ*.26. *n*.19. cum alijs ſuperius allegatis. Maxime cum, Matrimonium fuerit contractum contrà voluntatem parentum, & in ætate, in qua facilè contrahentes non habent prudentiam prò conſiderandis qualitatibus neceſſarijs ex Dec.*conſ*.112. *in fin*. Felin. *d. conſ*.26. *num*.21 Adaturque inter Primates, & vir fuerit detectus impotens, atque habere terribilia furoris interualla. Quo caſu habetur cauſa naturalis odij, eòque magis occurrendum eſt Pontificia diſpenſatione, vt euitentur ſcandala, neceſque, ac paci, quæ nihil habitura ſit inſidiarum ſemper conſulitur. Quippè ex huiuſmodi odio, & impotentia finis Matrimonij, qui eſt ſocietas tranquilla, & proles, ac mulier cogitur inuita ad caſtitatem contrà iuris diſpoſitionem in *cap. Integritas* 32. *queſt*.1.

Hæc ſanè impotentia eſt ex ſe ſufficiens ad dirimendum Matrimonium, ſiuè proueniat ex maleficio, ſiuè ex abominatione Coniugum. D. Tho. Albert. Turrecrem. aliique.

Porrò in hoc caſu negari non poteſt, quin adſit impotentiæ probabilitas ex cohabitatione

quin-

Digitized by Google

quinque Menſium, iuncta abominatione, & odio coniugum per tot annos, cum qualitas cauſæ dependeat ab arbitrio Papæ. Felin. *d. conſ. 29. num. 19. & 21.* ad effectum diſpenſationis poſſit non expectari cohabitatio triennalis, vt notant Doctores in *d. cap. laudabilem*, rationemque incertitudinis prolis, ac dubij validitatis Matrimonij ob impotentiam, Pontifex poſſit eſſe procliuior ad conceſſionem diſpenſationis, & remedij. Boich. in d. cap. *Fraternitati n. 6.* Dec. *conſ. 112. in fin.*

Atque ex his videtur concedenda petita diſpenſatio, modò conſtet de extremis ad hunc effectum neceſſarijs, nempè de non conſumatione Matrimonij ob impedimentum impotentiæ perpetuum viri, de furore, ac odio capitali, & implacabili, abſque ſpè remedij cum timore certo necis, ſeù infelicis exitus, adeòque ſtatui mulieris nullo alio modo prouideri poſſit. Ità in puncto alias cenſuit Sacra Congregatio Concilij in vna *Valliſoletana* tenoris ſequentis:

Epiſcopus ſignificauit ſuis literis, quod Ioannes, & Leonora Nobiles quinque ab hinc annis Matrimonium per verba de præſenti contraxerunt, & per totum quinquennium ſimul cohabitarunt, dictaque mulier deindè egit prò diſſolutione, ac nullitatis declaratione dicti Matrimonij propter impotentiam d. Io. à quo nunquam ipſa carnaliter cognita fuerat, & adhuc virgo permanebat. Quod d. Ia. verum eſſe aſſerebat. Id verò non ex impotentia ſua naturali, ſed quia illam, & parentes eius odio proſequebatur, accidiſſe, & inſimul conuenerunt adire. Sedem Apoſtolicam prò diſpenſatione, pròut vnanimi conſenſu fecerunt.

Die 15. Februarij 1607. &c. Propoſita facti ſpecie omnes vno ore cenſuerunt, nullo pacto concedendam eſſe diſpenſationem, reſcribendumque Epiſcopo, vt ſi ſibi non conſtiterit de impotentia perpetua ob frigiditatem, vel maleficium ad præſcriptum Sacrorum Canonum, compellat eos ad cohabitandum, vtque alter alteri coniugalem exhibeat affectum.

Idem perſpicuè expreſſit in vna *Carpentoratenſi* die 25. Ianuarij 1608. *Perlecto enim in Sacra Congregatione Conc. Inſtrumentum, in quo habebatur conſenſus, & mandatum Ioannis Claux de Niens primi viri ad diſpenſationem à Sede Apoſtolica petendam ſuper Matrimonio rato non conſumato cum Spereta Ramperta Diœces. Carpentoracenſis, quæ aliud Matrimonium contraxerat ob ſententiam in Curia Legationis Auenionenſis in eius fauorem latam ſuper nullitate Matrimonij ob impedimentum perpetuum, & ex eo prolem ſuſceperat. Et ſic cum appareret nullo alio remedio humano huius mulieris ſtatui prouideri poſſe, cenſuit, petitam diſpenſationem eſſe concedendam. Quam Congregationis ſententiam Sanctiſſimus ad ſe relatam approbauit, & literas diſpenſationis expediri iuſſit.*

Concinit alia declaratio in vna *Seguntina*, in qua narrabatur: *Quod alias fuerat contractum Matrimonium inter Garziam de Vargas in ætate 16. annorum, & Eliſabetham de Lezano annorum 14. & quod mulier reperta eſt arcta, ità ut à Matronis poſt inſpectionem relatum fuerit, eam ad huiuſmodi Matrimonium eſſe inhabilem. Vndè Ordinarius non expectata triennali cohabitatione. Matrimonium nullum declarauit, & viro licentiam dedit, vt aliam vxorem duceret, prout ſucceſſiuè cum duabus alijs fecit, & prolem ſuſcepit. & de præſenti cum ſecunda vxore viuit. Quoniam verò d. Elizabeth annorum 30. & grandior effecta, nunc à viro cognoſci poteſt, vt Matronæ, quæ illam inſpexere, referunt, cupiens eſſe Mater, ſupplicat prò diſpenſatione, vt Matrimonium cum alio contrahere poſſit.*

Die 12. Septembris 1609. Sacra, &c. cenſuit, huiuſmodi diſpenſationem eſſe concedendam. Ideſt committendum Epiſcopo, vt ſi ſibi conſtiterit, Eliſabetham hodie eſſe cognoſcibilem, veraque eſſe cætera in ſupplicatione narrata, atque etiam tam ipſam, quam Garziam, à quo poſt Matrimonium per verba de præſenti contractum, tanquam arcta per ſententiam diffinitiuam ſeparata fuit, concorditer ſupplicare, petitam diſpenſationem concedat.

Deniquè quoad formam, diſpenſationis, illa profectò concedenda non eſt in forma gratioſa, quandò adhuc non eſt ſufficienter, nec legitimè probatum, quod Matrimonium non fuerit conſumatum, & quod adſit allegata impotentia cum aliis cauſis ſuprà deductis, imò ſuperabundantibus *ex d. cap. 1.* vbi Card. Io: And. Præp. & alii *de frig. & malef.* Et maximè reſpectu non conſumationis, cum in hoc caſu ſupponatur cohabitatio, & condormitio quinque menſium. Ex qua reſultat præſumptio iuris, & de iure prò conſumatione. Bald. *in l. Deo nobis nu. 7. de Epiſc. & Cler.* & aduertunt DD. communiter *in d. cap. Laudabilem*.

Sed concedenda eſt in forma commiſſaria, conſtito, quod Matrimonium non fuerit conſumatum, & ſer. ſer. ac verificatis aliis narratis, pròut fuit ſeruatum in Sacra Congregatione Conc. in vna *Tranſyluaniæ diſſolutionis Matrimonii* anno 1599. & in *dicta Auenionen.* 31. Ianuarii 1606. ac in aliis frequenter.

Cauſæ enim Matrimoniales committi ſolent Ordinario loci. Butr. *in cap. cauſam num. 7. de off. deleg. & in cap. Ex litteris num 7. de diuor.* Et ità etiam cenſuit Sacra Congregatio Conc. in vna *Platen.* 28. Iulii 1662.

Metropolita Ruſſiæ Ruthenus cum S.R.E. vnitus in Synodo ſuorum Epiſcoporum conſtitutionem edidit contrà Matrimonia clandeſtina eandem prohibitionem continentem, quam continet Conc. Trid. [de refor. Matrim. ſeſſ. 24. c. 1.

Hanc Cõſtitutionem edens habuit intentionem ad præfatum Concilium eamque publicare fecit in omnibus Parochijs, ſuę Prouinciæ, ſed tam in ea edenda, quam in publicanda nomen Concilij Trid.ſuppreſſit ob duas rationes. Altera fuit nè vnionem cum S.R.E. pertubaret, quod facilè eueniſſet:quia in magno ſemper timore ſunt Græci, nè ſui ritus mutentur, & perſuaſum habent, quod Latina Eccleſia intendit eos facere Latinos. Altera nè Rutheni ſchiſmatici ob eandem rationem, & timorem ab vnione magis auerterentur.

Publicata prædicta Conſtitutione in Parochijs, plura Matrimonia clandeſtina contracta fueruut inter Ruthenos vnitos, &etiam inter perſonas Principes, quæ Metropolita vigore dictæ Conſtitutionis continentes prohibitionem Concilij irritauit, & contrahentes alia inierunt poſtmodum Matrimonia. Quæritur nunc:

1 *An irritationes, vt ſuprà à Metropolita facta ſuſtineri poſſint in ſoro externo?*

2 *An ſaltem in foro conſcientiæ?*

3 *An poſſint ſaltem tolerari per Pontificem?* tom.1. Conſult 135. Item vide tom.5. Conſult.79. num.26. & ſeqq.hoc eodem tract.

OMninò dicendum eſt: *Decreta Synodi Diœceſanę, & Prouincialis ſuper Matrimonijs clandeſtinis non celebrandis per Metropolitam publicata non habere vim irritandi Matrimonia contrà illorum diſpoſitionem contrahenda, ſed etiam poſt huiuſmodi decretorum publicationem aliter contracta, ſi nullum aliud obſtabat legitimum impedimentum valida, ac firmata fuiſſe, ac proindè ſecunda Matrimonia eſſe nulla, nulloque modo toleranda.* Fundamentum eſt vnicum: Quia inferiores Papa non habent ius irritandi Matrimonia inter fideles, nec formam illis præſcribendi.

Et ſuadetur ratione: Quia, vt dictum eſt, tanquam decretum Concilij potuit dare formam Matrimonio, etiam difformem à iure communi, quod non eſt permiſſum alijs. Quod autem requiratur publicatio ipſius decreti, & ſuppleatur per ęquipollens,firmauit eadem Sacra Congregatio Conc. in ſequentibus declarationibus.

In vna Moguntina. *Secundò exponitur, quod in Ciuitatibus Imperialibus Magiſtratus edicta Municipalia publicarunt, per qua irritantur clandeſtina Matrimonia; quæ quidem licet conueniant cum Tridentino Concilio, tamen alia quædam adijciunt, vt de parentum, & Curatorum requiſito conſenſu, Sac. Canonibus aduerſantia. An talia edicta in puncto clandeſtini Matrimonij contrahentes ligent, & loco publicati Concilij haberi debeant?*

Sacra Congregatio ad 2. reſpondit. Edicta talia minimè loco publicati Concilij haberi debent.

In vna Colonien. *Reſpondendum videtur hoc edictum, ſeù præceptum ęquiualere publicationi, quam Concilium mandat fieri in ſingulis* Parochijs. *Ideòque non obſtante edicto, ſi decretum de refor.*Matrim. cap.1. *non fuerit in* Parochijs *publicatum, iuxtà requiſitum eiuſdem* Conc. *Matrimonia irrita non eſſe, quamuis forma præſcripta à Concilio ſeruata non fuerit.*

Et idem comprobatur ex alijs declarationibus eiuſdem Congregationis intrà regiſtrandis, ex quibus colligitur fieri debere publicationem ipſius decreti Conciliaris.

Sacra, &c. declarauit, decretum hoc irritans Matrimonia clandeſtina contracta ſine Parocho, vel abſque illius licentia incipere robur habere poſt 30. dies à die publicationis ipſius decreti in Parochia facta.

Die 26. Iunij 1598. in vna *Biſuntina. Sacra, &c. cenſuit, ſi non fuerit publicatum in Parochia decretum Concilij* cap.1. ſeſſ.24. de refor. Matrim. *cum illud non obliget, niſi poſt 30. dies à die publicationis, Matrimonia eſſe valida.*

Hoc decretum de refor. Matrim. *ad hoc, vt robur ſuum recipiat, neceſſè eſt in Parochijs publicari, nec eius publicatio in Diœceſana Synodo facta æquipollet.*

Ad hoc, vt pręſens decretum Matrimoniorum locum habeat, neceſſè eſt, vt in propria Parochia fuerit publicatum.

Sacra Congregatio, *&c. perpenſis etiam conſultationibus Epiſcopi* Tricarieen. *in vna* Holandiæ 19.*Decembris* 1602. *& alias in ea declarauit cenſuit primò, vbi decretum eiuſmodi Concilij* cap.1.ſeſſ.24. de refor. Matrim. *non eſt publicatum in Parochia, valere Matrimonia contracta abſque obſeruatione forma à Concilio præſcripta.*

Cum iſtis etiam aliæ declarationes concordant.

Sed quod attinet ad impedimenta Matrimonium dirimentia Innoc. IV. in diplomate, quod ex eius regeſto exiſtente in Bibliotheca Vaticana tranſcribit Frater Tho. à Ieſu *lib 6. par.6. cap.6.* conſtituit in hæc verba.

Et quoniam apud Græcos conſueuerunt contrahi Matrimonia inter perſonas contingentes ſe iuxtà eorum computationem, & diſtinctionem graduum, quam nos facimus, apud nos quartus habetur, nè id præſumatur deinceps, firmiter prohibemus, diſtinctè præcipientes, vt cum vlterioribus gradibus licitè Matrimonia contrahantur in prædicto quarto

con-

conſanguinitatis, vel affinitatis gradu copulari vlterius non præſumant Statutum in hoc generalis Concilij obſeruantes.

Et in terminis huius decreti Conc. Triden. facit, quod idem refert *in cap. 7. eiuſdem par. 2.* ex diplomate Clem. VIII *de communicatione Latinorum cum Græcis* verbis ſeqq.

Curent Ordinarij locorum, vt decretum Sac. Concil. Trid. de refor. Matrim. *vertatur in linguam Græcam vulgarem, & in locis, & Parochijs Græcorum, & Albanenſium euulgetur, & publicetur.*

Et quoad tolerantiam, Papa debet omninò prouidere, *cap. Præterea 2. de ſponſal.* Alex. de Neuo *conſ. 63. num 4.* Et maximè, quia in hoc caſu non poteſt dari tolerantia, quæ conſiſtit in tacendo, ſed Papa cooperaretur in actu peccati, cum impoſſibile ſit in futurum adeſſe poſſe bonam fidem; Vltra quod non ſumus in actuali propoſito maioris ſcandali euitandi, ſed in genere, quod ſcandala euitari poſſunt, quod non ſufficit, cum poſſit hoc non eſſe, vt ponderat Pontius *lib. 5. de conſenſu clandeſt. cap. 18. p. 4. num. 17.* Et ita videtur firmatum à Sacra Congregatione in declaratione impreſſa per Barboſ. *ad cap. 1. ſeſſ. 24. de refor. Matrim.* quæ incipit: *Quæritur primò §. Ad 3.* iuncta alia claratione ſequenti, in qua ratione ſcandali noluit Sacra Congregatio recedere à diſpoſitione iuris communis, cum in dubio ſequendus ſit rigor iuris *cap. fin. de tranſact.* Sic illa loquitur in terminis Matrimonij:

Sæpè contingit in Diœceſi Elboren. plures contraxiſſe Matrimonia clandeſtina per verba de præſenti, fortè copula ſubſequenti conſumata ante publicationem Sac. Conc. Trid. Poſteà verò contraxiſſe cum alijs in facie Eccleſiæ cum ſubſequuta filiorum procreatione. Quo caſu dubium eſt Confeſſoribus; Nam ſi compellantur ad primas redire vxores, iuxtà forum conſcientiæ, multæ rixæ, & neces orientur propter ſecundas. Si verò ſinantur in ſecundis nuptijs permanere, conſcientia Archiepiſcopi ſtimulatur propter primas. Ideo quid ſuper hac agendum petitur?

Sacra Congregatio *cenſuit, conſulendum SS. D. N. hac de re.* Et *ſua Sanctitas reſpondit: In his, quæ ad forum fori pertinent, ſatis eſſe prouiſum Iure Canonico. Quæ vero ad forum poli ſpectant ipſius Dei prouidentia relinquenda.*

Videndum ſupereſt quid ſit agendum? Et crederem cum illis, qui contraxerunt primum Matrimonium, & non conſumarunt, poſſe diſpenſari, vt permaneant in ſecundo, quod bona fide contraxerunt. Cap. *fraternitatis de frig. & malef.* vel tolerari.

Quod attinet ad forum internum, licet dictum ſit, non eſſe tolerandos à Papa, quia in eiuſmodi caſu non poteſt diſpenſare, nec poteſt permittere, quod illi perſeuerent in peccato fornicationis ſub prætextu ſcandali actini. Ex aduerſo tamen reſpondetur, contrahentes fuiſſe, & eſſe in bona fide, nec peccatum adulterij, vel fornicationis committere, niſi materialiter, non tamen formaliter!

Prò tolerantia ponderanda eſt bona fides contrahentium, ſtatus fidei Catholicæ in illis partibus. Quod fortè Matrimonia clandeſtina negabuntur, & probari non poterunt. Contradictio mulierum, & earum Conſanguineorum. Et ſi res ad praxim reducenda eſt prò non tolerantia. Id aut fieret iudicialiter, aut extraiudicialiter. Si extraiudicialiter, hoc eſt ſi moneantur Coniuges ad diſſoluendum Matrimonium. Negotium relinquetur in ipſorum conſcientia. Ad illos enim ſpectabit parere, vel non parere. Si iudicialiter, videatur, quomodò tot Prouinciales poſſint conuenire ſine aliqua renouatione ſchiſmatis, cum Eccleſia Romana, & detrimento authoritatis eorum Epiſcoporum, qui Synodum publicarunt.

Referam tamen quid fuerit actum in ſimili ſub Gregor. XIII. multis hominibus Prouinciæ Zaren. in bello cum Turcis in ſeruitutem redactis eorum Coniuges, tam maſculi, quam fœminæ de illis notitiam habentes, ſecundas nuptias contraxerunt, non ſeruata forma Concilij. Quamobrem anceps Epiſcopus quid agere deberet cum hominibus facile ad contermina loca Turcarum profecturis, ſpreta Religione, ſi dirimi hæc Matrimonia viderent. Congregatio cenſuit ex ſententia Greg. XIII. ſimpliciter Epiſcopo reſpondendum, vt moneat iſtos, quod nullum eſt Matrimonium, non ſeruata forma Concilij, & Parochus eorum proprius, velit eos coniungere abſque alia licentia ipſius Epiſcopi, nihil ipſe dicat, ſed ſinat eos ſic contrahere, & perſeuerare. Quod ſi ipſi, vel eorum proprius Parochus petant ab Ordinario licentiam perſeuerandi in ſecundis nuptijs ſic nulliter contractis, non det illam Epiſcopus, & dicat eis, quod Eccleſia nunquam dat licentiam contrahendi, niſi certo nuntio mortis prioris Coniugis accepto.

Nihilominus in caſu propoſito die 18. Nou. & 2. Decembris 1628. maturè diſcuſſo, Eminentiſſimi Patres Sac. Conc. Trid. Interpr. vnanimiter cenſuerunt, decretum Synodi Diœceſanæ Chiouem, & Synodi Prouincialis Ruthenæ ſuper Matrimonijs clandeſtinis non celebrandis per Archiepiſcopum Chiouem publicata, non habere vim irritandi Matrimonia contrà illorum diſpoſitionem contrahenda, ſed Matrimonia etiam poſt eiuſmodi decretorum publicationem aliter contracta, ſi nullum aliud obſtabat legitimum impedimentum, valida, ac firma fuiſſe. Ideòque Coniuges, qui alias inter ſe valida Matrimonia contraxerunt, illiſque poſteà per Archiepiſcopum, tanquam contrà formam ſui decreti nullis declaratis, ſeparati fuerunt, ac ſimul cohabitare deſierunt, omninò cogendos, vt in dictis Matrimonijs contractis permaneant, atque vna ſimul, tanquam veri Coniuges cohabitent. Eos verò, qui

Google

primis Matrimonijs alias validè, & publicè contractis, ac conſumatis ab Archiepiſcopo vigore dictorum decretorum nullis declaratis, ſecundò cootraxerunt, ſimiliter ad priora redire, ac in illis permanere cogendos eſſe. Huiuſmodi autem ſecunda Matrimonia poſt publicationem, & conſumationem priorum contracta, nullo modo, etiam prætextu cuiuſuis grauis, & imminentis ſcandali, tolerari poſſe, aut debere. In futurum verò prouidendum eſſe per Breue S.D.N. in quo ſiat regiſtrata ſola verba ſubſtantialia Sac. Conc. Trid. *cap.* 1. *ſeſſ.* 24. *de refor. Matrim.* in ſingulis Parochijs ad præſcriptum eiuſdem Sacri Concilij publicanda.

Die 5. Decembris 1628. facta relatione SS.D.N. Sanctitas Sua ſententiam Sacræ Congregationis approbauit, iuſſitque, &c.

Atque ex his confirmata manet noſtra ſententia ſuis fundamentis firmiter innixa.

Qua pœna puniri poſſint Parochi, qui Matrimonia celebrant temporibus prohibitis ab Eccleſia ? tomo 1. Conſult. 287.

ARbitrio Epiſcopi. Ità Sacra Congregatio Conc. in vna *Boſnen.* 3. Decembris 1644. *ad cap.* 10. *ſeſſ.* 24. *de reform.*

An benedictio cõtrahentium Matrimonia poſſit à Parochis fieri extrà Eccleſiam, ſeù potius præcisè ſit facienda in Eccleſia ? tomo 1. Conſul. 351.

REſp. faciendam eſſe in Eccleſia. Ità Sacra Congregatio Concilij in vna *Britinorien.* 17. Aprilis 1649. *ad cap.* 1. *ſeſſ.* 24. *de reform. Matrim.*

An Abbas Nullius poſſit examinare teſtes prò ſtatu probando ſuorum ſubditorum, Matrimonia contrahere volentium? Vide de Abb. tomo 1. Conſult. 370.

An per affinitatem ſuperuenientem ex illicita copula diſſoluantur ſponſalia de futuro contracta ? tomo 1. Conſult. 376.

AFfirmatiuè in gradibus à Concilio reſtrictis. Et ità cenſuit Sacra Congregatio Conc. in vna *Meluitana* 29. Mart. 1653. *ad cap.* 4. *ſeſſ.* 24. *de refor. Matrim.*

GVbernatores cuiuſdam Hoſpitalis Expoſitorum aſſerentes, Sacerdotem ibi in Confeſſarium deputatum cum approbatione Epiſcopi hucuſque puellis expoſitis adminiſtraſſe omnia Sacramenta, & coram eo celebrata fuiſſe Matrimonia, præuijs denunciationibus in Eccleſia eiuſdem Hoſpitalis. Quæritur:

An huiuſmodi Matrimonia coram eodem Sacerdote celebranda ſint, & non coram Rectore Eccleſiæ Parochialis, intrà cuius limites dictum Hoſpitale exiſtit ? tomo 1. Conſul. 395.

REſpond. Matrimonia huiuſmodi eſſe celebranda coram proprio Parocho, non autem coram Capellano. Ità etiam cenſuit Sacra Congregatio Conc. in vna Eugubina 23. Aprilis 1651. *ad cap.* 1. *ſeſſ.* 24. *de refor. Matrim.* Et ità etiam fuiſſe iudicatum in Curia Neapolitana teſtatur Genuen. *in prax. cap.* 50. *n.* 2.

An ſæcularis, qui indutus ſuperpelliceo intereſt celebrationi Matrimonij, vti Parochus, puniendus ſit in S. Officio? tom. 2. Conſ. 70. Miſcell. n. 17.

AFfirmatiuè. Abutitur enim Sacramento.

Aliqua de diſpenſatione Matrimonij ? Vide de Diſpenſationibus ibidem.

De quodam Matrimonio ab Epiſcopo diſpenſato, vt in caſu poſito? Vide de Diſpenſation. tomo 3. Conſult. 33.

An à decreto Epiſcopi, quod celebretur Matrimonium, poſſit appellari ad Metropolitanum ? Vide de Appel. tom. 3. Conſult. 57.

An cum hæreſim abiurantibus diſpenſari poſſit à Summo Pontifice in radice Matrimonij iam ante abiurationem contracti, cum impedimento ſecundi gradus ? to. 1. Conſul. 63.

AFfirmatiuè. Eſt communis DD. ſententia, quæ generaliter aſſerit, Summum Pontificem, vt Supremum Iuris Canonici arbitrum quodlibet impedimentum dirimens iure poſitiuo conſtitutum tollere poſſe, prout ex tunc, & remouere in ipſa radice Matrimonij, itàut diſpenſatio ad illius initium retrotrahatur, & proindè cenſeatur fuiſſe ab initio validum, non minus, quam ſi ipſa diſpenſatio præceſſiſſet, & nullum vnquam impedimentum irritans poſitum eſſet. Couar. *de Matrim. par.* 2. *cap.* 8. *num.* 13. Barboſ. *in cap. per Venerabilem* 13. *qui fil. ſin. leg. num.* 4. *& ſeqq.* DD. quos refert, & ſequitur Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 7. *n.* 4. *& ſeqq.* alijque.

Quod

Digitized by Google

Quod quidem in pręſenti ęquitas etiam ſuadet, & cauſa publica, quæ requiritur à Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 5. de ref. Matrim.* non deficit, nempè fauor fidei Catholicæ, quo facilius ad eam hæretici alliciantur. Ac rectè ſequitur ex declarationibus Sac. Congr. S. Offic. quę ſæpè ità cenſuit. *Cum hæreticis volentibus inter ſe in gradibus prohibitis Matrimonium contrahere, Apoſtolica Sedes non diſpenſat, niſi hęreſes abiurauerint & licet vnus ſit Catholicus, alter verò hæreticus, ſi iſte non abiurat, non conceditur* die 4. & 24. Octob. 1607. & 24. Iu. 1609. & 15. April. 1610. & 24 Octobr. 1613. & 18. Decemb. 1650. & 28. Maij 1609. vbi denegata fuit diſpenſatio Duci Subaudiæ volenti ducere vxorem filiam Regis Anglię, niſi iſta abiuraret. Fuit etiam denegata Duci Neuburgi Catholico volenti ducere filiam Ducis Bipontini hæreticam, niſi quoque iſta abiuraret. Et licet poſt multa de facto contraxerit cum prætenſa diſpenſatione ſibi conceſſa à Vicario Apoſtolico Hollandiæ in gradu prohibito, fuit tamen dictum, Matrimonium eſſe nullum. Ergò, ſi abiurarint, diſpenſatio eis non denegatur. Et 27. Maij 1627. cum quidam Catholicus, qui ſcienter coram Parocho non ſuo contraxit cum hæretica ſibi in ſecundo gradu conſanguinitatis coniuncta petijſſet diſpenſari, vt iterum contrahere poſſet, cum ipſa ſit parata hęreſes abiurare, Sanctiſſimus mandauit committi Nuncio Apoſtolico, vt conſtito ſibi de pręmiſſis, & abiurata prius hęreſi per d. hęreticam, eum oratoribus diſpenſet, vt non obſtante dicto impedimento, Matrimonium inter ſe, ſeruata forma Conc. Trid. de nouo contrahere valeant. Sic enim ſub 8. Decembris 1627. cum conuerſo ad fidem Catholicam fuit diſpenſatum, vt virginem ſibi in ſecundo affinitatis gradu coniunctam, & opera ſua ad fidem conuerſam, ducat in vxorem.

Aduerto tamen, quod hæc doctrina non poteſt ſanum habere intellectum; niſi dumtaxat intelligatur, quoad effectus merè ciuiles, & temporales, puta legitimationem, & ſimilia, non autem, vt ipſum Matrimonij Sacramentum, quod ab initio non conſtitit, vel conualeſcat vnquam, vel valuiſſe cenſeatur. Fictiones enim, & effectus retroactiui in ciuilibus admittuntur, non autem in Sacramentis, quæ ſi ab initio non valuerint per ſuperuenientem ex poſt facto diſpenſationem nulla poſſunt ratione confirmari. Et ideò quandò Matrimonium ob aliquam inhabilitatem eſt irritum, ad hoc vt conualeſcat, & fiat validum, requiritur neceſſariò conſenſus amborum coniugum, qui debent ſcire prius, Matrimonium fuiſſe inualidum. Hoſt. *in cap. 5. de eo, qui dux. in Matrim. ſub princ.* & Henriq. *num.* 5. Butr. *num.* 8. alijque.

An Iudex poſſit tuta conſcientia impedire, nè Matrimonium contrahatur à viro cum muliere longè imparis conditionis, & infamia notabili laborantis, cum qua, ſi contrahatur grauiſſima haud dubiè ſcandala orientur, poſſitque detrudere ipſum virum in carcerem, eumque ibi detinere, donec vel ducat aliam, vel ſcandalorũ periculum amoueatur?
tom 4. Conſult. 11.

RESpondeo, Iudicem poſſe tuta conſcientia impedire huiuſmodi Matrimonium, & donec effulgeat aliud remedium, virum in carcere detinere, ſi opus ſit ad talem effectum, vt clarè colligitur ex *cap. cum in tua de ſponſal.* & ibi Gloſ. *v. ſcandalo*. Panorm. *num* 4. Alex. de Neu. *n. 6.* ac alijs. Adde deciſ. Rot. 1258. apud Seraph. Idque etiam ſi ſponſalia fuerint iuramento confirmata. Gabriel. à S. Vincentio de Matrim. *diſp. & quæſt. 5. n. ſeptima certa.* Quod multæ rationes omninò perſuadent.

Prima. Quia virtus iuſtitiæ obligare nequit ad actum, qui ſine peccato impleri non poteſt. Contrahere aut Matrimonium cum magno ſcandalo eſt apertè lętalis culpa cum charitas proximi notabiliter lędatur, diſſoluatur parentum pietas, & cognatorum amicitia.

Secunda. Vt tenetur Iudex plectere delinquentes, ità, ſi poſſit, tenetur impedire, nè delinquant, imò plectit delinquentes, vt eorum exemplo alij pęnis territi non delinquant. Poteſt autem impedire huiuſmodi virum nè delinquat, vt re vera delinqueret, ducendo hanc mulierem in vxorem.

Tertia. Finis Matrimonij præcipuus eſt propagatio prolis, conſeruatio ſpeciei nouis indiuiduis accedentibus. Cum autem hoc Matrimonium nihil, niſi cędes, & ſtrages hominum allaturum ſit, fini Matrimonij maximè aduerſatur. Igitur cum ſit Iudicis munus procurare, vt ſingula ad ſuum finem, propter quem à natura inſtituta ſunt, ferantur, hoc Matrimonium impedire debet, quod à ſuo fine adeò exorbitat.

Quarta. Ad finem Matrimonij pertinet familiarum præſertim honeſtarum conſeruatio, idemnitas, integritas, pax, vnio. Hoc ergò Matrimonium, ex quo nobilis familiæ ruina, & mutuæ cędes conſequuntur à dicto fine deſciſcit. Igitur omninò impediendum, etiam viro in carcere detento à Iudice.

Quintò. Sępè, ac ſępius contrahitur Matrimoniũ ad tollendas magnas lites, & concordiam partium, imò propter hanc cauſam non rarò expediuntur diſpenſationes Matrimoniales. Illud igitur Matrimonium impediendum eſt, quod non modò non tollet lites, ſed nouas, eaſque ſcandaloſas iudicet, parietque innumeras rixas.

Vtrum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Vtrum in diſpenſatione gradus affinitatis comprehendatur etiam diſpenſatio publicæ honeſtatis? Vide de Diſpenſat. tom. 4. Conſul. 14.

1 *An intret impedimentum affinitatis in tertio, vel quarto gradu ex ſola figura Matrimonij, quamuis inualidi?*
2 *Item an inſurgat impedimentum publicæ honeſtatis à Matrimonio ſolemnizato in facie Eccleſiæ, licet irrito?* tom. 4. Conſult. 15. Item to. 5. Conſult. 50. ac tom. 7. Conſult. 78. eiuſdem tract.

AD 1. Tenendum eſt ex huiuſmodi Matrimonio inſurgere impedimentum affinitatis. Ità nouiſſimè declarauit Sac. Congreg. Conc. *in Brixienſi* 3. Decemb. 1667. quæ ità interpretata eſt locum Concilij Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 4. *de refor. Matrim.*

Ad 2. DD. communiter docent, impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis non oriri ex Matrimonio rato inualido ex defectu conſenſus, ſed oriri ex inualido ex defectu ſolemnitatis, vel ratione alicuius impedimenti: Ità Pontius, ac Perez *de Matrimonio* ille *lib.* 7. *cap.* 36. *num.* 5. Ric. *diſp.* 33. *ſect.* 3. *num.* 3. vbi referunt declarationem Sac. Congregationis Conc. quę idipſum declarauit *in d. Brixien.* eodem die, & anno.

Ratio primæ partis eſt, quia olim ſponſalia ex defectu conſenſus inualida non inducebant hanc honeſtatem; Ergò neque Matrimonium, cum eius honeſtas à paritate ex illis conſuetudine populi Chriſtiani ſubſiſtant.

Ratio verò ſecundæ partis: quia ſic fiebat olim in ſponſalibus, quæ inducebant hanc honeſtatem, licet inualida eſſent, niſi id prouenires ex defectu conſenſus. Cumque in hac honeſtate, orta ex Matrimonio rato nihil ſit innouatum à Tridentino, erit in ea ſtandum iuri antiquo. Iuuat hic apponere declarationem à Poncio, & Perez relatam, quam etiam adducunt Farinac. ad dictum locum Concilij, & Rebell. *num.* 102. Iſta eſt huiuſmodi:

Præſuppoſita declaratione per Conſtitutionem Sanctiſs. D. N. Pij V. ſuper hoc decreto, cenſuit Congreg. oriri impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis ex ſponſalibus, per verba de præſenti, etiam nulliter contractis, omiſſa forma decreti Conc. Trid. cap. 1. huius ſeſſ. 24. *& conſtat ex* cap. Ad Audientiam de ſponſal. *vbi exiſtente Matrimonio nullo propter impedimentum conſanguinitatis oritur publica honeſtas.*

Vndè infertur, oriri hanc honeſtatem ex Matrimonio inualido ex defectu præſentiæ Parochi, ac teſtium, vel ob quoduis aliud impedimentum dirimens: quia tale Matrimonium non eſt inualidum ex ſolo defectu conſenſus, ſed etiam legitimationis: quia eſt inter perſonas inhabiles ex decreto Sac. Conc. Trid. imò Matrimonium clandeſtinum, licet nullum, habere tamen vim ſponſalium ex natura ſua multis oſtendit Perez *diſp.* 8. *ſect.* 4. *num.* 4. Atque ità tenco cum Poncio *d. lib.* 7. *cap.* 35. *ad fin.* Huttado *diſp.* 21. *diff.* 2. *num.* 7.

1 *An permitti debeant Matrimonia Mulierum Catholicarum cum Viris Schiſmaticis?*
2 *An abſente Parocho Catholico, Presbyteri ſchiſmatici poſſint baptizare filios Catholicorum?* tom. 4. Conſult. 139.

AD 1. De iure tam Eccleſiaſtico, quam naturali negatiuè reſpondendum eſt per tex. *in can. caue can. non oportet* 28. *quæſt.* 1. *& in cap. decreuit de hæret. in* 6. Exodi 34. Deuter. 7. & 3. Reg. 11. ac docent Theologi, & Canoniſtæ communiter ex Concilijs, & Patribus apud Sanch. *de Matrim.* & Ponc. *eodem tract. in append. cap.* 2. *à num.* 1. Idque propter periculum ſubuerſionis. Siquidem prohibitum eſt Catholicis ducere in vxores Mulieres ſchiſmaticas, niſi præuia abiuratione, vel fidei profeſſione. Quod ſi contraxerint cum conditione, vt illas catholicè viuere faciant, vel cum certa ſpe lucrandi ſchiſmaticum, vel ſchiſmaticam, certior reddenda eſt Sedes Apoſtolica. Quibus concinunt Conc. Nicenum 1. *cap.* 53. Illeberitanum *cap.* 16. Laodicenum *cap.* 31. Chalcedonenſe *act.* 15. *cap.* 14. & Agathenſe ſub Symmacho *cap.* 67.

Conſulendum igitur eſt Sedes Apoſtolica, quæ in regionibus, vbi Catholici cum hęreticis, vel ſchiſmaticis permiſſim viuere, ſolent ob commune pacis bonum, aut tranquilliorem ſtatum Catholicorum, vel propter alias circumſtantias occurrentes prudenter conſideratas, poteſt cum illis diſpenſare, dummodò Coniux Catholicus, ſiuè Vir, ſiuè Mulier cum ſchiſmatico Matrimonium contrahens ſua ſponte omninò, ac tutò fidem, ac Religionem Catholicam profiteri in omnibus permittatur, & ſimiliter ſeruetur, quod Eccleſia conſtituit, vt ex alterutro parente Catholico ſuſcepta proles catholicè educetur, vt habetur *in cap. Ex litteris de conuerſ. infidel.* & Can. *Iudæi* 22. *q.*

Et licet Sedes Apoſtolica toleret Matrimonia huiuſmodi in regionibus, in quibus hæreſes, vel ſchiſmata impunè graſſantur, nunquam tamen voluit aliquo actu poſitiuo illa authenticè approbare. Imò quandò poteſt, ſe opponit, impeditque; Ideoque Epiſcopus in caſibus occurrentibus ſe opponere debet, quandò poteſt, ſine periculo ſcandali, aut tumultus, vel ſaltem non debet concedere licentiam, nec facere actum aliquem, ex quo poſſit elici conſenſus poſitiuus. Imò in terris hæreticorum huiuſmodi Matrimonia cum ipſis hæreticis per exhortationem potius, quam per cenſuras prohibenda. Quandò verò Matrimonium iam contractum eſt, poteſt tolerari, vt Mulieres hæreticæ, quę Maritos habent Catholicos, cohabitent ſimul arbitrio Ordinariorum, quãdiù fuerit aliqua ſpes conuerſionis, & nullum ſub-

ſubuerſionis periculum, ità tamen, vt proles catholicè educentur.

Huius tamen prohibitionis ratio eſt: quia præcipuum Matrimonij bonum eſt, quod proles ad Dei cultum educetur. Cum autem educatio fiat communiter per Patrem, & Matrem, vterque ſecundum fidem ſuam intendit ad cultum Dei prolem educare, & ideò ſi ſunt diuerſæ religionis, intentio vnius intentioni alterius erit contraria, ſicque inter eos non poteſt eſſe conueniens Matrimonium.

Ad 2. Vide de Baptiſmo *eodem to.4. Conſult.139. num.5.* vbi reſponſum eſt.

Aliqua dubia de Matrimonio inter Catholicos, & Turcas. Vide de Miſſionarijs tom.4.Conſult. 144. Summ. num. 1. 2.& 3. *& in eius perergа à* num.29.& ſeqq.

An pendente controuerſia inter Virum, & Vxorem super ſæuitia, eſto quod Vxor ſequeſtranda ſit, amoueri poſſit è domo fraterna, & quo in loco ſit collocanda? tom.4. Conſult. 146.

NON poteſt, ſi ibi, permittente Viro, collocata fuit. Buratt.*deciſ.684. num.2.* Duran. *deciſ.262.num.1.*

Quatenus verò à fraterna domo amouendam eſſe arbitretur Iudex, cuius iudicio iuxtà cauſarum contingentiam, & circumſtantias facti hoc remittitur. Gloſ. *in cap. cum in loco v. nihil de ſponſal.* arbitrari nullatenus poteſt, quod detrudatur in domum Conuertitarum: quia eius arbitrium regulari debet à iure. Barr. *in extr. ad reprimendum v. videtur num 7.* Cæſ. de Graſ. *deciſ.7.num 7.de ſent.& re iudic.* Rot. *deciſ. 365. in fin.par.1.recen.* De iure autem aſſignanda eſt alicui probæ, & honeſtæ mulieri, vt diſponunt tex.*in cap.ex tranſmiſſa de reſt.ſpol.*ibi: *Faciat honeſtè teneri.* Vel detrudenda in Monaſterium Monialium, quæ verè honeſtæ perſonæ dici poſſunt, vt per Rotam coram Buratto *deciſ. 586.num.4.& d. deciſ. 684. num.1.* & apud Pegnam *deciſ.497.num. 3. d. deciſ.262. num.1.* vbi firmatur, quod ſtante nobilitate mulieris, licet retineretur in honeſtiſſimo Monaſterio, Rota impertijt licentiam exeundi, & commorandi cum Patre. Tondut. *reſol. beneſ. tom. 1. cap.55. num.13.* Vbi quod Iudicis officium eſt proſpicere mulieri locum commodum, & honeſtum.

An Matrimonium maximè exterorum, præſentibus, ſed contradicentibus Parocho, teſtibus, & parentibus Viri, vel Mulieris contractum, ſit validum? Et quid prohibente Epiſcopo? Quaue pœna puniendi? Vbi ad hæc incommoda, remedium quæſitum, ſed fruſtrà. to.4. Conſult.147. Item tom.5.Conſult.79. num.19. & ſeq. ac tom. 9. Conſult.133.

EST validum: Quia ad illius validitatem ſufficit ſola Parochi, ac teſtium præſentia, etiam ſi inuiti, & coacti ſint præſentes, ac non obſtante eorum contradictione, & proteſtatione, vt fuit ſæpius reſolutum à Sac.Cong.Conc. *ex l. coram Titio de verb. ſignif.* & comprobat plenè Sanch.*de Matrim.lib.3.diſp.39. num.9. & ſeq.* Quod procedit, non obſtante, quod contrahentes eſſent exteri, ac recentes incolæ Parochiæ, neque haberent animum in ea permanendi Sanch.*d.lib.3.diſp.25.* Peccant tamen mortaliter, idem Sanch.*ibid.num.17.*

Non obſtat, quod Parochi prohibentur intereſſe Matrimonio exterorum: Quia Conc.prohibens non irritat Matrimonium.

Similiter non obſtat, quod antè Matrimonium contractum Parochus eſſet prohibitus à ſuo Ordinario; Tum quia ſpeciale eſt in Matrimonio, vt ex ſimplici prohibitione non irritetur per tex.*cap.2.de Matrim.contr.interd.Eccleſ.contrac.*Dec.*in cap.ſecundò requiris num.7.de appell.* Rot.*dec.750.num.4.par.1.diuerſ.* Tum etiam, quia ſufficit ad effectum validitatis, quod Concilium non habeat clauſulam irritantem, Rota poſt alios *d.deciſ.750.num.4.* Et in hac ſpecie reſpondit Sac.Cong.cuius reſolutionem refert Lopez ad Diaz *in prax. cap.76. v. primum igitur dubium.* Nec Parochus poteſt hanc facultatem à ſe abdicare *arg.cap.innotuit de elect.*

Minus refragatur, quod parentes, vel conſanguinei contrahentium diſſentiant: Quia certum eſt, nullum requiri, nè Patris quidem conſenſum in Matrimonio filiorum, quod nequit impediri, eſtque validum, quantum vis expreſsè illi diſſentirent per tex. *in cap. cum virum in fin.de regular.* & decernit Sac. Conc. Trid. *in d. cap.1. ſeſſ. 24.* ac tradunt Riminal. *iun. conſ. 333.num 5.& ſeqq.lib.2.*Fontanell.*de pact. nupt. clauſ.4.gloſ. 2. num.2.* alijque. Cum in Matrimonio nihil aliud requiratur, niſi mutuus contrahentium conſenſus ad tex.*in can.ſufficiat 27. queſt.2.*& Trid.*in d.cap.1.*

Idque ſiuè ſponſalia ſint iurata, ſiuè non, per tex. *in cap.ſicut, in cap.ex litteris 2.in cap.requiſiuit de ſponſal.*traditque Seraph.*dec.112. num.1.& 2.* ac Rot.*in Tullen.Matrimonij* coram Caualer.

Nam in re Matrimoniali non attenditur ius ciuile, ſed Canonicum, & præcipuè Sac. Conc. Trid.ex quo iure Canonico paternus conſenſus requiritur ſolum ex honeſtate, non ex neceſſitate.

Digitized by Google

tate. Panorm. ac cæteri Canoniſtæ *in cap. veniens cap. de ſponſal.* & Couar. *de ſponſal. par. 2.* Multóque minus requiritur conſenſus fratrum, vel auunculorum.

Et ità vt promittens Matrimonium contrahere, poteſt cenſuris, & carceribus cogi, & ſi in ſua pertinacia perſliterit, non cogatur, ſed puella congruenter ſuo ſtatui, conuenienterque eſt dotanda ex Sac. Cong. Epiſc. *in Piſtorienſi* vlt. Iul. 1584. per hæc verba:

Al Veſcouo, che con pene, e cenſure, & ancora con carcere induca colui, che hà promeſſo il contratto Matrimoniale, conforme alla promeſſa, mà perſiſtendo renitente, non lo sforzi più oltre, facendo però, che doti la Donna competentemente.

Quoniam verò multa incommoda prouenire ſolent ex Matrimonijs contractis Parocho præſente, ſed inuito, & non cooperante in Sacramento Matrimonij, ideò reſcriptum fuit Archiepiſcopo Meclinienſi 10. Octobris 1616. Sed fruſtrà tentatum remedium.

Pœna igitur contrà ſic contrahentes, vt eis imponatur pœnitentia, & ſeparentur, donec cognoſcatur cauſa interdicti. Separatio autem coniugum non fit quoad fœdus Matrimonij, ſed quoad thorum per tex. *in d. cap. littera de Matrim. contr. interd. Eccleſ.* Ibique Io: And. Card. Abb. ac alij. Et pœna eſt Epiſcopo arbitraria. Trid. *loc. cit.* Sunt verò grauiter puniendi, ideóque peccaret Ordinarius eos non puniens. Præcipit enim Tridentinum eos puniri. Teſtes autem quaſi clandeſtini, ſi qui fuerunt, etſi illis nulla pęna imponatur, tamen cum peccent præſtando authoritatem Matrimonio prohibito, puniendi ſunt condigna pœnitentia ab Epiſcopo.

Quod verò ad Parochum, vel alium Sacerdotem aſſiſtentem voluntariè Matrimonio clandeſtino abſque publicationibus, eſt per triennium ſuſpendendus ab officio. eodemque modo Parochus, licet non interfuerit, tamen ſciens tale Matrimonium non prohibuit, per tex. *in cap. fin. §. fin. de clandeſt. deſponſ.* quæ pœna eſt ſententiæ ferendæ non latæ, Hæc verò pœna eſt correcta per Trid. *d. cap.* 1. quandò Parochus, vel alius Sacerdos aſſiſtit clandeſtino inualido defectu numeri teſtium, dicitur enim ibi, eſſe grauiter puniendum arbitrio Ordinarij. Quod ſi Matrimonium ſit clandeſtinum tantum ob omiſſionem denunciationum, ſtandum erit pœnæ *d. cap. fin.* Quia Concilium in hoc nullam pœnam ſtatuit. Quod ſi alius Parochus, vel Sacerdos abſque licentia proprij aſſiſtat, non incurreret eam pęnam, cum tale Matrimonium ſit inualidum, ſed aliam *d. cap. 1.* ſuſpenſionis ipſo facto tandiù, quandiù abſoluatur ab Ordinario eius Parochi, ad quem illud Matrimonium ſpectabat. Eiuſmodi autem delictum quatenus committitur à laicis eſt mixti fori, ideò datur præuentio.

An Sum. Pont. decreto ſuo poſſit inhabilitatem inducere contrahendi Matrimonium cum Conſanguineis vſque ad ſeptimum gradum incluſiuè, quorum Maiores Iudaici, vel Mahumetani ſanguinis labe fuerint infecti? tom. 4. Conſult. 167.

Affirmatiuè. Euincitur manifeſtè ex eo, quod Summi Pontifices omnibus olim interdixerant nuptias vſque ad ſeptimum gradum conſanguinitatis, vel affinitatis, vt habetur 35. *quaeſt.* 2. & 30. ex decretis Greg. I. *cap. de affinitate* 1. & *cap. progeniem* 16. Iulij 1. *cap. nullum ex vtroque ſextu* 7. Nicolai I. *cap. de conſanguinitate* 17. & *cap. nulli ex conſanguinitate* 19. & Alex. II. *in cap.* 2. 35. *quaeſt.* 5. quæ prohibitio durauit vſque ad Concilium Lateran. celebratum ſub Innoc. III. vbi *cap.* 50. redacta fuit ad 4. conſanguinitatis, & affinitatis gradum. cap. *non debet* 8. *de conſangu. & affin.* Igitur id poteſt etiam interdici quoad certas perſonas, plus enim eſt reddere multos inhabiles, quam paucos, ſicut arguit Palud. *in* 4. *d.* 32 *q.* 1. *art.* 1. quem ſequitur D. Antonin. *p.* 3. *tit.* 1. *cap.* 16. *ante §.* 1.

Verum tale præceptum hoc caſu conuenire, atq; expedire plura ſuadent. Præcipuum verò nè aliquæ familiæ prænobiles, hactenus puræ ab omni labe inficiantur ſanguinis Iudaici, vel Mahumetani, quem præcipuè nobilitas Hiſpana reſpuit, teſte Io: Arce ab Othalora *de Nobil. Hiſpan.* 2. *p.* 2. *par. princip. cap.* 7. *à num.* 16. *tract. to.* 16 *fol.* 141. & *ſeq.* Et grauia indè diſſidia oriantur inter conſanguineos vtriuſque Coniugis, alteros quidem ad iniuriam reuocando commiſtionem ſanguinis impuri cum puritate ſuę familiæ, atque ob id alteros ſpernere. Reipublicæ enim intereſt, quod Ordinum, & familiarum Dignitas ſalua ſit *l.* 1. *§. quamuis ff. de ventr. inſpic.* Vbi Gloſ. *v. ordinum* notat, abſurdum eſſe, vt ſordidæ ſtirpes ingenuis, ac ſplendidis natalibus audeant ſurrogari, iuſtaque cauſa recedendi à regulis communibus eſt bonum pacis cap. 2. *in fin. de ſponſ. impub.* vbi Gloſ. *v. pacis.*

Et in ſpecie, quod iuſta cauſa reddendi aliquos priuatos inhabiles ad Matrimonium inter ſe contrahendum cum impedimento ſit timor grauium diſcordiarum, docent Sanch. Boſſ. & Dian. *p.* 8. *tr.* 1. *reſol.* 60.

An in Matrimonijs Catholicorum cum hæreticis, cum quibus immixti viuunt, poſſint Parochi aſſiſtere ritu Catholico ad impediendam fornicationem, dum ritu hæretico coniugati eodem tecto, ac lecto, tanquam legitimè coniuncti vtuntur? to. 4. Conſult. 188.

Reſpond. Parochis non licere aſſiſtere huiuſmodi Matrimonijs; niſi adſit aliqua

iuſta

iuſta cauſa, approbanda à Sede Apoſtolica, vt alibi diximus: Quia non ſunt facienda mala, vt eueniant bona; peccaret enim, tam Catholicus contrahendo cum hæretica, quam Parochus aſſiſtendo: Nam Parochus cooperatur Matrimonio hæretici, & Catholici, non quidem, quia eſt Miniſter, vt exiſtimauit Canus, ſed quia non concurrit, quatenus eius præſentia reddit habiles contrahentes, qui ſine illa habiles non eſſent poſt Conc. Trident. Vndè in locis, in quibus publicatum eſt decretum Conc. Trid. atque adeò prò validitate Matrimonij, requiritur præſentia Parochi, ſi adſit ſpes certa, vt ſaltem ſatis probabilis non ſolum euitandi fornicationis, & concubinatus, ſed etiam conuerſionis alterius Coniugis ad fidem, & nullum ſubuerſionis periculum adeſſe iuſta cauſa ijs aſſiſtendi, atque adeò approbanda à Sede Apoſtolica. Si verò non fuerit publicatum, Matrimonia contracta ritu hæretico abſque Parochi, ac teſtium præſentia valida ſunt, vt etiam alias diximus.

An tolerari poſſit, quod mariti, aut vxores in captiuitate exiſtentes per aliquod tempus apud Turcas, ſi nihil de vita, aut morte Coniugum audiuerint, ad ſecundas tranſeant nuptias ex eo, quod timeatur prædictos apoſtatare, & ad effectum prædictum recurrere ad Miniſtros? Si verò aliquid ſciuerint certi de vita Coniugis captiui, illicò recedere debeant à ſecundis nuptijs ſub aliqua pœna pecuniaria? Vbi de diſſolutione Matrimonij infidelium ad fidem conuerſorum. tom. 4. Conſult. 189.

CEnſeo, huiuſmodi Matrimonia eſſe dirimenda, & in poſterum nullo modo id eſſe permittendum, nec prætextu cuiuſuis grauis, & imminentis ſcandali tolerari poſſe, aut debere; Non enim ſufficit abſentiam mariti, nè per centum quidem annos, vt poſſit mulier ad ſecundas nuptias tranſire, etiam ſi toto hoc tempore nihil audiuerit de viro ſuo: Quia prò tranſitu ad ſecundas nuptias requiritur, quod alter Coniugum acceperit certum nuncium mortis alterius. Itá Gloſ. *in cap. in præſentia in fin. de ſponſal* Alex. de Neu *ibid. nu. 22.* Abb. *in cap. Quoniam, §. Porrò num. 12. vt lit. non conteſt.* alijque.

Ratio autem eſt, quia de priori Matrimonio certò conſtat, & proindè certum eſt, adeſſe impedimentum contrahendi aliud Matrimonium. Quod autem diſſolutum ſit Matrimonium per mortem alterius Coniugis, & ſublatum impedimentum non certò conſtat, ſed ſoluere eſt dubium, aut ad ſummum adeſt leuis probabilitas. Non poteſt autem quod eſt incertum elidere quod eſt certum, nec contrà ipſum præualere; Vndè cum incerta mors Coniugis ità ſe habeat, vt poſſit eſſe ſequuta, & non poſſit eſſe ſequuta; remanet in ſuo ſtatu impedimentum ligaminis, quod impedit, ac dirimit ſecundas nuptias.

Et proindè tranſeuntem ad ſecundum Matrimonium abſque certitudine mortis alterius Coniugis puniri poſſe ab Inquiſitoribus tradunt Farinac. *de hæret. q. 178. num. 72.* & Carena *de offic. Inquiſit. par. 2. tit. 5. §. 4. n. 27.* qui teſtatur de praxi; Quia abutitur Sacramento. Quare contrà Parochos, vel alios poteſt inquiri à Sancto Officio de celebratione Matrimonij polygamorum ſine legitimis probationibus, & præuia interrogatione, an credant, vel crediderint, licere Parochis, etiam tempore belli, vel peſtis, dum itinera ſunt frequentia, & minus tuta, celebrare Matrimonia, non factis prius diligentijs à Sac. Conc. Trid. præſcriptis? Et ſi rectè reſponderint, poſſint damnari ad carcerem triennalem, cum ſuſpenſione perpetua à cura animarum, & exilio à locis delictorum. Quoad Matrimonia verò, vt ſupra celebrata, debet comprobari vera mors priorum Coniugum, & interim moneri Coniuges, nè inſimul cohabitent.

De diſſolutione autem Matrimonij infidelium ad fidem conuerſorum hæc habeo:

Matrimonium infidelium non dirimitur per conuerſionem alterius, vel vtriuſque niſi fuerit contractum contrà eorum leges, vel contrà ius naturæ. Hinc quandò alter infidelium ad fidem conuertitur, debet ſecundum Apoſtoli conſilium 1. *Corinth. 7.* cohabitare cum infideli, donec eſſet aliqua ſpes conuerſionis, nec viuente infideli aliam ducere poteſt, niſi infidelis cum conuerſo cohabitare recuſet vel ſimpliciter, vel non abſque contumelia Creatoris: Nempè quia ſtudet fidelem à Fide peruertere, vel ad peccatum inducere, vel Dei, aut Chriſti nomen non vult audire, niſi cum contemptu, vel familiam à Chriſti fide retrahit. Tum enim contumelia Creatoris Matrimonium ſoluit, & è conuerſo aliam ducendi conceditur facultas per tex. *in cap. gaudemus de diuor.* & DD. communiter.

Vt autem infidelis conuerſus contrahere poſſit aliud Matrimonium cum infideli, non ſufficit voluntas præſumpta Coniugis infidelis, vt ſi regio vbi degit valdè diſtet, ſed requiritur etiam diſpenſatio Apoſtolica; Vndè Greg. XIII. Conſt. incip. *Populis* 25. Ian. 1585. conceſſit, vt poſſit contrahere, priore Coniuge prius non præmonito, ſi vix poſſit præmoneri. Nam licet ſola locorum diſtantia non ſufficiat; eſt tamen cauſa ſufficiens, vt Sum. Pont. diſpenſare poſſit, prout reipſa diſpenſauit Greg. XIII. Clem. VIII. & Paul. V.

Secundum documentum ſit: Si Coniux infidelis fidelem deſerat, aut ità cohabitare velit, vt illi vel fidem, vel charitatem rebus, aut verbis deſerere ſuadeat, tunc temporis non cogitur fidelis cum infideli vitam ducere; quin potius licebit, ſi ità placuerit, fidelem etiam Coniugem ſibi copulare, dirempto iam priori coniugio. Ità ſtatuit Innoc. III. *in cap. quanto de diuor.* & ad hunc modum intelligendum dicit

& Pauli Apoſt. verbum, & Gregorij decretum 20. *quæſt. 2. can. ſi infidelis*. Quod ſi infidelis diſcedat, diſcedat ait Paulus, non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater, aut ſoror in eiuſmodi; In pace autem vocauit nos Dominus.

Tertium quoque ſit: Cum dubium eſt, an coniux infidelis ſi dei impedimento futurus ſit, & an potius illum peruerſurus à vera Religione ſit, quam ab ipſo lucrifaciendus, quidnam agendum ſit? Nam neque contumelia Creatoris manifeſtè apparet, neque ſpes etiam ſatis elucet illum ſaluumfaciendi. Huic dubitationi occurrendum eſt hoc modo, vt Coniux infidelis admoneatur, quantum ſitis eſt, vt Religionem Chriſti ſuſcipiat. Quod ſi conuenienter admonitus, omninò renuerit, intelligatur obſtinata eſſe voluntate, & fidelem conſortio ſuo potius lædere, quam ab illo adiuuari. Itaque ſeparandum eſſe; Ità decernit Toletanum Conc. 4. 61. 28. *quæſt. 1. can. Iudæi.*

Prætereà illud ex eodem Innoc. animaduertendum eſt, nuptias infidelium non teneri Canonis legibus. Quare illa ſolum Matrimonia irrita erunt, quæ cum lege naturali pugnant, quemadmodum apertè repugnat pluralitas Vxorum, atque etiam repudium primæ, vt Euangelium, & Prophetæ docent. *Matth.* 19. *Luc.* 16. *Malac.* 2. At verò, quæ ſolum lege Eccleſiaſtica prohibitæ ſunt, vt ſecundo, aut tertio gradu contracta ea rata fieri, cum vterque baptizatur, Canones Sacri iubent *in d. cap. Gaudemus*. Cum verò plures habuit vxores adhibitis cæremonijs, & ritu patrio nuptijs adhiberi ſolito, illam tantummodò retinebit, quam primam eſſe meminerit, aut ſi ignorat, quænam fuerit prima, accipiet ex Indulto Pauli III. *vt in Conſt.* 37. Conc. Limenſis, quam ex omnibus ipſe delegerit. Quod ſi etiam prima illa abeſt, & baptizari differt, licebit ex alijs, quam velit, ſumere, ità concedente B. Pio V. qui nullo modo Innocentio III. *in eodem cap. Gaudemus* contrarius eſt. Quandocumque autem vxor infidelis ad fidem conuertitur, ſi non dum aliam Chriſtianam acceperit, tenetur illam fidelis accipere.

Praxis autem in hac re de iure ſeruanda breuiter exprimitur in Conc. Limenſi 3. à Sixto V. confirmato *act. 2. cap.* 10. vt ibi.

Multa de Matrimonio Turcarum cum Chriſtianis, & Iudæis. Vide de Baptiſmo tom. 4. Conſult. 190.

An ex ſponſalibus validè per verba de futuro contractis, & poſteà mutuo conſenſu diſſolutis, oriatur impedimentum publicæ honeſtatis? tom. 5. Conſult. 50. Item tom. 4. Conſult. 15. ac tom. 7. Conſult. 78.

AFfirmatiuè. Ità Sanchez cum pluribus, quos adducit *lib. 7. de Matrim disp. 65. num.* 22. Piaſec. *in prax. Epiſc. par. 2. cap. 4. num.* 22. & Bonac. *quæſt. 3. pun. 11. num.* 7. Nam impedimenta Matrimonij non dependent à voluntate contrahentium, ſed ab Eccleſia. Hæc autem conſtituit; vt impedimentum publicæ honeſtatis conſurgat ex ſponſalibus validis. Cap. *Ad audientiam*, & Cap. *Sponſam cum ibi not. de ſponſal.* Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 3. de refor. Matrim.* At ſponſalia mutuo conſenſu diſſoluta, fuerunt initio valida. Ideò enim, vt diſſoluantur, requiritur mutuus conſenſus, quia principio valida.

Et quidem ratio motiua, propter quam inductum eſt ab Eccleſia impedimentum publicæ honeſtatis, adhuc militat, quandò ſponſalia mutuo conſenſu diſſoluuntur. Equum enim eſt, atque honeſtati congruum, vt quia in ſponſalibus Matrimonium inchoatur, non poſſit qui cum alia ſponſalia init per verba de futuro cum illius conſanguineis Matrimonio copulari. Firmatur vis rationis: Nam alias poſſet hoc impedimentum ceſſare poſt mortem alterius Sponſi. At non ceſſat, vt disertè decernit Greg. IV. *in cap. ſi quis vxorem*, & Iul. I. *in cap. ſi quis deſponſauerit 27. quæſt.* 2. Ergò neq; ceſſat ex ſponſalibus mutuo conſenſu diſſolutis. Non enim ſponſalia videntur magis diſſolui per mutuum conſenſum, quam per mortem.

Id quoque hodie prò certo tenendum eſt; Nam, iubente Alexand. VII. propoſitum fuit in Sac. Cong. Conc. *An ſponſalibus validè ab initio contractis, deindè mutuo conſenſu diſſolutis ſit ſublatum impedimentum publicæ honeſtatis?* Et pluries propoſito dubio, ac maturè examinato, tandem ſub die 6. Iul. 1658. Eminentiſſimi Patres in antiqua eiuſdem Sac. Congregationis ſententia conſidentes, cenſuerunt, non eſſe ſublatum. Cuius ſententiæ vnà cum rationibus hinc inde deductis, & recentioribus eiuſdem Sac. Congregationis in hac materia reſponſis, facta relatione ad Sanctiſſimum, Sanctitas Sua ſub die 10. eiuſdem Menſis prædictam Congregationis reſolutionem probauit, eandemq; iuſſit in dubium deinceps non reuocari.

Hoc ipſum declarauerat anteà eadem Sac. Cong. *in Vicentina* 13. Iun. 1654. *ad cap. 3. ſeſſ. 24. de refor. Matrim.* Propoſito enim hoc dubio: *Petrus Collata, & Hieronyma Sanctoria contraxerunt inter ſe ſponſalia per verba de futuro. His autem mutuo conſenſu diſſolutis, Hieronyma tranſiuit ad alia vota; Cumque Petrus hodie velit Matrimonium contrahere cum ſorore germana eiuſdem Hieronymæ, quæritur: an obſtet impedimentum publicæ honeſtatis ex dictis ſponſalibus mutuo conſenſu diſſolutis?*

Sacra &c. cenſuit, obſtare. Et ideò dentur declarationes.

An

An liceat Regularibus Mulieres poſt partum admittere in ſuis Eccleſijs? Vide de Regularibus tom. 5. Conſult. 76.

An Matrimonium celebratum coram alieno Parocho de licentia proprij Ordinarij dolo extorta cum errore nominis, & perſona vnius ex contrahentibus, ſit validum? tomo 5. Conſult. 78.

RESpond. Huiuſmodi Matrimonium eſſe nullum, atque irritum, nam aduerſatur Sac. Concilij Trid. diſpoſitio *ſeſſ. 24. de refor. Matrim. cap. 1.* dum ſcilicet pręſcribit prò forma, quod Matrimonium contrahatur coram proprio Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi, ſeù Ordinarii licentia; Cumque inibi decretum irritans contineatur eiuſdem formæ pręcisè, debent obſeruari, actuſque in contrarium factus ipſo iure eſt nullus. Piaſec. *in prax. par. 2. cap. 8. de Matrim. num. 8.* Lud. Bell. *conſ. 224. num. 20.* Lunett. *in ſuis Areſtis lit. M. n. 16.* ibique Add. *num. 2.* vbi id etiam in Gallijs ſeruari teſtatur, firmauitque Rota *dec. 643. nu. 1. & dec. 656. in princ. par. 1. diuerſ.* & coram Greg. XV. *dec. 365. num. 5.* & in *Mutinenſi Matrimonij* 27. Febr. 1637. coram Decano, paſſimque alibi. Et declarauit ſępius eadem Sacra Congregatio, præſertim in *Boſſonenſi* 14. Aprilis 1611. *Sac. &c. Omiſſis alijs, &c. Certum quantum pertinet ad eos, qui abſque forma Concilij Matrimonia contraxerunt, reſpondit: Si in ea regione decretum Concilii* cap. 1. ſeſſ. 24. de ref. Matrim. *obſeruari conſueuerit, nulla eſſe Matrimonia, in quibus contrahendis proprius Parochus non fuerit adhibitus.*

Quæ doctrina Catholica, eſt ità quidem, vt ſola declaratoria opus ſit, vt cenſuit eadem Sacra Congregat. relata per Add. ad Burat. *dec. 713. num. 13.* quia præſentia proprij Parochi datur à Tridentino prò forma ſubſtantiali contractus, abſque enim forma ſubſtantiali non poteſt res ſubſiſtere, ac proindè nequè contractus Matrimonij.

Quod autem eiuſmodi Matrimonium non fuerit celebratum coram alio Sacerdote de licentia Ordinarij certum omninò eſt: nam licentia ſemper intelligitur iuxtà verba in ea poſita, vt de priuilegio docent cum pluribus Iaſon. in *l. Gallus in 1. lectura* §. *Idem credendum num. 10. ff de liber. & poſth.* Loaz. *de Matrim. Reg. Agl. dub. 5. num. 28.* & alij. At in ea fuerunt poſita propria nomina, & perſonæ contrahentium: Non ergò porrigitur ad alios defectu intentionis Ordinarij, qui licentiam reſtrinxit ad illas determinatas perſonas. Etenim abſque intentione, ſiuè conſenſu concedentis non eſt valida licentia, ſublatis autem perſonis, quas ille adeſſe credit, aufertur omninò conſenſus, ac proindè licentia eſt inualida: nam mutata, vel ablata ratione aliqua in obiecto actus indiuiſibilis, neceſſè eſt totam entitatem actus variari neque enim idem actus voluntatis remanere poteſt, ſi aliquid obiecti, in quo fertur voluntas varietur, ſed actum variari neceſſè eſt. Illa autem circumſtantia perſonarum contrahentium expreſſè tunc cognita, & cognita in obiecto, & in quam ſimul fertur voluntas, eodem actu pertinet ad rationem obiecti. Ergò ea variata, aut deficiente, deſtruitur tota ratio illius conſenſus, atque adeò nihil remanet vndè ſit valida licentia.

Confirmatur: quia in hoc caſu talis licentia virtute eſt conditionalis ex concedentis intentione, ſi nimirum eę ſubſiſtant perſonæ contrahentes, quandòquidem, vt ſupponimus, animus concedentis expreſſè nititur illi circumſtantiæ, & ex illa ducitur ad concedendum licentiam; Si autem quis ſub ea conditione expreſſè licentiam concederet, nemini dubium eſſe poterit, tali conditione non ſubſiſtente inualidam illam eſſe. Idem ergò in hoc caſu dicendum eſt; Siquidem conſenſus ille concedentis licentiam alieno Parocho eſt virtute conditionalis, idque ſiuè dolus, quem Iuriſperiti *in l. & eleganter ff. de dolo* appellant dantem cauſam contractui, adhibeatur à contrahente, ſiuè ab aliquo tertio ex eadem ratione, quia ſcilicet excludit ſubſtantialem conſenſum. Rota coram Pegna *dec. 107. num. 5.* Nam concedens licentiam conſentit in illas perſonas contrahentes, prò quibus petita eſt, quaſque putat ſubeſſe illis circumſtantijs, in quibus fuit conceſſa; Error enim concedentis tollit eius conſenſum, & facit, quod nulla ſit errantis voluntas, *l. error C. de iur. & fact. ignor.* Crauet. *conſ. 275. num. 2.* Dec. *conſ. 54. num. 63. lib. 2.* alijque. Rot. in *Romana bonorum* 9. Iun. 1617. coram Andrea, excluditque ſcientiam, & patientiam errantis.

Quare licet interuenerit licentia, illa tamen fuit ſubreptitia, atque adeò nulla. Quod autem interuenerit ſubreptio, ſatis conſtat: quia Ordinarius ſe declarauit, quod ſi cognouiſſet alterum ex contrahentibus, licentiam ei non conceſſiſſet, quod & illius facto conuincitur, nam declarauit ſuum nomen, atque perſonam, & falſum expreſſit. Hoc autem ſufficit, vt licentia ſit ſubreptitia, & nulla *cap. ſuper litteris de reſcrip.* Abb. Butr. & cęteri.

Minus obſtat, quod ſufficit præſentia huiuſmodi Parochi reſpectu alterius contrahentis, in licentia verè expreſſi, atque intenti: quia cum licentia ſit indiuiſibilis, ſitque conceſſa, vt contrahat cum perſona determinata in illa expreſſa, non poteſt extendi ad aliam non expreſſam, nec cognitam, aut intentam à concedente, ex ijs, quæ dicebamus.

Nec tandem obſtat declaratio ſacræ Congregationis Conc. in *Pariſienſi nullitatis Matrimonij* in qua ſub die 18. Septembris 1660.

Egidius falsò expoſuit Ordinario loci, ſe cognouiſſe Margaritam, eandemque ex huiuſmodi copula con-

cepiſſe, ac proinde petijt, & obtinuit ab eodem Ordinario, vt omiſſis, vna excepta, denunciationibus, poſſet cum illa Matrimonium legitimè contrahere, & licet nomen, & cognomen, & conditia dicti Egidij nota eſſet Margaritæ, nihilominus ipſe hæc omnia occultauit, adeo vt ipſe mutato nomine, & cognomine, cum dicta Margarita Matrimonium in facie Eccleſiæ contraxerit, illudque carnali copula confirmauerit, filiumque ex ea ſuſceperit. Petit modò Egidius declarari: An prænarratum Matrimonium, vt ſuprà contractum fuerit validum? Sacra Congregatio cenſuit, eſſe validum.

Hæc inquam declaratio non obſtat: quia id Matrimonium fuit celebratum coram Parocho proprio contrahentium, cuius conſenſus minimè præ requiritur. Præterea in eo caſu error tantum fuit nominis reſpectu Parochi, in hoc autem caſu error perſonæ, qui licet in proprio Parocho non irritet Matrimonium, irritat tamen in Parocho, vel Presbytero delegato, qui extra licentiam ſibi conceſſam nullam habet facultatem in alienos Parochianos.

Atque ità cenſuit Sacra Congregatio Conc. in *Bononien. Matrimonij* tertiò propoſita 9. Februarii 1669. in qua hoc votum dedi,

An Matrimonium contractum coram Parocho, ſeù Ordinario loci originis vnius ex contrahentibus, ad quam contrahentes ſe tranſtulerunt, non animo ibi domicilium contrahendi, ſed recuperandæ ſanitatis gratia, vel ex alia ſimili cauſa temporali, ſit validum? Et an coram Parocho ruris, ad quod quis ſe transfert recreationis cauſa, vel vt ruralia exerceat, poſſit validè Matrimonium celebrari? Vbi etiam aliqua de Parocho quoad Matrimonia ſchiſmaticorum, & hæreticorum ardua, & ſcitu digna? tom. 5. Conſult. 69.

STatuendum eſt tanquam certum, ad hunc effectum cenſeri Parochum proprium Parochiæ, in qua contrahentes inhabitant, etiam ſi ad dictam habitationem ſe tranſtulerint, vel ab ea animum recedendi haberent, dummodò verè habitationem ibidem abſque fraude contraxerint, alias ſecus, ſi certa fraude. Ità firmauit Cardinalis in *Clem. 1. de priuil. quæſt. 16. num. 8.* vbi Gloſ. *v. Parochus*. Abb in *cap. extirpandæ num. 12. de præb.* alijque, ac Rota in *Taurinenſi prætenſi Matrimonij* 16. Ianuarij 1602. Et cenſuit Sacra Congregatio Conc. in hiſce declarationibus:

In Colonienſi 5. Septembris 1626. Dubitatum fuit: an ſi incolæ, tam maſculi, quam fœmina ſolo animo, ſine Parocho, & teſtibus contrahentes, ſe transferant ad locum, vbi Concilium non eſt publicatum, habitationem non mutantes, vel eo ſolo animo habitationem transferentes, validè in dicto loco Matrimonium ſine Parocho, & teſtibus contrahant?

Sacra Congregatio reſpond. non eſſe legitimum Matrimonium inter ſic ſe transferentes cum fraude, & niſi domicilium verè transferatur, Matrimonium non eſſe validum.

Die 6. Octobris 1618. in Cameracen. *Sacra, &c. cenſuit, Matrimonia coram teſtibus, & Parocho habitationis, non tamen in fraudem contracta, etiam ſi contrahentes animum recedendi habeant, niſi aliud obſtiterit, eſſe valida.*

In Antuerpienſi 16. *Decembris* 1628. *in qua Dauid, & Maria, qui pridem habitauerant, vbi Concilium eſt publicatum, cum profecti eſſent ad Oppidum diſtans itinere vnius diei, vbi non erat publicatum Concilium, ibi more hæretico contraxerant Matrimonium, poſtridie domum reuerſi, cum diù inter ſe cohabitauerint, ob diſſidium natum inſtabant, declarari Matrimonium inualidum. Sacra, &c. cenſuit, Matrimonium, vt ſuprà contractum, fuiſſe nullum: quia non relinquerunt locum proprij domicilij.*

Et luculentius *die 4. Feb. 1580. Vir, & fœmina vnius Diæceſis, in qua decretum Sac. Conc.* cap. 1. ſeſſ. 24. de refor. *non fuerat publicatum, intrà ſe ſecretò ſine Parocho* Matrimonium *per verba de præſenti contraxerunt, mutato propoſito redeundi in Patriam, in alio loco domicilium conſtituerunt, cohabitando vti vir, & vxor, dubitatum fuit, an dicantur legitimi coniuges?*

Sacra Congregatio reſpondit negatiuè, & quod teneantur contrahere iuxtà formam Concilij in loco domicilij conſtituti.

Dubitatum fuit: an ſit validum Matrimonium eorum, qui ad Ciuitatem hæreticorum migrarunt, & ibi Matrimonium contraxerunt, non ſeruata forma Conc. Trid. cap. 1. ſeſſ. 24 de refor. Matrim. *ibidem non publicati? Sacra Congregatio cenſuit eſſe validum, ſi intra limites illius Parochia contrahentes ſedem fixerunt?*

Sacra Congregatio cenſuit, huiuſmodi Matrimonia nulla eſſe, ſi iſti hæretici, qui illa contraxerant, habitabant in certa Parochia, in qua iam fuerat publicatum decretum Sac. *Conc. Trid.* cap. 1. ſeſſ. 24. de refor. Matrim. & *lapſi erant* 30. *dies à dicta publicatione, & in dicta Eccleſia aderat proprius Parochus Catholicus, coram quo ipſi non contraxerunt, ſed coram Miniſtris hæreticis; niſi tamem ipſi de dicta Parochia tranſtuliſſent habitationem ad loca hæreticorum, vel alia loca, in quibus adeſſent Curati Catholici, ſed in Parochialibus Eccleſiis dictorum locorum non dum fuiſſet publicatum Concilium. His enim caſibus, etiam ſi coram Miniſtris hæreticis, & non ſeruata forma Concilii contraxiſſent, tamen Matrimonia valuiſſent.*

Hoc idem latius legi in declarationibus bo: me: Card. Pamphilij incipien. *Habita Congregatione ſuper hoc*, in quibus firmatur, attendi locum habitationis abſque fraude, & in alia incipiente. *Duo [illegible] ltramontani.* Id ipſum cenſuit eadem Sacra Congregatio in *Poſnanienſi Matrimonij* die 14. Decembris 1652. & 22. Februarij eiuſdem anni.

Aduerto autem, ſufficere, vt adhibeatur Parochus alterius ex contrahentibus, vt firmat Nauar. *in man. cap. 25. num. 144.* Petrus de Ledeſm. *de Matrim. quæſt. 25. ar. 5. dub. 3.* & alij, ac Rot. *dec. 390. num. 6. par. 2. recen.* & in *Tole-*

tana

tans Matrimonii coram Metlino. Ac cenſuit Sacra Congregatio Conc. in ſequentibus declarationibus:

Sacra Congregatio cenſuit, ſufficere Parochum viri, quandò in Parochia viri contractum fuit Matrimonium, ſi enim in illa Parochia contractum ſit, non ſufficere.

In Eduenſi 11. Iul. 1680. *Matrimonium ritè, & rectè in forma Concilii contractum, extrà tamen Eccleſiam Parochialem celebratum, validum eſſe cenſuit Sacra Congregatio.*

Die 16. Febr. 1595. Sacra Congregatio cenſuit valere Matrimonium celebratam coram Sacerdote de licentia Parochi viri in Parochia mulieris etiam ſi in diuerſis Diœceſibus ipſæ Parochiæ conſtitutæ ſint.

In Triuentina *Sacra, &c. cenſuit Matrimonium, vt proponitur, contractum in Parochia mulieris coram Sacerdote, curam animarum exercente, ac Sacramenta omnia legitimè adminiſtrante in Parochia viri, & coram duobus teſtibus, etiam omiſſis denunciationibus, niſi aliud obſtiterit, eſſe validum.*

Præſuppoſitis declarationibus Sacræ Congregationis, quibus declaratum fuit, validum eſſe Matrimonium contractum in Parochia mulieris coram Parocho viri, & è conuerſo: An etiam cenſeri debeat validum Matrimonium celebratum in Parochia mulieris coram Sacerdote habente licentiam à Parocho viri, præſertim quandò Parochiæ viri, & mulieris ſunt in diuerſis Diœceſibus conſtitutæ?

Sacra, &c. cenſuit valere.

Quod locum habet, etiam ſi Parochus, coram quo Matrimonium celebratur, conſentire nolit, imò diſſentiat: quia ſufficit præſentia, vt pluries declarauit eadem Sacra Congregatio apud Seraph. *dec.* 1099. & *dec.* 124. *num.* 18. *pat.* 7. *rec* Ac etiam ſi Parochus, & teſtes interfuerint metu, vi, aut fraude, licet contrahentes peccarent mortaliter, & facerent contra Eccleſiæ interdictum. Nauar. *cap.* 22. *num.* 68. & cenſuit eadem Sacra Congregatio; dummodò tamen formaliter adhibeantur, & intelligant, quid agitur, Pont. *lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 4. & 5. vbi refert reſolutiones Sacræ Congregationis: quia ſunt tantum teſtes, qui etiam inuiti in iure valent, vt explicat Donel. *l. penul. de teſtib.*

Proceditque etiam ſi Epiſcopus prohibeat Parocho, nè præſens ſit, & ipſe fuerit præſens: quia Sac. Conc. in hoc Parochum æquiparat Ordinario, ibi: *De ipſius Parochi, ſeù Ordinarii licentia*, nec Epiſcopus poteſt prohibere Parochum ſine cauſa, nè ſuo fungatur officio. Præterea ſi hoc eſſet permiſſum, vtique quilibet Epiſcopus ſuo arbitrio Diœceſis ſuæ Matrimonia poſſet impedire, at qui eſt Parochus, licet impediatur, non deſinit eſſe Parochus, ſed ſicut Matrimonium contractum contrà interdictum Eccleſiæ eſt validum, licet peccent contrahentes, & puniri poſſent, ità etiam erit validum contractum contrà prohibitionem Epiſcopi. De qua re vide etiam tomo 4. Conſult. 147.

Item procedit, etiam ſi in Parochia vnius ex contrahentibus non eſſet publicatum Concilium, & ibi coram Parocho contractum ſit Matrimonium, non ſeruata forma Sacri Concilij, licet in Parochia alterius Concilium eſſet publicatum, vt in his declarationibus:

In Pampilonenſi *Sacra Congregatio cenſuit, Matrimonium alias legitimè contractum, non eſſe inualidum* ex *eo, quod omiſſa fuerit forma Sac. Conc. Trid.* in cap. 1. ſeſſ. 24. de refor. Matrim. *ſi modò prædictum decretum non erat publicatum, etiam ſi fuiſſet celebratum in patria viri.*

An Matrimonium valeat, ſi vir, qui erat vnius Parochiæ, in qua erat decretum Concil. publicatum, acceſſit ad mulierem alterius Parochiæ, in qua nec Conc. nec dictum decretum fuerat publicatum, vbi per verba de præſenti duxit illam in vxorem ſine præſentis Parochi? *Sacra, &c. reſpondit prò validitate Matrimonij.*

Quòd igitur ad habitationem in loco contracti Matrimonij debet eſſe alter contrahens ſubiectus illius Parochi iuriſdictioni, licet prò negatiua vrgeat cap. *Is qui de ſepul. in* 6. niſi tamen conſueuiſſet habitare, itaut haberet æqualem habitationem, alias ſecus, vt colligitur ex ſequenti declaratione:

In Vrbinatenſi, ſeù Nullius *die* 6. *Maii* 1657. *Sacra, &c. cenſuit, ſecundum Matrimonium, vt proponitur, coram Parocho, in cuius Parochia contrahentes inhabitabant, & duobus teſtibus contractum, niſi aliud obſtiterit, eſſe validum, & Parochum, qui primo Matrimonio interfuit, & in cuius Parochia vir poſſidebat domum, eſſe ſuſpenſum ex eiuſdem Concilij decreto* cap. 1. ſeſſ. 24. de refor. Matrim. *Et ſi celebrauit, irregularem. & proptereà ſuæ conſcientiæ quam primum conſulere debet.*

Eiuſmodi autem Concilij formam obſeruare quoque tenentur ſchiſmatici, & hæretici Matrimonium contrahentes, vt cenſuit Sacra Congregatio: quia Matrimonium cum ſchiſmatico, & hæretico eſt verum Matrimonium; ſi tamen decretum *d. cap.* 1. *ſeſſ.* 24. in eorum Parochia fuerit publicatum.

In Hollandia *Sacra Congregatio cenſuit, Hæreticos quoque vbi decretum Conc. publicatum fuerit teneri formam obſeruare, & proptereà ipſorum etiam Matrimonia abſque forma Conc. quamuis coram Miniſtro hæretico, vel Magiſtratu loci contracta, nulla atque irrita eſſe.*

Sac. Congr. Conc. *Perpenſis etiam Conſultationibus Epiſcopi Tricaricenſis in cauſa Hollandiæ* 19. *Decembris* 1602. *cenſuit primò vbi decretum eiuſdem Conc.* cap. 1. ſeſſ. 24. de refor. Matrim. *non eſt publicatum in Parochia, valere Matrimonia contracta abſque obſeruatione formæ à Concilio præſcriptæ.*

Sacra Congregatio cenſuit, pronunciandum eſſe inualidum Matrimonium: *quia decretum Sac.* Conc. *publicatum in Parochiis, intrà cuius limites iſti hæ-*

retici

retici babitabant, eos obligauit poſt 30. dies à dicta publicatione, quam ſententiam S S.D.N. ad ſe relatam approbauit ea ratione, quia domus habitationum dicuntur ſub dictis Parochiis extare, & heretici ſunt ſubiecti iudicio Eccleſiæ.

Die 17. Iun. 1617. S. Congregatio reſpondit, decretum cap. 1. ſeſſ. 24. de refor. Matrim. ligare etiam hæreticos, ſi in eorum Parochia publicatum fuerit, & lapſi ſint 30. dies à dicto publicationis die.

In Colonienſi *Sacra Congregatio cenſuit, ſi decretum, vt ſuprà in Parochia Petri Caluiniſtæ, & Mulieris Catholicæ contrahentium non fuerit publicatum, Matrimonium, vt proponitur, contractum, niſi aliud obſtiterit, eſſe validum.*

Publicatio autem decreti Tridentini requiritur, quod facta ſit in ipſis Parochijs contrahentium ex verbis ipſius Concilij *eo cap.* & firmauit Rota *dec. 429. num. 2. par. 1. diuer.* ac cenſuit eadem Sacra Congregatio in adductis declarationibus, & in ſequentibus:

Die 26. Iun. 1568. in Biſuntina *Sacra, &c. cenſuit, ſi non erat publicatum in Parochia decretum* Conc. cap. 1. ſeſſ. 24. de refor. Matrim. *cum illud non obliget, niſi poſt 30. dies à die publicationis, Matrimonia eſſe valida.*

Sacra, &c. cenſuit, non poſſe declarari nulla Matrimonia, niſi decretum Sac. Conc. cap. 1. ſeſſ. 24. de de refor. Matrim. *fuiſſet publicatum in Parochia propria contrahentium, & poſt 30. dies lapſos ab hac publicatione contracta fuiſſent.*

In vna Germaniæ *Sacra, &c. cenſuit, non poſſe declarari nulla Matrimonia, niſi decretum fuiſſet publicatum, vt ſuprà.*

Et anno 1628. Nouembr. & 2. Decembr. matura diſcuſſione reſolutum fuit in vna *Ruſſia*, in qua fuerunt allegatæ etiam aliæ ſimiles declarationes, de quibus & nos in tom. 1.

Veruntamen moneo, huiuſmodi publicationem præſumi, ſi dictum decretum ibidem fuerit aliquo tempore obſeruatum, vt in ſequentibus declarationibus:

Sacra Congregatio, perpenſis Conſultationibus Epiſcopi Tricaricenſis Nuncij Colonienſis circà formam Matrimonii, quæ in partibus Hollandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ contrahuntur, cenſuit edendas eſſe infraſcriptas declarationes, & omiſſis aliis:

In Boſnenſi 14. *Aprilis* 1911. *Sacra, &c. Cæterum quantum pertinet ad eos, qui abſque forma Concilii Matrimonia contraxerunt, reſpondit, ſi in ea regione decretum* Concilii cap. 1. ſeſſ. 24. de refor. Matrim. *obſeruari conſueuerit, nulla eſſe* Matrimonia*, in quibus contrahendis Parochus non fuerit adhibitus.*

In Panormitana *die* 10. Iul. 1610. *Sacra, &c. ad id, quod pertinet ad 1. caput reſpondit, nullitatem huius* Matrimonii*, quatenus Parochus in eo adhibitus non fuerit, minimè obſtare, quod decretum prædictum in Parochiis Panormitanæ Diœceſis non appareat publicatum. Siquidem cum forma Conc contrahendis* Matrimoniis *præſcripta ſoleat obſeruari, præſumitur publicatum, quemadmodum aliis. pleriſque in caſibus* Sacra Congr., *conſulta reſpondit. Ita quidem, vt requiratur iuſtificatio in facto dictæ publicationis* Sacri Concilii *in propriis Parochiis, vel obſeruantia einſdem Sac. Conc. in eiſdem ad effectum præſumendi publicationem.*

Et quamuis magna ſit controuerſia inter DD. de qualitate habitationis requiſitæ ad hoc, vt quiſpiam dici poſſit alicuius Eccleſiæ Parochianus; communis tamen, ac receptior ſententia eſt, quam cum primis tradit Federicus de Sen. *conſ. 253. & ſeq.* ad ius Parochiale eſſe attendendam præſentem habitationem, non domicilium, ideòque eodem anno, imò & eodem menſe, ac die aliquem effici poſſe Parochianum plurium Eccleſiarum, cum habitatio ſola requiratur. Quod commendat Abb. *in d. cap. Extirpandæ in repet. §. qui verò nu. 11. de præb.* ac alii, & vti veriorem amplexa eſt Rot. poſt trinam cauſæ diſputationem in dicta *Toletana Matrimonii* 10. Decembris 1625. coram Merlino, quæ eſt *deciſio 194. n. 3.* ibi firmatum fuit, quod ſtatim, ac quis habitat in certa Parochia, intelligatur fieri Parochianus, & pluries ità reſpondiſſe Sacram Congregationem Conc. fatetur Pont. *d. l. 5. cap. 13. §. 1. n. 5. & ſeqq.* & cenſuit antiquitus in vna *Salutiarum* die 21. Decembris 1560. ibi: *Si contrahentes à pauco tempore ſint alicubi habitantes, dummodò non ſint de comprehenſis inter vagos, horum erit proprius Parochus is, in cuius Parochia contrahentes habitant tempore, quo Matrimonium contrahant.*

Ac nouiſſimè in *Mediolanenſi* Menſe Aug. 1661. & pluribus relatis decidit in ſimilibus terminis Spetell. *dec. 87. num. 5. tom. 1.* & ante ipſum Bonac. *de Matrim. quæſt. 2. par. 7. num. 2.* & Add. ad Burat. *dec. 713. num. 15.* ibi: *Statim ac quis incipit habitare animò habitandi, efficitur Parochianus, nec eſt opus expectare, vt maiori anni parte in Parochia inhabitauerit.*

Reliqua circa Matrimonia ſchiſmaticorum, hæreticorum, &c. Vide iam dicta *to. 1. Conſul. 151. hoc eodem tract.*

An, qui vim non infert, ſed precibus puellam extrahit è domo parentum, iis inuitis, vt in Vxorem ducat, dicatur raptum committere, ità vt Matrimonium ſit inualidum? co. 5.
Conſult. 8n.

RESP. quod recipiens ſuam Sponſam conſentientem, inuitis parentibus, non inuenit pœnas iuris Canonici ſed Ciuilis. Sanch. *diſp. 13. num. 15.* Farinac. *quæſt. 145. num. 88. & ſeqq.* cum communi: Nam qui vim non infert, ſed vel precibus mulierem extrahit è domo parentum, vel quia iam conſentit in Matrimonium, raptor dici non poteſt. Pont. *de Matrim. lib. 8. cap. 69. num. 1.*

Non obſtat, quod eiuſmodi abductio ſit inuitis parentibus, nam adhuc ipſis inuitis, ac repugnantibus non dicitur raptus, cum Conc. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 6. de Matrim.* eò decreto conſu-

lat

Digitized by Google

lat Matrimonij libertati, ad quam nil confert parentum voluntas, ſed ſola mulieris, quæ in hoc euentu reperitur, dum abductioni conniuet. Leſſ.*de iuſt.& iur.lib.4.cap.3.dub.9.num.70.* & Sanch *diſp.13.num.13.*

Quod planè abſque diſſentione procedit quoties præceſſerint tractatus de Matrimonio incundo, hoc enim caſu, ſi mulier ſciens, ac volens, quamquam reclamantibus parentibus, à ſponſo abducitur, non tamen poteſt dici raptor, iuxtà tex.*in cap. penult.de raptor.* his verbis: *Cum ibi raptus dicatur admitti, vbi nil antea de nuptijs agitur; iſte raptor dici non debet, cum habuerit mulieris aſſenſum, & prius eam deſponſauerit, quam cognouerit, licet parentes reclamarent, à quibus eam dicitur rapuiſſe*. Eſtque etiam tex. *in cap. 2. 36. quæſt.1.* ibique Gloſ. & tradunt Leſſ.*loc.cit.*& Sanch.*vbi ſupra num.15.*cum alijs ab ipſo relatis. Item, & quandò poſtea Matrimonium legitimè contractum fuit, Matrimonio enim ſubſequuto, non dicitur commiſſus raptus de iure Canonico. Marian.Socin.in *d. cap.penult.de rapt* Alias haberet locum ius ciuile in *l. raptores C. de Epiſc. & Cler.*quod per ius Canonicum *in dicto cap.penult.* fuit correctum. Atque ità cenſuit Sac.Congreg.Concil. *in Mediolanen.*Menſe Auguſti 1661.

An Matrimonium celebratum coram Parocho cum titulo colorato ſit validum? Vide de Concubu tom.6.Conſult.2.Summatio num. *6.*

De facultatibus conceſſis Miſſionariis in Regionibus China, Turchinę, Cocinnæ &c. ſuper diſpenſatione Matrimonii? Vide de Miſſionariis tom. 6.Conſult.16.

De Matrimonio celebrato à Regulari, qui falsò annullauit profeſſionem, vt in caſu poſito? Vide S.Officio tom.6.Conſult.43.

1 *An de erroribus falſitatis, vel huiuſmodi, qui committuntur in examine teſtium prò ſtatu libero, contrahere Matrimonium volentium, examinatorum coram Camerario Cleri, vel alio ad id deputato, teneatur Notarius, qui ſcribit, an Camerarius, vel Deputatus, qui aſſiſtit, an vterque?*

2 *An cognitio teſtium, qui examinantur pertineat ad ſolum Notarium, & omittens Notarius clauſulam* mihi cognitus, *vel ſaltem cognitus ab alia perſona, ipſi Notario cognita, qua pœna puniri poſſit, iuxtà diſpoſitionem iuris communis, præter pœnam arbitrariam, impoſitam in inſtructione prò huiuſmodi teſtibus recipiendis à S.Officio Inquiſitionis?*

3 *An fides, alioque documenta, quæ producuntur prò ſtatu libero probando, nempè obitum Matrimonii alterius Coniugis defuncti, atteſtationes Ordinariorum ſuper ſtatu libero examinari debeant à ſolo Notario, an etiam à Camerario Cleri, vel alio Deputato? Cumque ſint ex ſigno viſibili falſæ, quis nam ſit cenſendus reus, & qua pœna puniendus?*

4 *An dictæ fides, quæ mittuntur ex partibus ſint recognoſcendæ à teſtibus, licet ſint legalitate munitæ, & ad quemnam ſpectet facere hanc recognitionem?*

5 *Si teſtes, qui aſſeruntur à Notario, recognouiſſe huiuſmodi fides, & atteſtationes, negent recognouiſſe, cui nam credendum ſit? Num Notario, an teſtibus, maximè ſi teſtes ſint perſonæ ciuiles, & qua pœna puniendus ſit Notarius, vel teſtis?* tom.6.Conſul.44.

AD 1. Tenetur vterque ex Inſtructione Sant. Officij *§.Prò teſtibus,* vbi vtrique præcipitur, quod interſint examini huiuſmodi teſtium. Quamobrem prouidè, cautèque à iure ſtatutum eſt, vt in cauſis arduis, ac criminalibus, cuiuſmodi videntur eſſe, quæ ſpectant ad Sanctum Officium, non committant Iudices teſtium examen Tabellionibus, ſed vt præſentes ſint huic examini per tex *in* Auth. *apud eloquentiſſimum* C.*de fid.inſtrum.* & Auth.*de teſtibus §.hæc omnia*. Quidquid ſit in Ciuilibus, de quo Couar.*l.2.var.cap.13.num.10.*

Ad 2. Spectare ad ſolum Notarium ex d. Inſtructione *§.cit.* Cumque ipſe omiſerit hanc ſolemnitatem à dicta Inſtructione, à iure, & à conſuetudine requiſitam, puniendus eſt ex iure, & à conſuetudine requiſitam, puniendus eſt ex iure communi de falſo, nec auditur aliquo modo, probare volens errorem: Nam eò ipſo, quod omittit debitam, & conſuetam ſolemnitatem, præſumptio iuris eſt, & de iure, quod ſcienter commiſerit falſum. Caſus eſt in *l. Iubemus in fine C. de teſtam.* & ibi Gloſ. vlt. Eſtque communis opinio, quod tamen cum Menochio *lib. 2. de arb.caſ.370. num.4. & ſeqq.* intelligerem, *non quod ordinaria falſi pœna, ſed extraordinaria, ſiuè arbitraria puniatur*, ex quo ſaltem ſit in dolo præſumpto commiſſi falſi, qui pœnam ordinariam non meretur.

Ad 3. Huiuſmodi fides, aliaque documenta recognoſci debent à Deputato, & à Notario, non autem à Camerario, qui ſolum aſſiſtere debet examini teſtium, ad quod Deputatus dumtaxat deputatur. Deputatus verò, & Notarius prò recognoſcendis aliis documentis ad ſtatum liberum probandum neceſſarijs, vt ex dicta Inſtructione *§.fides, aliaque documenta, quæ producuntur à partibus, non admittuntur, niſi ſint munita, &c.* Deputatus autem, & Notarius huiuſmodi fides, & documenta admittunt, non autem Camerarius, ideòque ij cenſendi ſunt rei, ac puniendi pœna arbitraria.

Ad 4. Affirmatiuè ex cit. Inſtructione *d. §. fides*, vbi id expreſſis verbis præcipitur, ſpectatque id munus ad Deputatum, & Notarium, qui eas admittere debent ex *d.§.fides*.

Ad 5. Si Notarius ſit non admodum probus, ſed ſuſpectus, teſtes verò contrà deponentes ſint omni exceptione maiores, tunc potius teſtibus habe-

Digitized by Google

habebitur fides, ſecundum Bart.in *l.*1 §.1. *ff. quemadmodum teſtam. aper.* Mennch. *de arb. caſ.* 105.*num.*42.Miling. *cent.*4. *obſeru.* 39. ac alij. Ideòque hoc iudicium arbitrio Iudicis relinqui docet idem Menoch. ac rei puniendi de falſo, pæna tamen extraordinaria, ſiuè arbitraria, vt dictum eſt ad 2. Cenſeoque, vt in poſterum teſtes, qui recognoſcunt huiuſmodi fides, & documenta, debere illas manu ſua ſubſcribere, quod ſi neſciant ſcribere, recipiatur recognitio coram teſtibus.

Decretum Sacræ Inquiſitionis eſt ſequens: *Teſtes, qui inducuntur ad probandum, aliquem eſſe ſolutum, ad effectum contrahendi Matrimonium, non examinentur per Notarios Vrbis Vicarij ſolos, ſed cum interuentu Iudicis, & per Vicesgerentem conſideretur depoſitiones teſtium, an concludenter probent.* 12.Ianuar.1602.*fol.*20.

An Decreto Conc.*Trid.*ſeſ.24.cap.10.de reformat. Matrim.*prohibeatur ſub peccato mortali ſponſæ traductio ſolemnis, an etiam non ſolemnis ad domum Sponſi, & carnalis copula? Hinc rationes ad vtramque partem*. tomo 6. Conſult.47.

PRò affirmatiua Proſper Fagnanus in *capit. Cappellanus de fer.d.num.*8. vbi aſſerit, traditionem quoque vxoris ad domum viri his temporibus eſſe interdictam, ſatiſque liquere ex can.*Nec vxorem* 33. *quæſt.*4.explicans verba illa textus *Nec vxorem ducere* ideſt *traducere* cũ Abb & Syluestr. Ac ſequutus rationem, quam reddit D.Tho.in 4.*diſt.*32.*quæſt.*1.*ar.*5.*quæſtiunc.* 4.his verbis. *Quia quandò nouæ ſponſæ traducuntur animus Coniugum magis ex ipſa nouitate ad curam carnalium occupatur, & ideò in nuptijs conſueuerunt ſigna multa lætitiæ diſſolutæ oſtendi. Et propter hoc illis temporibus, in quibus homines præcipuè debent ſe ad ſpiritualia eleuare, prohibitũ eſt nuptias celebrari*, tenet quamcunque traductionem vxoris ad domum viri eſſe prohibitam. Et idem probat alijs rationibus, ad quod affero declarationes ſequentes Sac.Congregationis Conc.

In Interamnenſi 27.Mart.1691. Sac.Congr. Conc. *Cenſuit, quocumque tempore poſſe denunciationes fieri, & Matrimonium coram Parocho ſed nuptiarum ſolemnitates, conuiuia, traductiones ad domum, & carnalis copula prohiberi decreto Conc.*cap.10. ſeſ.24.de reform.Matrim.lib.7.decret.pag.6.

In Mantuana 31.Ianuarii 1597.*Prætereà ab aduentu D.N.Ieſu Chriſti vſque ad diem Epiphaniæ, & à Feria 4.Cinerum, vſque ad Octauam Paſchatis, conuiuia, nuptiarum ſolemnitates, traductiones ad domum, & carnalem copulam decreto Concilij* cap. 10. ſeſ. 24. de reform.Matrim. *prohiberi Matrimonium coram Parocho, & teſtibus, etiam de tempore contrahi poſſe* lib.9.decret.pag.18.

Clariſſimè in Leodienſi 17. Auguſti 3600. *Ad primum Sac.Cong.Conc.ſæpius reſpondit, decreto dicto* cap.*licet intelligi prohibitam etiam huiuſmodi traductionem non ſolemnem* lib.9.decret.pag.97.

Die 8.*Ianuar.*1619. *An* Matrimonium *coram Parocho quocumque tempore contrahi poſſit? Sac. Congr.* Conc.*cenſuit, poſſe quocumque tempore* Matrimonium *contrahi, ſed temporibus comprehenſis* in cap. 10.de reform.Matrim.ſeſ.24. *Nuptiarum ſolemnitates, conuiuia, traductiones ad domum, & carnalem copulam prohiberi* lib.12.decret.pag.4.

In Veronenſi: *Quocumque tempore poteſt Matrimonium contrahi coram* Parocho*, ſed nuptiarum ſolemnitates, conuiuia, traductiones ad domum, & carnalis conſumatio certis temporibus prohibetur.*

Tandem adducit Fagnan. Conc. Tolet. celebratum anno 1473.ſub Sixto IV. *tom.*4. *Conc. p.*1. *vol.*1. cuius verba refert, quibus prohibet, nè fiant nuptiæ, nè carnales commixtiones, nec ſolemnitates tempore iure vetitio.

At negatiuam ſententiam, quoad primam partem dubii defendunt ex Canoniſtis Goffred. Oſtien.referens Tancredum, Hugo. Archid. Turrecrem.ac alij multi, quos refert, ac ſequitur Sanchez *lib.*7.*cap.*7. *num.*16. illam exiſtimans veriorem, quatenus docent, ſolam ſolemnem traductionem Sponſæ in Sponſi domum prohiberi, quibus addo Poncium *de Matrim.lib.*6.*cap.*8.*num.*8. vbi firmat à tempore Conc.Trid.non ſolum conſuetudine id receptum, ſed etiam ipſo iure Tridentini decreti, in quo planè indicitur, antiquas prohibitiones tantum quoad ſolemnitatem nuptiarum prohibitiones ſeruandas, diligenter, ſtatimque concludens, inquit; *Tantùm ergò iure Tridentini Concilij prohibetur ſolemnitas nuptialis, quo nomine intelligit benedictiones nuptiales, traductionem ſolemnem, quam conuiuia, & lætitiæ ſigna comitantur*. Et in hunc ſenſum accipit decretum Conc.Tolet.relatum.

Nec obſtat Can. *Nec vxorem*, tanquam à conſuetudine contraria contrarium obſeruatum.

Quoad rationem D. Tho.iam diximus, illam habere dumtaxat locum in traductione ſolemni, non in conſumatione Matrimonii; quia vt ait Cajet.*in Sum. v.Matrimonium num.* 9, Id non inuenitur prohibitum, nec cadit ſub prohibitione Eccleſiæ.

Ad Canoniſtas, quos Fagnan. congerit verbo reſpondetur. Ducuntur; neque errantium multitudo parit errori patrocinium, Nouumque non eſt, multas opiniones publicè defendi, non quia verè, ſed quia communes exiſtimantur. Interim nego ex cit. DD.eſſe opinionem communem, ſed ſaltem complurium antiquorum Canoniſtarum, à qua diſcedere ob rationes fas eſt. Et licet eſſet ſententia communis, tamen ſententias communes ſæpè corrigi, non inſolens eſt, de qua alibi.

Ex quibus etiam reſpondetur Conc. Toletano ſub Sixto IV.illud ſcilicet interdicit conuiuia publica, ſtrepitus, choreas, hiſtriones, aliqua vanæ lætitiæ ſigna, cum quibus ad Eccleſias plerumque Sponſi accedebant, quod & nos interdicimus.

Qua-

Quatenus verò pro hibet Matrimonium contrhai his temporibus, illudque conſumari, non ſolum eſt contrà mentem Sacrorum Canonum, ſed etiam contrà communem Hiſpaniarum conſuetudinem, vt ex Manuali Salmantino teſtatur Poncius Inſignis Theologus Hiſpanus *d.num.*8.*&* 14.

Ac denique reſpondetur declarationibus Sacræ Congregationis Conc. quæ ſæpius iuxtà Regionum conſuetudines ſolet reſpondere per tex. *ad d.cap.Capellanus de fer.* ibique Gloſ. *v. alij verò*, vbi ait in his, quæ ad ſolemnitatem ſpectant, diuerſa tenere non eſt peccatum: quia vnaquæque prouincia abundat in ſuo ſenſu, can. *vtinam* 76. *diſt.* can. *illud* 12. *diſt. & cap. certificari de ſepul.* cum ſimilibus. Quarè non dubito, quin ob rationum monumenta, Doctorum grauitatem, temporum circumſtantias, conſuetudinem etiam Romanam, quæ rerum omnium eſt Domina, ipſa Sac. Congregatione, ac Sum. Pontifice ſcientibus, & non reclamantibus Romano Viceſgerente, Eminentiſſimo Card. Vicario, præcipuè poſt Rituale Romanũ, aliter ſit decretura, cum Villalobs in *Sum.tom.*1.*tr.*14.*diffic.*2.*num.*4 quemadmodum eadem Sac. Congreg. liuè Sac. Congreg. Epiſc. declaraſſe in antedicta *Peruſina* refert Nicolius ſuprà. Prætereà, cum ſecundum ſtylum Sac. Congreg. Conc. non exhibeantur declarationes in forma authentica, niſi ijs ad quorum inſtantiam factæ ſunt, & nulla ſit eis fides adhibenda, niſi ſint in forma authentica, vt decreuit eadem Sac. Congreg. ex ſpeciali mandato Vrb. VIII. die 2. Auguſt. 1631. Ideò nulla conſurgit obligatio vniuerſalis ad illas ſequendam: Quia nemò poteſt obligari ad impoſſibile. Eſt autem impoſſibile, quod ſeruet legem, qui eam ignorat, quod eſt per accidens ex eo, quod declaratio non habetur ab omnibus in forma authentica, ad quos pertinet obſeruatio, non autem quia eæ non habent vim obligandi. Et eſt intelligendum de declarationibus, quę ſiunt ab ipſa Congregatione, iuxtà formam à Sixto V. præſcriptam, qui inter alias conditiones requirit, quod huiuſmodi declarationes fiant, conſulto Sum. Pontifice, vt habetur in eius Bulla 74. Secùs autem erunt tantum reſolutiones obſeruandæ in illis ſpecialibus caſibus, prò quibus emanant, etiam ſi ſint in authentica forma. Et idcircò ſolet procedi ad executionem illarum per Breuia Pontificia, & Monitoria A. C. & Sac. Rota Rom. fundare in eis ſuas deciſiones, vt in *Abulenſi Canonicatus* 17. April. 1589. coram Mantica, & in *Auerſana Beneficij* 3. Iul. 1606. coram Sacrato, ac alias ſæpè.

An ſit diſpenſandum in Matrimonio contracto per verba de præſenti per Procuratores, non conſumato ob aliquas cauſas, vt in caſu poſito, & poſſint Sponſi remanere in priſtino ſtatu liberi? Vide de Diſpenſationibus tom.6. Coſult.70.

An, & quatenus Diſpenſationes Matrimoniales extrà Curiam Epiſcopo committendæ, & ab eo examinandæ? Vide de Diſpenſat.tom.6. Conſul.97.

Quandò impedimentum Matrimonij dicitur occultum? Vide de Diſpenſat.tom.6. Conſult.99.

An, & quatenus puella amoueri poſſit à Monaſterio; in quo Auus paternus mandauit educari? Vbi de libertate Sponſalia, vel Matrimonium contrahendi tom.6. Conſult 100.

NOn poteſt, neque debet: quia diſpoſitio parentum in vltimis elogijs maximè ſeruanda eſt quoad prolis impuberis educationem, propter vehementem legis præſumptionem, quod prò filijs, ac deſcendentibus bonum capiant conſilium. *l.vlt.in princ. C.de Curat. furioſ.* Caſtr. *conſ.*257. *in* 7. *dub.vol.*1. Dec. *conſ.conſ.* 26. *vol.*2. Surd. qui alios allegat *conſ.*457. *nu.*1. Et propterea ad educationem impuberum ſequenda eſt illorum voluntas, vt notant DD. communiter in *l.*1. *C.vbi pupil.educ.deb.* & alibi alij. Ideòque Iudex non poteſt recedere, niſi cauſa benè cognita. Surd. *d.quæſt.*13. *num.*4. ac alij.

Quæ voluntas magis ſpectanda, & ſequenda eſt, quandò non eadie aliqua ſuſpicio in perſonis apud quas educari teſtator mandauerit, ſed potius ſint tales, quę verſimiliter puellæ vtilia procurabunt. Ex hiſce enim circumſtantijs debet Iudex perpendere, quo in loco, & apud quas perſonas puella debeat educari *d.l.*1. *& l.* 2. *C.vbi pupil.educ.deb. & l.*1. *ff.eodem.* Corn. *conſ.* 175. *num.*13. Baid. *in l.non eſt num.*2. alijque, ac Rota in *Leodien.educationis prolium* 3. Iul. 1628. coram Durano.

Si enim inſpiciatur locus, non poteſt eſſe tutior, quàm Monaſterium, vt in ſimili dixit Rota in *Tortonen. ſeparationis thori* coram Pegna. 24. Ianuarij 1599. Si perſonæ, cum quibus commoratur, non habet puella perſonas alias magis ſanguine, & charitate coniunctas, apud quas morari poſſit ad tex. *in d.l.*1. *ff. & C.vbi pupill. educ.deb.* Menoch. *conſ.*62. *num.*14. Quod ſi iam rectè ſe geſſerint in illam educando, ac imbuendo bonis moribus, ità vt eis obtemperet, quibus Auus educandam tradiderit, eligendo ei Sponſum, & Matrimonium condignum procurando, id magis debet in futurum de illis ſperari, atque adeò magis debet in futurum apud illas commorari. Corn. *ibid.n.*13.

Præcipuè ſi in eius Matrimonio, ac ſucceſſione nullum poſſunt habere commodum, cum ſtricta paupertas, in qua viuunt Moniales amitæ, cum quibus puella commoratur, omnem remouet ab illis ſuſpicionem. Idque præſertim, ſi onus pertractandi ſponſalia præparatoria ad Matrimonium alio tempore à Teſtatore demandatum ipſis fuerit.

E E con-

E contrà verò maxima cadit ſuſpicio in Tutoribus. Primò ex eo, quod conantur impedire nuptias, & præpedire Matrimonium ſuo tempore celebrandum, & quod enixè cupiunt, & pertractant omnes coniuncti, quibus hæc cura fuit à Teſtatore demandata, quod ſufficeret ad faciendum illos declarari ſuſpectos. Ad quem effectum ſufficit quælibet cauſa, etiam leuiſſima. Baet. *in l. fin. ff. ſuſpect. tut.* Afflict. *dec.* 207. *num.* 3.

An præcepta de gradibus cognationis, & affinitatis ſint iuris naturalis, in quo Eccleſia diſpenſare nequeat? Vbi etiam cuius ſit in Matrimonii impedimentis diſpenſare, ac de cauſis diſpenſandi. Vide de Diſpenſat. tom. 7. Conſult. 22.

De Vagorum Matrimonio quoad ſtatum liberum? tom. 7. Conſult. 23.

SAc. Conc. Trid. *ſeſ. 24. cap. 7. de reform. Matrim.* ad vagorum Matrimonium duo in Parochis requirit, nimirum diligentem inquiſitionem, & licentiam Ordinarij: quia cum cauſa, in qua probanda eſt libertas horum hominum vagantium, ſit validè ardua, nam, vt ait Concil. vt improbi ſunt ingenij, prima vxore relicta, alia, & plærumque plures, illa viuente, diuerſis in locis ducunt, quod eſt in magnum præiudicium Sacramenti Matrimonij, animarum, ac Reipublicæ Chriſtianæ; ideò cautè admodum prouidendum eſt, quod fieri non poteſt, niſi præmiſſa diligenti inquiſitione, ac licentia eiuſmodi.

Verum quoniam ſæpè numero contingebat ex negligentia, vel Parochorum, vel Ordinariorum in hac re minorem cautelam adhibitam fuiſſe, quam Conc. euitandi polygamias expoſtulat. Idcircò Sac. Congregatio Inquiſitionis experientia in dies edocta, Inſtructionem edidit, in qua præcepit, & Concilio addidit, quod ſi contrahentes ſint vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, niſi doceant per fides Ordinariorum ſuorum eſſe liberos, & in alijs ſeruata forma Conc. Trident *d. cap. 7. ſeſ. 24.* Id, quod olim etiam vſus obtinuerat, nè huiuſmodi vagi, præſertim ignoti Matrimonio coniungerentur abſque literis teſtimonialibus ſui Ordinarij, vt refert Abb. *antiq. in cap. fin. de clandeſt. deſponſat.* & ibi Io. Andr. *nu.* 5. *in fin.* ac alij.

Quarè cenſeo, ſeruandam eſſe Inſtructionem Sanctæ Inquiſitionis, prout ſeruandam eſſe in huiuſmodi caſibus ſemper præſcripſit Sac. Cong. Conc. præcipuè in *Neapolitana* 1666. in qua agebatur de Matrim. Concubinariorum ſorentium, in quibus minus eſt periculi, quam in vagis.

Aliqua de Matrimon. Vide de Hæreſi. tom. 7. Conſult. 41. Sum. num. 4. & 6.

CElebrato Matrimonio inter duos Magnates hæreticos, etiam iuxtà decretum Sac. Conc. Trident. quamuis in illa Dœceſi non publicatum, poſtquam vixerint ſimul pluribus annis, & filios ſuſceperint, vir Catholicam Religionem amplexus eſt; Quarè vxor id ægrè ferens, & ortis inter ipſos Coniuges varijs diſſentionibus, credens Epiſcopus illas ſedari, dictos Coniuges ſeparauit, fuitque inter eos conuentum, quod Vxor poſſet viuere ſeorſim à viro, donec ipſa ſignificaret ei ſuum animum mutatum, & procliuum ad illum amandum. Quæritur:

1 *An iſta concordia, ſiuè pactio ſit valida?*

2 *An d. Vxor ſit compellenda, licet hæretica Caluiniſta ad cohabitandum cum ſuo viro Catholico, & ad præſtandum ei debita obſequia Matrimonii, cum ipſe vir ſit præpotens Dominus, educet ſuam familiam Catholicè, & moraliter nullum imminet periculum ſubverſionis ab Vxore pertinaciſſima hæretica, & Domina multarum ditionum?*

3 *Quibus mediis iuridicis, ſiuè prudentialibus poſſit, ac debeat ad id compelli?* tom. 7. Conſult. 51.

AD 1. Concordiam, ſiuè pactionem huiuſmodi eſſe irritam. Primò, quia ſtipulatio in arbitrium promittentis collata non valet, *vt in l. ſtipulatio de verb. oblig.* Quia eſt contrà naturam Contractus, qui eſt vltrò citròque obligatio. Et quamuis ea ſit poſſibilis conditio, quia tempore ſequenti velle poterit vxor ſic promittens, adhuc tamen nulla eſt ſtipulatio, quia à principio non ſubſiſtit, & quod ab initio nullum eſt, tractu temporis non conualeſcit.

Secundò: quia eſt pactio contraria naturæ Matrimonij. Quia pactio iſta in hoc caſu habet prò obiecto id, quod eſt initio duarum obligationum omninò inter ſe pugnantium: nam eò ipſo, quod voluit Matrimonium, voluit obligari ad ſoluendam fidem, prolem, & Sacramentum. Ac eò ipſo, quod vult ſub hac pactione diuertere, vult teneri ad omninò oppoſita. Implicat autem has duas obligationes ſimul naſci: Nam qui vult ſe obligare ad vnum, eò ipſo vult non obligari ad aliud, quod oppoſi-

tum

ſtum eſt, cum ad oppoſita ſimul velle ſe obligare non poſſit. Et ſic in hoc ſenſu habet locum *cap.final. de condit.appoſ.* Quam rem explicant Sanch. *de Matrim. lib.5. diſp.9.* Pont. *eodem tract. lib.3.cap.9.num.8.* & alij.

Ad 2. Affirmatiuè: Quia ſeparatio inducta eſt in pœnam hæreſis, & in fauorem Catholici, & ideò eſt voluntaria Catholico, ſi ille velit diuertere; Cumque in hoc caſu nullum ſubſit periculum ſubuerſionis ipſius viri, neque prolis iam ſuſceptæ, ac ſuſcipiendæ, non poteſt dirimi huiuſmodi Matrimonium ex *cap. Quanto de diuor.* præſertim exiſtente conſuetudine, quæ fit, vt apud Gallos, & Germanos Catholici Matrimonia cum hæreticis contrahant, & cum eiſdem cohabitent. Quare poſſe Catholicum cogere vxorem hæreticam, vt ſecum cohabitet probat Sanch pluribus, & ſolidis rationibus à paritate coniugis innocentis reſpectu adulteræ *lib.10.diſp.13. num.26. & diſp.10. num.3.* Et quatenus opus ſit, poterit cum ipſo diſpenſari, vt cum huiuſmodi hæretica cohabitet ad euitandam infamiam tacti ob bonum publicum Religionis Catholicæ, ac eorum Subditorum.

Ad 3. Seruata iuris cenſura, poterit compelli ad huiuſmodi obſequia cenſuris Eccleſiaſticis, licet non ſit in Eccleſia. Riccinl. *de ſtat.perſon. lib.5. cap.12.* Perſeuerante verò contumacia, poterit ad id compelli, etiam priuatione feudorum, & exemptione plebis Chriſtianæ ab obedientia, & ſubiectione ipſius vxoris hæreticæ. Delben. *de offic. S.Inquiſ. par.1. dub.154. corol.4.* ex authoritate Sacræ Scripturę, Sanctorum Patrum, ac Doctorum.

Prudenter tamen agendo debet hęc hæretica induci exhortationibus, ac perſuaſionibus ſui Epiſcopi, ac etiam Nuncij Apoſtolici, ſi adſit illic, aliorumque piorum Principum ad cohabitandum cum ſuo viro, inſtruendo illam, Matrimonium inter Catholicum, & hæreticum eſſe indiſſolubile iure diuino, prohiberi ſeparari, maximè in odium fidei Catholicæ, ſubeſſe periculum incontinentiæ viri, & forſan ipſius mulieris, teneri ad debitum coniugale, & ſimilia. Quę ſi non profuerint, & filij ex Matrimonio geniti, catholicèque educati extiterint, qui ſuccedere debent feudis maternis, omneque periculum excluditur nè perueniant ad hæreticos, conſulendus eſt vir Catholicus, vt ad euitanda maiora mala, viuat ſeparatus à ſua vxore hęretica, ſine tamen periculo incontinentiæ.

An ſit concedenda facultas diſpenſandi ſuper impedimentis Matrimoniorum in ſecundo, & ab altero tertio affinitatis gradu coram Turcarum Iudice contractorum, quæ Epiſcopi illarum partium nullatenus ſoluere poſſunt? Vide de Diſpenſat. tom.7. Conſult.56.

Dubia octo circà Matrimonium. Baptiſmum, &c. inter Catholicos, & Turcas, Schiſmaticos? Vide de Sacrament. adminiſtratione tomo 7. Conſult.57.

An Metropolitanus poſſit recipere appellationem, ac procedere ad confirmationem, vel annullationem primæ ſententiæ prò, vel contrà hæreticum in caſu, quo Epiſcopus nulla declarauit ſponſalia, & condemnauerit partem ad ſe componendum pæna pecuniaria eroganda mulieri defloratæ, & prò eleemoſyna propter ſcandalum? Vide de Appell. tom.7. Conſult.60.

An ſit validum Matrimonium contractum inter Catholicos coram Parocho Græco, Schiſmatico, & more ſchiſmaticorum, præſentibus dumtaxat Muſicis canentibus in honorem Matrimonij more eorum, non autem teſtibus particularibus adhibitis ad formam Concil. deficientibus ibidem Parochis Catholicis expulſis? tomo 7.Conſul.62.

AFfirmatiuè, ſi in illis partibus non eſt publicatum Sacri Concilij Tridentini decretum *cap.1. ſeſſ. 24. de refor. Matrim.* Si verò eſt publicatum, etiam reſpondeo affirmatiuè, dummodò tamen illi Muſici, qui præſentes fuerunt, aduerterint. Nam prò præſentia ad valorē Matrimonij ex Tridentino requiſita ſufficit ſola intellectus aduertentia, qua ritè teſtimonium contracti Matrimonij perhiberi poſſit, ſitque ſufficiens ad teſtificandum, vt ex communi tradit Sanch. *de Matrim. lib. 3. diſp. 39. nu.11.* Neque requiritur in Matrimonio teſtes eſſe rogatos ex eodem Sanch. *diſp 41. num. 7. eiuſdem lib.3.*

Non obſtat, quod ſit celebratum coram Parocho Schiſmatico: nam donec non fuerit priuatus officio, ſiuè titulo, validè aſſiſtit, etiam ſi ſit excommunicatus non toleratus, vt per Sanch. *eodem lib.3. diſp. 21. à num.1.* & Pontium *de Matrim. lib.5. cap.17. §. vn. in 6.* & deſumitur ex declaratione Sac.Congregationis S. Officij tenoris ſeq.

Rutheni Matrimonia contrahentes in Ruſſia coram Prædicantibus ſchiſmaticis, & deindè pænitentia ducti agnoſcentes, id eſſe contrà formam Concil. Trid. ibi publicati poſt longam conuerſationem faciunt diuortia, propterea Archiepiſcopus Leopolienſis conſulit, quid facere debeat? Sanctiſſimus ordinauit ſciri, an huiuſmodi Prædicantes ſint Parochi 18. Decembris 1614.

De Eunuchis quoad Matrimonium? Vide de Ordin. tom.7. Conſult.66. nu.13. & ſeqq.

De Impedimento publicæ honeſtatis aliquæ obſeruationes accommodata, ac vtiles ex decreto Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 3. de refor. Matrim. to. 7. Conſ. 78. Item tom. 4. Conſul. 15. & eod. to. 7. Conſult. 78.

DE hoc impedimento agitur *in cap. Iuuenis de ſponſal.* & cap. *continebatur de ſponſal. impub. & de ſponſal. in 6.* & in Conſtitutione B Pij V.

Quæro: an ità hoc Tridentini decreto præſupponatur validitas ſponſalium, vt vir, & mulier poſſit in executionem ipſorum compellere] promittentes ad contrahendum? Respondeo, totum hoc eſſe terminis iuris veteris à Concilio relictum.

Gradum autem, puta: Petrus impediebatur, nè puellam in Matrimonium duceret, cum puella prius Petri germano, qui morte præuentus ipſam non attentauerat, ſponſalia per verba de futuro contraxiſſet, ſublatum eſſe à Concilio, declaratum fuit, cum debeat in linea tranſuerſali fieri computatio à remotiori, & ſic à ſecundò *cap. fin.* ibique Abb. *de conſang. & affin.* Nec obſtat Bulla B. Pij V. hac de re edita 20. Auguſti 1566. quia procedit, quandò agitur de diſpenſatione obtinenda, non de declaratione facienda. Item procedit in gradibus affinititatis, & non publicæ honeſtatis. Dicendum igitur, primum, & ſecundum gradum honeſtatis ab eodem ſtipite à Conc. eſſe ſublatum.

Ex ſponſalibus verò contractis, & mutuo conſenſu diſſolutis inducitur impedimentum publicæ honeſtatis; Concilium enim conſiderat, quod à principio valida fuerint, per quod impedimentum induxerunt. Ex conditionatis tamen huiuſmodi impedimentum non oritur ex *cap. 3. in fin. de ſponſal. in 6.* ante euentum conditionis.

Occaſione autem huius publicæ honeſtatis impedimenti propoſita fuit hæc facti ſpecies. Ludouica Mauritiæ Matris impulſu cum Andrea ſponſalia contraxit. Hæc etſi ſæpius Andreas Matrimonium conſumare conatus ſit, non habuerunt effectum, quia, inſtante Ludouica, inter eos contrahi non poſſe, declarauit Ordinarius, quare ortæ ſunt inimicitiæ. Ad has tollendas cupiebat Andreas ſibi Mauritiam Matrem, cum qua ſæpius rem habuerat, & Ludouicam filiam Ioanni fratri germano Matrimonio copulare. Hæc cum propoſita fuiſſent, denegandam dixit Sacra Congregatio diſpenſationem, ſi Andreas cognouit Matrem fornicariè poſt contracta ſponſalia cum filia, cum tali caſu ſponſalia non poſſint dici nulla ex fornicatione Matris, & ſic præſuppoſita validitate ſponſaliorum, ortum eſſe impedimentum publicæ honeſtatis: quia non poteſt apponi illa clauſula, quod filia intacta, & in nullo penitus intentata. Si verò fornicatio matris præceſſit ſponſalia filiæ, eo caſu ſponſalia fuerunt nulla, vel alia ratione dici poſſunt inualida, quia per vim matris ſine conſenſu filiæ fuerunt contracta, ideóque poſſit declarari, ſponſalia cum filia nulla fuiſse, atque adeò ex hoc decreto nullum impedimentum publicæ honeſtatis proceſſiſse, licet illud iure veteri inductum fuerit, poſſe Oratores contrahere abſque alia diſpenſatione, & ſic committendum Ordinario, vt permittat contrahere, matrem verò propter fornicationem, & Andream tunc propter attentationem puellæ ante tempus, puniat.

Quod autem ex ſponſalibus de præſenti non oriatur affinitas, ſed impedimentum iuſtitię publicæ honeſtatis, licet fortius illo, quod oritur ex ſponſalibus de futuro, conſultis Theologis, & Canoniſtis iuſſu Sixti V. in Congregatione iterum firmatum fuit, conſequenter orta dubitatione, an ex Matrimonio per verba de præſenti contrà formam à Concilio traditam contracto, oriatur impedimentum publicę honeſtatis? Et quatenus oriatur, an ſit reſtrictum ad primum gradum per hoc decretum, cum ad Greg. XIII. controuerſia hæc delata fuiſſet vnà cum rationibus, & Doctoribus prò vtraque parte opinantibus, Sanctitas Sua inclinauit in receptiorem ſententiam, nempè, vt ex Matrimonio nulliter etiam à ſcientibus contracto, oriatur impedimentum publicę honeſtatis; Non enim probauit diſtinctionem inter contrahentes ſcienter, vel ignoranter, cum ratio ſuggerat multò magis oriri debere huiuſmodi impedimentum inter ſcientes, nempè in pœnam *arg. cap. nuper de bigam.* Tamen dixit, dubitationem proponendam in Congregatione, quæ cenſuit impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis oriri etiam ex Matrimonio, nulliter contracto, ob non ſeruatam formam Concilij.

Si etiam quæras: an hoc decreto, quo reſtringitur impedimentum publicæ honeſtatis ad primum gradum comprehendantur ij, inter quos tale impedimentum ante Concilium inductum eſt, & an ad hoc decretum extendatur Conſtitutio declaratoria B. Pij V. inſerta inter regulas Cancel. ſuper decretis Concilij de Compaternitate, & affinitate. & fornicatione, vbi B. Pius V. declarat eos, qui ante Conc. Trid. cognationem ſpiritualem contraxerant, dummodò non ſint ex perſonis in dd. decretis enumeratis, & inter quas tantum Concilium voluit deinceps contrahi hanc cognationem ſpiritualem Matrimonij vinculo inter ſe abſque diſpenſatione Apoſtolica liberè, ac licitè copulari poſse, & Matrimonia etiam poſt confirmationem Concilij abſque diſpenſatione inter eos iam contracta, valere Congregatio cenſuit, comprehendi, declaratio verò B. Pij V. ſuper impedimento publicæ honeſtatis emanauit ex ſententia Congregationis.

Pa-

Parerga. In *Legionenſi* : Qui promiſit ducere in vxorem Bertam per verba de futuro, quæ cum eſset mente capta, non poterat contrahere Matrimonium, poteſt ducere in vxorem illius ſororem germanam, nec adeſt impedimentum, dummodò non ſit ſequuta copula.

Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum intelligitur tantum de ſponſalibus de futuro, ſecus ſi Matrimonium fuiſset contractum per verba de præſenti, vt per Bullam B. Pii V. publicatam anno 1568.

1 *An tolerandæ ſint Mulieres nuptæ, quæ publicè meretricio more proſtituuntur omnibus in maximũ Sacramenti Matrimonij opprobrium?*

2 *Et quatenus negatiuè, quo ſalubriori, & faciliori remedio prouideri poſſit animarum ſaluti abſque edictis, ac publicitate, & cum minori ſcandalo populi?* Vide de Adulterio tomo 7. Conſult. 81.

De Cognatione ſpirituali ad formam Sacri Concilij Tridentini Vide de Cognatione tomo 7. Conſult. 93.

An valeat Matrimonium contractum coram Parocho prima tantum tonſura initiato, & intrà annum ad Sacerdotium non promoto?
tomo 8. Conſult. 24.

VAlere cenſuit Sacra Congregatio Conc. 12. Martii 1593. & in *Marianenſi* 24. Martii 1653. Nam licet huiuſmodi beneficium per non promotionem ad Sacerdotium intrà annum poſſit per alterum impetrari, poſseſſio tamen in conſcientia non vacat, donec ſpolietur; Vndè huiuſmodi vacatio operatur tantum quoad vacationem poſſeſſionis, adeò vt, ſi non ordinatus, adhuc retineat poſſeſſionem beneficii, non poterit alter de beneficio prouiſus capere poſſeſſionem, niſi vel non ordinatus conſentiat, vel primum ab eo auferatur poſſeſſio authoritate Iudicis. Innoc. *in cap. cum noſtris col. 1.* & Imol. *num. 33. de conceſ. præb.* Idem Innoc. *in cap. accepta verſ. aliis* autem, vbi Ab. *de reſtit. ſpol.* quam tamen poſſeſſionem tradere poteſt Iudex, non citato, neque alias vocato eo, qui poſt recuſationem, vel priuationem detinet beneficii poſſeſſionem, cum de eius non iure notoriè conſtet. Innoc. *in d. cap. Accepta* Rom. *conſ. 499. n. 5.* aliique.

An Matrimonium irritè propter impedimentum dirimens, bona fide contractũ, cum diſpenſatione Ordinarii, facultate non habentis, ſi per Sum. Pont. conualidetur, debeat iterum coram Parocho, & teſtibus contrahi, vel ſufficiat nouus conſenſus abſque Parocho, & teſtibus?
tom. 8. Conſult. 28.

HVius quæſiti refertur triplex ſententia. Prima eſt eorum, qui dicunt ſemper renouandum eſſe coram Parocho. Secunda excipit caſum ſi ſcandalum, aut infamia orire tur. Tertia ſatis eſſe conſenſus contrahentium inter ipſos ſolum.

Tenendum tamen eſt primò, ſi Matrimonium eiuſmodi iam contractum fuit coram Parocho, & teſtibus cum impedimento occulto, habita diſpenſatione impedimenti, ſatis eſt renouari conſenſum inter ipſos tantum, idque ad euitanda ſcandala: Quia intentio Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de refor. Matrim. cap. 1.* requirentis præſentiam Parochi, & teſtium, fuit, impedire peccata conſurgentia ex clandeſtino. At id non militat in caſu, in quo prius Matrimonium, quamuis occultè inualidum, tamen in foro Eccleſiæ validum fuit, & publicum, ideóque ratio legis non ſe extendit ad hunc caſum. Sanch. *de Matrim. lib. 2. diſp. 37.* Et itá declaraſſe Pium V. teſtatur Nauar. *in Manual. cap. 22. n. 70.* & diſponitur per Sac. Pęnitentiariam, teſte Leonio *par. 2. de for. diſp. Matr.*

Tenendum eſt 2. Si Parochus, & Teſtes non ignorauerant huiuſmodi impedimenta, quando aſſiſterunt Matrimonio, poſteá eſſet renouandus conſenſus, etiam ijs præſentibus. Item ſi eſſet periculum, vt detegatur impedimentum, & probetur in foro externo, tum etiam celebrandum eſſet coram Parocho: Quia eum conſtet in foro Eccleſiæ eſſe nullum, non eſſent idonei teſtes valoris, ſed nullitatis eius. Idemque putat Sanch. etiam ſi vnus tantum ex duobus teſtibus, vel Parochus impedimentum noſſet, *eadem diſp 37. num. 10.* Melius tamen tunc impetrari à Sacra Pęnitentiaria, diſpenſationem, vt non obſtante decreto Tridentini, poſſint ſecretò inter ipſos renouare conſenſum.

Itàque ſi res eſt publica debent rurſus cum trina denunciatione, & omnibus alijs ſolemnitatibus contrahere. Rot. in *Hiſpalenſi Matrimonij* 26. Februarij 1609. & reſcripſit Sacra Congregatio Conc. Henrico Cardinali Legato Portugalliæ anno 1579.

Et ità quoque cenſuit Sacra Congregatio Conc. die 25. Maii 1657. nempè: *Sacra, &c. cenſuit huiuſmodi Matrimonia eſſe nulla, ſed præuia diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ renouanda, ſeruata forma Conc. Trid. dummodò impedimenta ſint publica.*

Ve-

Digitized by Google

Verum cum alias ſub die 28. Iun. 1670. à Sacra Congregatione de Prop. Fid. occaſione eiuſdem dubij fuerint ſcriptæ literæ Internuncio Flandriæ, vt certiores facerer Ordinarios, & Miſſionarios illarum Regionum, qui ſub prætextu facultatum diſpenſauerant in ſecundo, & tertio gradu, licet huiuſmodi authoritatem non haberent, Matrimonia, vt ſuprà cum diſpenſatione bona fide contracta fuiſſe nulla, ſed ex gratia à Sanctiſſimo conualidata. Verba prædictarum literarum ſunt:

E condiſceſa benignamente la Santità Sua di conualidare con la pienezza dell'autorità ſua li ſudetti Matrimonii con diſpenſe di ſecondo, e terzo grado, ma vuole, che V.S. nel dar notitia di queſta gratia alli ſudetti Veſcoui, e Miſſionarii, che hanno ſimil facoltà di diſpenſare in terzo, e quarto ſimplici, & mixto, auerta loro, che non occorre manifeſtarla a quelli, che non ne hanno ſcrupolo, e viuono in vna inuincibile ignoranza di eſſer ſtati diſpenſati da perſone, che non haueuano tal facoltà.

Vndè facilè conciliari poſſunt ſupradicta decreta, itàut decretum Sacræ Congregationis Concilij habeat locum, quandò impedimenta ſunt publica; Decretum verò Sac. Congreg. de Propag. Fid. locum habeat in caſu, quo impedimenta ſunt omninò occulta, & Coniuges inuincibiliter ignorant impedimentum de iure, vel de facto, & non ſit ſpes, quod eis proderit ſignificatio impedimenti. Sanch. *de Matrim. lib. 2. cap. 28. num. 1. & 6.*

Prò conſcientiarum verò tranquillitate magis expedit ſeruari decretum Sacræ Congregationis Conc. Tum quia eſt magis conforme ipſi Concilio Trid. quod exigit prò forma præſentiam Parochi, & teſtium, ac proindè ea requiritur quandò denuò celebratur Matrimonium, cum tunc verè contrahatur. Contrà verò ſi Matrimonium inualidè coram Parocho, & teſtibus propter impedimentum occultum celebratum fuit, non opus eſſe, vt contrahentes iterum coram illis conſentiant, ſed ſatis eſſe, vt priuatim mutuos conſenſus edant, & exterius exprimant.

Conſiderandæ itaque ſunt rerum, ac cauſarum circumſtantiæ, bona fides, & ignorantia inuincibilis Coniugum, pericula, ſcandala, quę ex impedimenti notitia exoriri poſſint, & prout expedire animaduertetur, iuxtà qualitatem perſonarum, ità diſpenſatio concedenda eſt, & exequutor ſe gerere debet.

Quas pœnas incurrat, qui poſt Matrimonium contractum ad Sacros Ordines promouetur in Eccleſia Latina? Quid in Eccleſia Græca? tom. 8. Conſult. 63.

RESP. Huiuſmodi coniugatum, & promotum ad Sac. Ordinem, ſiuè abſque conſenſu, ſiuè cum conſenſu Vxoris ſuæ, niſi in caſu, quod ipſa Monaſterium ſpontè ingrediatur, ibique profeſſionem emittat, eſſe ſuſpectum de hæreſi, atque adeò puniendum ab Inquiſitoribus eiſdem pœnis, quibus puniuntur Clerici in ſacris conſtituti, vel Regulares caſtitatem ſolemniter profeſſi, qui poſt ſuſceptos Ordines, Matrimonium contrahunt, communis docet ſententia, & præ cæteris Simanc. *de Cathol. inſtit. tit. 40. rub. de Matrim. num. 14.* Farinac. *de hereſ. quæſt. 183. § 6. num. 74.* Souſa *in aphor. lib. 1. cap. 8. num. 17.* alijque; Quia parum refert, an Matrimonium ſacros Ordines ſubſequatur, vel illos præcedat. In vtroque enim caſu Sacramento Matrimonij, & ſacrorum Ordinum par fit iniuria, & ideò quemadmodum punitur, qui poſt ſuſceptos Ordines Vxorem ducit, ità puniendus, qui poſt ductam Vxorem, Sac. Ordines ſuſcipit. Hinc cum hic caſus contingiſſet in Sacro Inquiſitionis Hiſpaniæ Senatu, Reus ſuſpenſus fuit ab Officijs, & Beneficijs Eccleſiaſticis, & præter publicam pœnitentiam, qualis blaſphemis iniungi ſolet, mulcta pecuniaria impoſita, in Monaſterium ad certum tempus fuit detruſus, teſte eodem Simancha *loc. cit.*

Quod autem hic caſus ſpectet ad Sanctum Officium, fuit ſæpius declaratum ab eius Sac. Congregatione nominatim ſub die 9. April. 1618. & 27. Septemb. eiuſdem anni, vbi is, qui poſt ſuſceptos Ordines minores, Matrimonium contraxit, & deindè Subdiaconatus Ordinem ſuſcepit, remiſſus fuit arbitrio Ordinarij, vt præuia iudiciali abiuratione; & abſolutione, cum eo diſpenſaret, vt in Matrimonio contracto manere poſſet; Ideòque idem & nos tenere debemus.

De polygamia, & eius abſolutione, vt in caſu poſito. Vide de S. Offic. tom. 8. Conſult. 76.

An ex conuerſione Iudæi ad fidem Chriſtianam inſcia Vxore, Matrimonium intelligatur ſolutum quoad vinculum? Quid de profeſſione Regulari ab eo emiſſa? An deinceps poſſit cohabitare cum Vxore? Quas pœnas incurrat &c. Vide de Iudæis tom. 8. Conſult. 77.

An expediat ad declarationem Inſtructionis ſuper celebratione Matrimoniorum decernere, quod Epiſcopi, qui habent amplas Diœceſes, teneantur deputare Parochum, ſeù Vicarium foraneum prò Diœceſanis habitantibus vltrà duas dietas à Curia *Epiſcopali, & Matrimonium contrahere volentibus, ad hoc, vt ij coram ſuo Parocho, aut Vicario foraneo ſuum ſtatum liberum probare valeant, abſque maiori diſpendio accedendi ad Curiam Epiſcopalem prò eodem effectu?* tom. 8. Conſult. 79.

NEgatiuè: Nam Epiſcopus poteſt exercere iuriſdictionem ſuam in quacumque parte ſuæ Diœceſis per tex. *in cap. cum Epiſcopus de off. Ord. in 6.* Gloſ. *in cap. fin. v. Diœceſim. de conſtit. eodem lib.* cum alijs per Gonzal. *ad Regul. 8 §. 2. proœm. num. 35.* Ac proindè non tenetur deputa-

putare in diuerſis locis ſuos Officiales, præſertim quandò agitur de cauſa graui, & ardua, in quo caſu, etiam de ſtylo Rotæ non datur remiſſoria, ſed teſtes debent accedere ad Curiam, vt teſtatur eadem Rot. *in Tullenſi nullitatis Matrimonij* 18. Mart. 1647. coram Ghislerio. Hic autem agitur de re graui, quoniam agitur de euitandis polygamijs, ac impedimentis Matrimonij ex quibus Fidei Catholicæ, & Reipublicæ Chriſtianæ grauiſſima damna inferuntur. Et hanc partem abſolutè ſequuta eſt Sac. Congr. S. Officij, quę ſemper denegauit facultatem committendi examen teſtium examinandorum in cauſis Matrimonialibus Vicarijs foraneis, & iniunxit, quod obſeruetur ab Ordinarijs Inſtructio prò eiſdem Teſtibus examinandis, vt videre eſt in decretis eiuſdem Sac. Cong. Cum enim experientia demonſtrauerit difficultatem, quæ reperitur in inueniendis peritis Parochis, vel Vicarijs foraneis, præſertim Villarum, & Caſtellorum, ac detexerit tot polygamias, atque impedimenta, tutius iudicauit eiuſmodi examen, non niſi ab ipſis locorum Ordinarijs, vel eorum Vicarijs Generalibus, vel alio idoneo Deputato, faciendum eſſe.

Et hæc quidem de iure, & iuxtà mentem Sacræ Congregationis S. Offic. Sed quid de æquitate? Et expedire æquiſſimum puto, cum his tamen limitationibus. Primò, quod non deputentur, niſi Vicarij foranei, dummodò ſint idonei, alioquin alij Officiales, nec, niſi in Oppidis, ſiue Terris numeroſis commodioribus, non autem Curati Villarum, qui vt plurimum ſunt imperitiſſimi. Secundò, quod non recipiant examen, niſi prò Matrimonijs Dięceſanorum, non autem vagorum, neque exterorum. Tertiò, quod examen huiuſmodi prò ijs, qui vel Romæ, vel alibi commorantur tranſmittant ad Curiam Epiſcopalem, vt hat atteſtatio ſigillo, & ſubſcriptione Epiſcopali munita, prò faciliori poſteà recognitione eiuſdem ſigilli, & ſubſcriptionis in caſu, quo extrà Dięceſim producatur.

An Matrimonia Græcorum, ſi contrahant poſt ſuſceptos Sacros Ordines, ſiuè prima ſint, ſiuè ſecunda, ſint valida? tom. 8. Conſult. 81.

PErſiſtendum puto in ſententia, quæ vult huiuſmodi Matrimonia eſſe irrita. Ratio huius rei pendet ex iuris diſpoſitione. Nunquam enim fuit permiſſum in Eccleſia ordinatos in ſacris; tranſire ad Matrimonium, nè Græca quidem in Eccleſia, vt proindè apud Græcos coniugium contractum poſt receptum aliquem Ordinem ſacrum, ſit irritum, & inane iure Eccleſiaſtico, ſicut eſt apud Latinos. Palud. *in* 4. *diſt.* 3. *q.* 1. *art.* 1. *concl.* 4. Syluest. olim Sac. Palatij Magiſter, & in practicis quæſtionibus vir ſanè peritiſſimus *v. Matrimonium* 8. *quæſt.* 12. *verſ. ſextò eſſe irritum.* Azor. *inſtit. moral. tom.* 1. *cap.* 12. *quæſt.* 5. ac alij. Ità vt cum Erasmus ſcripſiſset hodiernis temporibus Sacerdotes, & Epiſcopos poſt ſuſceptos Ordines, vxores ducere poſſe, ſicuti cum Venetijs commoretur, id à Græcis accepiſſe, qui ibi degebant, falsus fuit, eam ſententiam, vti temerariam cenſuit Pariſienſis Accademia, vt legitur apud Azor. *loc. cit. quæſt.* 3. Et inter errores Neſtorianorum nationis apud Thomam Ieſu *de proc. ſalut. omn. gent. lib.* 2. *fol. mihi* 354. hic quoque recenſetur, nimirum, quod Sacerdotes mortua prima vxore, ſecundas, & vlteriores faciunt nuptias.

Id probant ex c. *ſi quis eorum d.* 32. ex c. *Nicena d.* 31. ex c. *cum in præterito d.* 84. *&* ex *cap.* 17. *Apoſtolorum*. Sed certè hi Canones ſolum prohibent, nè Clerici poſt ſac. Ordines nuptias contrahant, expreſsè autem non ſtatuunt, Matrimonium contractum à Clerico poſt ſacrum Ordinem irritum eſſe. Quidquid ſit, prædictos Canones vſus, & conſuetudo, etiam apud Græcos ſeruata ſic interpretatur, nempè Clericos poſt ſac. Ordines à contrahendis nuptijs prohiberi, quod ſi contraxerint, eſſe eos ab vxoribus, quas dux rint, penitus ſeparandos. Matrimonium igitur poſt ſacros Ordines initum, etiam apud Græcos non valet Eccleſiaſtica Conſtitutione, vt ait Gloſ. *in cap. ſi quiquam ad fin. d.* 58. & Roſel. *v. impedimentum* 11. vbi citat Director. & Gloſ. *in d. can. Diaconi d.* 28. V. dè licet in his Canonibus id non exprimatur, tamen non videtur ſeruatum à tempore Apoſtolorum, quod indicat Chriſti ordinationem ex regula D. Auguſtini *lib.* 4. *de baptiſmo cap.* 24.

Siquidem ea ſolum eſt differentia inter Græcos, & Latinos in ſacris Ordinibus conſtitutos, quod illi poſſint poſt Coniugium ad ſac. Ordines aſcendere, & vti Matrimonio antea contracto, quod Latinis eſt interdictum, vt conſtat ex *cap. olim de Cler. coniug. &* c. *de Syracuſana* 28. *d.* Ergò non poſſunt poſt Ordines ſacros Matrimonium inire.

Incluſo igitur in ordinatione Miniſtrorum voto ſolemni continentiæ ex lege Eccleſiaſtica, Matrimonium ſubſequens eſt irritum ex Conc. Tolet. 1. *cap.* 16. Triburienſi c. 23. Tolet. 8. *cap.* 6. Tolet. 4. *cap.* 11. Turonic. 2. c. 16. Tribur. *cap.* 23. Gelaſio I. *ep.* 1. *c.* 22. *&* 23. Greg. I. *lib.* 1. *in tit Qui Clerici, vel vouentes.* Ex Patribus Cyprian. *lib.* 1 *ep.* 11. Baſil. *in lib. de virginit. ad med.* & alijs. Atque ità cenſuit etiam Sac. Congr. S. Offic. nimirum, eiuſmodi Matrimonia eſſe irrita, & nulla ſub anno 1631. & 1637. & 1673. & 1677. ac ità, vt pœnas contra Latinos, qui ordinati in Sac. Ordinibus Matrimonium contrahunt, locum etiam habere contra Græcos in Sac. Ordinibus conſtitutos, ſi vxorem ducant poſt ſuſceptos ſac. Ordines, vel tentent ducere, nempè puniendos eſſe ab Offic. S. Inquiſit. tradit Tranſmiera *lib.* 3. *q.* 12. *num.* 14. Sicque ſeruatum fuiſſe in Sancto Officio Melitenſi teſtatur Salelles *lib.* 6. *de mater Tribunal ſ.d. cap.* 8. *nu.* 223. Cumque Metropolita Chiouiæ præ-

Digitized by Google

prætenderet, Matrimonia contracta à Grçcis poſt ſuſceptos Ordines Sacros non eſſe inualida, attenta conſuetudine, quod viget in illis partibus, Sanctiſſimus die 27. Ianuar. 1619. mandauit ſcribi Nuncio Apoſtolico, vt dictum Metropolitam moneat, doceatque huiuſmodi Matrimonia eſſe irrita.

Cæterum poſse Summ. Pontificem in hac re diſpenſare ex cauſa certum eſt, cum id ſit ex iure Eccleſiaſtico. An autem vnquam diſpenſauerit, & quæ cauſa ſufficiat ad diſpenſandum, diligenter inquirendum eſt, atque examinandum.

De Iudæo conuerſo quoad Matrimonium, & repudium. Vide de Iudæis tom. 8. Conſult. 93.

An familiaris conuerſatio, ac litium extinctio ſint cauſa ſufficientes ad diſpenſandum in primo, & ſecundo affinitatis gradu? Vide de Diſpenſat. tom. 8. Conſult. 101.

MVlti hæretici conuertuntur ad fidem, inter quos non pauci ſunt Coniugati, altero Coniuge perſeuerante in hæreſi, Coniugati, inquam, ritu tantum hæretico, ideòque inualido, cum in illis partibus publicatum ſit decretum Sac. Concil. Trid. Pars conuerſa cupit Matrimonium renouare ſecundum formam eiuſdem decreti Trid. at compartem hæreticam, à qua ſeparari moraliter impoſſibile eſt, nullatenus poteſt inducere, vt coram Parocho compareat.

Quæritur quid Paſtores Catholici cum tali agere debeant, & ſpeciatim an coniugem bonæ voluntatis ad vſum Sacramentorum poſſit admittere? tom. 8. Conſult. 104.

SI in dictis locis non fuerit publicatum decretum Conc. Trid. *de refor. matrim. cap. 1.* Matrimonium etſi ritu hçretico celebratum, validum eſt, vt declarauit Sac. Cong. Conc. *in Biſuntina* 26. Iun. 1598. ac proindè Paſtores Catholici poterint admittere ad Sacramenta alterum Coniugem conuerſum ad fidem, dummodò viuant in Matrimonio abſque contumelia Creatoris.

Si verò in ijs locis fuerit publicatum, & eius forma non fuerit obſeruata in eiuſmodi Matrimonijs, Matrimonia ſunt nulla: Nam hæretici quoq; tenentur vbi decretum eſt publicatum, talem formam obſeruare, ac propria eorum Matrimonia abſque tali forma ſunt irrita, quamuis coram Miniſtro hæretico, vel Magiſtratu loci contracta, iuxtà declarationem Sac. Congregationis Conc. tranſmiſſam Epiſcopo Tricaricenſi Nuncio Apoſtolico apud inferiorem Germaniam, quam refert. præter alios, Zipæus *in annal. lit. iur. Pontific. lib. 4. tit. de ſponſal. num. 16.* & nos alibi. Quare in hoc caſu coniux conuerſus non poteſt admitti ad Sacramenta, niſi prius ſeparetur, cum viuat in aſſiduo concubinatu.

An concedenda ſit facultas diſpenſandi in Matrimonio rato, & non conſumato, ad hoc, vt primi coniuges poſſint ad ſecunda tranſire vota, ſi periculoſa, & impacata prçuideatur cohabitatio futura, ſeù lapſus in hæreſim? Vide de Diſpenſat. tom. 8. Conſult. 105.

An concedi poſſit, ac debeat diſpenſatio coniunctis in primo gradu affinitatis, in ſecundo conſanguinitatis, & in tertio pariter conſanguinitatis, & compaternitatis? Vide de Diſpenſat. to. 8. Conſult. 106.

Cuius ſit in impedimentis Matrimonij diſpenſare? Vide de Diſpenſat. tom. 8. Conſult. 111. & tom. 7. Conſult. 22.

An vir propria authoritate, vt in caſu poſito Adulterij, poſſit, etiam nolente vxore, diuortium celebrare? Et quatenus affirmatiuè. An diſpenſandus, vt poſſit Sac. Ordines ſuſcipere? An Eminentiſſimus Protector poſſit ei ad hunc effectum dimiſſoriales concedere? Vide de Adulterio tom. 8. Conſult. 133.

An Vxor, conſentiente Viro, Conſeruatorium nullius clauſura legibus obnoxium ingreſſa, aſſerto, vt præfertur, ſimplici Caſtitatis voto, poſt conſumatum Matrimonium, priuatim ab ea, vt dicitur, emiſſo, ac diuortio de vtriuſque conſenſu ex decreto Ordinarij ſequuta, nullatenus obſtantibus, Viro ſua id enixè ob incontinentiam flagitanti, & de animæ iactura vſq; ad lacrymas conquerenti, ſit reſtituenda, ſaltem ex Iudicis officio, vel potius in Conſeruatorio retinenda? tom. 8. Conſult. 147.

REſp. eſſe reſtituendam, & cogendam ad reconciliationem: Nam tenentur coniuges ſibi reconciliare, nec ſibi ſententia diuortij ſuffragatur, quia cum delicta compenſantur, nullum diuortij ius illi competit, ac proindè reddit Matrimonium ad priſtinum ſtatum, in quo neutro Coniugi diuertere, gratia tranſeundi ad alium ſtatum, permittitur; Quare etiam ſi vxor emiſerit ſimplex votum caſtitatis tempore diuortij de conſenſu viri, adhuc poteſt vir illud irritare: quia actus ille emittendi votum ſemper manet ſub dominio Mariti. Ità Sotus, & Palacius cum alijs apud Sanch. *de Matrim. diſp. 4. num. 17. & diſp. 10. num. 7. lib. 10.* Hinc iuſta cauſa ſubſiſtente, nempè periculum incontinentiæ, poterit priuata voluntate contrahentium votum diſſolui ſine aliqua voti violatione.

ne. *Pont.de Matrim.lib.9. cap.*17 §.1. *num.*13. qui etiam *lib.6.cap.*12.*n.*13. ait de viro, qui tenetur caſtitatis voto parato plurima cõmittere peccata contrà votum pró fragilitate ſua, proue in hoc caſu, ſi alia via citò illi ſuccurri non poſſit, poteſt conſuli, vt impetret diſpenſationem voti in ordine ad petendum debitum, quæ facilis eſt.

Dicendum igitur, quod & ſi alter coniux minimè petat, debet Iudex ex officio ſuo coniuges reconciliare: quia Prælatus, vt Paſtor animatum tenetur periculis incontinentię occurrere. D.Tho:& alij apud Sanch.vbi ſup. ſtante præſertim conſenſu viri conditionali exhibito, huiuſmodi Coniugem eſſe ſuo Viro reſtituendam officio Iudicis.

An Parochus, qui reluctans, diſſentiens, & contradicens, ſolaque præſentia intereſt celebrationi Matrimonij coram teſtibus contracti, nullo pacto illud authorizans, pœnam aliquam incurrat? Vbi decretum Sac.*Conc.Trid.*cap.1.ſeſs.24. de refor. Matrim. *affertur, illuſtraturque cum ſuis effatis.* tom.9.Conſult.133. *Item* tom.4. Conſult.147. ac tom.5.Conſult.79.num.19.& ſeqq.

CEnſeo, nullam in hoc caſu pœnam incurrere. Tum quia non ſumus in caſu alicuius tranſgreſſionis, quippè qui interfuit Parochus citrà omnem dolum, ac citrà Ordinariæ iuriſdictionis contemptum, qui à Fiſco plenè probari debet. Tum etiam quia pœna Conc.Prouincialis Mediolan.inflicta eſt in contrahentes, & ſic non debet extendi ad Parochum.

Porrò præſumptio doli tollitur, ex quo Parochus nullatenus authorizauit Matrimonium. Contemptus verò excluditur, ſi ſtatim rem detulerit ad Ordinarium, & iuxtà eius mandatum nullam contrahentibus fidem de Matrimonio fecit; ideòque non dicitur contempſiſſe.

Idque præſertim, ſi contrahentes rogauerint Ordinarium, vt denunciationes remitteret, & Parocho iniungeret, vt Matrimonio aſſiſteret, alias proteſtabantur de ſcandalis, ac probabili periculo vitæ mulieris, & Ordinarius noluerit illas remittere, nec prouiderit, ſaltem iuxtà *cap.cum locum de ſponſal.*

Quare cum fuerit ſignificatum Ordinario, quod adeſſet probabilis ſuſpicio, Matrimonium impediri poſſe, quinimmò imminebat periculum vitæ mulieris, tenebatur ipſe omninò remittere publicationes ſub peccato mortali, vt per Sanch.*de Matrim.lib.3.diſp.*10. *num.*6. Barb. *de poteſt.Epiſc.alleg.*32.*num.*51.aut ſaltem debebat mulierem collocare in loco tuto, iuxtà *d.cap. cum locum*. Quod cum non egerit, tantumq; imminebat periculum, reducebatur caſus iſte ad caſum, in quo non poteſt adiri Ordinarius, & periculum vrgens imminet, vt poſſit licitè contrahi, etiam Ordinario non conſulto, dilatis tamen, ac poſtpoſitis publicationibus ante conſumationem, vt per Barb.apud quem alij *loc.cit.num.*57.

Effata. In *Mediolanenſi.* Stuprum Sponſi cum Sponſa grauiter arbitrio Ordinarij, non autem pœna contrà ſtuprantem à Sacr.Canonibus inflicta puniri debet ex hoc decreto. Item Ordinarius factis ſponſalibus Matrimonium quamprimum per verba de præſenti contrahi curet coram Parocho, nè Sponſi periculum hoc ſubeant, maximè ſi ipſi ante Matrimonij conſumationem id petierint. Sac. Congreg. Conc.

In *Brugnatenſi.* Quandò vir ad domum vxoris accedit prò contrahendo,& conſumando Matrimonio, his proprius Parochus ſit, qui vxoris eſt, & illis benedictionem Sacerdotalem de iure dare poterit. Eadem Sac.Cong.

In *Sezobienſi.* In priuatis domibus Matrimonia celebrari poſſunt, dummodò præſens ſit proprius Parochus. Inducendi tamen ſunt contrahentes, vt in Eccleſia celebrent. Eadem Sac.Congreg.

In *Cremonenſi.* In Matrimonijs paulò ante Aduentum, vel 4. feriam Cinerum concluſis, ità quod non ſuperſint tot dies feſti de præcepto, in quibus tres denunciationes fieri poſſint iuxtà hoc decretum, quamuis nulla adſit particularis ſuſpicio, Matrimonium malitiosè poſſe impediri, ſed illa tantum, quæ in omnibus militat, qui ob longam dilationem multa euenire poſſunt, ex quibus Matrimonium effectum non ſortiatur, Epiſcopus ſecundum ſuam prudentiam, & iudicium diſpenſare poteſt, vt illę tantum denunciationes fiant, quæ fieri poterunt in diebus feſtis, qui ſupererint, ſiuè vnus, ſiuè duo ſuperſint. Eadem Sacra Congregatio.

In *Fauentina.* Ad validitatem Matrimonij ſufficit præſentia ſolius Parochi proprij Sponſæ, quandò Matrimonium in Parochia Sponſæ contrahitur; Quamobrem ſimiliter ſufficit pręſentia ſolius Parochi Sponſi, ſi Matrimonium in Parochia ipſius Sponſi contrahitur. Ead.

Regni Neapolitani. Aliquibus in locis illius Regni adeſt conſuetudo, quod à Sponſis prò licentia ſolemnizandi Matrimonium detur Epiſcopo, & Parocho prò quolibet vna Gallina. Quæſitum fuit à Sacra Congregatione: an liceret? Illuſtriſſimi Domini reſponderunt Archiepiſcopo Roſſanenſi, & Vicario Montis piloſi, quod liceret, cum ſint munuſcula, de quibus non habetur conſideratio. Sacra Congregatio Epiſc.

Salutiarum. Matrimonium contractum non præſente Parocho proprio, ſed per alium Sacerdotem non habentem licentiam, neque ab Ordinario, neque à proprio contrahentium Parocho, irritari non debet, ſed tantum declarari illud irritum eſſe: Quia cum Concilium iam illud irritum fecerit, non eſt vlterius irritandum, ſed ſufficit ſola declaratio. Eadem Sacra Congregatio Conc.

Eadem. Si contrahentes ſint alienigenæ,& à pauco tempore alicubi habitantes, dummodò non ſint de comprehenſis inter vagabundos, horum erit proprius Parochus is, *in* cuius Parochia contrahentes habitant tempore, quo Matrimonium contrahitur.Eadem Sacra Congregatio 21. Decembr.1560.

In *Cęſarauguſtana*. Vt Matrimonium validè contrahatur, illud ſolum eſt neceſſarium, quod præſente proprio Parocho contrahentium, vel alio Sacerdote de licentia ipſius Parochi, siuè Ordinarij, & coram teſtibus, verba de præſenti ab vtroque contrahentium proferantur.Eadem Sacra Congregatio 8. Idibus Septembris 1569.

In *Tornacenſi*. Hoc decretum intelligitur annullaſſe tantum contractus Matrimonij per verba de præſenti facti clandeſtinè, ſponſalia autem per verba de ſuturo, quamuis clandeſtinè facta, reliquit in terminis iuris communis. Eadem 7. Septembris 1570.

In *Leodienſi*. Benedictiones fieri debent à Parocho, vel à Sacerdote, cui ipſe Parochus, vel Ordinarius licentiam dederit, non obſtantibus conſuetudinibus, ac priuilegijs in contrarium. Eadem 17. Decembris 1570.

In *Aquilana*. Contrahentes, non præſente Parocho, grauiter puniendi ſunt, ſed poterunt nihilominus,ſeruata forma Concilij,contrahere, ſi nullum aliud impedimantum aderit. Notarius tamen, & teſtes, qui interfuerant, grauiter puniantur arbitrio Ordinarij, Eadem 7. Aprilis 1571.

In *Spoletana*. Matrimonium contractum coram Parocho proprio coniugum validum eſt, & per omiſſionem denunciationum non annullatur. Eadem 29. Aprilis 1675.

In *Reatina*. Epiſcopo. *Che all' ingeſtuoſi, i quali ottengono diſpenſa con hauer per penitenza obligo di lauorare alla Fabrica di S. Pietro, ò d' altre Chieſe, doppo, che haueranno ſodisfatto alla penitenza loro impoſta, non ſi dee dar loro dall'Ordinario altra pena per lo peccato dell'ingeſto, ma ſi hà da eſſeguire la diſpenſa*.Eadem, Menſe Maij 1581.

In Tranenſi Archiepiſcopo. *Si dice à V.S.in quanto al particolare de Matrimonij, che altro è l'abuſo della cohabitatione auanti le denuntie, e la ſollennità della Chieſa, & altro è, che lo Spoſo vadi a viſitar la Spoſa, ſecondo l'vſanza col Padre, e con la Madre, ò con parenti futuri. Il primo perche cohabitatione vuol dire cohabitare inſieme nell'isteſſa Caſa, & è punibile. Ma il ſecondo ſtante la conſuetudine, e'l conſenſo degl'intereſſati, è compatibile. Et in ogni caſo biſogna aſtenerſi da penitenze publiche, perche infamano. Et in quanto alle pene pecuniarie andar deſtro, acciòche non ſi veda ſegno d'auaritia, e di ciò non dee venir lucro alcuno al Veſcouo, ò al Vicario*. Sacra Congregatio Epiſc. 25. Octobr.1588.

In *Callienſi* Epiſcopo: *Non ſi troua prohibito il far le denuntie de Matrimonii nel tempo, che ſono vietate le ſollenità delle nozze*. Eadem 12. Decembris 1589.

In *Hydruntina*. Vicarius Hydruntinus mandauerat per totam Diœceſim Parochis, ne ſolemnizarent Matrimonia ſine eius licentia in ſcriptis. Sacra Congregatio reſcripſit, reuocandum eſſet tale præceptum, & reſtringendum ad caſum, quandò detegitur impedimentum. Eadem Sacra Congregatio Concilij 26. Iunij 1590.

In eadem. Ab eadem Sacra Congregatione iniunctum fuit, nè in poſterum reciperet iuramentum à ſponſis, nè ante benedictionem ſe carnaliter cognoſcerent. Eadem 20.Aug.1591.

Eadem Sacra Congregatio Conc. cenſuit, Epiſcopum remittere poſſe denunciationes, non ſolum quandò ſubeſt ſuſpicio, Matrimonium malitioſè poſſe impediri, verum etiam alia ex cauſa rationabili eius arbitrio. Item cenſuit, Ordinarium poſſe ſecundum ſuam prudentiam, & iudicium remittere aliquas denunciationes ob vicinitatem temporis, quo nuptiæ prohibentur. Sed non poſſe iubere fieri in diebus non feſtis. Item cenſuit, quod quandò contrahentes ſunt diuerſarum Parochiarum, denunciationes faciendas eſſe in ambabus Parochijs. Die 21. Febr.1592.

In *Aquinaten*. Epiſcopo. *Che non ſi dee ritardare il Sacramento del Matrimonio à coloro, che non ſanno i principii della Fede*. Sacra Congregatio Epiſc. 4.Octobr.1588.

CAius contraxit Matrimonium per verba de præſenti cum Berta, nulla conditione appoſita, ſed quia paulò ante dixerat, audientibus multis, ſe accepturum in vxorem Bertam,ſi tamen hęc haberet aureorum decem millia, ſin aliter repudiaturum. Poſt initum Matrimonium, quia reſciuit Sponſam nihil poſſidere, abſtinuit à copula, nè in id conſentire videretur. Ideò non temerè dubitatur:

An Matrimonium huiuſmodi ſub ea conditione contractum ſit validum?tom.9.Conſul.136.

DIcendum mihi videtur, Matrimonium huiuſmodi eſſe nullum, per ea, quæ docent Syluest. *v.Matrimonium 4. num.11*. Pontius *eodem tract. lib. 4. cap.21. num.13*. qui caſum in his terminis pertractant: Quia Caius coram muliere proteſtationi conſentiente proteſtatus eſt, ſe nunquam cum ea contracturum Matrimonium; niſi ſub illa conditione, quam illa non impleuit.

Et quidem certum eſt, quod ſine mutuo conſenſu nullus contractus eſt validus, at Caius manifeſtè declarauit, ſe nullatenus conſentire, niſi

poſita

poſita præfata conditione: Ergò ea non poſita, defuit omninò conſenſus: Nam voluntas ſequitur apprehenſionem intellectus. Caius autem non conſentit in mulierem, niſi vt cognitam, & apprehenſam cum tali qualitate, ac proindè illa deficiente, nullus eſt conſenſus. Quod comprobatur ex natura conditionis, quæ talis eſt, vt ſuſpendat valorem contractus ſub ea initi. Nulla autem conditio reijcitur à contractu Matrimonij, niſi turpis, ac impoſſibilis. Hæc autem honeſta, & poſſibilis eſt, & intentio contrahentis virtute prædictæ conditionis coarctata fuit ad talem qualitatem perſonæ, quæ ſi non ſubſiſteret, inualidus eſſe contractus. Atqui conditio non fuit vera, ergò nec verum Matrimonium. Hinc mutata aliqua ratione motiua in obiecto, mutatur etiam actus voluntatis circà ipſum obiectum. Illa autem qualitas perſonæ, quod ſcilicet haberet decem millia aureorum, pertinebat ad rationem obiecti, & ſemper ſuppoſita fuit in obiecto. Ea igitur ablata, mutatus eſt actus voluntatis, ac deſtructa tota ratio conſenſus, nihilque remanſit, per quod poſſit dictus contractus ſubſiſtere, Ac ità tenent Theologi communiter. D. Tho. *in 4. ſent. dec. 29. ar. 3. quæſtiunc. 3.* D. Bonan. *ibidem dec. 30. in expoſit. lit. dub. 3.* D. Antonin. *3. par. tit. 2. in fin. cap. 2.* alijque multi, quos citant, & ſequuntur Sanch. *lib. 7. de Matrim. diſp. 18. num. 21.* Pont. *lib. 4. de Matrim. cap. 21. num. 7.* quibus ſuffragantur Canoniſtæ *in cap. ſuper eo de condit. appoſ.*

An vxor, quæ obtinuit ab Ordinario ſuo ſententiam ſeparationis thori, ac reſtitutionis ſuæ dotis ob adulterium ſui viri, qui dictam ſententiam accepit, poſſit ingredi Monaſterium Monialium, & in eo profeſſionem emittere, abſque eo, quod eius vir aſſumat alium ſtatum? Vide de Adulterio tom. 10. Conſult. 3.

DE METROPOLITANO. Vide de Archiepiſcopo.

DE MILITIBVS. Vide de Equitibus.

D E
MISSAE SACRIF.

An ex eo, quod Ordinatio Miniſtrorum Eccleſiæ ſit inter Miſſarum ſolemnia, dicatur Miſſa ſolemnis, itàut in ea omittenda ſit commemoratio ſimplex? tomo 1. Conſult. 37.

NEgatiuè: Quia etiam ille, qui celebrat Miſſam cum ſimplici Miniſtro, dicitur celebrare Miſſæ ſolemnia, dummodò in conuentu populi celebret. Can. *ſi quis de conſecr. diſt.* 1. & expreſſius Can. *Miſſarum eodem tit. eademque diſt.* Quatum Miſſarum ſolemnia peragere idem eſt, ac Miſſæ sacrum facere apud Sac. Rituum ſcriptores. Confirmatur, quod etiam publicationes Matrimoniales, quæ à Tridentina Synodo fieri præcipiuntur inter Miſſarum ſolemnia, habentur à Patocho, dum Miſſam celebrat ſine Miniſtris, & ſine cantu, publicè tamen, & in conuentu populi.

Dicitur ergò Miſſa ſolemnis ex pluralitate Miniſtrorum. Ità præter adducta habetur ex teſtamento Soteris Papæ. Can. *hoc quoque de conſecr. d. diſt.* 1. Vbi ad maiorem ſolemnitatem ſtatutum legitur, quod Epiſcopus cum pluribus Miſſarum ſolemnia peragat. Quod in ſenſu compoſito eſt per ſe notum: quia de intrinſeca ratione huius ſolemnitatis eſt pluralitas miniſtrantium, nempè Diaconi, Subdiaconi, Acolythorum, qui ad hunc effectum conſecrantur ab Eccleſia: Nam cum importent decorem, & maieſtatem in offerendo Sacrificio, fit quod Miſſa ex tali inſtitutione dicatur ſolemnis. Miſſa igitur, vt ſit ſolemnis, neceſſè eſt, vt plures in ea miniſtrent. Non enim niſi iuxtà vulgi conſuetudinem nunc dici ſolent Miſſæ ſolemnes, quæ canuntur; quamuis formaliter loquendo, ſi ſolam ſolemnitatem attendamus, cantus non requiritur, qui tantum adiungitur propter populum, vt excitetur ad cupiditatem eius rei, quæ canitur. Itaque iuxtà Eccleſiaſticum ritum illa dici ſolet, ac debet Miſſa ſolemnis, quæ celebratur cum Diacono, Subdiacono, & cęteris Miniſtris, de qua loquitur D. Tho. *3. par. quæſt. 83. ar. 5. ad* 8. & paſſim alij.

Et quamuis Miſſa, in qua conſecratur Epiſcopus vel conferuntur Ordines Sacri, ſit ſolemnis, quia celebratur cum pluralitate Miniſtrorum; tamen non eſt in ea omittenda commemoratio ſimplex: Quia non eſt ſolemnis de feſto 2. claſſis; Vt enim commemoratio ſimplex omittatur, requiritur ex rubrica non ſolum, quod ſit Miſſa ſolemnis, ſed etiam quod ſit de feſto 2. claſſis. Enim verò ſequeretur, quod etiam in Miſſa ſolemni, quæ Dominicis, cęteriſque diebus celebratur in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis, debeat omitti commemoratio ſimplex: quia celebratur cum pluralitate Miniſtrorum, quod eſt contrà rubricam, quæ ſolum loquitur de Miſſa ſolemni in feſto primę, vel ſecundæ claſſis.

An, & quandò Capellani poſſint, celebrando in Altari iuxtà formam praſcriptam à fundatore, applicare ad ſuum libitum Miſſæ ſacrificium, & prò illo eleemoſynam percipere, vel teneatur celebrare prò anima fundatoris? Vide de Capellan. tom. 1. Conſult. 139.

An, & quomodò prò Miſſis manualibus celebrandis in Eccleſijs inſignibus capſulæ retineri poſſint? Et quandò ſint reducibiles? tom. 1. Conſult. 159.

HVic rei in decretis ſuper celebr. Miſsarum à Sacra Congregatione Conc. iuſsu Vrbani VIII. editis fuit prouiſum decreto ſequentis tenoris:

Eleemoſynas verò manuales, & quotidianas prò Miſſis celebrandis ità demum iidem accipere poſſint, ſi oneribus anteà impoſitis ità ſatisfecerint, vt noua quoque onera ſuſcipere valeant, alioquin omninò abſtineant ab huiuſmodi eleemoſynis, etiam ſpontè oblatis in futurum recipiendi, & capſulas auferant ab Eccleſijs cum inſcriptione illa: Eleemoſyna prò Miſſis, *vel alia ſimili ſub iiſdem pænis ipſo facto incurrendis, nè fideles hac ratione fruſtentur.*

Et quia deſuper nouellæ difficultates ſuborræ fuerunt, Eminentiſſimi Patres ſequentes declarationes emanarunt.

Decimò ſuper 5. eiuſdem Congregationis decreto, quo inter cætera ſtatuitur in hæc verba: Eleemoſynas verò manuales, & quotidianas prò Miſſis celebrandis ità demum iidem accipere poſſint, ſi oneribus antea impoſitis ità ſatisfecerint, vt noua quoque onera obire valeant, alioquin omninò abſtineant ab huiuſmodi eleemoſynis, etiam ſpontè oblatis in futurum recipiendis, & capſulas auferant, &c.

XI. *Quæritur: an hoc decretum prohibeat abſolutè, quominus accipiant nouas eleemoſynas ii, qui acceptis non ſatisfecerunt, & quid ſi congruo tempore poſſint omnibus ſatisfacere?*

XII. *Quid ſi afferens eleemoſynas, audito impedimento, conſentiat, vt Sacerdos Miſſam celebret cum primum poterit?*

XIII. *An pœna interdicti, & aliæ appoſitæ in eodem decreto afficiant, tam eos, qui accipiunt eleemoſynas contra formam ibi præſcriptam, quam eos, qui non auferunt capſulas ab Eccleſiis, vt ibidem præcipitur?*

XIV. *An in hoc decreto comprehendantur illæ capſulæ, quæ apponi ſolent in Eccleſiis in die Commemorationis omnium Sanctorum, vt vulgò dicitur.* Caſſe de'morti.

XV. *An Adminiſtratores Eccleſiæ magnæ deuotionis, & concurſus poſſint eleemoſynas prò Miſſis celebrandis accipere, ſi iiſdem Miſſis non, niſi poſt longum tempus ſatisfacere valeant, nè alias cultus Eccleſiæ, & deuotio, ac concurſus fidelium, vt aiunt, minuatur?*

Sacra, &c. ad XI. reſpondit, non prohibere abſolutè, ac propterea, etſi oneribus iam ſuſceptis non ſatisfecerint, poſſe tamen noua etiam onera ſuſcipere Miſſarum celebrandarum, dummodò infrà modicum tempus poſſint omnibus ſatisfacere.

Ad XII. Quamuis onera ſuſcepta infrà modicum tempus adimpleri nequeant, ſi tamen tribuens eleemoſynam prò aliarum Miſſarum celebratione id ſciat & conſentiat, vt illæ tunc demum celebrentur, cum ſuſceptis oneribus ſatiſfactum fuerit, decretum non prohibere, quominus eo caſu eleemoſyna accipiatur prò iiſdem Miſſis, iuxtà benefactorum conſenſum celebrandis.

Ad XIII. has pœnas non habere locum, niſi in ſuſcipientibus onera perpetua Miſſarum celebrandarum ſine licentia Epiſcopi, vel eius Generalis Vicarii, aut Generalis, vel Prouincialis.

Ad XIV. Comprehendi.

Ad XV. Non eſſe, niſi de conſenſu eorum, qui eleemoſynas tribuunt, vt ſupra reſponſione ad XI.

Verum quia in Eccleſijs inſignioribus, vt puta Laurerana. S. Mariæ Angelorum. S. Mariæ Montis ſerrati, & ſimilium, in quibus adeſt maximus concurſus eleemoſynarum prò celebrandis Miſſis, huiuſmodi eleemoſynæ erunt neceſſariæ prò manutentione ipſarum Eccleſiarum Miniſtrorum, & aliarum expenſarum, ideò reiteratis vicibus fuit ſupplicatum eidem Vrbano prò opportuno remedio, ſuper quo Sacra Congaegatio conſulta cenſuit, vt in ſequenti decrero, poſſe permitti.

Sacra, & c. cenſuit à Sacræ Domus Lauretanæ Adminiſtratoribus non eſſe de cætero ſuſcipienda noua onera Miſſarum, quæ infrà modicum tempus impleri nequeant; Niſi Sacriſta, vel alius Miniſter Miſſarum numero deſcribendo, atque eleemoſynis ſuſcipiendis prò tempore præficiendus admoneret ſingulos, qui eleemoſynas offerunt, tam magnum Miſſarum numerum celebrandarum illic impoſitum eſſe, vt illorum intentioni ſatisfieri non poſſit ipſa Miſſarum celebratione, ac Sacrificij applicatione, ſed tamen eos participes fore orationum, quæ in Sacra Domo aſſiduè prò benefactoribus fiunt. Id verò, vt commodius præſtari valeat, ſaltem prò his, qui literas narunt, probauit Sacra Congregatio, vt quo loco ponuntur eleemoſynæ palam aſſignetur tabella, in qua eademmet declaratio diſtinctè, & clarè deſcripta ſit, adeòut Sacriſta, vel Miniſter, vt ſuprà priuſquam accipiat eleemoſynas, alterutrum perficiat, ideſt vel ſubſcriptam permittat declarationem, vel tabellam indicet offerentibus.

Quibus cautionibus adhibitis, tutò accipi poſſe quaſcumque eleemoſynas Sac. Congr. Conc. cenſuit.

Quod verò ad reductionem vix poteſt adeſſe iuſta cauſa eas reducendi, niſi præceſſerit culpa eorum, qui onera ſuſceperunt, ſaltem ſuſcipiendo maiora onera, quam adimplere poſſint, vt notat etiam Garz *in Sum, tom. 3. diffic. 10. dub. 4. pun. 2. num. 7.* Quia tamen contingit aliquandò, quod nimia onera Miſſarum recipiantur, & conſumetur eleemoſyna, præſertim ob egeſtatem, fiantque impotentes ad ſatisfaciendum, & onus deferatur ad ſucceſſores, qui non fuerunt in culpa, ideò ſtante eorum impotentia ad ſatiſfaciendum, concurrit iuſta cauſa prò reductione, quæ non debet eſſe facilis, nè ſpes illius ſit occaſio ſumendi onera vltrà vires. Eam ob dictam cauſam conceſſit Sacra Congregatio Conc. in vna *Praten. Miſſa-*

rum die 18. Martij 1628. vbi cenſuit magno numero Miſſarum manualium ſatisfaciendum eſſe cum duobus Anniuerſarijs in perpetuum ſingulo Menſe.

An liceat Epiſcopo punire Regulares prohibita, vel indecentia in Eccleſijs ſuorum Ordinum committentes circà Miſſæ ſacrificium? Vide de Regular. to.1. Conſult. 265.

An Generales Ordinum poſſint propria authoritate celebrari facere in Monaſterijs aliarum Ciuitatum, Prouinciarum, & Regnorum, etiam extrà Italiam, quantitatem Miſſarum prò quibus vni tantum Eccleſiæ fuerunt elargitæ eleemoſynæ? to.1. Conſult. 275.

NON poſſe, & tanquam abuſum eſſe tollendum. Ità declarauit Sacra Congregatio Conc. in vna *Regularium* 17. Auguſti 1647. ex decreto ſuper celebratione Miſſarum. Docent enim communiter DD. accipientem ſtipendium prò Miſſis teneri ſub mortali celebrare in Eccleſia, aut Altari deſignato. Nam quandò dans eleemoſynam eligit certum locum, ſiuè Eccleſiam, ſiuè Altare, cum ſit indubitatum, quod tanquam intellectuale operans operatur ex fine, neceſsè eſt, quod in tali electione habeat propoſitum aliquem finem, ratione cuius velit celebrari potius in hac Eccleſia, aut Altari, quam in alio. Et cum clarè conſtet de eius voluntate, quod celebret in tali Eccleſia, vel Altari, iam etiam conſtat, quod celebrans annexum habeat onus, & proindè cum hoc onere, ſeù lege tranſeat ad ipſum. *l. is, cui opus ff. de noa. oper. nunc. & l. ſi conuenerit §. ſi fundus ff. de pignor. act. & cap. ex literis de pignor. cap. Tua & cap. penul. de vſur.* Cum ergò celebrans acceptet eleemoſynam tranſeuntem cum ſuo onere, & lege, pacto tacito ſe adſtringit ad ſeruandam talem legem, & ſubeundum onus. Et ideò dato etiam, quod dans eleemoſynam non reſpexiſſet ad aliquam cauſam particularem, tenetur implere id, ad quod ſe adſtrinxit, cum de iure naturali ſit implere obligationes ſuſceptas.

An Religioſi peccarent ſi omitterent in Canone Miſſæ commemorationem prò Epiſcopo loci, vel in eius loco ponerēt Superiorem Religionis? tom.1. Conſul. 297.

AFfirmatiuè. Ità reſpondit Sacra Congregatio Conc. in vna *Hiſpaniarum* conſulta a Nuncio Apoſtolico, dixitque eos mortaliter peccare, cum ſit ad vnguem obſeruandum Miſſale, nec in collectis Miſſæ poſſe aliquid addere ſub eadem pœna, præter Orationem ſolitam prò Rege, & eius prole, atque exercitu.

An Canonici, & Beneficiati prò Miſſa Conuentuali, prò qua emolumenta percipiunt, poſſint aliam eleemoſynam percipere, & Sacrificium alteri applicare? Vide de Capitulo, &c. tomo 1. Conſult. 321.

An hæres cogi poſſit, vt celebrentur Miſſæ à Teſtatore relictæ in Eccleſijs ab eo deſignatis? tomo 1. Conſult. 324.

REſp. Poſſe cogi ad celebrandum iuxtà mentem Teſtatoris. Et ità Sacra Congregatio Concilij in vna *Bononienſi* 23. Februarij 1647. Quod etiam docet Graff. *par. 1. dec. lib. 2. cap. 39. num. 9.* Azor. *par. 2. lib. 6. cap. 24. quæſt. 7.* ac alij.

An celebrando Miſſas de feſto occurrenti in Altari priuilegiato ſatisfiat voluntati Teſtatoris, & animæ lucrentur Indulgentias? Vide de Altar. priuileg. tom. 2. Conſult 6.

1 *An Epiſcopus poſſit Regularibus prohibere, nè Miſſas celebrent in Eccleſiis ſæcularibus, ſed in Eccleſijs eorum Ordinum?*

2 *An poſſit compellere Regulares ad exhibendos libros Sacriſtiæ, in quibus adnotantur celebrationes Miſſarum, ad hoc, vt ex iis conſtare poſſit de ſatisfactione obligationis debitæ ex legato pio, vel ſufficiat ſola fides Sacriſtæ, Miſſas fuiſſe celebratas?* tomo 3. Conſult. 9.

AD. 1. Tenendum eſt, poſſe Epiſcopum iuſtis de cauſis prohibere Parochis, alijſque Rectoribus Eccleſiarum ſæcularium, nè in ſuis Eccleſiis permittant Miſſas celebrari à Regularibus, niſi ij ab Epiſcopo licentiam haberent. Tum vt rixarum materia inter ipſos Regulares, & Sæculares Sacerdotes impediatur. Cum enim multi ſint Sacerdotes ſęculares pauperes, non debent cum eorum incommodo admitti Regulares ad partem ſtipendii, quod prò Miſſis in eorum Eccleſiis celebrandis fideles contribuere velint. Tum nè detur Regularibus occaſio vagandi; Tum nè propriæ Eccleſiæ deſtituantur Miſſæ Sacrificio.

Rationem etiam affert de Lugo *in reſponſ. lib. 5. reſp. 25. per tot.* Quia facultas celebrandi non dat ius cogendi Dominum, vt eo inuito, poſſint Regulares in eius Eccleſia celebrare; Poſſunt itàque celebrare vel in ſuis locis, vel etiam in alienis, permittentibus loci Dominis; Cum ergò Eccleſiæ ſęculares ſint ſub dominio, vel libera adminiſtratione Cleri ſæcularis, non videntur habere Regulares ius, vt Clero ſęculari inuito, poſſint adhuc in eiuſmodi alienis Eccleſiis celebrare.

Hoc ipſum manifeſtè probat *num. 3.* ex argumento à contrario. Quia ipſi Regulares non tenentur admittere in ſuis Eccleſiis ad celebran-

Digitized by Google

brandum omnes Clericos ſæculares, qui ibi celebrare voluerint, nec poſsunt Parochi iure conqueri, quod à Regularibus non permittantur, quoties volunt in eorum Eccleſiis celebrare. Eſset ergò odioſa inęqualitas, ſi quod Clerici ſæculares non poſſene in Eccleſia Regulari facere ſine Regularium licentia, id poſſent Regulares in Eccleſia ſæculari ſine Clericorum conſenſu, imò ipſis repugnantibus, & contradicentibus. Atque ità teſtatur decreuiſse Sacram Congregationem Conc. ac reſpondiſse in fauorem Epiſcoporum an. 1648. Cui decreto adijcio aliam declarationem eiuſdem Sacræ Congregationis in *Senonenſi* ſub die 18. Aprilis 1654. tenoris ſequenꞇis:

Sacra, &c. cenſuit, &c. Archiepiſcopum probibere non debere, quin Regulares Miſſas celebrare poſſint prò deuotione in Eccleſijs ſæcularibus de conſenſu Rectorum, non tamen eos ſuſcipere debere in dictis Eccleſijs onus celebrandi ratione ſtipendii inuito Epiſcopo.

Ad 2. Negatiuè. Præcipua ratio ea eſt, quia Regulares ſunt omninò exempti à iuriſdictione Epiſcoporum, vt palam eſt, & nos alibi ſæpe tradidimus. Tum quia celebratio Miſsarum non pertinet ad executionem vltimæ voluntateis, ſed ad executionem obligationis aſsumptæ à Regularibus, quæ eſt obligatio alterius generis, nempè iuſtitiæ, & ibi incipit, vbi deſinit executio vltimæ voluntatis. Atque ità declarauit Sacra Congregatio Conc. in *Vrbinatenſi* 10. Maij 1663. *ad cap. 7. ſeſſ. 22. de refor.* ſcilicet. *Non poſſe ad id compellere Regulares, niſi habeat priuilegium ſpeciale.*

An Fratres Min. Obſeruantes ſint capaces legati ſiuè in perpetuum, ſiuè ad longum tempus prò celebratione Miſſarum, & quid de legato fiduciario, ſiuè confidentiali? Vide de Legatis to. 3. Conſul. 16.

An in caſu neceſſitatis prò Sacro Viatico miniſtrando celebrari poſſit Miſſa Sacrificium à ſimplici Sacerdote in domo priuata? Et quid ſi celebraretur ab Epiſcopo etiam in aliena Diœceſi? tomo 3. Conſult. 39.

NEgatiuè. Ratio huius ſententiæ deſumitur primum ex decreto Concilij Tridentini *de ſeru. & vitan. de celebr. Miſſar. ſeſſ. 22.* vbi *præcipit S. Synodus Epiſcopis, nè patiantur priuatis in domibus, atque omninò extrà Eccleſiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata Oratoria ab eiſdem Ordinarijs deſignanda, & viſitanda Sanctum hoc Sacrificium à ſæcularibus, aut Regularibus quibuſcumque peragi.* Quibus ex verbis conſtituit abſolutè, ac indefinitè legem prohibitiuam celebrandi in priuatis domibus, & committit Epiſcopis illius executionem. Deindè quia etiam in tali caſu non licet celebrare non ieiunus prò miniſtrando Viatico, nequè ſine ſacris veſtibus ab Eccleſia preſcriptis; Tolet. *lib. 2. cap. 13. in fin.* Suar. *de Sacram. diſp. 68. ſect. 5. dub. 2.* Gabriel. *in 4. dec. 8. quęſt. 2. ar. 5.* aliique multi. Poſtremò quia Eccleſia poteſt prǽſcribere certas conditiones prò celebratione, quæ nè prætermitti quidem poſſine prò Viatico miniſtrando, talis enim eſt condicio Eccleſiæ, vel Oratorij; Atque ità cenſuit, ac declarauit Sacra Congregatio Conc. *ad d. loc. ſeſſ.* 22. Cum enim Cardinalis Legatus Portugalliæ petijſſet concedi licentiam celebrandi Miſſam in domo priuata decenter inſtructa, dum infirmus aliquis prò Viatico debeat communicare, & hoc quia in illis regionibus ſunt multa loca adeò diſperſa, & remota à Parochijs, vt non ſine maximo incommodo poſſit Euchariſtię Sacramentum circumferri. Sacra Congregatio reſpondit, *non eſſe concedendam.* Item cum petijſſet Cardinalis Paleottus, an poſſit concedi licentia, vt Miſſa domi celebretur cauſa communicandi prò Viatico infirmum? Reſp. Sacra Congregatio *Non niſi in Oratorijs Miſſas eſſe celebrandas.*

Quod autem ad Epiſcopum ſecus dicendum eſt. Primò, quia permiſſum eſt Epiſcopo Pontificalia exercere in aliena Diœceſi abſque licentia Ordinarii, quandò, vt in hoc caſu, exercitium non habet ad mixtam aliquam iuriſdictionem. Fagnan. *in cap. quia nos num. 5. & 6. de auct. & uſ. pall.* Deindè, quia quilibet Epiſcopus poteſt celebrare in quocumque loco, vel celebrari facere, & vti Altare portatili, etiam extrà propriam Diœceſim, præſertim cogente neceſſitate, vt apertè diſponitur *in cap. in fin. de priuil. in 6.* his verbis: *Se habent diuerſis ex cauſis à ſuis Eccleſijs, & Diœceſibus abſentare frequenter, nec ſemper poſſunt ad Eccleſias accedere.* Si ergò cauſa concedendi huiuſmodi priuilegium eſt, quia Epiſcopi ſe abſentant à propriis Diœceſibus, neceſsè eſt, quod ſit conceſſum etiam extrà Diœceſes, quia debuit concedi iuxtà menſuram cauſæ, aut mouentis, aut impellentis. Ità docent Vgol. *lib. 1. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 1. cap. 2. §. 2. num. 4.* Barboſ. *eodem tit. alleg. 23. num. 7.* Rodriq. *q. regul. 28. ar. 2. tom. 1.* aliique. Cui priuilegio non fuiſſe derogatum à Sacro Concilio Trid. in *d. decreto de ſeruan. & vitan. in celebr. Miſ. ſeſſ* 22. declarauit eius Sacr. Congregatio die 1. Iul. 1628. decernens, quod nequè decretum Sac. Conc. nequè alia decreta de priuatis Oratoriis edita ſuſtuliſſe priuilegium *cap. fin. de priuil. in 6.* Epiſcopis conceſſum, idque etiam in Diæceſi, vt in *Martyrana* 6. Auguſti 1615. Quo priuilegio gaudet etiam Epiſcopus Titularis in Diœceſi, cuius eſt Suffraganeus, vt eadem declarauit 8. Aprilis 1623. Imò in quocumque loco ex eadem Sacra Congregatione in *Valentina* prò Epiſcopo Coronen. eodem die, & anno; Non autem adminiſtrator Epiſcopatus, niſi ſit conſecratus Epiſcopus, vt in *Varmienſi* 12. Aprilis 1625.

An

An diebus Dominicis poſſint celebrari Miſſæ votiuæ de SS. Reſurrectione Domini? Vbi decretum Sac.Congreg.Rit.de non celebrandis Miſſis de Requiem in feſtis duplicibus.
tom.3. Conſult.40.

NEgatiuè. Tum ex rubricis Miſſalis, quæ de Miſſis votiuis §.3.tum ex decreto Sac. Rit.Coogreg.23. Mart.1630. quæ ad hoc dubium negatiuè reſpondit, & ideò agendum eſt cum SS.prò commutatione voluntatis, qui die 6.April.annuit, Miſſas ſolitas celebrari de Reſurrectione Domini in Dominicis diebus totius anni prò adimplendo legato, celebrari die Lunæ, & ità per Sac. Congregationem Viſitationis Apoſtolicæ decerni debere, prout decretum die 7. April. eiuſdem anni 1630. Tum etiam quia in feſtis duplicibus Dominicis Miſſa debet eſſe conformis Officio: Nam hi dies maiorem cultum exigunt ex inſtitutione Eccleſię, præſertim in celebratione Diuinorum Officiorum. Hic autem cultus,qui ex inſtitutione eſt debitus Dro in his diebus valdè deformaretur, ſi non celebraretur Miſſa diei: quia non redderetur honor Deo, & Sanctis,qui eſt ipſis aſſignatus prò tali die, ac proindè videtur adeſſe virtualis contemptus cultus inſtituti prò illa die in honorem Dei, & Sanctorum. Quæ ratio non habet locum in cæteris diebus, in quibus conceduntur Miſſæ, quæ ſunt in Miſſali, aut alias approbatæ.

Nec obſtat, quod in feſtis duplicibus celebrari poſſunt Miſſæ Defunctorum prò implenda Teſtatorum voluntate,vt declarauit Sac.Rit.Congreg. die 1.Septemb.1607. & 20. Iun.1626. Tum quia id eſt contrà rubricas tit.5. *num.2.* quæ abſolutè diſponunt, quod Miſſæ priuatæ prò Defunctis quocumque die dici poſſunt, præter quam in feſtis duplicibus, & Dominicis diebus. Tum quia licet concedamus, quod celebrari poſſint Miſſę Defunctorum prò implenda vltima voluntate Teſtatorum, quandò Officium eſt duplex, id nihilominus intelligi deberet, quandò Officium duplex non eſt feſtum de pręcepto. Ità Gauant. *in rub. Miſſal. par.1.tit.5.num.2.lit. A.*Gatz.*in ſum.tract.3.diffic. 8.dub.vlt.pun.2.num.*21,ac alij. Ea quidem ratione, quia licet rubricæ generaliter excludant celebrationem Miſſarum priuatarum prò Defunctis; hæc tamen excluſio non ſe extendit ad infringendas vltimas voluntates: Quia cum vltima voluntas ſit valdè priuilegiata, ità vt tanquam Regina primum locum teneat, & ad vnguem ſeruari debeat *leg. in conditionibus ff.de condit.& demonſtr.*Io:de Caſtil.*de conect.vlt. volun.cap.*18.*& ſeq.* in nulla diſpoſitione cenſetur comprehenſa, niſi de ea fiat ſpecifica mentio. Tum etiam quia hodiè ſeruandum eſt decretum de non celebrandis Miſſis priuatis prò Defunctis in feſtis duplicibus, quod eſt huiuſmodi.

Cum SS.D.N.in viſitatione Eccleſiarum Vrbis acceperit in pleriſque Eccleſijs abuſum irrepſiſſe celebrandi Miſſas priuatas prò Defunctis in feſtis duplicibus contrà præſcriptum rubricarum Miſſalis Rom.eundemque abuſum decreto Congreg. eliminari præceperit. Innotuerit verò Sac. Rit. Congreg. huiuſmodi abuſum etiam in alijs Eccleſijs vbiquè gentium exiſtentibus inductum pariter reperiri. Sac. eadem Congreg. vt Miſſalis rubricę inuiolatè ſeruentur diſtinctè pręcipit omnibus, & ſingulis Sacerdotibus, tam Sęcularibus, quam Regularibus cuiuſuis Ordinis, Congreg. Societatis, & Inſtituti, etiam neceſſariò exprimendi,vt in poſterum omninò dictam rubricam ſeruent, ità vt Miſſas priuatas prò Defunctis,ſeù de Requiem in duplicibus nullatenus celebrare audeant, vel pręſumant.

Quod ſi ex benefactorum præſcripto Miſſæ huiuſmodi celebrandę incidant in feſtum duplex, tunc minimè transferantur in aliam diem non impeditam, ne delatio animabus ſuffragia expectantibus detrimento ſit, ſed dicantur de feſto currenti cum applicatione Sacrificij iuxtà mentem eorundem benefactorum. Curentque Eccleſiarum Rectores, Sacriſtæ, aliique ad quos pertinet, vt huiuſmodi decretum inuiolatè ſeruetur, & in Sacriſtia affixum retineatur, vbi commodè ab omnibus celebrare volentibus conſpici, & legi poſſit. In eos autem, qui contrà facere auſi fuerint, vel præmiſſa adimplere neglexerint, locorum Ordinarij, tum ſæculares, tum Regulares prò modò culpæ animaduertant die 3.Aug.1662.

Et facta de prædictis Sanctiſſimo relatione, Sanctitas Sua annuit, & cum applicatione Sacrificij ſatisfieri,ac benefactorum mentem impleri voluit,eadem die 3.Aug.1662.

An Canonici, non obſtante conſuetudine, & quod in fundatione non habent onus celebrandi cum applicatione Sacrificij, poſſint diebus per turnum iuxtà Tabellam Eccleſiæ applicare Sacrificium prò ſibi elargientibus eleemoſynam? Vide de Capit.& Canon.tom.3.Conſult 61.

An, & quatenus, & in quibus caſibus liceat pluries in eadem die celebrare Miſſæ Sacrificium, quinam illi ſint, & qua pęna, & à quo Iudice puniendus, qui pluries in die abſque neceſſitate celebrat, etiam ſi delinquens ſit Regularis? Vbi Aphoriſmi aliquot ad rem, aliįque remiſſiuè. tom.4.Conſult.1. & vide to.9. Conſult.97.à nu.19. vſque ad 27. §.*Ad tertium*. Item vide de Simonia tom.7. Conſult.43.

CErtum eſt nullam eſſe de iure diuinò prohibitionem pluries in die celebrandi, cum nullibi hoc ius reperiatur, aut ſcriptum, aut traditum, vt proindè antiquitus pluries in eadem die Sacerdos celebrabat, teſte Vualfrido Strabone, qui obiit anno 849.in libro, quem inſcripſit *de reb.Eccleſ.cap.*1. vbi teſtatur ſe habuiſſe ex relatione fide dignorum, quod Leo Papa ſepties, vel nouies in eadem die obtulerit Sacrificium, & concludit, quod quiſque

in

in ſuo ſenſu abundet; Sed prohibitionem eſſe tantum de iure Eccleſiaſtico, ex quo ſecluſa nocte Natiuitatis Domini, & priuilegio Apoſtolico, nemini quacumque dignitate pleſulgenti licet, niſi ſemel in die celebrare, atque adeò peccaret mortaliter, qui extrà caſus permiſſos pluries in die celebraret. Gloſ. *in cap. ſufficit de conſecr. d.1. & in cap. conſuluiſti de celebr. Miſſ.* D.Thom. 3.*par. quæſt.*82. *ar.*2.*add.*1. ibique Vaſquez *diſp.*233.*cap.*5.*num.*42. ac Suarez *diſp.*80. *de Euchar. ſect.*3. omneſque communiter.

Caſus autem præcipui, in quibus licet pluries in die celebrare recensētur ab Auctoribus paſſim, nominatim verò à Paſqualigo *de Sacriſ.nou.leg. d quæſt.*371. Præter illos caſus permiſſos in celebrantem pluries in die abſque legitima cauſa nullibi in iure conſtituta eſt aliqua pœna, ideòque pœnam huius delicti eſſe arbitrariam docet Diaz *in prax.crim.cap.*35.*num.*2. Menoch. *de arb.caſ.*407. *num.*51. Genuen. *in pract. Neapol.cap.*64.*num.*2. alijque.

Quoniam autem hoc facinus à populo exiſtimari ſolet grauiſſimum, idque vt plurimum auaritiæ cauſa a pauperibus, & imperitis Sacerdotibus perpetratur; Ideò non debent inferre pœnam accommodatam delicto, conſideraris prius diligenter facti notorietate, populi ſcandalo, ac perſonæ delinquentis moribus, cauſa, ſiuè motiuo, quo motus fuit ad delinquendum, præcipuè ſi prò pecunijs, vt ait tex. *in Can.ſufficit.* ſi ſemel, aut pluries hoc delictum commiſerit, ſi non ieiunus, quod ſæpius accidit: quia malitioſè hoc delictum committentes, ſumunt ablutionem, ne ſe prodant, ac proindè grauius erit puniendus: quia committit duplex delictum, alterum contrà præceptum celebrandi, niſi ſemel in die, & alterum non celebrandi, niſi præmiſſo ieiunio naturali, quod eſt grauius, quia ſtrictius obligat, vt ex eo coſtat, quod DD. excepto, quandò agitur de complendo ſacrificio, quod per incohantem compleri non potuit, in rariſſimis caſibus, aut in nullo conceditur poſſe celebrari à non ieiuno; alijſque circumſtantiis, quæ augere vel minuere poſſunt qualitatem delicti.

Quare huiuſmodi delinquentem aliquandò punitum fuiſſe pæna pecuniaria, locis piis applicanda, & ſuſpenſione à celebratione Miſſarum ego teſtis ſum. Interdum verò exilio cum pænitentiis ſalutaribus. Quandòque Carcere. Sæpè omnibus prædictis ſimul iuxtà perſonæ, factique qualitatem, & ſcandalum. Non rarò etiam pœna grauiori, nempè triremium, ſi perſonarum qualitas, delicti multiplicatio, ac perſeuerantia, populique offenſio, ac exemplum pœnæ, vt alii Sacerdotes abſtineant, id requireret. Pœna tamen carceris frequentior eſt, in caſu quo ſemel tantum deliquerit, prout ſemel tantum præſumitur in hoc crimen Sacerdotem incidiſſe, vt de praxi refert Vincen. de Franch. *deciſ.*317. *num.*4. Gabal. *caſ.*145. & 142. *num.*1. Guazzin. *defenſ.*2. *cap.*2. *num.*18. ac alii.

Atque hinc, ſi quis ſemel, ac iterum in eadem die celebraret, putans bona fide ex aliqua iuſta cauſa id ſibi licere, & ſi reuera non liceret, niſi tamen conſtaret, quod malitioſè ſe geſſerit, poterit dimitti cum aliqua pœnitentia ſalutari, quia cum proceſſerit bona fide, non habet locum pœna *leg. ſi ſeruum* §. *Prætor. ff. de aquir. hæred.* Crauet.*conſ.*8.*num.*31.

Quod ſi ſcandaloſè eadem die Miſſam iterans eſſet de hoc crimine diffamatus, eſſet irregularis aliquo modo impropriè, quatenus ratione ſcandali celebrare non poſſet licitè ob infamiam facti. Si autem eſſet ſententia Iudicis condemnatus, quod malitioſè, ſeù doloſè celebraſſet, ideſt non ex ignorantia, putat Theſaur.*de pæn. Eccleſ. v. Miſſa cap.*5. *num.*4. eum effici infamem infamia iuris, & conſequenter irregularem verè, ac propriè, quia damnatus de crimine publico eſt iure notatus infamia *leg.*1.§.*qui in iudicio ff.de his qui not. infam.* Can. *infames* §. *Porrò* 3. *quæſt.*7. Hoc autem crimen eſt publicum: quia omnis grauis iniuria contrà Religionem eſt crimen publicum. Clar.*in prax. quæſt.*1. Et quia de iure Cannnico omne crimen dolum continens, eſt crimen publicum infamans lata ſententia condemnatoria. Angel.*in ſum. v. crimen quæſt.*6. Sylueſt. *eodem v. quæſt.*3. alijque.

Denique ſi eſſet condemnatus, quod bis vna die celebraſſet ob lucrum, ſeù eleemoſynam acquirendam, vt communiter contingit, tunc multò certius cenſeretur notatus infamia iuris, & irregularis effectus, ratione vitij Simoniæ, quod eſt grauiſſimum, vt per eundem Theſaur.*loc. alleg.* Vndè Genuen.*in pr.d.cap.*64.*in addit.* ait eo caſu grauius eſſe puniendum, ſcilicet pœna triremium.

Iudex autem, tam ratione delicti, quam delinquentis regulariter eſt Epiſcopus, etiam ſi delinquens ſit Regularis vigore decreti Sac.Concil.Trid.*de obſeru.& euit.in celebr. Miſſ. ſeſſ.* 22. cum in hoc delicto intercedat abuſus, qui ſaltem ex dicto decreto reducitur ad auaritiam, vel ſcandalum, atque adeò poteſt Reus, etiam ſi ſit Regularis, ab Epiſcopo puniri. Dixi regulariter Epiſcopum eſſe Iudicem huius delicti: Nam poterit interdum veſtiri aliqua circumſtantia, quę facit ipſum ſapere hæreſim, in quo caſu puniendum eſt à Sac.Tribunali Inquiſ.cuius praxis in hoc, & ſimilibus ſeruanda, vt ſi Sacerdos non ieiunus ſecundò, vel tertiò in eadem die celebrauerit, reddatur ſuſpectus de hęreſi, eo quod facto approbare videatur hæreſim recentium hæreticorum aſſerentium Euchariſtiam ſumere poſt receptum cibum conſultius eſse.

Aphoriſmi. Non permittitur celebrari Miſsa ſuper Nauibus, & negatur etiam Magnis Principibus, vt celebrari poſſit ſuper triremibus, In ingentibus tamen Nauibus Indicis audio celebrari,

brari,

Digitized by Google

brari, vt puto, ex peculiari indulto, propter immanem nauigiorum molem.

Illam celebrare non poſsunt Rei S. Officij, pendente cauſa, licet ſint habilitati à carceribus, & retineantur domi, vel in aliquo Monaſterio loco carceris.

Poteſt celebrari coram Principibus hæreticis ad fidem Catholicam conuerſis, præſentibus vxoribus, filijs, & alijs familiaribus hæreticis ſibi notis, dummodò non adſit ſcandalum, & non ſint nominatim excommunicati.

Illam celebrans ritu Latino idiomate Greco poteſt tolerari ex ignoratione linguæ Latinæ, vel ex alia cauſa.

Celebrans Miſsam, vel Sacramentaliter abſoluens, cum Sacerdos non ſit, fit ſuſpectus de hæreſi, & cogendus ab Inquiſitore abiurare de vehementi, & degradatus tradendus eſt Curiæ ſæculari puniendus, quod importat pœnam mortis ex Conſtitutionibus Pauli IV. Greg. XIII. Clem. VIII. & Vrb. VIII. quæ incipit *Apoſtolatus officium*, in qua declarauit, eas pœnas procedere, etiam in minoribus 25. annis, maioribus tamen 20. annis; Vndè ſequitur, cum hoc ſit crimen depoſitione dignum, ſi fuerit notorium de iure, vel de facto, reddie ipſo iure infamem, & irregularem.

In Regnis Valentiæ, & Cathaloniæ conſuetudo, ſiuè potius corruptela irrepſit, vt in die Commemor. Fidelium defunctorum quilibet Sacerdos celebrare poſſit tres Miſſas prò animabus defunctorum. Idem habuit originem à quodam viuę vocis oraculo Iulij Papæ III. dato Cardinali Compoſtellano.

Diaconus, vel Subdiaconus Miſſam ſępius celebrans, & Confeſſiones audiens, ſi ſpontè compareat, poteſt inhabilitari ad Ordinem Preſbyteratus ſuſcipiendum, & ſuſpendi perpetuò ab executione ſuorum Ordinum.

Inſeruiens celebranti non Sacerdoti, quem ſcie eſſe talem, poterit torqueri ſuper intentione, abiurare de vehementi, damnari ad triremes per quinquennium, ac ſuſpendi perpetuò à munere inſeruiendi Miſsæ.

Qui in Miſsa adhibet Hoſtiam, vel particulam prius conſecratam, illamque iterum conſecrando eleuat, & aſſumit, punitur in Sancto Officio.

Nobilibus Catholicis inter Hęreticos poteſt aliquandò concedi, vt habere poſſint domi ſuæ Altare priuatum, & diſpenſari cum Præsbytero prò Miſsa celebranda, vt in habitu laicali manere poſſit.

Reliqua vide apud Souſam *in aphoriſ. lib. 1. cap. 23.* & alios.

Vtrum in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, in quibus paucus eſt numerus Canonicorum, & Præsbyterorum, tolerari poſſit conſuetudo cantandi Miſſam Conuentualem feſtis diebus dumtaxat? Vide de Capit. & Canon. tom. 4. Conſult. 91.

An debeat dici Miſſa Conuentualis prò defunctis feria 2. poſt Dominicam Paſſionis, quandò officium defunctorum recitatum eſt? tom. 4. Conſult. 92.

AFfirmatiuè: Nam in alijs ferijs ſecundis Quatrageſimę ideò non dicitur ſecundum rubricas: quia Oratio: *Omnipotens ſempiterne* eſt communis prò viuis, & defunctis, quæ Oratio non dicitur poſt Dominicam Paſſionis; Vndè videtur, vt concordet Miſsa cum Officio, quod debeat dici Miſsa prò defunctis, vel Oratio *Fidelium*. Siquidem Miſſa Conuentualis eſt pars Officij Diuini, & Collegiales ad ipſum obligantur, vt ad partem Officij Diuini, & proindè obligantur ad hanc qualitatem Miſsæ ſub mortali. *cap. cum creatura de celebr. Miſſ.*

An Diaconus inſeruiens in Miſſa ſolemni poſt concionem, quæ haberi ſolet poſt Euangelium, conferre ſe debeat ante Epiſcopum, ibique confeſſionem dicere, vt poſt publicatam Indulgentiam, Epiſcopus dare debeat benedictionem? Vide de Ritibus to. 4. Conſult. 93.

An alicui pœnæ obnoxius ſit Sacerdos, qui Miſſam ſemel celebratam, eadem die laico Principi, vel ex cauſa, quod abſolutis omnibus alijs, ad Eccleſiam veniſſet, petenti, ſuper Altare cum luminibus, ſuperpelliceo, & ſtola indutus, ſine Calice, & Hoſtia, omiſſis conſecratione, & ſecretis, perlegit, ſeù recitauit? tom. 4. Conſult. 135.

MIhi dicendum videtur in hac Miſſæ recitatione interuenire abuſum Sacrarum Veſtium Sacerdotalium, & Sacri Altaris, quæ ab Eccleſia inſtitutæ ſunt prò functionibus Sacerdotalibus, quæ fiunt à Sacerdote nomine Eccleſiæ, vt Miniſtro publico. Recitatio autem huiuſmodi Miſſæ non eſt functio, quæ fiat nomine Eccleſiæ: Quia licet preces illę ſint ab Eccleſia inſtitutæ, non ſunt tamen inſtitutæ, vt extrà oblationem Sacrificij recitentur, ſed tanquam partes ritualis oblationis, & ideò extrà oblationem Sacrificij non habent locum ex inſtitutione Eccleſiæ.

Redundat etiam in ſuperſtitionem: quia ſic celebrans aſſumit cultum precum ordinatum ab Eccleſia prò oblatione Sacrificij, & contrà ipſius inſtitutionem non ordinat ad Sacrificium, ſed ad aliud, ratione cuius D. Tho: 2. 2. *quæſt. 93. art. 1. in corp.* & Caiet. *eo loco* agnoſcunt falſitatem, & ſuperſtitionem in cultu. Sicuti enim ait D. Tho: falſarius eſſet, qui aliqua proponeret ex parte alicuius, quæ non eſſent ei commiſſa, ità vitium falſitatis incurrit, qui ex parte Eccleſiæ cultum exhibet Deo contrà modum Diuina authoritate ab Eccleſia

inſtitutum, & in Eccleſia conſuetum.

Atque adeò, cum ex doctrina Cardinalis *in cap. fin. de celebr. Miſſ.* omnis exceſſus, ſeù delictum commiſſum circà cultum Sacramentorum ſit crimen depoſitione dignum, quandò concurrat graue ſcandalum, ſequitur hoc caſu, quod ſi crimen fuerit notorium, erit talis delinquens etiam ante condemnationem infamia iuris notatus, & conſequenter irregularis: Quia omne crimen depoſitione dignum notorium afficitut iuris infamia, & facit irregularem, vt de communi teſtatur Toler. *lib. 1. cap. 74.* Sayr. *de cenſur. lib. 7. cap. 12. & ſeq* Garz. *de benef. p. 11. cap. 3. num. 110. & 119.*

Hanc Miſſam ſiccam vocant, vel nauticam authore Durando *de Diuin. Offic. cap. 1. num. 23.* ac alij.

An impubes maior factus poſſit variare Eccleſiam à Tutore deſignatam prò celebratione Miſſarum? Vide de Legat. tom. 4. Conſult. 214.

Quo pacto ſatisfactio Miſſarum in iudicio probari poſſit, etiam apud Tribunal Reu. Fabricæ? tom. 4. Conſult. 218.

QVod Miſſæ celebratæ ſint facilè probari poteſt per teſtes, vel per ſcripturam; Eſt enim actus externus ſubiectus ſenſibus, ac publicè exercitus, atque adeò plures deponere poſſent de celebratione tali. At quod Miſſæ ſint celebratæ, prò quo celebrandæ ſunt, ſolum probari poteſt per iuramentum illius, ad quem pertinet eas applicare. Papæus *deciſ. 414.* Molfeſ. *par. 2. Sum. tr. 13. cap. 5. nu. 168.* & Leon. *de offic. Capell. quæſt. 5. ſect. 30. num. 430.* Quia id pendet ab applicatione ſacrificij, ac proindè ab actu interno celebrantis, aut illius, iuxtà cuius intentionem applicatur Sacrificium; Quandò autem agitur de probando, quod conſiſtit in animo, iuramentum habetur prò legitima probatione. Plot. *in l. ſi quandò num. 57. C. vndè vi.* Theſaur. *dec. 237. num. 2.* ac Rot. *deciſ. 16. alias 263. de Iurepatr. in nou.* Et idcircò Sac. Congr. Epiſc. *in Cæſenaten.* 25. Iun. 1655. cenſuit, quod ſatisfactio Miſſarum, non ſolum per ſcripturam, ſed etiam per omne genus probationum probari poſſit.

Extrà verò iudicium, vel in cauſa ſummaria prò celebratione Miſſarum ſecundum diſpoſitionem teſtatoris probanda, præcipuè quandò agitur de probando, an hęredes executi ſint legata relicta prò celebratione Miſſarum, ſufficit atteſtatio Rectoris Eccleſiæ, aut Sacriſtæ, aut Superioris Religionis, aut illius, qui illas celebrauit. Alph. de Leon. *loc. cit. num. 432.* teſtante de praxi apud Tribunal Reuerendę Fabricæ; Quoniam atteſtatio æquiparatur iuramento, *cap. ad aures de his, quæ vi, metuſque cauſ.* & obſeruat. Fachin. *lib. 1. contr511ou. cap. 12.* Pręſumitur enim, quod atteſtans ſit paratus, ſi oportuerit, ſuam atteſtationem iuramento firmare, ac proindè iuramentum ineſt virtualiter atteſtationi, tanquam ordinatæ ad certiorandum de veritate; Ideóque in huiuſmodi atteſtantibus plurimum attenditur qualitas perſonæ atteſtantis, an ſcilicet talis ſit, cuius probitas excludat ſuſpicionem falſitatis, & an de ipſa præſumi poſſit, quod licet non iuret, habeat tamen præ oculis veritatem.

CVm in decretis de celebratione Miſſarum [in §. An hæc] prohibeatur, ne in poſterum onera perpetua Miſſarum ſuſcipiantur ſine ſuperioris ſæcularis, vel Regularis licentia in ſcriptis obtinenda ſub pœnis ibi præſcriptis. Quæritur:

An acceptationes factæ ſine huiuſmodi licentia ſint nullæ, & inualidæ? tom. 4. Conſult. 222.

NEgatiuè, idque ex eo, quod lex Canonica prohibens tantummodò aliquid fieri, illud non irritat, niſi expreſsè, vel æquiualenter, fiat, irritum fore decernat. Turrec. *in can. non oportet 133. quæſt. 4. ad 2.* Palud. *in 4. d. 33. qu. 1. art. 1. quæſt. 4.* alijque.

Patet multis argumentis. Primò, quia per ſe ex natura rei aliud eſt prohibere, aliud irritare: Nam prohibere eſt præcipere nè aliquid fiat; irritare verò eſt velle id, quod lege fieri prohibetur, ſi fiat, eſſe inutile, ac prò infecto haberi.

Secundò, quia non extat aliqua lex Canonica per quam ſtatuitur, quod actus ex eo, quod ſit prohibitus, ſit nullus, ſed potius per eam decernitur, quod ex ſimplici prohibitione actus non cenſeatur nullus, niſi lex illud prohibeat cum decreto irritante; Quare Innoc. III. *in cap. Ad Apoſtolicam de Regul* dixit: Quod multa fieri prohibentur, quæ ſi fuerint facta, obtinent firmitatem.

Atque ità in hac ſpecie declaratum inuenio à Sac. Cong. Conc. *in Romana* 16 Ianuar. 1644. ſcilicet, acceptationes huiuſmodi oneris Miſſarum ſine licentia Superioris non eſſe nullas, neque inualidas.

CVm Sac. Cong. Conc. Trid. [in Anconitana eleemoſynæ] ſub die 11. Ianuar. 1664. cenſuerit, ac declarauerit, pœnas præſcriptas in ſecundo ex decretis generalibus [de celebr. Miſſ.] alias per eandem Sac. Cong. editis, nimirum: [Deindè vbi pluribus Miſſis, etiam eiuſdem qualitatis celebrandis plura ſtipendia

dia quantumcumque incongrua, & exigua, ſiuè ab vna, ſiuè à pluribus perſonis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Eccleſijs, Capitulis, Collegijs, Hoſpitalibus, Societatibus, Monaſterijs, Conuentibus, Congregationibus, Domibus, ac locis pijs quibuſcumque, tam ſæcularibus, quam Regularibus Sac. Cong. ſub atteſtatione Diuini iudicij mandat, ac præcipit, vt abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, ità vt alioquin ij, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciant, quinimmò grauiter peccent, & ad reſtitutiònem teneantur,] eſſe referendas ad quartum, quod eſt huiuſmodi. [Ac ſimiliter omne damnabile lucrum ab Eccleſia remouere volens, prohibet Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſyna eandem Miſſam alteri, parte eiuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, celebrandam committat,] & in eo repetitas intelligi.

Verum nè ex hac declaratione aliqui Sacerdotes anſam fortè ſumant opinandi, ipſum quartum decretum impunè violari poſſe, ideò quæritur:

Cui nam reatui, atque obligationi Sacerdos aduerſùs d. quartum decretum committens, ſubiaceat, non quidem ex vì præcedentis ſecundi decreti, ſed ex malitia actus in ipſo quarto decreto prohibiti.

1 *An ſcilicet peccet mortaliter?*
2 *An muneri ſuo ſatisfaciat?*
3 *An ad reſtitutionem teneatur?* to.4. Conſolt. 227. Item vide to.7. Conſult. 74. n. 1.

TEnendum eſt, retinentem ſibi partem ſtipendij, etiam ſi exhibeat ſtipendium taxatum, teneri ad reſtitutionem, ac proindè non ſatisfacere ſuæ obligationi: Quia tunc contrahitur obligatio reſtituendi, quandò læditur aliquis in iure ſuo, ità vt ei non ſoluatur, quod eſt debitum. Dans autem pingue ſtipendium, totum dat intuitu oneris, quod imponit, & intendit dare tantum intuitu Miniſterij, non propter amicitiam, & ideò tranſit cum ipſo onere, & pertinet ad eum, qui onus adimplet. Ergò qui retinet partem ſtipendij, retinet id, quod de iure eſt debitum exhibenti Miniſterium celebrandi, atque adeò non ſatisfacit ſuę obligationi.

Hinc licet detur ſtipendium congruum, & taxatum celebranti, fit tamen ipſi iniuria, quia non datur totum, quod ipſi debetur. Nam cum totus titulus acquirendi eleemoſynam prò celebratione, quantacumque illa ſit, tantum ſit apud ipſum, & nullo modo apud eum, qui eam primò accepit: quia dum non celebrat, ſed in alium transfert onus, totus titulus, quem habebat, reſoluitur, dum ipſi non exhibetur integra eleemoſyna, non datur, quod de iure eſt ipſi debitum, & ideò fit ipſi iniuria; Vndè nec retinens partem eleemoſynæ, retinet quod ſuum eſt; quia transferendo onus celebrandi in alium, amittit ius ad totam eleemoſynam: Quare peccat contrà iuſtitiam, & proindè obligatur ad reſtitutionem.

Atque ità declarauit eadem Sac. Cong. *in d. Anconitana eleemoſyna* 5. Iul. 1664. cuius declarationem authenticè vidi, ac legi, & ex parte conſului, nempè:

Ad primum peccare mortaliter.

Ad ſecundum negatiuè in caſu ad effectum, de quo agitur, hoc eſt non ſatisfacere muneri ſuo quoad diſtributionem eleemoſynæ, licet ſatisfaciat quoad Sacrificium Miſſæ.

Ad tertium affirmatiuè.

Vndè non eſt amplius de hoc dubitandum.

1 *An Regulares priuilegiati, præcipuè Fratres Prædicatores, & Minores ex* cap. in his de priuil. *poſſint hodie vti Altari portatili, etiam inuito* Epiſcopo *Diœceſano? Et quatenus negatiuè.*
2 *An id poſſint de illius licentia, & approbatione?* tom.6. Conſult. 12.

AD 1. Reſpondendum eſt Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, alijſque Regularibus quibuſcumque nequaquam licere vti priuilegio Altaris portatilis, atque adeò in Clauſtro Miſſam celebrare, pręſertim Epiſcopo contradicente, niſi priuilegium poſt Conc. Trid. à Sede Apoſtolica obtinuerint. Siquidem, vt inquit Io: And. *in d. cap. in his num.* 8. poſt Oſtien. *num.* 11. Butr. *num.* 8. & Abb. *num.* 3. hoc priuilegio vtebantur ipſi Fratres in nouitate ſua, quandò carebant proprijs Eccleſijs, habebant Oratoria ſimplicia non conſecrata, & celebrabant in proprijs habitaculis; Hodie

verò & habent Cęmeteria, & Eccleſias conſecratas, & ideò vti illo non poſſe, cum fuerit ris conceſsum in ſubſidium; Ceſſante igitur cauſa, ob quam priuilegium fuit conceſſum, celsat priuilegium. *arg. cap. Etſi Chriſtus de iur. iur.* & cap. *cum ceſſante de appell.* Ideòque Indultum Concilij Triburienſis celebrandi cum tabula conſecrata, cum fuerit conceſſum in defectum Eccleſiæ, non habet locum in locis, in quibus Eccleſię non deſunt, vt probat Can. *Concedimus de conſecr. d. 1.* ibi: *Donec conſecrata Eccleſia valeant reſtaurari, & ſi Eccleſia defuerit*; Videtur enim inferri iniuria Eccleſiæ, & loco ſacro, cum extrà eum nulla neceſſitate cogente, Miſſæ ſacrificium celebratur, vt *in can. 1. & can. ſicut non alij de conſecr. d. 1.*

Quare Congregationi Peregrinorum Ordinis Prædicatorum olim ſupplicanti Sac. Congr. Conc. cenſuit, concedendam eſſe priuilegii Apoſtolici confirmationem celebrandi in Oratoriis, & Altaribus portatilibus in illis locis, In quibus nulla ſuppetit commoditas Eccleſiarum conſecratarum, & in ſpecie hoc priuilegium Fratrum Prædicatorum, & Minorum fuiſſe à Concilio ſublatum tenet Nauar. *in man. cap. 25. num. 82. in fin.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allig. 23. num. 4.* Poſſeu. *de pollut. Eccleſ. diſp. 1. cap 11. nu. 1.* ex ipſis Regularibus Sorb. *in comp. priuil. Mendic. v. Miſſa 3. in annot. §. 1.* Henriq. *lib. 9. Sum. c. 27. n. 2. in com. lit. S.* Beia *p. 4. reſponſ caſ. 33.* & alii multi.

Ad 2. Diſtinguendum eſt. Aut enim intendunt Fratres Prædicatores, & Minores celebrare in Altari portatili, & hodie non poſsunt, etiam de licentia Epiſcopi. Aut in Altari fixo in aliqua Capella ad diuinum cultum dicata, & poſſunt, ſi Epiſcopus locum prius viſitauerit, & approbauerit. Vtriuſque propoſitionis veritas clariſſimè apparet relatis verbis *d. c. vn. ſeſſ.* 22. quibus Conc. primò prohibet, nè Epiſcopi permittant, vt Miſsa celebretur in priuatis domibus. Deindè prohibet, nè id fieri permittant in locis, quæ ſunt omninò extrà Oratoria ad diuinum tantum cultum dicata. Poſtremò præcipit, vt huiuſmodi Oratoria prius deſignentur, & viſitentur ab Ordinario.

An ſit licita conſuetudo immemorabilis cantandi Miſſam de Requiem prò defunctis die qualibet ex deuotione fidelium?
tom. 6. Conſul. 64.

PVto huiuſmodi conſuetudinem poſse tolerari, atque indulgendum deuotioni, ac pietati fidelium ergà defunctos, exceptis tamen iis diebus, quos Sac. Rituum Congregatio excipere mandauerit. Primò quia immemorabile ſolitum non eſt ſublatum per Rubricas, propter quod in ſimili iam Sac. Rit. Congregatio ſolet reſpondere, licitum eſse continuare celebrationem Miſsæ votiuæ de B. Maria in Aurora, etiam in quibuſuis diebus feſtis, licet obſtent Rubricæ, vt in ſequentibus declarationibus.

In Burgenſi: *Vtrum Miſſa B. Mariæ dotata perpetua in Sabbato, quæ in Cathedrali dicitur de memoria, ſtante regula Miſſalis, quæ diſponit, quod non dicantur Miſſæ votiuæ in diebus duplicibus, poterit dici, cum non ſit principalis, tum propter deuotionem maximam populi confluentis, tum quia motus proprius præcipit regulas Miſſalis obſeruari?*

Sac. Rit. Congregatio *anno* 1594. *ſingulis ſingulariter reſpondit, vt infrà: Ad ſecundum cenſuit vtramque eſſe dicendam.*

In Valliſoletana. *Cum ab immemorabili tempore ſeruatum fuiſſe aſſeratur in Congregatione Valliſoletana Ordinis* S. Benedicti *Congregationis Hiſpaniarum poſt Primam immediatè canere ſingulis diebus Miſſam votiuam de B. Virgine, & in Capitulo Generali d. Ordinis nouiſſimè habito decretum fuerit, continuari debere prædictam Miſſam votiuam, Magiſter Frater Alphonſus de S. Victore modernus Generalis præfatæ Congregationis Hiſpaniarum, & Concionator Regis Catholici ſupplicauit prò approbatione, & confirmatione prædicti decreti.*

Et Sac. Rit. Congregatio approbauit, & confirmauit, exceptis tamen Dominica prima Aduentus, feria IV. Cinerum, Dominica prima Quadrageſimę, Dominica Palmarum cum tota maiori Hebdomada, Dominica Reſurrectionis cum duobus ſequentibus, Natiuitas Domini, Epiphania, Aſcenſionis, Corporis Chriſti, & omnibus diebus, in quibus celebrari debet peculiare feſtum in honorem B. Virg. iuxtà præſcriptum in Calendario Romano, ac dummodò diebus, in quibus celebratur dicta Miſſa votiua, præter dictam Miſſam votiuam celebretur etiam Miſſa Conuentualis dici, ſeù feſti currentis. Hac die 19. Nouembris 1633.

In Marſirenſi. *Cum in Oppido Vigiani ampliſſimo finitimorum concurſu feſtiuitas S. Mariæ de Monte in primis Dominicis Maij, atque Septembris annis ſingulis ab immemorabili tempore celebretur, ſupplicauit Archipresbyter, & Clerus eiuſdem loci, vt vice officij, & Miſſæ currentis, ibidem celebrari poſſit Miſſa B. M.*

Sac. *Rit.* Congregatio *attentis narratis indulſit, vt poſt peractum officium occurrens Miſſa votiua de B. M. in eadem Eccleſia celebrari poſſit, ſeruatis in reliquis rubricis Breuiarij, & Miſſalis Romani, die* 16. *Aprilis* 1644.

Secundò: quia rubricæ non derogant conſuetudinibus immemorabilibus, præſertim in iis, quæ ſe compatiuntur in reliquis cum rubricis cum in hoc caſu propter hanc Miſſam non relinquitur Miſsa Conuentualis qualibet die.

Tertiò: quia vbi periculum eſt, quod homines retrahantur à bonis operibus, & agitur de deuotione populi, quam prò ipſis, & prò Eccleſia expedit aliquandò in quibuſdam locis promoueri, indulgeri conuenit, quod fieri poteſt; Rubricę enim non obligant cum graui incommodo, earumque obſeruantia in tali caſu eſſet impeditiua maioris boni, nam eſset cauſa cur fide-

fideles non facerent celebrare Miſſas prò defunctis, atque adeò, quod defuncti priuarentur huiuſmodi ſuffragiis; Vndè non eſt veriſimile, quod in hoc caſu velit Eccleſia præferri obſeruantiam Rubricarum pietati ſuæ, ac fidelium, quæ oritur ex graui motiuo.

An reductio Miſſarum ex legato cum expreſſa obligatione, & ſubſtitutione obtenta à Sacra Congregatione Conc. ſine expreſſione dictæ obligationis, & ſubſtitutionis, ſit valida, &c. Vide de Legatis piis tom.6. Conſult. 69.

An nocte Sacrata Natiuitatis Saluatoris poſt primam Miſſam cantatam, aliæ duæ Miſſę immediatè celebrari, & Chriſtifidelibus Sacra Eucharistia miniſtrari liceat? tomo 7. Conſult. 25:

NEgatiuè. Francolin. *par.1. cap. 39. num.20.* vbi alios citat. Eamque ſententiam docuerunt antiquiores, nominatim Angelus de Clauas in *voce Miſſa* §.16. Syluest. *eadem voce* 1. §.6. Armilla, & Tabiena *eadem voce*, & alii, ac aſſerentes, quod ipſa Natiuitatis nocte primam dumtaxat licet Miſſam celebrare, adeò vt reliquas duas neque publicè, neque priuatim ante auroram continuare liceat. Ratio autem deducitur ex priuata inſtitutione huius ceremoniæ, in qua intentio Eccleſię fuit, vt prima Miſſa dicatur poſt mediam noctem, ſecunda in aurora, tertia in plena luce, vt ait D.Tho. *diſp.8. ſect.* 4. Vndè ſolum in prima Miſſa dicitur: *Communicantes, & noctem Sacratiſſimam celebrantes*; In ſecunda autem, & tertia dicitur: *Et diem Sacratiſſimum celebrantes.*

Et ità declarauit quoad vtrumque quæſitum Sacrorum Rituum Congregatio his verbis:

In nocte Natiuitatis Domini poſt primam Miſſam cantatam aliæ duæ Miſſæ immediatè non celebrentur, nec Chriſtifidelibus Sacra Eucharistia miniſtretur. In Piſaurenſi.

Item per hæc alia: *Patres S. Caroli Congregationis Clericorum Regularium petierunt reſponderi: An liceat in nocte Natiuitatis Domini poſt cantatam primam Miſſam, alias duas immediatè celebrare, & communicare fideles? Et Sacra Congregatio reſpondit, nullo modo licere, ſed omninò prohiberi die 20. Aprilis 1641.*

Et cum quidam Regulares id nihilominus licere prætenderint, & propterea rurſus in eadem Sacra Congregatione audiri ſupplicauerant, eius Eminentiſſimi Patres, ipſis auditis protulerunt hoc decretum:

Cum Superioribus dictis conſulta hac Sac. Rit. Congregatione an eſſet permittendum celebrari in media nocte Natalis Domini poſt Miſſam decantatam ſucceſſiuè alias duas Miſſas, & in eis Sociam Communionem exhibere fidelibus, illam depoſcentibus, & reſpondiſſet, non eſſe permittendum, ſed omninò vtrumque prohiberi, nihilominus nonnulli Regulares aſſerentes hoc licere, ſupplicarunt audiri. Et Sacra Congregatio ipſis auditis cum Procuratoribus, & Aduocatis ad relationem Eminentiſſimi Pallotta ſtetit in decretis, & reſpondit, iterum prohibendum tam Sacerdotibus celebrare volentibus, quam confluentibus in media nocte ad Eccleſias, & Communionem depoſcentibus. Die 7. Decembris 1641. Quorum decretorum duplicata expedita fuerunt die 9. Auguſti 1653. Carolo Epiſcopo Oſtienſi Card. Medices Præfecto, & Bernardino Roccio Sac. Rit. Congr. Secretario.

Ita Sac. Rit. Congregatio cuius iuſſa in omnibus exequantur.

De celebratione Miſſæ tertia hora poſt meridiem? Vide de Miſſionar. to.7. Conſul.50.

1 *An Monaſterium Diui Gregorij Vrbis Congregationis Camaldulenſis poſſit ſibi retinere partem eleemoſynæ Miſſarum diſtributarum in Monaſteria dictæ Congregationis?*

2 *An teneatur redditus omnes Sacrarij, ſiuè Sacriſtiæ inſumere prò eadem Sacriſtia?*

3 *An teneatur ſatisfacere prò Miſſis quotidianis in ſua Eccleſia excluſiuè quoad alia Monaſteria eiuſdem Congregationis?*

4 *An ſatisfaciat menti fel. rec. Vrb. VIII. in numero Miſſarum celebrandarum in eadem Eccleſia?* tom. 7. Conſult. 74. Item vide quoad 1. tom.4. Conſult.227.

AD 1. Negatiuè omninò tenendum eſt, vt ſatis reſponſum eſt in d. tomo 4. Conſult.227.

Ad 2. Non teneri: Quia Sacriſtia non eſt membrum ſeparatum à Monaſterio, imò penitus illi vnitum, & quotieſcumque Sacriſtia eſt abundè prouiſa, adimpleta eſt mens fel. rec. Sixti V. concedentis, confirmantiſque priuilegia, ac indulgentias eiuſdem Eccleſiæ, quæ fuit, vt fideles ad ſtructuram, ędificiorumque reparationem, reſtaurationem, & conſeruationem Monaſterij manus promptius adiutrices porrigerent, vt in eius literis habetur datis 3. Kal. Octobris 1472. & in literis vnionis fel. me: Greg. XIII. anno 1673. 12. kal. Octobr. expeditis, inter alia Sum. Pont. vnit, incorporatque ac ſubijcit præfato Monaſterio omnes oblationes, iura ſepulturæ, funeralia, eleemoſynas, legata, & alia quæcumque emolumenta ex largitione, ac pia fidelium deuotione pertinentia, ex quibus colligitur, non eſſe quid diſtinctum dominium Sacriſtiæ à dicto Monaſterio.

Excipio eleemoſynas pro Miſſarum celebratione, nam adducta verba Pontificis non ſunt apta comprehendere ea, quæ indigent ſpeciali nota, eſt enim facultas generalis. Facultas autem generalis non ſe extendit ad ea, quæ indigent ſpeciali nota, vt deſumitur ex §. *ſed & quod inſtit. de iur. nat. gen. & ciuil. & l.1. ff. de Conſt.*

Princ.

Digitized by Google

Princ. & notat Iaſ. *in l.* 1. *num* 21. *ff. deleg.* 1. Natta *conſ.* 4. *num.*6. alijque. Atqui facultas incorporandi Miſſas Monaſterio eſt gratia, quæ indiget ſpeciali nota: nam tangit diſpoſitiones vltimarum voluntatum, quarum mutatio eſt reſeruata Romanæ Sedi, ac proindè non comprehenduntur niſi ſpeciatim exprimantur, vel ſaltem per ęquipollentiam, *l. Item apud Labeonem* §. *hoc edicto ff. de iniur.* & cap. *Quia de ſent. excom. in* 6.

Ad 3. Negatiuè, ex clara diſpoſitione Sa. mem: Vrb. VIII. concedentis facultatem Abbatibus prò tempore exiſtentibus in præfato Monaſterio, vt prò oneribus Miſſarum, quibus non poteſt ſatisfieri in dicta Eccleſia, procurent ſatisfieri in Vrbe per Sacerdotes ſæculares, vel Regulares, vel per Monaſteria, & Eccleſias eiuſdem Congregationis. Et certè Sum. Pontifex non diſtinguit onera, quæ recipiuntur in Octaua Mortuorum ab oneribus recipiendis per annum, vel à receptis. Et ſicut particula *Vel* ponitur facultatiuè quoad Sacerdotes ſæculares, ità poteſt ſatisfieri per Sacerdotes Monaſteriorum dictæ Congregationis excluſiuè quoad alios omnes in Vrbe exiſtentes, cum eadem ſit ratio fulcita à iuris diſpoſitione; Dictio enim *Vel* eſt alternatiua, & obſeruant DD. præcipuè Pariſ. *conſ.* 91. *num.* 29. *l.* 2. Menoch. *conſ.* 3. *num.* 21. alijque.

Ad 4. Reſp. id pendere ab obſeruatione Breuis Vrbani VIII. Cęterum extat decretum Sac. Congregationis Conc. ſub die 15. Decembr. 1663. ac etiam Sacrę Viſitationis Apoſtolicæ tenoris ſequentis:

Atque in Sacriſtia liber quotidiano vſui paratus ſit, in quo ſinguli Sacerdotes, qui in ea Eccleſia Sacrificium obtulerint, Miſſam à ſe tali die celebratam adnotent, & cuius oneris ratione celebrauerint, propria manus ſubſcriptione teſtentur.

Et cum idem Summus Pontifex facultatem fecerit Abbati dict. Monaſterij, vt prò ſatisfactione eleemoſynarum manualium in eadem Eccleſia de cętero elargiendarum maiorem, quam poterit, diligentiam adhibeat, vt debito eleemoſynarum huiuſmodi numero in Eccleſia prædicta ſatisfiat, prò illius autem, quibus ſatisfacere non poterit, &c. ideò curandum eſt, vt in ipſa Eccleſia, & Oratorijs illi coniunctis, vel toti, vel maiori numero Miſſarum aſſiduè ſatisfiat, & illis præcipuè, quæ manuales dicuntur, quam primum ſatisfieri debet. Debet tamen conſiderari numerus Miſſarum quotidiè elargitarum, & damnum Monaſterij. Nam ſi omnes Miſſę celebrarentur in eadem Eccleſia, ſentiret incommoda ſeruitutis, & ſtipendij quamplurium Clericorum, ac id genus alia.

An Edictum Epiſcopi, quo pręcipitur ſub pęna excommunicationis, alijſque arbitrarijs, quod nemo admittat ad celebrationem Miſſarum Presbyteros exteros abſque eius licentia, comprehendat etiam Regulares? Vbi ſummatim explanatur decretum de obſer. & euit. in cel. Miſſę ſeſſ. 22. Sac. Con. Trid. tom. 8. Conſult. 42.

SAC. Conc. Trid. adhibens omnem curam; ve Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium omni religionis cultu, ac veneratione celebretur, decreuit, vt Ordinarii locorum Epiſcopi ea omnia prohibere, atque è medio tollere ſedulò curent, ac teneantur, quæ vel auaritia, idolorum ſeruitus, vel irreuerentia, quæ ab impietate vix ſeiuncta eſſe poteſt, vel ſuperſtitio, veræ pietatis falſa imitatrix induxit, quæ tantum refert Paſqualig. Sed deindè ſubdit S. Synodus, vt irreuerentia vitetur, ſinguli in ſuis Dięceſibus interdicant, nè cui vago, & ignoto Sacerdoti Miſſas celebrari liceat, &c. Neuè diceretur, quod Epiſcopi in dicto decreto conſtituantur delegati Sedis Apoſtolicę, etiam quoad Regulares, quandò agit de celebratione extrà Eccleſias, & Oratoria tantum cultui Diuino deputata, his verbis conceptis cautum, & ſancitum eſt, Hæc igitur omnia, quæ ſummatim enumerata ſunt omnibus locorum Ordinarijs ità proponuntur, vt non ſolum ea ipſa, ſed quęcumque alia huc pertinere viſa fuerint, ipſi prò data ſibi à S. Synodo poteeſtate, ac etiam vt delegati Sedis Apoſtolicæ probibeant, mandent, corrigant, ſtatuant, atque adeò inuiolatè ſeruanda cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque pœnis, quę illorum arbitrio conſtituentur, fidelem populum compellant, non obſtantibus priuilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac conſuetudinibus quibuſcumque. Hucuſque Concilium, quid ad hæc? Vtrum id negabitur? Qui poteſt? An vt tanta authoritate conuincantur.

Quæ cauſa non ſolum magna authoritate Concilii, ſed etiam eiuſdem Sac. Congr. totque teſtium nititur, ipſiuſque Ceſpidis exemptiones Regularium aſſertoris, ac vindicis *c.* 5. *dub* 89. qui refert, quod cum à Fratribus Bononienſibus coram eadem Sacra Congregatione fuerint propoſita aliqua dubia, inter alia ſic fuit conſulta:

Eſſendo publicato vn' ordine generale da Monſignore Arciueſcouo, che niun laſci celebrar Meſſa a Preti foraſtieri, ſenza prima vedere, che ne habbi hauuta licenza da ſua Signoria Illuſtriſſima, ò dal ſuo Vicario Generale, ſi ricerca ſe i Frati ſiano tenuti ad oſſernarlo. Fuit reſponſum die 2. Iul. 1620. Ad 12. Non licere Regularibus in ſuis Eccleſijs ad celebrandum admittere Presbyteros ſæculares contrà prohibitionem Illuſtriſſimi Archiepiſcopi.

Sic

Digitized by Google

Sic quoque declaraſſe Sacram Congregationem 2. Nouembris 1594. ait Barb. *in declar.ad cap. 16. Conc. Trid.ſeſſ.23. num.5.* & in *Neapolitana* 17. Auguſt.1630. & alibi apud Gallet.*in marg. taſ·conſcien· v.Miſſa*. Ricc. *in pr.for. Eccleſ.dec. 748.in 1. edit. & reſol. 635. in 2. edit. & dec.* 208.*par.*4. ac alii.

Qund verò ad decretum Sac. Conc. Trid. In eo proponuntur obſeruanda in Sacroſancto Miſſæ Sacrificio ad hoc, vt omni Religionis cultu, ac veneratione celebretur. Can. *nihil in Sacrificys*, ibique Gloſ. *deciſ.* 2. & reprehenditur qui facit opus Domini negligenter. *Hierem.*48, ſecundum editionem ſeptuaginta, nam ſecundum vulgatam habetur: Maledictus homo, qui facit opus Domini fraudulenter, & rectè; Negligentia enim operis Domini quodammodò fraus, & dolus eſt.

Quæ autem in Miſsæ Sacrificio euitanda ſunt in tria capita colliguntur, quæ ſunt Auaritia, Irreuerentia, & Superſtitio.

An Sacerdos Armenus in Diæceſi Latina poſſit in Miſſa dicere orationem prò Patriarcha Armeno Schiſmatico? Vide de Ritibus tom.8. Conſult. 80. Sum. num.2.

1 *An Sacerdotibus, qui Latinam, & Illiricam linguam callent, permittendum ſit, vt Miſſam vtraque lingua, pròut ipſis placuerit, celebrare poſſint?*

2 *An iis Sacerdotibus, qui ad Presbyteratum promoti fuerunt, tanquam periti in lingua latina, quique eadem lingua Miſſam per non modicum tempus celebrarunt, permittendum ſit, vt lingua etiam Illyrica celebrare poſſint?*

3 *An iis Sacerdotibus, qui ad Presbyteratum promoti fuerunt, tanquam periti in lingua Illyrica, quique eadem lingua Miſſam per non modicum tempus celebrarunt, permittendum ſit, vt lingua etiam Latina, nempè nobiliori, Miſſam celebrare poſſint, ſi cæteroquin in ea periti reperiantur?* tom.8. Conſult. 118.

RESp. generatim, quod licet Miſsa non poſſit recitari vulgari lingua, vt decernit Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.22. cap.8.* vbi & *can.9.* damnat anathemate dicentes, vulgari tantum lingua eſſe celebrandam, & notat Bellarm. *lib.* 1 *de Miſſ. cap.2.* Petr. Sotus *lect.*15. *de cærem. Miſ.* ac alii. Quia Sacrificium Miſſæ non peragitur ad inſtructionem populi, vt hoc nomine neceſsè ſit, omnia vulgari lingua dici, vt ab eo intelligi poſſent, ſed tendit ad colendum Deum idem Bellar. *lib. 2. de Miſſ. cap.* 16. Tamen apud Sclauos celebratur etiam hodie Miſſa idiomate Illyrico ex conceſſione Io. VIII. in gratia Sfetumpuleri Sclaui Morauiæ Principis, cum onere tamen, quod Euangelium latinè recitaretur, vt refert Baron. *tom.1.annal.* ſub anno 880.

An autem hi poſſint celebrare latino idiomate? Reſpond. poſſe quidem illorum Eccleſias recipere Latinum ritum, iuxtà conceſſionem Pii V. in Bulla præfixa Miſsali Romano, priuatas tamen perſonas, non poſſe celebrare ritu latino, dum ſunt in propria Eccleſia: quia tenentur ſe conformare ritui proprio. Verum idem Io. VIII. conceſſit in eiſdem literis eidem Principi Morauiæ, vt ſi vellet, poſſet facere coram ſe celebrare Miſſam Latinam, quam conceſſionem extendit etiam ad ipſius Iudices. Ex qua conceſſione deducitur, quod itâ indulſit Miſſam in idiomate Illyrico, vt ſine ſpeciali licentia non poſſit in alio idiomate celebrari; modò tamen, vt dictum eſt, poſſunt ex conceſſione Pij V. in dicta Bulla illæ Eccleſię complecti ritum latinum.

Ex quibus; Ad 1. negatiuè: quia tanquam priuatæ perſonæ debent ſe conformare ritui proprio, dum ſunt in propria Eccleſia.

Ad 2. Affirmatiuè: Quia hoc modo ſe conformarent proprio ritui.

Ad 3. Negatiuè: quia, vt dixi, id permittitur illorum Eccleſijs, vt recipiant Latinum ritum ex Pio V. *loc.cit.* non autem priuatis perſonis, quæ non poſſunt celebrare ritu Latino, dum ſunt in propria Eccleſia: quia tenentur ſe conformare ritui proprio, vt ſuperius præmiſi.

An Rectoribus Nauium magnarum nauigantium ad Indias, vel alias longinquas Regiones, concedenda ſit facultas celebrandi Sacrum in eiſdem Nauibus, ſaltem in feſtiuitatibus de præcepto? tomo 8. Conſult. 124.

NEgant Paludanus, Sotus, Turrecrem. in *cap. Sicut de conſecr.d.1.* Io. de Fribur, & alij multi: Quia licet in neceſſitate celebrari poſſit extra locum conſuetum, non licet tamen cum aliquo periculo; in mari autem ſemper adeſt periculum effuſionis ſanguinis; quia licet ſit tranquillum, poteſt de repentè ventis commoueri. Hanc ſententiam ſequuta eſt Sacra Congreg. Sancti Officii, quæ ſæpè cenſuit, quod Miſſa non permittatur celebrari ſuper Nauigijs in nauigationibus Indiarum, vt 31. Iulij 1607. & 2. Auguſti einſdem anni, & negata fuit licentia Principi Philiberto, vt celebrari poſſit ſuper triremibus 2. Septembris 1621.

Si tamen extent conceſſiones Clem. VIII. & Pauli V. eæ ſunt exhibendę, & iuxtà illarum tenorem, penſatis rerum circumſtantijs, petita facultas concedenda ſit.

De Sacerdote Latino facto Monachus ritus Græci, quoad celebrationis Miſſæ diſpenſationem. Vide de Ritibus tom.8. Conſult. 132.

Cui

Digitized by Google

Cui competant oblationes oblatæ Miſſæ? Et quid de oblationibus Sacerdoti primò celebranti oblatæ? Vide de Oblation. tom. 8. Conſult. 142.

1 *An Miſſæ perpetuæ in caſu Altaris impediti, vt in caſu poſito, poſſint celebrari in aliis Altaribus eiuſdem Eccleſiæ cum eiuſdem Sancti Imagine, & ex eo præcipuè, quod ipſa Ara, in qua eſt Altare nullo priuilegio donata ſit, præter Corporis ipſius Sancti?*

2 *Quid uè ſi donata eſſet priuilegio particulari?* tom. 9. Conſult. 80.

AD 1. Concedendam eſſe cenſeo hanc facultatem, ad quam impediendam obſtare non poteſt, quod videatur quædam diſpoſitionum commutatio. Primò, quia non dicitur propriè commutatio, quandò finis diſpoſitionis ſeruatur, cum in quacumque diſpoſitione cauſa finalis ſit præcipuè ſeruanda, illaque magis attendenda, quam ipſa diſpoſitio. Rota *deciſ. 193. num. 7. par. 1. dec. 39. num. 9. par. 4. deciſ. 429. num. 3. par. 3. deciſ. 480. num. 2. par. 2. recen.* & in *Romana depoſiti* 15. Decembris 1645. §. *hinc* coram Cardinal. Corrado. In hoc autem caſu ſeruantur diſpoſitionis cauſæ finales, etiam per deputationem alterius Altaris, Nam cauſæ, quæ mouerunt teſtatores ad legandum prò celebrandis Miſſis in celeberrima illa Ara, duæ tantum adduci poſſunt, ſuffragium ſcilicet eorum animarum, & affectus deuotionis ergà illum Sanctum, quæ cauſæ quia reſpiciunt pietatem, cenſentur expreſsè, ac omninò finales dici debent. Barthol *in l. 2 § fin. num 2. ff. de donat.* Bald. *in l. quamuis de fideicom.* Angel. 124. *n.* 4. Ruin. *conſ.* 137 *num.* 10. *lib.* 3. aliique. Hæ autem cauſæ ſuum omninò ſortiuntur effectum, tàm ſi Miſſæ dicantur in voo, quàm in alio Altari.

Nam quoad primam cauſam, nempè ſuffragium, certum eſt, quod omninò adimpletur, cum illud non magis ex Miſſa celebrata in vno Altari, quod non ſit priuilegiatum, vt in hoc caſu, quam in alio prouenit. Gratian. *diſcept. for. cap.* 133. *num.* 9. Sot. *in* 4 *diſt.* 3. *quæſt.* 2. *art.* 4. Crauet. *conſ* 243. *num.* 2. Rot. coram Scraph. *dec.* 1149. *num.* 11. Quod comprobatur ex eo, quia Miſſaruoi omnium valor, quoad opus operatum eſt æqualis, vt omnium Theologorum eſt ſententia, & tradit Nauar. *conſ.* 37. *de pænit, & remiſſ.*

Secundà etiam cauſa finalis, deuotus ſcilicet affectus, qui deuotionis, & cultus diuini augmentum reſpicit, tantum abeſt, quod per conceſſionem gratiæ non adimpleatur, quinimò niſi gratia concedatur, adimpleri nequeat, cum tale augmentum impediret.

Deindè, quia etiam ſi dici poſſet commutatio, tamen prò augendo cultu Diuino fieri poteſt, ac debet, vt habetur expreſsè ex Sac. Concil. Trident. *ſeſ.* 21. *cap.* 3. *&* 5. *de reform.*

Et quidem, quod ex cauſa, quæ poſt mortem teſtatorum emergunt, eorum diſpoſitiones commutari poſſint, & ab eorum voluntate recedi, egregiè, ac diffusè aſſerit Card. Mart. *de conteſt. vlt. volunt. tit.* 4. *lib.* 3. *num.* 39. *&* 40. *lib.* 15. *num.* 21. *& lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 46.

Ad 2. verò quod attinet hoc idem dicendum eſt, ſi non ſit poſſibile, quod commodè omnes Miſſæ celebrari poſſint in Altari priuilegiato: quia quandò accipiuntur ſub hac tacita conditione, ſi commodè celebrari poſſint, etiam ſi acceſſerit promiſſio celebrandi in Altari priuilegiato: Nam cum ij, ad quos ſpectat, teneantur habere rationem ſeruitij Eccleſiæ, & ſe nolle obligare vltrà id, quod poſſunt, cenſentur accipere ſub tali conditione.

Aliqua de de Miſſa. Vide de Euchariſtia præcipuè. tom. 9. Conſult. 93.

1 *De materia, & forma Calicis, deque apparatu Cænæo Menſæ Chriſti.*
2 *Qui Calices olim in vſu?*
3 *Quot Calices in Cęna Chriſtus habuit?*
4 *An vino puro, puta, impermixto vtendum?*
5 *Cur vino Chriſtus aqulam miſcuit?*
6 *Calidam an Græci rectè in Calicem infundant?* tom. 9. Conſult. 96.

QVem Calicem Euangeliſtæ, Coſmus Hiereſolymita *hym. 6.* Craterem vocat, eſtque metaphoricè intelligendus, vt notat Odo Cameracenſis ad Odonem Monachum Affligenicoſem, nempè id quod continet prò eo, quod continetur, ideſt vas prò liquore vini, & aquæ, quod Calix continebat. *Cui claritas attribuitur non præ fulgore, ſed prò dignitate Sacramenti*, ait Stephanus Educenſis *de Sacram. Altari cap.* 16. illique conuenit illud Pſalm 22. *Calix tuus inebrians quam præclarus eſt.*

Circà materiam, & formam opinationem ſuam de Calice Stephanus Eduenſis profert *lib. de Sacram. Alt.* nempè ſimile verò videri luteum, vel ligneum.

Gabriel Biel. *lect.* 52. *in Canonem Miſſæ* nihil certi ſtatuit, tantum vult, talem fuiſſe, qui deceret Chriſti paupertatem: *Sacerdos*, inquit, *Calicem factum de auro, & argento, vel vbi paupertas Eccleſiæ cogit de ſtanno. Chriſtus tamen, qui Apoſtolis ſuis poſſeſſionem auri interdixit, non creditur fuiſſe vſus Calice aureò, vel argenteo, ſed fortè, nec ſtanneo, qui paupertatem ſuam nobis declarans, ait: Vulpes foueam habent, &c.*

Sed contrà alij faciunt, qui Calicem, & apparatum reliquum eximium, ac pretioſum iudicarunt. Beda *de locis ſanctis cap.* 2. *In platea, quæ martyrium, & Golgotha continuat, exedra eſt, in qua Calix Domini ſcriniolo reconditus, per operculi foramen tangi ſolet, & oſculari, qui argenteus Calix hinc indè duas habens anſulas, ſextarii gallici menſuram capit, in qua illa eſt ſpongia Domini potus miniſtra.*

For-

Formam , materlam, menſuram expreſsè habens publicè multos annos propoſitam , vt diffiteri non debeas, Bernardius *tom 4.lib.2.cap.*11. Calicem credi, ait, Valentiæ eſſe , & ſeruari adhuc modo . Addit Andreas Victorellus in Aphoriſmos Emanuelis Sà *v.Calix* ex lapide agathę eſſe. Qualis, & vbi conſeruetur ait Baron. *an.* 34.*num.*63.

Singulatim diſcutienda ſupellex, de qua quidem constet. Lagenam, ſiuè amphoram aquæ teſtaceam dicit Chryſoſtomus *enarrat.* 26. *in Matth.*

Peluium ex ęre fuit. Ità ex M. Io. de Forconrt Hannone lib. quem de peregrinatione Hieroſolymitana vernacula lingua ſcripſit. Verba latinè ſic reddo: *Ad vigeſimum ſeptimum Septembris cum ſocijs Cirenas in Cypro delato varia reliquia monſtrata ſunt. Inter cæteras aurea quædam Crux, quæ rudi licet minerua ſit, miracula tamen edit quotidiè quamplurima. Conſtat etiam vulgò eam non ex alia materia, quam ex pelui fuiſſe, in qua Dominus Ieſus pedes diſcipulis lauit initium ducens à Petro.* Quo loco auctor oſtendit, Venerabilem hanc Crucem ſuo ſęculo, ideſt ad annum 1439. quo peregrinationem ſuam abſoluit, adſeruatam in Cypro fuiſſe ſumma cum religione. Sed indè Rhodum tranſlatam vult Bartholomeus à Saligniaco in itinerario Terrę Sanctæ: *In Ciuitate Rhodiorum in præcipuo Templo S. Io. Baptiſta Crux aurea viſitur, quam conflatam ferunt ex materia peluis, qua Dominus in Nocte cęnę lauit pedes Diſcipulorum ſuorum.* Quod ſub annum 1522. contigiſſe debuit, quo ipſe finem peregrinationis ſuæ impoſuit.

De Linteo aiunt aliqui id circà annum Domini 1376. in Templo S. Andreę Conſtantinopoli ſeruatum. Sed quia auctorem nullum laudant, credimus id fieri potuiſſe, non aſſerimus certò contigiſſe.

Leeo apud Leonem in Chronico Caſinenſi *lib.* 2. *cap.*34. *His diebus* (anno videlicet 1013.) *Monachi quidam ab Hieroſolymis venientes particulam lintei, cum quo pedes Dominus Diſcipulorum exterſit, ſecum detulerunt, & ob reuerentiam Sancti huius loci hic deuotiſſimè obtulerunt ſextò Idus Decemb. Verum cum plurimi fidem denegarent, illi fide præditi particulam ipſam ardentibus imponunt prunis, quæ mox in colorem ignis verſa eſt. Amotis tamen carbonibus ad priſtinam ſpeciem mirabiliter rediit. Cumque cogitarent quomodo, vel vbi pignora tanta locarent, Diſpoſitione Dei contigit, vt eodem die mitteretur huc loculus ille mirificus, vbi nunc condita eſt lintei ipſius particula, argento, & auro, gemmiſque opere Angelico ſubtiliter, ac pulcherrimè decoratus. Ibi ergò, amoto chriſtallo, cum omni veneratione locata eſt, moriſq; eſt annis ſingulis ipſo die Cęnæ Dominicę ad mandatum Fratrum à Manſionariis eam deferri, & in medium poni, duoque ante illam accendi candelabra, & iugiter, donec impleatur Mandatum ab Acolytho incenſari. Demum iuxtà finem Mandati à ſingulis per ordinem Fratribus flexis genibus deuotiſſimè adorari, & reuerenter oſculari.*

Catinum eundem cum paropſide fuiſſe, & quidem quatrangulum fictilem putat D. Tho. *in* 26. *Matth.* ex Robano Mauro. *Paropſis eſt vas eſcarum quatrangulatum à paribus aſſibus, ideſt ęquis lateribus dictum. Catinum verò vas fictile aptum ad immittendum liquorem, & potuit fieri, vt in mēſa vas fictile quatrangulum contineretur.* Sic ferè Zacharias Epiſcopus Chriſopolitanus *lib.* 4 *in vnum ex quatuor cap.* 1. Quod verò Matth. Paropſidem, Marcus Catinum dicit, vnus quadraturam vaſis, alter qua eſſet fictile deſignat. Sed primus Cabilonenſis ſmaragdinum facit, in reliquiarum locis: *Genuę ſeruatur Catinum ſmaragdinum in quo Dominus cum Apoſtolis cęnauit.* Idemque in topographia confirmat. Addit verò Eraſmus Stella hoc Catino gemmam nullam certare, & ex Herodis cimelijs fuiſſe, qui ex Galilea Hieroſolymam cogitaret viſere, vt Paſcha celebraret. Apud Banidium quidam cenſent, vel ſmaragdum fuiſſe, vel ſaltem in ſmaragdum commutatum.

Mappam ſeruat Societas Ieſu Vlyſſipone in Tēplo D. Rochi inter ſacra lipſana. Credunt piè Beatę Marię manu elaboratam: Nam libello Hiſpanico de reliquiarum ſolemnitatibus Sacræ illius ędis carmine ad mappam ità habetur:

Hac Deus in mappa poſuit fercula, & artis
Prò pretio, Marię ſat mihi noſſe manum.

Fuiſſe acu pictam inſertis lilijs.

Admirans aliquis textum admirabile, dixit.
Te Marię eximia textui arte manus,
Quam bellè depingit acu, quę lilia nectit.
In Chriſti veſtes ingenioſa manus?

Cultor ad D. Maximini eſt propè Trouiros.

Panis azymus, mundus, triticeus, integer, ſed & rotundus fuit, vt Epiphanius in *anchor.* opinatur.

Vinum rubrum fortaſse, ſi Euduxiæ Imperatrici *de Chriſto* §. *de fractione panis,* & Petro Pontano fides adhibenda *conſid.* 16.

Hæc ego ſic ſtatuo, vt nihil aſseram. Profero tamen quæ reperi. Addat, corrigat qui reperterit certiora.

Ad 2. Naſcente ſiquidem Eccleſia, lignei in vſu Calices erant, ſed quia bibali imbuebantur Sacro Sanguine, à Zepherino Papa *lib. de Pontificibus Rom. in Zepherino* in vitreos mutati. Exemplum habemus apud Hieronymum ad Ruſticum. *Nihil exuperio ditius, quo corpus Domini vimineo caniſtro, & ſanguinem portem in vitro.* Durarunt ex vitro ad Gregorij Turonenſis ętatem *de glor. martyr. cap. cap.* 16. factum hoc enarrat: Feſto ſcilicet quodam Mediolani in Baſilica Sancti Laurentij Diacono deferenti ad Altare Calix chriſtallinus excidit, quem coniunctum colligit, ac fruſtrà imponit aræ, cumq; poſt vigilias, lacrimaſque, ac preces reperit integrum; Sed tandem ex vitro excluſi, quod

fragiles Remenſi Concilio.

Ex metallo ſapor diſplicuit, eo tamen vſi Gallus. & Columbanus.

Marmorei Calicis meminit Georgius Presbyter in Theodoro Archimandrita Siceorum, cuius in cœnobio non dum ſupplex argentea vlla erat. Archidiaconum ergò B. Theodorus Conſtantinopolim ablegat Calicis argenti emendi cauſa. Redit, refertque vas ſingulare, qua materiam, qua formam ſpectes. Cum autem adhibendum eſſet Sacrificio, quaſi ſordidum, & inutile Sanctus illud reiecit. Laudat Archidiaconus ab arte, & pretio. Ità eſt inquit Sanctus pretioſus eſt, ſed vſus infecit. Demus nos in preces, & videbis vnà mecum ſordidum, quod modò non vides. Et eccum ſordidum videbatur, vt eſſe argenteum ſolet cum è camino educitur, recepitque illud Archidiaconus in manus, & reſtitutum eſt nitori. Reuertit Conſtantinopolim, reddit Opifici cum cauſa. Statim ille commeminit ex argentea Meretricis ſitula conflatum, & vas purius dedit.

Ex ſtanno, argento, auro adhuc obtinet. Et de aureis quidem, & argenteis nimis conſtat habitos in Eccleſia, & Sacrificio adhibitos: Nam apud Prudentium ijs Tyrannus inuidet.

Libent, vt auro Antiſtites
Argenteis ſcyphis ferunt,
Fumare Sacrum Sanguinem,
Auroque nocturnis ſacris
Adſtare fixos cereos.

Qui ante Diocletiani tempora apud Auguſtinum *lib.* 3. contrà Creſconium Grammaticum *cap.* 29. *Calices duo aurei, item Calices ſex argentei in* Cirtenſi Eccleſia reperti à Paulo Epiſcopo traditi ſunt.

Ad 3. Paſchaſius Corbeienſis *lib. de corp. & ſanguin. Dom.* ex Luca inducit duos *Vnum prius poſt agni comeſtionem antequam panem acciperet, alium verò poſtquàm benedixit ipſum panem, ac fregit, & dedit Diſcipulis*; Vt ex textu videtur liquidò conſtare *v.* 17. *& v.* 20.

Ad 4. Sanciuit Carthaginenſe III. *cap.* 14. nihil offerendum, niſi quod ipſe Dominus tradidit, idest panis, & vinum aqua mixtum, nec amplius offeratur, quam de vuis, & frumentis. Criſtum autem tribus his ſubſtantijs uſum ſecundùm Eccleſiæ vſum Liturgici docent. Nicolaus Methonenſis de Corpore, & Sanguine Chriſti: *Similiter, & Calicem ex vino, & aqua temperatum ſanctificauit, deditque nobis, dicens: Bibite ex eo omnes* D. Baſilius, Cçſareæ, Cappodociæ Epiſcopus in Anaphora: *Similiter autem, & Calicem vini nati è vite poſtquam cœnarunt accepit, miſcuitque aquis, gratias egit benedixit, ſanctificauit, ac guſtauit, & diuiſit Diſcipulis ſuis, &c.* Sanctus Marcus Euangeliſta in Liturgia: *Similiter, & Calicem poſtquam cœnauit accipiens, factaque vini, & aquę commiſtione, &c.* B. Iacobus Frater Domini in Miſſa Diuina: *Similiter poſtquam cœnauit, accipiens Calicem, & permiſcens ex vino, & aqua, & aſpiciens in Cęlum, ac oſtendens tibi Deo, & Patri, gratias agens, &c.*

Ad 5. A mixto vtroque liquore rectè *Ireneus* Calicem temperamentum nuncupauit. Sed quid neceſsè, inquiens, vt temperet? Quia, ait Hieronymus *de quęſtion. hębr. Vinum, quod Deo in Sacrificium offerebatur, aqua mixtum erat; Debuit igitur figura eum referre, cuius erat* Accommodat verò idem Doctor *in Prouerb. cap.* 9. cum ſcriberet vnà cum Gloſſa, & Lyrano *in Iſaię* 55. & D. Cypriano *epiſt. ad Antonianum: Bibite vinum, quod miſcui vobis*, quaſi à Chriſto hæc prædicantur, qui in vna perſona Deitatem cum humanitate copulauit.

Rabbi Samuel, & Rabbi Iſaac apud Antoninum 2. *par. in fin.* huic Sacrificio accommodat illud *Prouerb.* 9. *Sapientia ędificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, &c.*

Altera ratio eſt: quia de Chriſti demortui, per foſſo latere, ſanguis, & aqua profluxerunt. Ità Cyprian. Germ. Conſtantinopol. *in Theoric.* Florus Magiſter *in exegeſi*: Stephanus Eduenſis *de Sacram. Altar. cap.* 12. ac alij multi.

Ad 6. Innocent. Papa IV. in diplomate ad Legatum Regni Cypri Pontificatus ſui anno ſecundo ſuper ritibus Græcorum, qui tolerari poſſint *num.* 7. inquit: *Porrò in appoſitione aquæ ſiuè frigidæ, ſiuè calidæ, ſiuè tepidæ in Altaris Sacrificio ſuam, ſi velint, conſuetudinem Græci ſequantur, dummodò credant, & aſſerant, quod ſeruata Canonis forma, conficiatur pariter de vtraque.*

1 *De Miſſa vndè ſic dicta? Quibus nominibus vocata? Cathecumenorum. Fidelium.*
2 *Quandò licitum celebrare?*
3 *Quoties?*
4 *Vbi?*
5 *Eius abuſus.* Eruditè *omnia ex Patribus, & Concilijs.* tom. 9. Conſul. 97.

AD 1. Theophilatus *in Matth.* 26. *Sicut vetus Teſtamentum immolationem habebat, ità, & nouum Teſtamentum ſanguinem habet, ac immolationem.* Sed præſtantiori modo Leo *Serm.* 7. *de paſſione. Vt enim vmbræ cederent corpori, & imagines ſub præſentia veritatis, antiqua obſeruantia nouo tollitur Sacramento, hoſtia in hoſtiam tranſit, ſanguis in ſanguinem excludit, & legalis feſtiuitas, dum mutatur, impletur.*

Primò Miſſa dicitur ex inſcriptione, Iacobi Fratris Domini, cum addito *Diuina*; Vndè ijs accedo, qui hæbream vocem faciunt. Vide Conc. Colonienſe, Senonenſe, Democratem *lib.* 2. *cap.* 1. *lib.* 4. *cap.* 32. Et ſi in latinum Eccleſia rectè tranſtulerit. Confert enim vnà ſecum vim, roburque ſignificationis. Ambroſ. *lib.* 4. *orat.* 1. *præparate ad Miſſam* Conc. Carthag. 2. *c.* 3. Auguſtin. *ſerm.* 251.

Adeò maieſtatis plena, vt Ethnicis, imò Cathecumenis intereſſe non licuerit. Miſſa Ethiopum: Sa-

Sacerdos alta voce legat Euangelium: Diaconus, finito Euangelio, dicit : Exite *foras, qui non vultis accipere Sacramentum, ſiuè Eucharistiam. Itâ Catechumeni.*

Aliud Etymon ſuggerit B.Remigius initio expoſitionis : *Miſſa dicitur quaſi tranſmiſſa, vel quaſi tranſmiſſio, eò quod fidelis populus de ſuis meritis non præſumens, preces, & oblationes quaſdam Deo omnipotenti offerre deſiderat, & orationem Sacerdotis ad Deum tranſmittat, quem mediatorem inter ſe, & illum cognoſcit, confideas per eius orationem, & intercessionem à malis omnibus liberari, atque Creatori ſuo reconciliari, & in omnibus corroborari.* Ambroſ.*lib.5.epiſt.33. Manſi in munere, Miſſam facere cœpi.* Auguſtin.*ſer.91.de tempore : In lectione, quæ nobis ad Miſſas legenda eſt, &c.*

Secundò Collecta, Collectio, Dominicum, Sacrificium Miſſæ, Acta proconſularia Sanctorum Martyrum ſub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus.

Tertiò. Sacrificium incruentum. Iacobus in Dinina Miſſa.

Quartò. Latriam. B.Marcus in Liturgia : *Offerimus rationabilem, & incruentum*

Quintò. Propitiatorium faciunt, & peccatis noſtris expiandis accommodum. Iacob in Liturgia.

Sextò. Euchariſtiam nuncupant Chryſoſtomus *in Matth.homil.26.*Bernard.*ſerm.in Cœna Domini.* Origenes *contrà Celſum lib.*8.idque ex vero.

Septimo. Oblatio. Ambroſ.*lib.5.epiſt.35.*

Ad 2. Vualſridus Strabo *lib.de reb.Eccleſ. cap.23. Tempus Miſſæ faciendæ ſecundum rationem ſolemnitatum, diuerſum eſt. Interdum enim ante meridiem, interdum circà Nonam interdum ad veſperam, interdum noctu celebrabatur.* Libertas ea aliquandò maior fuit præter quamquod modò eſt. Mane ſiquidem celebrant noſtri Sacerdotes, ſub meridie finiunt. Veſpere licuit, quia apud Chaſſaneum *cathalogi gloriæ mundi par. 4. conſid.60.* in Ordine Humiliatorum Sabbatho Sancto Paſchæ Officium diei celebrant poſt meridiem in introitu noctis, itá vt Miſſa diei de nocte in Vigilia Paſchæ cantetur. Et ad B. Pij V.tempora licentia illa tenuit: Nam ad annum 1566.Sanctionem dedit, qua Metropolitanorum, Cathedralium, Collegiatarum Eccleſiarum, Conuentuum omnium Ordinum, Prælatis, etiam Imperatori, Regibus, Regnis, Ducibus, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſam facultatem Veſperis Miſſas celebrandi reuocat, vultque Eccleſiæ inſtitutio, & Patrum decretis omnes obſequi, cenſuris in eos latis, qui contrà aliquid auderent.

Ad 3. Quotidianum in Eccleſia Sacrificium ſemper fuiſſe vel Apoſtolorum Acta teſtatur : *Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractione panis.* Andreas etiam Apoſtolus ad Ægeam Tyrannum: *Quotidie immolo Deo Agnum immaculatum.* Hippolitus Martyr.*Orat. de conſummatione Mundi* Chriſtum inducit in nouiſſimo iudicij die Sacerdotes in hæc verba compellantem ; *Venite, Sacerdotes, qui pretioſum Corpus meum, & Sanguinem quotidiè immolaſtis.*

Rationem dant Patres. Stephanus Eduenſis *cap. 13.de Sacram.Altar. Facta eſt noſtra redemptio, Chriſto ſemel in Cruce paſſo ; nam paſſione Chriſti redempti ſumus, & liberati de manu inferi, culpis noſtris exigentibus, quotidiè labimur, ab hoc lapſu iterata immolatione, quę fit in Altari, reſurgimus, & renouamur. Immolatio reiteratur, non Chriſtus occiditur, ſed ipſo preſente, paſſio eius repreſentatur.* Eadem propè Ambroſ.ante dederat, alijque.

Sed feruor non ſe tenuit, erupit, tres Miſſas certis diebus faciebant Amalaſius *lib.3.offic.cap.41.In Natiuitate Domini tres Miſſæ dicuntur.* Et modò id fit ob triplicem Chriſti Natiuitatem, vt Soto præclarè docet. Exoleuit verò quod *cap. 38.*refert. *Tres Miſſę celebrantur in Natiuitate B.Ioannis, quia tribus inſignibus triumphis excellenter reſulſit.*

Robertus Archidiaconus Auſtromanniæ de S. Alberto Monacho : *Factus Presbyter, duas in dies celebrauit Miſſas. Prò viuis alteram. Alteram prò defunctis.* Rarius tamen præ Leone III. qui vel nouies celebrabat in die. Vualfridius Strabo *rer.Eccleſ.cap:21.*

Modum poſuit Conc. Saleguſtadienſe *cap.5.* vetuitque, ne quis trium Miſſarum numerum excederet. Acceſſit Alexan.Papa, qui ad id tempus ad vnam reuocauit Can. *Sufficit de conſecr. diſt.1.*de quo vide *to.4. Conſul.1.& tom.7.Conſult.43.*

Vetitum etiam quibuſdam diebus celebrare. Concilio Toletano 16. *Can.*8. prò Egicane toto anno in vniuerſo Regno præſcribuntur Miſſæ, *excepto paſſionis Dominica die, quandò altaria denudata perſiſtunt, nec cuiquam eadem die Miſſarum licet ſolemnia celebrare.* Additum Paraſceue olim Sabbathum Sanctum fuit. Innoc.I. ad Decentium. *Traditio Eccleſia habet, iſto biduo, ideſt Paraſcene, & Sabbatho Sancto, quo Apoſtoli in mœrore conſtituti ieiunarunt, Sacramenta penitus non celebrari.* Imò ſexta Synodus *Can.*52. voluit Sacerdotes in Quadrageſima tantum conficere in die Sabbathi, Dominicæ, Annunciatione B.M.Dei parentis. Alijs autem diebus vti præ conſecratis hoſtijs, vt in Latina Eccleſia ante annos ſeptingentos ſuo tempore fieri ſolitum. Rabanus Maurus *lib.de inſtit. Clericor.cap.67.*docet, laudatque Balſamon.

Carthuſienſes primò non quotidie celebrabant vt in tertia compilatione antiquorum ſtatutorum *cap.1.* innuitur. Et Petrus Bleſenſis, qui ante annos quadrigentos ſcripſit *epiſt.* 8. M. Alexandrum Monachum, qui Ordinis mutationem meditabatur, quod quotidiè rem diuinam facere per leges Ordinis non poſſet, reprehendit acriter.

Ad 4.Locum inquirimus, in quo Deo ſalutaris Hoſtia litabatur.

In Dominico. Itá Acta Sanctorum Martyrum ſub Diocletiano, & Maximiano Imper. & Cy-

prian. *Epiſt.63.Cæcilio.*

In Cryptis. Cornelius Papa ad Lupicinum Viennenſem Epiſcopum.

Super Corporibus Sanctorum Vualfridus *rer. Ecclesiaſt.cap.*20. Et Io:Diaconus *in vita Gregorij lib.*2. ſic de eodem loquitur.

Super monumentis in campo non licet, *Can. non oportet de conſecr. d.*1. Imò ex Concilio Agripinenſi: Eccleſiam, in qua Paganus ſepultus eſt non licet conſecrare, neque Miſsas in ea celebrare.

In Carcere. Cyprian. *Epiſt.*15.*ad Clerum* monet, ne glomeratim ad carceres conuolent. In vita Sanctorum Proceſſi, & Martiniani Martyrum B.Petrus Apoſtolus, ſigno Crucis impreſso aquam ex Monte Tarpeio expreſserat, vbi cum D.Paulo in Mamertini cuſtodia detinebatur, & obtulit Sacrificium, ac participes fecit Corporis, & Sanguinis Domini.

Idque ſupra pectus. Metaphraſtes de S.Iuliano Martyre fumo propemodum enecto, à quo diſcipuli donari auebant corpore Domini die feſto Theophaniæ, ſed non videbatur fieri poſſe, vt menſa inferretur ob frequentiam carceres obſidentium.

In manibus Diaconorum. Theodorettus Cyri Epiſcopus de vitis Patrum *cap.*20. in Marre ad Netim Homeri vicum Anachoreta.

In Titulis. S.Pius Papa Iuſto Epiſcopo.

In Campis. Bertholdus de Synodo Placentina.

In Tentoriis. Anonymus auctoritate S.Bonifacii Martyris, & Epiſcopi *lib.*1.*cap.*23.

In Tugurio. De Apollinare Epiſcopo Martyre id conſtat ex Martyrologio. Capellas enim, non Eccleſias, ſed antiquitus tuguria pellibus caprarum tecta, conijcit fuiſse, de quo alibi.

In Domo. Paulinus in vita Ambroſii.

In Cella. Simeon Metaphraſtes in Paphuntio.

Ante Lectum. Vranius Presbyter de S.Paulino Nolano *cap.*2.

De Templo nihil eſt, quod miremur, quia proprio ibi loco fiat, nec decenter alibi, niſi ex cauſa. Thodulphus Aurelianenſis Epiſt. ad Compresbyteros: *Miſſarum ſolemnia nequaquam alibi, niſi in Eccleſia celebranda ſunt, non in quibuslibet domibus, & in vilibus locis, ſed in loco, quem elegerit Dominus, iuxta illud, quod ſcriptum eſt Leuit.*12. *Vide ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris. Sed in loco, quem elegerit Dominus, vt ponat nomen ſuum ibi.*

Sed in Mari quis audiuit factum? B.Vulfrannus Archiepiſcopus Senonenſis apud Vuandonem Abbatem Fontanellenſem ad Ionam Monachum, & D.Antoninum 2.*par.cap.*2.*tit.*14. §.2. fecit.

Et quidem ſupra Piſcem. Diuo Machuræ contingit, quod vix credas. Auctorem laudabo Antonium Florentinum 2. *par. tit.*12. *cap.*8. §.5. Simile prorſus Sigebertus ad Tietmar Abbatem de B.Maclonio præſcribit.

Ad 5. Vſus nullius rei eſſe poteſt, cuius nullus abuſus ſit. Nitimur enim ſemper in contrarium, & quo magis dedecent quædam, magis etiam placent.

Nimia feſtinatio, quam Auguſt. *ſer.*251.*de tempore* carpit. Et certè videtur mos aliquis geri potuiſse. Longiores enim tunc Miſsæ erant. Pſalmus ſiquidem, cuius verſiculum vnum in introitu habemus, tunc integer dicebatur, alia erant, quæ modò omittuntur.

Cooperto capite Altari aſſiſtere. Quod in Armenia culpat B.Nilon.

Malus finis, vt Presbyterorum, quos Conc. Tolet.17.*Can.*5. proſcribit. Rem Sanctiſſimam, & hominum ſaluti cœlitus datam, ipſi in interitum retorquebant.

Fœminas adſiſtere, vel altum non adeſse, niſi neceſſitas excuſet, in graui vitio eſt. Nam Theodulphus Epiſcopus Aurelianenſis *epiſt.ad Compresbyteros. Fœminæ Sacerdote Miſſam celebrante, nequaquam ad Altare accedant, ſed locis ſuis ſtent &c.* ſine miniſtro tamen *Sacerdos Miſſam nequaquam celebret. Eſſe debent, qui illum circumſtent, quos ille ſalutet &c.*

Publici etiam habenda ratio, ibique decentius, ne quid ſcandali oriatur, faciendum. Amonendi ægri, qui decentiam per valetudinem inter ſacrificandum ſeruare non poſsunt Greg. *lib.*1. *epiſt.*59.*indict.*6. ad Vitalem defenſorem in Sardinia agentem de Ianuario Epiſcopo Calaritano.

Imperfecto Sacrificio recedere. Conc. Romanum ſub Zacharia *cap.*14. & Macarius Hieroſolymitanus, vt refertur in decretis *de conſecrat. diſt.*1.

Romano ritu facere potius eſt, quam alius Eccleſiæ priuato. Id Io:Papa Eoaldo Archiepiſcopo Viennenſi ſuaſit. Alia lege apud Cardinalem Bonum, qui piè, ac eruditè de rebus Liturgicis duos libros conſcripſit.

DE MISSIONARIIS.

De facultatibus, quæ Nuncijs, Epiſcopis, ac Miſſionarijs in Regnis à Summ. Pont. concedi ſolent. Vide de Nuncijs tom.4. Conſult.134. præcipuè à num.21. & ſeqq.

1 *An Miſſionarij, aliique Confeſſores poſſint audire confeſſionem, & abſoluere Chriſtianos illos, qui habent prò Vxoribus Mulieres Turcas, quibus nulla ſpes effulget, quod amplexuræ ſint Fidem Chriſtianam, & verſa vice, an poſſint abſoluere Mulieres Chriſtianas in Matrimonium coniunctas cum Turcis?*

2 *An debeant ſeparari mulieres Chriſtianæ Turcis iam nuptæ?*

3 *An idem fieri debeat de illis Mulieribus, quæ cum Chriſtianis Matrimonium inierunt, qui*

po-

poſteà fidem abnegarant , neque vlla eſt ſpes, quod donec in illis partibus morentur , redeant ad Chriſtianam Fidem?

4 *An poſſint baptizari filij Turcarum quandò eorum Pater eſt fidei abnegator , & Mater eſt Chriſtiana , ſed dubitatur , quod licet parentes petant , filium baptizari , Pater tamen educare illum velit in ſecta Turcica?*

5 *An poſſint baptizari filij Patris Turci, & Matris Chriſtianæ,quę licet Pater non aſſentitur,vult tamen filium baptizari?*

6 *Cum Turcæ baptizare faciant ſuos filios ob alium finem , quam vt fiant Chriſtiani , an cum ij ſunt maiores , & petant baptiſmum , denuò ſit illis adminiſtrandus , an verò ſufficiat primus baptiſmus , quem ſuſceperunt?*

7 *An ſit verus baptiſmus ille , qui ſuſcipitur cum ritu ſuperſtitioſo ; ità vt non ſit iterum conferendus ſub conditione?*

Vbi etiam alia ad hanc rem veluti parerga, to.4. Conſult.144.

AD 1. Negatiuè : Nam viuunt in continuo concubinatu , cum inter fidelem , & infidelem ob diſparitatem cultus nullum poſſit eſſe Matrimonium , ſiuè ſit prohibitum ex vniuerſali Eccleſiæ conſuetudine , vt per Bellarm. *lib 1.de Matrim.cap.23. prop.3.* ſiuè ex lege Eccleſiaſtica per manus deriuata, vt per Poncium *etiam de Matrim.lib.7.cap.47. num.5. & can.67. Conc.Nicen.1.* Quare mulieres Chriſtianę vxores Turcarum quandòque etiam inuitę à Curatis illatum partium à perceptione Sacramentorum, non autem ab ingreſſu Eccleſię excludi debent. Poſſunt tamen tolerari , vt ingrediantur Eccleſias , vt hoc modo in fide retineantur ; ad Sacramenta tamen non poſſunt admitti , cum ſint in continuo concubinatu . Poſſunt quoque ſe præſentare Confeſſario ad effectum obtinendi beneficium benedictionis.

Hinc mulieres Chriſtianæ in partibus Turcarum aufugientes à Maritis Chriſtianis , & nubentes Turcis , ſicut etiam earum Mariti , qui poſt fugam cum alijs Mulieribus Chriſtianis contraxerunt , non poſſunt admitti ad Sacramenta. Idque etiam ſi Matrimonium per vim contractum : quia ob diſparitatem cultus non eſt Matrimonium , ſed concubinatus ; Non tamen prohibentur accedere ad audiendam Miſsam, & ſi in tali ſtatu decedant , carere debent Eccleſiaſtica ſepultura .

Ad 2. Affirmatiuè: quia de Iure Canonico eſt improbata quęlibet carnalis coniunctio , prę-ter vxoriam per *tex.in can.Nemo, & can. Meretrices 39.quaſt.4.can.Nubendi ad fin. 27. quaſt.1.* ac docet D.Tho:2.2.*quaſt.15.art.4. & in 4.ſent. d.13.quaſt.1.art.3.*Gloſ.in Clem.fin. *v.non eſt de hæret.*Abb.in *cap,tanta qui fil.ſin.leg.* Prępoſ.*n.6.* ità vt non poſſit abſque hæreſi de hoc dubitari ex diſpoſitione Sac. Conc. Trid.*ſeſſ.24. de reſ. cap.8.*

Ad 3. Negatiuè ; quia inter eos eſt verum Matrimonium , ac proindè non debent excludi à Sacramentis , ſed permitti debet , vt viuant ſine contumelia Creatoris .

Ad 4. Diſtinguas . Si dubium huiuſmodi ſit merè dubium , & neceſſitas non vrgeat, expectari poteſt, ac debet commodior occaſio, maior cognitio . Si autem neceſſitas vrgeat , ità vt penſatis omnibus circumſtantijs , ea occaſio videatur neceſsaria ad ſalutem paruuli , tunc in caſu dubio inclinandum eſt in fauorem Religionis, & fidei Chriſtianę, ac ſpiritualis ſalutis ipſius paruuli, qui magis poſſidere cenſetur ius ſe , atque animam ſuam tuendi , quam parentes poſſideant ius in ipſum . In caſu autem dubio melius eſt ius poſſidentis.

Ad 5. Poſſunt , atque debent . Conſtat apertè ex *cap.bis de conuerſ.infid.*ex Conc.Tolet.4. *cap.62.*& habetur *in can.Iudæi 28.quaſt.1.* vbi dicitur , filios natos, tam ex patre infideli , & matre fideli, quam è contra imitari debere in Religione parentem fidelem , atque ità poſſe baptizari ; dummodò tamen parens fidelis diligentem curam ſuſcipiat filij inſtituendi, caueatque, nè ab alio infideli ſeducatur, vt per Azor. *tom.1.lib.8.cap.25.*Quia partus, vt aiunt, ſequitur ventrem ; Vnde hoc ipſo , quod filius ex Matre fideli , & Chriſtiana concipitur , acquirit ius Eccleſia ad illum baptizandum : quia ex vi originis naſcitur ſubditus Eccleſię .

Ad 6. Sufficit primus Baptiſmus, ſi fuerit ritè,ac rectè collatus . Etenim , vt infantes ſint capaces baptiſmi non eſt eis neceſſaria intentio ſuſcipiendi baptiſmum , nec propria , nec parentum, vel alterius , ſed ſufficit illis voluntas Chriſti . Eſt communis ſententia Theologorum apud Suarez *in 3.par.* D.Tho:*diſp.25.ſect.1.*& nominatim D.Auguſtini *epiſt. 23.* vbi ait, eſſe validum baptiſmum illorum infantium, quos parentes infidelium offerunt baptizandos , etiam ſi ipſi non intendant , vt ad vitam regenerentur æternam , ſed vt ſanitatem , aut aliquod temporale commodum accipiant : Nam ſicut paruulus contrahit originale peccatum abſque conſenſu proximi parentis per ſolum Adæ conſenſum , ità poteſt iuſtitiam Chriſti participare per voluntatem Chriſti , & media ab eo inſtituta ſine voluntate proprij parentis . Et hanc ob cauſam , etiam ſi parens offerat filium falſo Deo , nihil illi nocet . Suarez *loc.cit.* adducens vſum Eccleſiæ, quæ nunquam permiſit baptiſmum iterari propter hunc ſolum defectum. Et propterea Sac.Conc. Trid.*ſeſſ.7.de Baptiſ. cap.13.*definit, hos infantes eſse propriè Chriſtianos , ac fideles ; quia vt inquit Auguſt.*lib.1. de peccat. merit. cap. 23.* hoc eis acquiritur per Baptiſmi Sacramentum.

Reliqua de hac re vide *tom.4.Conſult.90.*

Ad 7. Eſſe verum , ac proindè non eſse reiterandum ſub conditione . Certum namque eſt ad valorem Sacramenti baptiſmi nec fidem , nec aliquam bonam diſpoſitionem in ſuſcipiente requiri . Colligitur ex *cap.Maiores de baptiſ.* &

Can.

Can. *de Iudæis* 45. *d.* Nam ille, qui per vim, & coactus baptizatur, ſi baptiſmo conſentit, cogendus dicitur ad ſeruandam fidem abſolutè, & ſine vlla limitatione. Ergò etiam ſi cum incredulitate, infidelitate, ac ſuperſtitione ad baptiſmum quis accedat, ſi tamen baptizati vult, characterem recipit, ac verum Sacramentum. Quod etiam confirmat praxis Eccleſiæ: Nam quemlibet adultum voluntariè baptizatum cogit ad ſeruandam fidem, etiam ſi conſtet fuiſſe infidelem, vel hæreticum, cum baptizatus eſt, nec permittit iterum baptizari.

Parerga.

Baptiſmus malè collatus reiteratur. Sed ſi tantum dubitatur, an ſit malè collatus, reiteratur ſub conditione.

Collatus ab hæreticis in forma Eccleſiæ non eſt iterum conferendus, ſed ſupplentur defectus, vt orationes, exorciſmi, & vnctiones, & ſic baptizati muniuntur Sacramento confirmationis, quatenus non fuerint confirmati.

Collatus captiuis, non eximit illos à ſeruitute, ſed reſtituuntur eorum domino, qui monendus eſt, vt cum illis benignè ſe habeat. Nati verò ab ijs ſunt liberi, nec tenentur dominis ſeruite.

Non eſt miniſtrandus cum Patrinis hęreticis, ſed potius ſine Patrinis, quare in hoc caſu Miſſionarij adhibere poſſunt ſuos ſocios.

Collatus à Miniſtris Paulinianiſtis contrà formam S.R.E. iterum eſt conferendus.

Conferens illum ſine aqua ſuſpendendus in perpetuum ab adminiſtratione Sacramentorum.

Dicens, infantem non baptizatum ſaluari in fide parentum, debet ſe retractare.

Ij, quibus collatus eſt in infantia, & qui enutriti ſunt in partibus infidelium, vel hæreticorum, non poſſunt dici hæretici.

Reiterantem baptiſmum, cenſeo torquendum eſſe ſuper intentione, & abiurare vel de vehementi, vel de leui iuxtà gradum ſuſpicionis; Vndè qui ad confingendum partum ſuppoſitum curat baptizari infantem, alias baptizatum, torqueri debet ſuper intentione, & abiurare de leui, & manere præ foribus Eccleſiæ cum candela accenſa, & inſcriptione.

Et Chriſtianus ſe fingens infidelem, & petens iterum baptizari ob commodum temporale, ſi non conſtiterit petijſſe iterationem baptiſmi ex fine commodi temporalis, abiurare debet de vehementi ob reiterationem baptiſmi, nam videtur, & præſumitur de hoc malè ſentire. Si verò conſtiterit iteraſſe baptiſmum ob commodum temporale; Ego cenſeo, quod licet per torturam intentio purgetur, adhuc tamen remanet abuſus Sacramenti; & Sacrorum rituum Eccleſiæ, & ideò præmiſſa abiuratione, ſaltem de leui, puniendum eſſe à Sancto Officio Inquiſit.

Baptiſmus collatus ab hæreticis Caluiniſtis eſt validus, vndè non eſt iterum conferendus, ne ſub conditione quidem.

Filij infantes mulieris, quæ fuit apoſtata à fide, & illos genuit cum patre Turca, poſt abſolutionem matris, ſi ipſa inſtet, poſſunt baptizari etiam inuito patre.

Baptiſmus Ruſſianorum ſchiſmaticorum degentium Raguſiæ, cuius forma eſt iſta: *Sia battezzato il ſeruo di Chriſto in nomine Patris amen, in nomine Filij amen, in nomine Spiritus Sancti amen*, eſt verus, & legitimus.

Bis puerum baptizari faciens, ſi ſpontè compareat, poteſt abiurare de leui cum pœnitentijs ſalutaribus.

Parentes Catholici facientes iterum baptizari metu pœnarum à Miniſtro hæretico ſuos filios, iam anteà baptizatos à Parocho Catholico, peccant peccato ſacrilegij.

Parochus Catholicus, qui certò ſcit puerum à ſe baptizatum iterum baptizatum à Miniſtro hæretico ritu Catholico, non peccat ſi baptizat: quia facit rem licitam; Tenetur tamen monere parentes pueri, nè illum iterum ad baptizandum Miniſtro hæretico offerant.

Matrimonium inter hæreticos, vel inter hæreticos, & Catholicos à Parochis, & Sacerdotibus Catholicis celebrari non poteſt; niſi adſit iuſta cauſa à Sede Apoſtolica approbata.

Non permittitur inter hæreticos, & Catholicos, niſi hæreticus velit fidem Catholicam complecti. Tunc enim Parochus poterit intereſſe. In locis autem, in quibus Conc. Trid. eſt publicatum, eiuſmodi Matrimonia ſunt nulla, vbi verò non eſt publicatum, valent, & ſolum Catholicus peccat contrahendo cum hæretica, ſicut etiam Parochus.

Contractum inter Gręcos, & Latinos coram Parocho Græco, eſt validum.

Sine præſentia Parochi contractum non valet in locis, in quibus decretum Sac. Conc. Trid. eſt publicatum. Si verò non fuerit publicatum, concedi poteſt diſpenſatio.

Non debet concedi facultas committendi examen teſtium examinandorum ſuper ſtatu libero in cauſis Matrimonialibus.

Si quis ſæcularis indutus ſuperpelliceo interierit celebrationi Matrimonij, vti Parochus, puniri debet à Sancto Officio.

Præuia abiuratione hæreſis, poteſt diſpenſari ſuper Matrimonio rato in fauorem ſecundi conſumati.

Matrimonium contrahens cum Commatre puniri debet in Sancto Officio.

Contrahens Matrimonium ioco cum Moniali debet abiurare de leui cum ipſa Moniali, & poteſt puniri pœna triremium.

Ratum non conſumatum cum hæretico, & Catholica eſt validum, & idcircò non eſt concedenda mulieri diſpenſatio, vt alteri nubat.

Coniuges Catholici, qui coram Parocho, ac teſtibus Catholicis celebrarunt priuatim Matrimonium, peccant, ſi iterum metu pęnarum illud contrahant coram Miniſtro hæretico, ſe-

cus,

Digitized by Google

eus, ſi Miniſter aſſiſtit, tanquam Magiſtratus publicus.

Dubia 17. prò Miſſionarijs Regni Chinenſis tom. 5. Conſult. 45.

1 *Quæritur: Vtrum Miſſionarij nouis Chriſtianis, quamprimum baptizantur, debeant intimare ius poſitiuum tanquam obligatiuum ſub peccato mortali quantum ad ieiunia, feſta ſeruare, & confiteri ſemel in anno, ac communicare eo modo, quo obligantur Indi in noua Hiſpania, & Inſulis Philippinarum, iuxtà diſpoſitionem Pauli III. prò Indis Occidentalibus?*

2 *Vtrum in prædicto Regno Miniſtri Euangelici prò nunc ſaltem in Sacramenta baptiſmi poſſint abſtinere ab imponendo mulieribus Oleum Sanctum Cathecumenorum, ſputum in auribus, & ſal in ore, inſuper & non adminiſtrare eiſdem mulieribus Sacramentum Extremæ vnctionis?*

3 *Vtrum Chinenſibus ſit licitum prò pecuniarum ſuarum mutuo, licet non interueniat lucrum ceſſans, aut damnum emergens, quantitatem 30. prò centum Regni lege taxatam, accipere?*

4 *Vtrum ſi huiuſmodi Vſurarij conuerti velint ad fidem, poſſint baptizari, manendo in ſuo ſtatu vſurario propter cauſam ſupradictam, vel quid nam in tali caſu agendum ſit?*

5 *Vtrum prædictorum vſurariorum filij, ſi quandò in hæreditatibus eorum ſuccedunt, iam Chriſtiani exiſtunt, teneantur ad reſtitutionem earum, quæ Pater ex vſuris accepit in totum, vel in partem, iuxtà malè acceptorum exceſſum. Et ſi huiuſmodi vſurariorum filij hæredes iam Chriſtiani à Republica, vel à Iudice compellantur ad publicas vſurarum domos Patrum aperiendas, & ſuſtentandas, quid in hoc caſu Miniſtri Euangelij prò ſanandis iſtorum conſcientijs facere debeant?*

6 *Vtrum Chriſtianis, ac Miniſtris eorum, à quibus etiam, tanquam à populis vicinis poſtulant, licitum ſit prò nunc ſaltem prò huiuſmodi rebus contribuere?*

7 *Vtrum, attenta iſtius gentis fragilitate, tolerari poſſit prò nunc, quod tales Gubernatores Chriſtiani deferant quandam Crucem, quam occultè inter Altaris Idoli flores, vel in manibus proprijs reponant, ea facere, intentione, non ad Idolum, ſed ad Crucem directa omnes illas genuflexiones, reuerentias, & adorationes ante Altare illud, exterius tantum, & fictè, omnem cultum interius, & in corde ad Crucem dirigendo?*

8 *Vtrum Gubernatores, qui Chriſtiani ſunt, vel fuerint, & litterati, vocati, & coacti, poſſint ingredi præfatum Templum, facere Sacrificium, vel ei aſſiſtere, vel facere genuflexiones ante Altare illud, vel accipere aliquid de Idolaticis, & oblationibus illis, maximè, quia putant illi infideles, quod quicumque manducauerit ex talibus Idolaticis, habebit progreſſum magnum in ſuis litteris, & gradibus, & ſi portantes Crucem in manibus, poſſint licitè hoc facere, eo modo, quo dubitatione ſuperiori dictum eſt?*

9 *Vtrum Chriſtiani fictè, & exterius tantum, vt ſuprà dictum, poſſint aſſiſtere huiuſmodi Sacrificio, vel exercere aliquod Miniſterium in illo cum infidelibus commixti, ſiuè in Templo, ſiuè in domo, vel ſepulchro, publicè, vel priuatim, vel quo nam modo poterit permitti Chriſtianis illis, ne ſi omninò prohibeantur hoc facere, fidem perdant, vel (vt melius dicam) auertant ſe ab actionibus anterioribus Chriſtianorum?*

10 *Vtrum, ſi hæc inter Chriſtianos tantummodò fierent abſque alio Gentilium conſortio in Templis, domibus, vel ſepulchris ponendo, & collocando aliquam Crucem in Altari præfatorum defunctorum, dirigendo ad illam ſuam intentionem, ità tamen, quod progenitorum imagini nihil tribuant, niſi honorem, & reuerentiam filialem, quam ſi viui extitiſſent illis comeſtibilibus, & odoriferis rebus exhiberent, vt ſic populo ſatisfaciant; Vndè vtrum hoc prò nunc, vt inconuenientia euitetur, tolerari poſſit?*

11 *An Chriſtianis licitum ſit omnibus gentilitijs ſuperſtitionibus, & erroribus poſtpoſitis, vti prò nunc tabellis cum progenitorum nominibus illaſque inter Domini, Sanctorumque Imagines, & in eodem Altari collocatas habere, vel in alio ſeparato cum ornatu, ad hoc, vt gentilibus ſatisfaciant, vel poſſint facere ſupradictas deprecationes, & Sacrificia cum intentione ſupradicta.*

12 *Vtrum licitum ſit Chriſtianis, & præcipuè Miniſtris S. Euangelij, attenta mutuo beneuolentiæ ſigno, & amoris, ſupradicta facere, maximè quandò defuncti ſunt ex nobilioribus populi?*

13 *Vtrum Cathecumenis paratis iam ad baptiſmum ſuſcipiendum, debeant Miniſtri declarare, & apertè, & in ſingulari docere, eſſe inlicita Sacrificia, & omnia ſupradicta; quamuis ex hoc ſequatur inconuenientia, ſcilicet deſiſtere à ſuſceptione baptiſmatis, perſecutiones, mors, vel exilium Miniſtrorū Euangelicorum.*

14 *Cum Chinarum ſermone hoc vox* King, *idem eſt ac Sanctus, Sancta, Sanctum, & in libris Doctrinæ Chriſtianæ à quibuſdam Sacri Euangelij Miniſtris prælo mandatis reperitur iſta vox* King *ad nominandum Sanctiſſimam Trinitatem, Chriſtum Dominum, B. Mariam, & alios Sanctos, vtrum quandò in præfatis libris ſeſe offert occaſio, vt nominetur Magiſter Chinarum, vel cæteri Reges, qui communiter in illo Regno, vt Sancti reputantur, cum ſint infideles, & Idolatræ, poſſit, & ſit licitum Chriſti Miniſtris nominare ſupradictos, hoc nomine* King?

15 Si

35 *Si Miniſtri Chriſti Domini poſſint in ſuis Eccleſiis collocare aliqua Altaria cum tabulis, & inſcriptionibus* Hoam tis Van ſuis. Van Van ſuis, *hoc eſt:* Viuat Rex Chinarum ad multa annorum millia, *& hoc ante Altare, vbi Sacerdotes Dei ſacrificant oblationem Immaculatam?*

36 *Si in ille Regno licebit Chriſtianis orare, & Sacrificium facere Domino Deo Noſtro prò ſuis defunctis, qui in ſua infidelitate ab hac vita diſcedunt?*

37 *Vtrum, quia Miſſionarii docent doctrinam paſſionis Chriſti, dant cognitionem SS. Trinitatis Myſteria Paſſionis, &c. hoc ſufficiat ad prædicandum Chriſtum Crucifixum in nouis Chriſtianitatibus. An teneantur Prædicatores Euangelii prædicare in illo Regno Chriſtum Crucifixum, & oſtendere eius Sanctiſſimam Imaginem, maximè in Eccleſiis, non obſtante, quòd Gentiles ſcandalizentur ex tali prędicatione, & aſcenſione, & indiceat maximam eſſe ſtultitiam?*

AD 1. Cenſeo; Ius poſitiuum Eccleſiaſticum de Ieiunijs obligat Chinenſes Chriſtianos, & à Miſſionarijs hoc eſt illis enunciandum, attenta verò Regionum, & perſonarum qualitate, locum eſſe, ſi Sanctiſſimo placuerit, diſpenſationi, quæ ſuit alias à Paulo III. India conceſſa.

Cenſendum etiam præfatos Indos obligari ad Confeſſionem Sacramentalem ſemel in anno, & Miſſionarios huiuſmodi obligationem debere eis notificare. Idem prorſus cenſendum eſt quoad Sacram Communionem ſemel in anno ſumendam. Quo verò ad executionem tempore ſtatuto, hoc eſt in Paſchate, id eſſe intelligendum, niſi legitimum adſit impedimentum, aut graue periculum immineat. Curandum tamen, vt intrà duos, vel tres Menſes ante, vel poſt Paſchati proximoa, quatenus ſine diſcrimine fieri poſſit, ſin minus alio, quouis tempore intrà decurſum vnius anni à Paſchate incohandi, omninò communicent.

Demum Chinenſes ad ſidem conuerſi tenentur omninò feſta ſeruare. Miſſionarios etiam teneri hoc eis notificare, locum tamen eſſe, ſi Sanctiſſimus annuat, limitandi eis numerum dierum feſtorum, iuxtà formam priuilegij à Paulo III. Indis conceſſi.

Ad 2. Cenſendum eſt, & Sacramentalia in baptiſmo mulierum eſſe adhibenda, & Extremam vnctionem eſſe mulieribus conferendam, nec ſufficere motiuum honeſtatis in quęſito expreſſum, vt Miſſionarij quantum in ſe eſt abſtineant; Curandum ergò, vt tam ſalubres ritus, & cæremoniæ introducantur, & obſeruentur, ac Miſſionarij tali circumſpectione illa adminiſtrent, hominesque talibus inſtruant documentis, vt ab omni ſuſpicione inhoneſtatis liberentur.

Ad 3. Cenſendum eſt, ratione mutui immediatè, & præcisè nihil eſſe accipiendum vltrà ſortem principalem; Si verò aliquid accipiant ratione periculi probabiliter imminentis, prout in caſu, non eſſe inquietandos, dummodò habeatur ratio qualitatis periculi, & probabilitatis eiuſdem, ac ſeruata proportione inter periculum, & id quod accipitur.

Ad 4. Cenſendum eſt, Chinenſes in ſtatu vſurario permanentes, baptizari non poſſe. Si verò Iudicis authoritate compellantur ad proprias pecunias mutandas, poſſe aliquid accipere, etiam recepto pignore, vltrà ſortem principalem, tum ratione oneris, quod ſubire coguntur, tum ratione curæ in cuſtodia pignorum, lucri quoque ceſſantis, & damni emergentis. Tempore autem præſtituto, ſi ex venditione pignorum aliquid ſuperſit ſorti principali, & lucro ex cauſis prædictis, iuſto acquiſito, domino pignoris, eſſe reſtituendum.

Ad 5. Cenſendum eſt, filios hæredes vſurariorum teneri à Patribus ex vſuris illicitè acquiſita reſtituere certis quidem dominis, ſi certi ſunt, ſin minus, iuxtà regulas à Doctoribus traditas. Actualem verò reſtitutionem à Doctis, Pijs, & Prudentibus viris eſſe dirigendam. Quoad 2. partem huius dubitationis iam reſponſum eſt in proximè ſuperiori reſolutione.

Ad 6. Cenſendum eſt, poſſe Chriſtianos Chinenſes pecunias contribuere, dummodò per huiuſmodi contributiones non intendant ad actus Idolatricos, & ſuperſtitioſos concurrere, ſuppoſita cauſa, quæ narratur in dubio, præſertim præmiſſa, ſi commodè fieri poteſt, proteſtatione, quod impoſita tributa præſtent in ordine tantum ad populi lætitiam, & ad actus indifferentes, vel ſaltem cultui Religionis Chriſtianæ non repugnantes.

Ad 7. Cenſendum eſt, nullatenus licere Chriſtianis huiuſmodi actus publicos cultus, aut reuerentiæ tribuere Idolo prætextu, vel intentione Crucis, quam vel manu geſtant, vel Altari inter flores abſcondunt.

Ad 8. Cenſendum eſt, non licere, neque poſſe aliquo prætextu, contento in quæſito, Chriſtianis id permitti.

Ad 9. Cenſendum eſt, Chriſtianis Chinenſibus nullatenus licere fictè, vel exterius aſſiſtere Sacrificijs in honorem progenitorum, neque eorum deprecationibus, aut quibuſcumque ritibus ſuperſtitioſis Gentilium ergà ipſos, multò minus licere circà præfata Miniſterium aliquod exercere.

Ad 10. Cenſendum eſt conſequenter ad ea, quæ ſuperius dicta ſunt præmiſſa, non poſſe ſaluari, ſiuè per appoſitionem Crucis, ſiuè propter abſentiam Gentilium, ſiuè per intentionem actus de ſe illicitos, & ſuperſtitioſos ad cultum veri Dei dirigentem.

Ad 11. Cenſendum eſt, omninò non licere habere illas tabellas in vero, & proprio Altari maioribus dicato, multò minus deprecationes, & Sacrificia eis offerre, licet occulta, & ficta intentione.

Ad

Ad 12. Cenſendum eſt, poſito, quod menſa parata ſit quædam tabula, non autem verum, & proprium Altare, ſi cætera continentur intrà limites obſequij ciuilis, & politici, eſſe toleranda.

Ad 13. Cenſendum eſt, Miniſtros Euangelicos teneri docere, Sacrificia omnia, præterquam ſoli Deo, eſſe illicita, cultum Dæmonum, & Idolorum eſſe relinquendum, & quæcumque huiuſmodi cultum concernunt, eſſe falſa, & Chriſtianæ fidei repugnantia. Ad ſingularia verò deſcendendum, pròut in Cathecumenis ingenij promptitudo, aut ruditas exigent, alijſque circumſtantijs, conſuetudinibus, ac periculis perſpectis.

Ad 14. Cenſendum, non poſse aliquid firmari circà vocem hanc, eiuſque vſum, niſi præhabita cognitione idiomatis, eiuſque veræ, & propriæ ſignificationis. Cæterum ſi eadem vox in Regno Chinarum habet latitudinem, poſse Miniſtros ea vti, ſi verò reſtringatur ad ſignificandum veram, & perfectam Sanctitatem, nullatenus poſse.

Ad 15. Cenſendum eſt, excluſis Sacrificijs, & Altari verè, & propriè dicto, cætera, quæ redolent tantummodò cultum ciuilem, aut poſſunt ad illum reduci, permitti poſse.

Ad 16. Cenſendum eſt: Si verè in infidelitate decedunt, omninò non licere.

Ad 17. Cenſendum eſt, nulla prudentia, aut prætextu differendam eſse Doctrinam Paſſionis Chriſti poſt baptiſmum, ſed omninò præmittendam. Ad actualem verò prædicationem Chriſti Crucifixi, licet non teneantur Miniſtri Euangelici in ſingulis Concionibus, ſed ad præponendum verbum Dei, ac Diuina Myſteria prudenter, & opportunè, & ad illam pro Cathecumenorum captu explicanda; non tamen à ſermonibus paſſionis Domini Noſtri abſtinere tenentur, ea ratione, quod Gentiles indè ſcandalum ſumant, aut ſtultitiam putent; Cenſendum etiam conueniens eſse, vt in Eccleſijs Imagines habeantur Chriſti Crucifixi, & ideo curandum, vt quod opportunè fieri poteſt, exponantur.

Has reſponſiones Sacra Congregat. de Propag. Fid. die 12. Septembris 1645. ſuo decreto approbauit, atque ità Innoc. X. obſeruari mandauit ſub pœna Excommunicationis S. Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruatæ.

1 *An quandò Græci accedunt ad confitenda peccata apud Miſſionarium, teneatur Miſſionarius ab eis exigere Confeſſionem generalem, quia ſi non habent veram formam abſolutionis, pœnitentium, confeſſiones ſunt inualidæ, ideòque reiterandæ?*

Forma autem abſolutionis Græcorum hæc eſt: D. N. Ieſus Chriſtus, & Deus, qui hoc mandatum ligandi, atque ſoluendi peccata hominum, Dominis, & Sacris ſuis Diſcipulis, & Apoſtolis tradidit, ipſe de excelſo prætereat omnia peccata, & omnes iniquitates tuas. Ego verò indignus eius ſeruus ab ipſis idem faciendi occaſiones, & cauſas nactus abſoluo te ab omni excommunicatione in quantum poſſum, & valeo, & tu indiges. Inſuper ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis, quæcumque coram Deo, & mea indignitate confeſſus es, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

2 *Vtrum Miſſionarii teneantur interrogare Græcos ad pœnitentiæ Sacramentum accedentes de eorum Fide, ver. gr. de Sum. Pont. de proceſſione Spiritus Sancti, de Glorificatione Sanctorum, de conſecratione in azimo, & purgatorio, in quibus vulgò errant Græci?*

3 *Vtrum Miſſionarij in caſu neceſſitatis, aut mortis periculo, vbi non eſt copia Confeſſoris Latini, licitè valeant apud Græcos Schiſmaticos confiteri? Et vtrum Græcus, Eccleſiæ Romanæ reconciliatus, poſſit apud eoſdem Græcos confiteri, ad euitandam grauem perſecutionem aut damnum à Schiſmaticis ſuſcitandam?*

4 *Vtrum Græcus ad ritum Latinum conuerſus, poſſit iterum ad ritum Græcum redire?*

5 *Vtrum Sacerdos Miſſionarius in Quatrageſima vacans muneri Miſſionis, & inter Maronitas degens eo tempore ad Miſſionem maximè congruo, poſſit celebrare Miſſam, iuxtà eorum conſuetudinem tertia hora poſt meridiem? Quia ſi ante celebraretur, vel pauciſſimi, vel potius nulli aderunt confeſſuri, & verbum Dei audituri, vel certè ſubito dicta Miſſa, ieiunium ſoluent contrà eorum ritum, illos obligantem àd ieiunium protrahendum vſque ad horam tertiam promeridianam. Quod ſi non liceat, an talis diſpenſatio concedenda ſit?* tom. 7. Conſult. 50.

AD 1. Non teneri exigere Confeſſionem generalem, quia forma huiuſmodi abſolutionis permiſsa eſt à generali Concilio Florentino, & tolerantur Græci ſi abſoluunt forma conſueta ab Eccleſia Orientali, vt ſæpè declarauit Sacra Congregatio S. Offic. præſertim 19. Decembris 1613. Eòque magis quia præſens forma, non ſolum continet verba per modum precationis, ſed etiam per modum iudicij.

Ad 2. Negatiuè, niſi probabiliter crederent, pœnitentes ex malitia, vel negligentia aliquid neceſsarium ad integritatem Confeſſionis omittere; in hoc enim caſu tenentur eos interrogare circà id, quod prætermittere exiſtimatur: quia eo modo abſoluentes, applicarent formam abſolutionis inſufficienti materiæ, nimirum Confeſſioni non integræ formaliter, quod eſt Sacrilegium.

Ad 3. Cenſeo in vtroque caſu non licere; Quatenus verò ſequi velimus partem affirmatiuam cum Caiet. *in 3. pt. quæſt.* 104. Suarez *ibidem* & aliorum, requiruntur ſequentes conditiones; Prima, nè vlla indè oriatur Catholicorum offenſio. Secunda, vt in Sacramento adminiſtrando, & recipiendo legitima Eccleſiæ for-

ma ſeruetur, & Miniſter verè ſit Sacerdos. Tertia, nè vlla ſit communicatio ritus, cæremoniæ, & ſchiſmaticę prauitatis. Quarta, nè vllum immineat pęnitenti periculum erroris in Fide.

Ad 4. Negatiuè, & ſi quis Gręcus id fecerit, graui pęna puniri debet, vt declarauit Sacra Congregatio S. Offic. ſub anno 1642. fol. 132.

Ad 5. Hoc idem dubium fuit propoſitum à Capuccinis, ſeptem, vel octo ab hinc annis, & credo fuiſſe reſponſum affirmatiuè, vel ad maiorem cautelam fuit conceſſa facultas celebrandi Miſsam in illis Regionibus diebus tantum ieiunorum Quatrageſimę vſque ad horam nonam, hoc eſt tertiam poſt meridiem. Quę facultas fundatur in ritu antiquo, in auctoritate Doctorum, in congruentia Chriſti, qui hora nona in Cruce expirauit, & in deuota obſeruatione quarundam rationum Orientalium, vt alibi, nempè *tom.8. Conſult.84. Sum. num. 3.*

Multa de hac re. *Vide de Diſpenſat. tomo 7. Conſult.53.*

Aliqua de Miſſionarijs. Vide de S. Officio tom.8. Conſult. 62.

1 *Vtrum Miſſionarii permittere poſſint Maronitis, vt ieiunent, & abſtineant, & dies feſtes agant cum Græcis?*

2 *Vtrum eis liceat illis conſulere, vt ſine Miſſa potius permaneant, quam Eccleſiam Schiſmaticorum adeant?*

3 *Vtrum propter animarum ſalutem, & deuotionem populi Miſſam tertia hora poſt meridiem celebrare poſſint?* tom.8. Conſult.84.

AD 1. Poſsunt permittere per modum conniuentię, modò inſtruant pręfatos Maronitas, Catholicam Fidem non eſse collocatam in his ritibus. Ita quoque Sacra Congregatio S.Offic. cenſuit 20. Iul. 1616. permittendum eſse per modum conniuentię Calendarium vetus mulieribus Latinis, degentibus Conſtantinopoli, ac nuptis Gręcis, ſicut etiam paucis aliis famulis degentibus in quadam Ciuitate, vbi reliqui Chriſtiani ſunt Gręci, vt ſe conformarent cum alijs in celebratione feſtorum.

Ad 2. Affirmatiuè · quia cum Sacerdotes Schiſmatici de facto ſint priuati legitimo vſu poteſtatis Ordinis, non licet ipſis eam exercere, dum manent in Schiſmate, vt docet D.Thom. *2.2.quæſt.39.art.3.* Turrec. *lib.4.ſum.par.1. cap.7.* & Farinac. *de hęreſ.quæſt.184.num.43.* Probaturque ex *cap.1.de ſchiſmat.cap. Nouatianus cap. audiuimus, & cap. didicimus eodem*, & diximus alibi. Item cum ſint excommunicati *ex Can.1, Bullæ Cœnæ* non ſolum licet, ſed debent conſulere id, quod ſine peccato præſtari non poteſt; Non poteſt autem præſtari ſine peccato mortali communio in diuinis cum excommunicatis Tolet. *lib.1.cap.11.§.Tertius effectus.* Suar. *diſp. 15.de cenſur.ſect.2.n.8.* & alij; Imo ſine excómunicatione minori *cap. placuit cap. pluribus ſeqq. 11.quæſt.3.cap. nuper de ſent.excom. cap. ſtatuimus eodem tit. in 6.* Hinc præceptum audiendi Miſſam non obligat, quia eſt cauſa grauis, & neceſſaria pro cuſtodienda diſciplina Eccleſiaſtica vitatio excommunicati Schiſmatici, cum ſit in medicinam ad ſalutem animæ ordinatum, & ideò facit ceſſare obligationem præcepti, vt ex pluribus probat Geſuald. *de Sacram. tract 17.cap.2.num.28.* & Leaud. *in pręcep. Eccleſ.tract. 2.diſp.2.quæſt.9.*

Ad 3. Etiam affirmatiue: Nempè in diebus ieiunij Miſſarum celebratio protrahi poteſt vſque ad horam nonam. Hora autem nona eſt tertia poſt meridiem. Ita in hac ſpecie Diu. Thom. *3.par. quæſt.83. ar.2. ad 3.* Alenſ. *3.par. quæſt.10.memb.5.ar.2.* ac alij. Ex quo ſequitur, quod ſi quis celebraret Miſſam longè poſt meridiem, dummodò non excederet horam nonam, præſertim ſi ex rationabili aliqua cauſa tantum differret, prout in præſenti, non eſset damnandus peccati mortalis. Nam hæc ſententia habet pro ſe plures, & graues Doctores, ac proindè ſaltem ex hoc capite eſt probabilis, nec contrà ipſam affertur aliquid, quod conuincat, imo quod facilè diſsolui non poſſit.

Et de hac re vide etiam, quæ diximus ſuprà *tom.7. Conſult.50.*

DE MONETIS, ET MONETARIIS. Vide de Immunit.tom.9.Conſult.2.

D E MONIALIBVS.

An Monialibus expulſis debeantur alimenta? Quomodo ea taxanda? Et an ex cauſa poſſint augeri? tom.1. Conſult. 34.

ALimenta deberi Monaſterio, dum lis pendet ſuper validitate expulſionis, tenent vno calamo DD. nuncupatim Bartol. *tract. de alim. num 43.* Afflict. *dec 10.num.1.in fin.& ſeq.* benè Cordub. *de liber agnoſcen § ſi vel partus nu.58.* ac alii. Rota *dec.109. num. 6. par.2. recen.* quæ loquitur de Moniali expulſa propter rixas, etiam ad alium Monaſterium tranſlata, & in *Tullen. Monaſterii* 5. Martij 1608. coram Sacrato, ſicut etiam quotidiè ſeruatur in vxore, dum pendet lis ſuper diuortio, vel ſeparatione thori, alijſque ſimilibus.

Circà quantitatem verò alimentorum taxanda videntur ſaltem iuxtà quantitem bonorum per eas Monaſterio datorum. Quia Monialibus, ſiuè Monachis, etiam quando legitimè propter delictum expelluntur; & ad aliud Monaſterium

tran-

transferentur, donec viuant, debetur vſusfru-ctus bonorum primo Monaſterio datorum, vt eſt tex. *in cap.* 21. *ſi quis rapuerit*, iuncta Gloſ. *v. Cautiori* 27. *quaſt.* 1. Hoſtien. *in cap. Quod te* 3. *num.* 4. *de Cler. Coniug.* aliique. Et multò magis debentur Monialibus inique circumuentis, & innocenter à Monaſtario expulſis.

Fructus autem dotis ad minus taxantur ad cationem quinque prò centenario, etiam in Monialibus, vt in ſpecie de dote debita Moniali dixit Rota in *Nouarien. Legati* 20. Maij 1622. coram Coccino, cuius verba hic appendemus. Immò vltrà ſummam prædictam debentur in caſu, quo prò alendis Monialibus non ſufficiunt annui redditus. Quoniam alimenta ſunt taxanda etiam Monialibus iuxtà perſonarum qualitatem. Pontan. *de alim. ca.* 13. *num.* 3. computando etiam impenſas, quæ fiunt prò veſtibus, & ſuppellectilibus, Confeſſario, famulis, alijſque perſonis neceſſarijs prò condecenti ſuſtentatione. Rot. coram Mantica *dec.* 331. *num.* 4. *& ſeqq.*

Atque ità cenſuit Sacra Congregatio Epiſcop. & Regul. 6. Decembris 1641. & 10. Mart. 1645. ac 19. Ianuar. & 10. Maii 1647. & 17. Martij 1661. in vna *Florentina*, quam propoſuit Eminentiſſimus Card. Marcellus.

Reliqua vide hoc eodem tom. Conſult. 432. & to. 4. Conſult. 202.

An Epiſcopus poſſit Monialibus præſcribere tempus, & locum recipiendi Sacram Communionem? Vbi decretum Sacræ Congregationis Conc. de quotidiana Communione valdè neceſſarium ſcitu? to. 1. Conſult. 36.

AFfirmatiuè. Habetur disertè ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *in decret. de obſer. & euit. in celebrat. Miſ.* & alibi, quibus in locis tribuitur Ordinariis, etiam vti Sedis Apoſtolicæ delegatis, facultas extirpandi quoſcumque abuſus circà Sacramentorum, tum adminiſtrationem, tum ſuſceptionem, quod præcipuè curandum eſt in Sacræ Euchariſtiæ frequentatione, vt emulationes, & ſingularitates, vndè certa Congregationibus imminet ruina, euitentur, & impediantur, dum communicantes non communicantibus ſe putant meliores, ſuoque exemplo alias ſæpè non debitè præparatas, nè deterioris, ac peioris vitæ in hominum oculis habeantur ad communicandum indignè inciteant, & quaſi inducunt, Qua ratione idipſum in Monialibus obtinere debet, ſi in illis ſcandala, & abuſus timeantur.

Atque ità Sacra Congregatio Concil. die 7. Maij 1652. in vna *Gandauenſi* declarauit Monialibus diſpoſitionem Sac. Conc. *ſeſſ.* 22. *cap.* 6. *de Sacrif. Miſ.* non ſuffragari, Ordinarioque licere præſcribere illis dies, & locum accipiendi Sacram Communionem.

De quotidiana verò Communione, præter DD. ac decreta antiquiora, extat ſequens decretum Sacræ Congregationis Conc. Trid. nuper editum tenor. ſeq.

Cum ad aures S. D. N. fide dignorum teſtimonio peruenerit in quibuſdam Diœceſibus vigere vſum quotidianæ communionis, etiam in Feria 6. Paraſceuæ, & ſimul affirmari, eandem quotidianam communionem præceptam eſſe à iure diuino, quin etiam in illius adminiſtratione aliquos abuſus inoleuiſſe, videlicet, quod aliqui non in Eccleſia, ſed in priuatis Oratorijs, & domi, imò cubantes in lecto, & non laborantes vlla grauis infirmitatis nota, ſumant Sacroſanctam Euchariſtiam, quam argentea theca incluſam in crumena, aut ſecretò illis deferunt Sacerdotes ſæculares, aut Regulares, alijque in communionem accipiant plures formas, ac particulas, vel grandiores ſolito, ac tandem quis confiteatur peccata venialia ſimplici Sacerdoti non approbato ab Epiſcopo, aut Ordinario. Cum autem hæc Sanctiſſimus conſideranda commiſerit Sacræ Congregationi Card. d. Conc. Trid. Interp. eadem Sacra Congregatio, præuia matura diſcuſſione ſuper prædictis, vnanimi ſententia ità cenſuit: Et ſi frequens quotidianuſque Sacroſ. Euchariſtiæ vſus à SS. Patribus fuerit ſemper in Eccleſia probatus, nunquam tamen aut ſæpius illam percipiendi, aut ab ea abſtinendi certos ſingulis Menſibus, aut hebdomadis dies ſtatuerunt, quos nec Conc. Trid. præſcripſit, ſed quaſi humanam infirmitatem ſecum reputaret, nihil percipiens, quid cuperet tantum indicauit, cum inquit: Optaret quidem Sacroſ. Synodus, vt in ſingulis Miſſis fideles adſtantes Sacramentali Euchariſtiæ perceptione communicarent. Idque non immeritò. Multiplices enim ſunt conſcientiarum receſſus, variæ ob negotia ſpiritus alienationes, multæ è contrà gratiæ, & Dei dona paruulis conceſſa, quæ cum humanis oculis ſcrutari non poſſumus, nihil certè de cuiuſque dignitate, aut integritate, & conſequenter de frequentiori, aut quotidiano vitalis panis eſu poteſt conſtitui. Et propterea quod ad negotiatores ipſos attinet frequens ad Sacram alimoniam percipiendam acceſſus Confeſſariorum ſecreta cordis explorantium iudicio eſt relinquendus, qui ex conſcientiarum puritate, & frequentiæ fructu, & ad pietatem proceſſu laicis negotiatoribus, & coniugatis, quod proſpicient eorum ſaluti profuturum, id illis præſcribere debebunt. In Coniugatis autem hoc amplius animaduertent, cum B. Apoſtolus nolit eos inuicem fraudari, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, vt vacent orationi, eos ſeriò admoneant, tantò magis ob Sanctiſſimæ Euchariſtiæ reuerentiam continentiæ vacandum, puriorique mente ad cœleſtium epularum communionem eſſe conueniendum. In hoc igitur Paſtorum diligentia potiſſimum inuigilabit, non vt à frequenti, aut quotidiana Sacræ Communionis ſumptione vnica præcepti formula aliqui deterreantur, aut ſumendi dies generaliter conſtituantur, ſed magis quid ſingulis permittendum per ſe, aut Parochos, ſeu Confeſſarios ſibi decernendum putet, illudque omninò prouideat, vt nemo à Sacro Conuiuio, ſeu frequenter, ſeu quotidiè

acceſſerit, repellatur; ***Et*** *nihilominus det operam, vt vnuſquiſque dignè prò deuotionis, & præparationis modò rarius, aut crebrius Dominici Corporis ſuauitatem deguſtet. Iidem Moniales quotidiè Sacram Communionem petentes admonendæ erunt, vt in diebus ex earum Ordinis inſtituto præſtitutis communicent. Si quæ verò puritate mentis eniteant, & feruore ſpiritus ità incaluerint, vt dignè frequentiori, aut quotidiana Sanctiſſimi Sacramenti perceptione videri poſſint, id illis à Superioribus permittatur. Proderit etiam, præter Parochorum, & Confeſſariorum diligentiam, operaquoque Concionatorum vti, & cum eis conſtitutum haberi, vt cum fideles ad Sanctiſſimi Sacramenti frequentiam (quod facere debent) accederint, ſtatim de magna ad illius ſumendam præparatione orationem habeant, generatimque oſtendunt, eos, qui ad frequentiorem, aut quotidianam ſalutiferi cibi ſumptionem deuota ſtudia excitantur, debere, ſiuè laici negotiatores ſint, ſiuè coniugati, ſiuè quicumque alij, ſuam agnoſcere infirmitatem, vt dignitate Sacramenti, ac diuini iudicij formidine diſcant, cæleſtem menſam, in qua Chriſtus eſt, revereri. Et ſi quandò ſe minus paratos ſenſerint, ab ea abſtinere, ſeque ad maiorem præparationem accingere. Epiſcopi autem, in quorum Diœceſibus viget huiuſmodi deuotio ergà Sanctiſſimum Sacramentum prò illa gratias Deo agant, eamque ipſi adhibito prudentiæ, & iudicij temperamento alere debebunt, vt ab eorum officio paſtulari ſibi maximè perſuadebunt nulli labori, aut diligentiæ parcendum, vt omnis irreuerentiæ, & ſcandali ſuſpicio inveri, & immaculati Agni perceptione tollatur, virtuteſque ac dona in ſumentibus augeantur. Quod abundè contiget, ſi ij, qui deuoto huiuſmodi ſtudio, Diuina præſtante gratia, tenentur, ſeque Sacratiſſimo pane refici frequentius cupiunt, ſuas vires expendere, ſeque probare cum timore, & charitate aſſueuerint. Quibus Chriſtum Dominum, qui ſe fidelibus manducandum, & ſe pretium in morte tradidit, atque in Cæleſti Regno ſe præmium eſt daturus, precatur Sacra Congregatio, vt ſuam opem ad dignam præparationem, & ſumptionem largiatur. Porrò Epiſcopi, & Parochi, ſeù Confeſſarij redarguant aſſerentes, Communionem quotidianam eſſe de iure Diuino, doceant in Eccleſijs, ſeù Oratorijs priuatis ex diſpenſatione, ſeù priuilegio Pontificis de manu Sacerdotis ſumendam Sanctiſſimam Euchariſtiam, nec eam vllo modo deferendam in crumena, aut ſecretò ad exiſtentes domi, vel cubantes in lecto, quam ad infirmos, qui ad illam ſuſcipiendam ad loca prædicta accedere non valeant, & ad eas, ſi ab Eccleſia deferatur publicè, & cum pompa, iuxtà formam Ritual. Rom. Si verò ab Oratorio priuilegiato, cum forma decenti. Curent etiam, vt circà Communionem in Feria 6. Paraſceuæ Miſſalis rubrica, & Eccleſiæ Rom. vſus ſeruentur. Inſuper admoneant, nulli trudendas plures Euchariſtiæ formulas, ſeù particulas, neque grandiores, ſed conſuetas, non permittant, vt venialium confeſſio fiat ſimplici Sacerdoti, non approbato ab Epiſcopo, aut Ordinario. Si Parochi, & Confeſſarij, etiam Regulares, aut quicumque alii Sacerdotes ſecus egerint ſciant Deo Optimo Maximo rationem reddituros eſſe, neque defuturam Epiſcoporum, & Ordinariorum iuſtam, ac rigoroſam animaduerſionem in contrafacientes, etiam Regulares, etiam Societatis Ieſu, facultate ipſis Epiſcopis, & Ordinariis per hoc decretum per Sedem Apoſtolicam ſpecialiter attributa. Dat. Romæ 12. Februar. 1679. Et facta de præmiſſis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctitas Sua approbauit, ac præſens decretum typis dari, ac publicari voluit.*

An Epiſcopus poſſit ſibi reſeruare aliquem caſum concernentem violationem Clauſuræ reſpectu Monialium exemptarum?
10.1. Conſul. 76.

AFfirmatiuè cum Pellizario: Quia ex Trid. Epiſcopus inſtituitur Sedis Apoſtolicæ delegatus in ordine ad reſtituendam, & conſeruandam Clauſuram Monialium exemptarum, itàut habeat facultatem viſitandi clauſuram, Cum ergò habeat facultatem delegatam ſuprà Moniales in ordine ad clauſuram, poterit etiam ſibi reſeruare ea peccata, quæ circà clauſuram committuntur.

Vtrum concedenda ſit licentia, vt cadauer puellæ Virginis, filiæ magni Principis, nimirum Oratoris Regis Hiſpaniarum, Galliarum, &c. ſepeliri poſſit intrà Clauſuram Monialium de earundè conſenſu. Conſul. 116.

ARbitror; concedendam eſſe: Primò propter enixam voluntatem, & deuotionem eiuſdem Principis. Secundò quia, ſicut omnes admittunt poſſe educari puellas ſæculares intrà clauſuram ad inſtructionem morum, & hæc iudicatur cauſa neceſſaria, ità etiam ad inſtructionem Monialium, vt aſpicientes, quod nobiles ſæculares optant, & expetunt intrà ſuam ſepulturam recondi, ſtabiliantur in ſua vocatione, magiſque libenter permaneant in clauſura, & ſæculum contemnant, debet iudicari cauſa ſufficiens. Tertiò propter vtilitatem Monaſterij, & eleemoſynas, quas ſine dubio eiuſmodi Principes Monaſterio largientur. Quartò quia præſertim Oratores Regum, cum ſint extranei, nec Romæ habeant propriam Capellam, ſeù ſepulturam, non poſſunt ſine magna expenſa prò puella filia condere ſepulcrum correſpondens ſuæ nobilitati, & gradui; Quam expenſam euitant ſepeliendo deuotionis cauſa.

Hæc, atque plura, quæ conſiderari poſſunt, videntur concurrere ad cauſam rationabilem, & manifeſtam, ac proindè concedendam eſſe licentiam arbitror.

An

An Monialis, quæ à Monaſterio aufugit, timens iuſtè, ac probabiliter à Monialibus ſui Monaſterij mortem ſibi veneno, aut incendio inferendam, poſſit tranſire ad aliud Monaſterium diuerſæ Regulæ, etiam laxioris? tom. 1. Conſult. 120.

AFfirmatiuè: Nam cum in præfato Monaſterio tutè manere non poſſit propter odia, & perſecutiones, nec ibi, neque in alijs eiuſdem Ordinis abſque moleſtia viuere queat propter infamiam, & pudorem, quo continuò confunderetur, cumque in alijs Monaſterijs diuerſi Ordinis tranquillam cum ingenti bono, & augmento ſpirituali vitam abſque animi ſolicitudine duceret, vtique licita tranſlatio eſt, etiam ad Ordinem laxiorem, ob maius bonum ſpirituale, quod præcipuè attendi debet. Ità D.Tho. 2.2. *quæſt.*189.*ar.*8. & cum eo Suarez, *de Relig. tom.*4. *lib.*3. *cap.*11.*num.*22.

Imò ipſum odium, & perſecutio, pudor, ac infamia per ſe abſque conſideratione maioris boni, & commodi ſpiritualis ſunt cauſæ diſpenſandi in tranſitu. Sanch. *in decal. to.*2.*lib.*6. *cap.*7. *num.*32. Eòque magis quia, licet cauſa huiuſmodi pudoris propter delictum patratum ſit iuſta, odium tamen, & perſecutio eſt iniuſta. Suar. *loc. cit. num.* 24.

Concurrit cum odio iuſtus metus mortis ex probabili cauſa cadens in conſtantem virum, qui planè ſat eſt ad effectum ipſam abſolutè excuſandi à reditu, prout in potioribus terminis dixit Grammat. *deciſ. crim.*5.*num.*8.*cum ſeqq.* Ità quod dubitari non poſſit, quod metus etſi ſemel illatus ſemper durare debeat, & præſumatur quouſque cauſa metus duret. *l. pen. ff. de condit. ob turp. cauſ.* vbi Bart. *num.*5. & 7. Oſaſch. *deciſ.*179.*num.*12. Boer. *deciſ.*100.*nu.*12. & 13. & cenſuit Rot. *in Canchen. nullitatis Ordinis* 10. Mart. 1606. coram Pegna.

Et ex his iniuncta prius Moniali pœnitentia ſalutari, ac lege, vt dotem in primo Monaſterio relinquat, ſoluatque nouam ſecundo, huiuſmodi tranſlatio indulgenda videtur. Atque ità reſoluit Sac Cong. Epiſc. & Regul. in vna *Meſſanen.* 29. April. 1603. & in vna *Cæſaraguſtana tranſitus* 1639.

Alia ad rem vide *hoc eodem tom. Conſult.* 432. & *tom.*4.*Conſult.*202. *à num.*9. & *ſeqq.*

In quibus caſibus poſſit Epiſcopus procedere, etiam ad pœnas contrà Regulares ingredientes ſepta Monaſterij Monialium ipſis ſubiectarum? tom. 1. Conſult. 163.

DVæ inſurgunt inſpectiones. Prima eſt: An Superiores Regulares poſſint concedere licentiam ingrediendi Monaſteria Monialium ſibi ſubiectarum, abſque expreſſa Ordinarij authoritate? Quod autem ad hanc pertinet, licet Franciſcus Leo *in theſ. for. Eccleſ. par.*2. *cap.*1.*num.*52. Quaranta, & alij, non pauci, imò & Sac. Cong. Conc. antiquitus tenuerint, ad Superiores Regulares ſpectare licentiam concedere ingrediendi Monaſteria Monialium ipſis Regularibus ſubiectarum, nihilominus eodem dubio maturius ab eadem Sac. Congregatione perpenſo, decreuit hunc in modum, à quo decreto non videtur recedendum, præſertim attenta poſteriori Conſtitutione Gregor. XV. *de exemptorum priuilegijs*.

Tametſi alias Sac. Cong. Conc. declarauerit, licentias ingrediendi ſepta Monaſteriorum Monialium exemptarum, & Regularibus ſubiectarum ex vera tantum neceſſitate, quæ Monialis reſpiciat concedendas, accedendi ad Monaſteria, & alloquendi cum Monialibus pertinere ad ipſos Superiores Regulares; nihilominus ſub die 13. *Nouembris* 1610. *quo magis clauſuræ obſeruationi conſuleretur, facultate ſibi à Sanctiſſimo D.N. tributa ſtatuit, & decreuit, vt deinceps intrà huiuſmodi ſepta nemini ingredi, nec alloqui liceat, niſi licentiæ concedendæ in caſibus neceſſarijs, quæ Moniales reſpiciant nedum à Superioribus Regularium dictorum Monaſteriorum, ſed etiam à locorum Ordinarijs obtentæ fuerint, non abſtantibus quibuſcumque contrarijs legibus, ſtatutis, conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.*

Tandem ad remouendam omnem dubitationem, quæ ex huiuſmodi decreto forſan oriri poſſet, negotio iterum in S. Congregatione propoſito, & Conſtitutione Greg. XV. perpenſa, atq; Vrbani VIII. relata die 21. Maij 1630. declarauit idem Vrbanus, huiuſmodi licentias à Superioribus Regularibus non eſſe petendas in illis locis, in quibus adeſt conſuetudo, vt iſtæ ab Epiſcopis tantum concedantur. Hoc enim caſu ſtatuit, ac decreuit, talem conſuetudinem eſſe obſeruandam, & ipſorum Epiſcoporum tantummodò licentias ſufficere, etiam priuatiuè quoad ipſos Regulares.

Idem fuit reſolutum *in Peruſina* 10. Ianuar. 1627. & nouiſſimè *in Auximana* 15. Iulij, & *in eadem Peruſina* 12. Auguſti 1645.

Et in hoc etiam aduertendum eſt in ſubſcriptione huiuſmodi licentiarum, debere Epiſcopum habere primum locum, vt cenſuit eadem Sac. Congregatio *in Bellunen.* 4. Febr. 1634. & in alijs.

Secunda inſpectio eſt quibus pœnis Epiſcopus coercere poſſit huiuſmodi ingredientes?

Et reſpondendum eſt, Epiſcopum poſſe contrà huiuſmodi ingredientes procedere ad pœnas etiam cenſurarum, vt expreſſè diſponitur in eadem Conſtitutione Greg. XV. & cenſuit eadem Sac. Congreg. *in Nicoteren.* 5. April. 1536. & in ſupradictis *Auximana*, & *Peruſina*, paſſimque alibi.

Vt autem Paſtorali charitate, & prudentia in hoc procedatur, conſuetum fuit permittere edictum prohibitiuum generale, etiam comprehendens Regulares ſub pœnis etiam cenſurarum

ratum ipſi Ordinatio reſeruatarum. Et itá in ſpecie fuit obſeruatum *in Viterbien.* 26. Iun. 1627.& in ſupradictis *Auximana,* & *Peruſina,* quod eſt etiam de mente Geminian. *in cap.1.§. Et quoniam num.8.de ſtat. Regular.*

Et itá in vna *Neapolitana* 18.Nouemb.1645. Sac. Cong.Conc.cenſuit obſeruanda eſſe decreta à ſe alias edita tenoris ſupradicti,& contrà Regulares contrauehientes poſſe per Archiepiſcopum procedi ad pœnas, etiam cenſurarum. Adeſt inſuper de hac re Conſtitut.Alexandri VII. data Romæ in Arce Gandulphi Diœceſ. Albanen.1664.13.Kal.Nouemb. Pontif.an.10.

An, & quomodò ſit neceſſarius Epiſcoporum conſenſus in erectione Monaſteriorum? Vide de Regularibus tom.1.Conſult.181.

An Monialibus, quæ hucuſque recitarunt Officium iuxtà Breuiarium Ordinum, liceat eo vti? tom.1.Conſult.271.

AFfirmatiuè. Itá Sac.Congreg. Conc.1. Decemb.1570.& 14.Matt.1648.in vna *Canarien.*in Indijs.

An Vicarius Generalis, qui obtinuit facultatem à Sede Apoſtolica faciendi omnes benedictiones fieri ſolitas ab Epiſcopo, in quibus non adhibetur oleum Sacrum, poſſit abſente Epiſcopo, benedicere Moniales habentes requiſitas qualitates in conſecratione, & velatione earumdem? tom.1.Conſult.326.

NEgatiuè, niſi ſuffragetur facultas in ſpecie. Et itá cenſuit Sac.Conc.in vna *Piſana* 9.Febr.1647.*ad cap.17.ſeſſ.27. de Regul.* Et elicitur ex Gloſ.*in cap.Aqua 9.de conſecr. Eccleſ. vel Altar.v.Conſecrationis.*

An Iudices laici poſſint decreta interponere in Contractibus Virginum, ſiuè Puellarum in Monaſterijs exiſtentium prò educatione, abſque aliqua Epiſcopi licentia? tom. 1. Conſult. 329.

NOn poſſe, ſed requiri licentiam Epiſcopi ad alloquendum, quæ non debet denegari. Et itá quoque cenſuit Sac.Cong.Conc. in vna *Anconitana* 18. Nouemb. 1645.*ad cap.16. ſeſſ.25.de Regular.*

An Epiſcopus poſſit præſcribere numerum Monialium in Monaſterijs Regularibus ſubiectis, abſque interuentu Superiorum Regularium. Et quatenus præſcriptio fuerit facta à ſolo Epiſcopo, teneantur illam obſeruare? to.1. Conſ.336.

NEgatiuè. Itá videtur cenſuiſſe Sac.Congregationem Conc.in vna *Marchię* die 7. Febr.1643.*ad cap.3.ſeſſ.25.* de *Regular.*

An decretum Sac.Conc. cap. 7.ſeſſ. 25. de Regular. *vbi de electione Abbatiſſa circà annos ſaltem quinque profeſſionis, habeat locum in Monaſterio nouiter erecto?* tom. 1. Conſult. 341.

REſp. habere locum: Tum quia generaliter loquitur: Tum etiam quia in eo militat maior ratio deputandi prouectam, vt nouæ Moniales melius inſtrui poſſint; Quare cenſeo in hoc caſu eſſe diſpenſandum, facto verbo cum Sanctiſſimo, Itá cenſuit Sac.Cong.Conc.in vna *Carpentoraten.* 14. Nouemb. 1643.*ad dict. cap.Conc.*

QVædam puellæ Nouitiæ anno probationis complèto, cum propter acerbiſſimas Ciuitatis ſeditiones redditus Monaſterij fuerint diminuti, vt prò ſuſtentatione Monialium profeſſarum non ſufficerent, de licẽtia in ſcriptis Ordinarij ſub cuius iuriſdictione extat dictũ Monaſterium, coactæ fuerunt ad proprias domos ſe conferre. Rebus verò pacatis, ad idem Monaſterium de licentia eiuſdem Ordinarij redierunt: Quæritur:

An admitti poſſint ad profeſſionem abſque alio probationis anno? tom.1. Conſult.353.

ADmitti arbitrio Ordinarij, dum habeant alia requiſita, vt ſupponitur. Itá Sac.Congreg.Conc.in vna *Neapolitana* 17.April. 1649. *ad cap.16.ſeſſ.25.de Regular.*

An Monaſteria conſequi poſſint dotes Nouitiarum in anno probationis decedentium, eo non completo, profeſſione tamen ante obitum in articulo mortis per eaſdem Nouitias emiſſa? tom.1.Conſult.356.

NEgatiuè quoad dotem; Si verò huiuſmodi Nouitiæ conualuerint, iterum profiteri debent. Et itá Sac. Cong. Conc. in vna *Ordin. Sancti Franciſci Min.Obſeru.* die 20.Mar. 1649. *ad cap.15.ſeſſ.25.de Regular.*

An

Digitized by Google

An Moniales ad habitum, & profeſſionem in Monaſterijs Regularibus ſubiectis admitti poſſint, tanquam ſi Epiſcopus, & eo abſente, vel impedito, illius Vicarius, vel alius ab eo deputatus earum voluntatem, & conditiones explorauerit? tom. 1. Conſult. 372.

NOn poſſe. Ità Sac. Congr. Conc. in vna *Lectoren.* 16. Decemb. 1645. *ad cap. 17. ſeſſ. 25. de refor.*

An quarta funeralium ſit Parocho ſoluenda à Monaſterio Monialium erecto poſt Conc. Trid. authoritate Apoſtolica ſub regimine Fratrum Reform. S. Franciſci? tom. 1. Conſult. 380.

NEgatiuè, niſi adſit legitima conſuetudo in contrarium. Ità pluries declarauit Sacr. Cong. Conc. nominatim in vna *Albiganen.* 16. Matt. 1652. *ad cap. 13. ſeſſ. 25. de refor.*

An licentia requiſita in donationibus, & renunciationibus Nouitiarum, & Vicariis per Epiſcopum concedi ſolita, ſufficiat, ſi non appareat æquipollens conceſſa? tom. 1. Conſult. 394.

AFfirmatiuè. Ità Sac. Cong. Conc *in Neapolitana* 23. April. 1651. *ad cap. 16. ſeſſ. 25. de Regul.*

An Epiſcopus in Monaſterijs Monialium Regularibus ſubiectis explorare debeat voluntatem puellarum ibidem prò educatione exiſtentium, quandò habitum Monialium poſteà recipere volunt, eò quod in ingreſſu prò educatione voluntatem explorauerit, & an Superiores Regulares id permittere renuentes, poſſit coercere, & quibus pœnis? tom. 1. Conſult. 397.

POſſe, atque debere, etiam per cenſuras. Ità Sacra Congregatio Conc. in vna *Foroliuien.* 23. Iulij 1650. *ad cap. 1. ſeſſ. 24 de refor.*

Poſita Conſtitutione Gregorij XV. de exempt. priuil. *an Epiſcopus, qui poteſt punire, & corriggere delinquentes circà clauſuram Monialium, etiam Regularibus ſubiectarum circà adminiſtrationem bonorum, & circà acceſſum ad Monaſteria, & colloquia cum Monialibus, poſſit, ad effectum probandi huiuſmodi delicta, examinare Moniales, & alias perſonas intrà ſepta degentes ex officio?* tomo 1. Conſult. 406.

POſſe in vtroque caſu. Ità Sacra Congr. Conc. in vna *N.* 14. Aug. 1643.

An dos Monialis, quæ tranſit ad ſecundum Monaſterium, debeat remanere apud primum, in quo profeſſionem emiſit, vel potius ſit reſtituenda vnà cum fructibus à die tranſlationis decurſis ſecundo Monaſterio, etiam quoad proprietatem? Et an mobilia, & cenſus habiti, atque empti per Monialem, dum in primo Monaſterio morabatur, fuerint acquiſiti eidem primo Monaſterio, vel potius ſecundo, vnà cum eorum fructibus decurſis? tom. 1. Conſ. 432. Vide etiam Conſult. 34. & 120.

AD 1. Tenendum eſt, quod Moniales tranſlatæ non deferant ſecum dotes traditas primo Monaſterio, ſi voluntariè tranſeant ad aliud, ſiuè eiuſdem, ſiuè diuerſi Ordinis. Nauar. *comment. 4. de Regular. num. 34.* Roderic, *q. regul. 79. ar. 2. tom. 2.* Sanch. *in decal. lib. 7. cap. 32. num. 12.* aliique. Et declarauit ſæpius Sacra Congregatio Epiſc. & Regul. præſertim in vna *Viterbien.* die 2. Auguſti 1580. & in vna *Neapolitana* 20. Iul. 1585. in vna *Paduana* 20. Martij 1601. Et in vna *Fratrum Carmelitarum Diſcalceatorum* 3. Auguſti 1635. ac præcipuè ſi transferantur ad Monaſterium à ſe fundatum, Ità in vna *Vrbinaten.* 22. Nouembris 1580. Et cenſuit etiam Sacra Congregatio Concil. in vna *Neapolitana* his verbis;

Ad ſedandas lites, & controuerſias inter Moniales, vnius, & eiuſdem Monaſterii, quarum aliquæ ab eo prætextu nouum conſtruendi Monaſterium, egredi perrentant; ſupplicatur declarari: An Moniales profeſſæ in vno Monaſterio, & tranſeuntes de licentia Superioris ad aliud nouum Monaſterium eiuſdem Ordinis, occaſione ſtrictioris obſeruantiæ, vel Regulæ, poſſint ſecum ad dictum Monaſterium deferre dotes primo Monaſterio acquiſitas tempore inibi emiſſæ profeſſionis? die 27. Iun. 1632. Sac. Congregatio Conc. &c. ſecundum ea, quæ proponuntur cenſuit, Monialem profeſſam in vno Monaſterio, ſi ad aliud Monaſterium, etiam ſtrictioris obſeruantiæ ex legitima facultate tranſire voluerit, dotem priori Monaſterio ſolutam ſecum deferre non poſſe, ſed eidem priori Monaſterio remanere debere.

Ratio eſt: Quia Monialis, profitendo transfert omnia ſua iura in Monaſterium, iuxtà Auth. *Ingreſſi C. de Sacroſ. Eccleſ.* & DD. communiter. Iaſon, *ibidem num. 2.* Bald. *in cap. In præſentia de prob.* & Io: And. *ibidem* & cęteri antiqui, & recentiores; Vndè etiam transfert in Monaſterium ius proprium, quod habet ad dotem, idque virtute ſubſtantialis profeſſionis, prout conſiſtit in emiſſione votorum, atque adeò cum dos ſit incorporata Monaſterio, ſicuti alia bona, cenſetur eodem iure facta inalienabilis, ac cętera bona Monaſterij, ad quæ Monialis nullum ius habet, ac proindè neque ad dotem.

Quę quidem ſententia ità eſt indubitata, vt etiam extendi debeat ad denegationem alimentorum quandò Monialis voluntariè ſe transfert ad alienum Monaſterium: Nam onus alendi ſe habet vt modus; Tunc tamen ſolum non im-

pleto

Digitized by Google

p'eto modo, reſoluitur acquiſitio, quandò per acquirentem ſtat, quod non impleatur. *leg. Auę ſub conditione* §. *quoties ff de condit. inſtit.* Quandò tamen Monialis voluntariè tranſit ad aliud Monaſterium, non ſtat per primum Monaſterium quin adimpleatur onus alendi.

Atque ità declararunt in eadem *Neapolitana* Prę-ſules ab Vrb. VIII. deputati ad cognoſcendam, definiendamque cauſam vertentem inter Moniales S.Io.Baptiſtæ Neapolis, & alias Moniales ex d.Monaſterio egreſſas, nempè 16.Nouembr.1638.decreuerunt, à Monialibus Monaſterij S.Io.Baptiſtæ non deberi alimenta dictis Monialibus egreſſis. Quod decretum idem Vrbanus 12.Iun.1640.confirmauit.

Quod ſanè ſecus dicendum eſt de Moniali, quę transfertur ad aliud Monaſterium ad agendam pœnitentiam, ſiuè enim ſecundum Monaſterium coactè recipiat, ſiuè libenter, tenetur illi primum Monaſterium ſubminiſtrare alimenta, vt deſumitur *ex cap. de lapſis* 16. *quęſt.* 6. *& cap. ſi quis requirit* 27.q.3. *auth. de Sanctiſſ. Epiſc.* §. *penul.* nam per hanc translationem non fit membrum ſecundi Monaſterij, ſed perſeuerat Monialis primi Monaſterij.

Quo item pacto declinatur id, quod dicitur de vſufructu: Nam cum dos tranſeat in proprietatem Monaſterij, & Monialis per profeſſionem abdicet à ſe omne ius ad ipſam, & transferat in Monaſterium, vſusfructus quoque incorporatur bonis Monaſterij, nec pertinet aliquo modo ad Monialem, nec ipſam ſequitur.

Ad 2. Adhærendum eſt ſententiæ, quę abſolutè docet, bona acquiſita remanere priori Monaſterio. Ità Lapus, Aretinus, Io. Andr. Card. Abb. alijque apud Capyc. *dec.* 193. *num.* 30. *par.* 2. Quia per profeſſionem omnia iura profitentis transferuntur in Religionem, vt dicebamus, & conſequenter omnia bona ipſius, vel quæ de preſenti poſſidet, vel quæ ipſi poſteà obueniunt, fiunt ſtatim propria Religionis.

An committat contrà prohibitionem accedendi ad Moniales, cauſa colloquendi cum illis, qui ad ipſas ſcribit literas tom. 2. Conſult. 28.

AFfirmatiuè: Nam quamuis ſit extrà controuerſiam, quod per Nuncium, aut per Epiſtolam quis propriè non loquatur *l. Miles ad ſororem ff. de leg.* 2. Pald. & alij permulti *in leg.* 1. *ff. de verb. oblig.* Scribere enim, & loqui in rei veritate tantum differunt, quantum Organa ipſa, manus ſcilicet, & lingua.

Tamen quoad demonſtrationem mentis eius, qui ſcribit, aut loquitur, non tam realis, quam verbalis videtur hæc loquendi, ac ſcribendi differentia. Imò eadem in loquente, ac ſcribente eſt ratio Ferdinan. Vaſquius *de ſucceſs. tom.* 1. *lib.* 2. §. 15. *requiſ.* 16. *num.* 55. Ant. Henringh *de fideicomm. cap.* 6. *num.* 29.

An donatio facta à Moniali ſuo Monaſterio ſit nulla ex prętextu, quod illam fecerit de ſola licentia Vicarij Monialium, non autem Vicarij Generalis, ad quem dumtaxat pertinere eiuſmodi licentia ſępè declarauit Sac. Cong. Conc. pręſertim anno 1634? to. 2. Conſul. 63.

NEgatiuè: Quia Epiſcopus duos conſtituerat Vicarios Generales, prò ſæcularium cauſis vnum, prò cauſis Monialium alterum, prout de iure poteſt. Clem. *Et principalis de reſcript.* vbi Gloſ. & Card. *num.* 3. *cap. Quoniam in plerìſque de Offic. Ord.* alijque. Quare Vicarius Monialium erat Vicarius Generalis; Sic namque ſeipſum ſemper ſubſcribebat, præſertim in eiuſmodi licentijs formandis.

Secundò etiam ſi daremus, non fuiſſe Vicarium Generalem conſtitutum, præſumitur tamen concludenter ex innumeris coniecturis habuiſſe ſpeciale mandatum, & facultatem ab Epiſcopo ad hoc actus. Mandatum autem pleniſſimè probari ex pręſumptionibus, & coniecturis firmauit ſemper Rota, vt in *Aretina Cōmendę* coram Pirouano, in *Peruſina fideicommiſſi* coram Remboldo, *& in dec.* 44. *num.* 1. Greg. XV. ac in alijs. Idque etiam ſi non conſtet ex literis patentibus, vel Scripturis. Rota in *Romana Officij* coram Pirouano. Seraph. *deciſ.* 1376. *num.* 2.

In hoc autem Vicario innumeræ concurrunt coniecturæ, & præſumptiones prò mandato ad has licentias. Prima, quia illas dabat publicè, & ad præſentiam Epiſcopi:

Secunda coniectura eſt diuturnitas temporis, & multiplicitas actuum coram tribus Epiſcopis ſucceſſiuè geſtorum.

Tertia eſt qualitas Vicariorum, qui has licentias dederunt, qui cum fuerint tot numero, doctrina, & dignitate, ac morum probitate inſignes, præſumi omninò non poteſt voluiſſe ſemper, & tot annorum ſpatio delinquere in officio, vel ex ignorantia, vel ex malitia, Rota in *Mauriinenſi penſionis* coram Pirouano.

Quarta, quia ſemper hanc iuriſdictionem exercuerunt pręfati Vicarij Monialium priuatiuè ad Vicarium Generalem prò ſecularibus deputatum.

Quinta coniectura ſit ampliſſima poteſtas illis conceſſa ab Epiſcopo, qua poterant cognoſcere de omnibus cauſis ad Monaſteria Monialium pertinentia.

Tertiò probatur valere dictam licentiam, quia error communis dat iuriſdictionem. *l. Barbarius ff. de offic. Prætor.*

Atque ità cenſuit Sac. Congr. Conc. in vna *Neapolitana* 23. April. 1651.

An cætus Mulierum merè ſæcularium ſimul in ſeceſſu viuentium deuotionis,& pietatis cauſa ſit illicitus, ità vt Epiſcopus poſſit eis præcipere vel Clauſuram Regularem, vel reditum ad proprias domos? to. 2. Conſult. 65.

PRimò tenendum eſt, non poſſe Ordinarios hoc iudicium incipere à præcepto,eſſet enim notoriè nullum, ac euidenter iniuſtum, atque adeò nullatenus officeret, poſſetque impunè ſperni. Iaſ.*in l.Nec quidquam,num.* 5. *& 6. ff. de offic. Proconſulis.* Anchar. *conſ.* 111. *num.* 3. Mangon.*dec.Lucen,*15.*num.*1.Rota *dec.*30.*num.* 3.*propè fin.num.*2. Nec poſſet prætendi, quod illud habeat vim citationis, ſi deficiat clauſula, *ſi quis ſe grauatum ſenſerit*, quæ neceſſariò requiritur Iaſ.*in d.l.num.*6.Saluſt.*in prax.par.*2. *cap.*4.*num.*48.& alij.

Secundò tenendum eſt,eiuſmodi Mulierum cœtus non eſſe illicitos,ac proinde Epiſcopum non poſſe illis præcipere clauſuram Regularem, aut reditum ad proprias domos: Nam licet ſint inſimul congregatæ,& honeſtam, ac exemplarem vitam ducant, attamen non ſunt Moniales, nec Tertiariæ, nec perſonæ Eccleſiaſticæ,dũ eãrũ Congregatio nõ eſt fundata authoritate Ordinarij,nec habet Monaſterium, aut Eccleſiam, aut Campanile, nec deferunt habitum Monachalem, & vniformem, non emittunt aliqua vota, non ſunt addictæ alicui Regulæ Religioſorum, ſed à proprio Parocho Sacramenta recipiunt, quemadmodum aliæ perſonę ſeculares, nec Epiſcopi iuriſdictioni ſubſunt. Ità firmant Menoch.*conſ.*984.Tondut.*par.*1. *quæſt. benef.cap.*112.*num.*15. Cytiac.*controu.*504.*nu.*9 *& ſeqq.*aliique.

Nec huiuſmodi Mulierum Collegium, in quo cõuiuunt,eſt locus Eccleſiaſticus, aut pius: Nam fuit erectum, ac inſtitutum abſque authoritate Ordinarij.

Sola enim cohabitatio,& conuictus ſæcularium dum non eſt ad malum finem, nec aliqua mala indè ſequuntur, de iure non prohibetur, alioquin tolleretur humana ſocietas. Et licet Congregationes de iure videantur prohibitæ in *l.*1. *& tot.tit.ff.de Colleg.illic.*Tamen vltrà,quod eiuſmodi prohibitiones non comprehendunt cœtus, qui ſiunt in cauſa pietatis, vt in eadem *l.*1. ibi: *Sed Religionis cauſa*, ibique Barr.in §. *Sodales in* 6. Gloſ. in *l.*1.*in princ. v. aliorum.ff. quod cuiuſque vniuerſitatis*.

Quapropter licet hæ Mulieres ſint per votum Virginitatis Deo conſecratæ, viuantque collegialiter,atque ſub obedientia,vel ſpontanea, vel etiam priuato voto,aut pacto promiſſa, niſi tamen habuerint ſtatum ab Eccleſia prò Religioſo aqprobatum,& in eo tria vota ſubſtantialia emiſerint,non obligantur præcepto clauſuræ,ſed ſolum ad obſeruantiam Conſtitutionis Pij V.Vndè Sac.Congregatio Conc.die 15. Iannar.1663.in vna *Florentina puellarum Montalua* cenſuit,citrà probationem actus huiuſmodi puellarum Congregationem in hac ſpecie poſſe ſuſtineri.

Nihilominus Peruetuſta, & Apoſtolica vox illa eſt: Chariſſimi nolite omni ſpiritui credere, ſed probate, vtrum ex Deo ſint: Quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in Mundum. Io.*ep.*1.*cap.*4.*num.*1.

Quarè cauendum maximè, nè nouæ Congregationes prætextu pietatis, vel alterius cuiuſque boni, ex quo poſſit incommodum aliquod ſuboriri, vel onus Reipublicæ Chriſtianæ,coaleſcant,vel inſtruantur,atque adeò principia ipſa reſcindenda.

An Monialis profeſſa,ſi mutato ſexu,fiat vir,remaneat profeſſus,ſeù propriè Religioſus, vel potius profeſſio irritetur. tom.4. Conſult.34.

FActos eſſe ex mulieribus viros multos olim legimus,& noſtris temporibus vidimus;Nunquam verò maiores viri in fœminas mutantur, repugnante ſcilicet natura, quę ſemper expetit dignius,& indigniori reſiſtit. Nec fabuloſum hoc eſt habere etiam mulieres ſuos teſticulos, & genitalia æquè atque viros, atque ob id nõ minus etiam,quam viros caſtrari poſſe, quemadmodum eas in Lidia caſtrari affirmat Alciat.in *l.Spadonum ff.de verb. ſignif. & l. antiq.lect.cap.*10.*& lib.*20. *cap.*14. quamuis in maribus genitalia membra propter caliditatẽ expellantur, in fœminis verò propter frigiditatẽ intus retineantur.Hippocr.*lib.*6.*epid.p.*8.

Ad quæſitum igitur reſpondetur, profeſſionem huiuſmodi inualidam eſſe: Nam differentia ſexus eſt eſſentiale impedimentum,ac dirimens profeſſionem viri in Monaſterio Monialium vt docent Nauar.Emanuel Sà, Henriquez,& Rodriquez,quod adducit, & ſequitur Sanchez, in *decal.cap.*4.*de Matrim.lib.*7.*diſp.*106. *num.*10. aliique. Quod præcipuè locum habet in profeſſione expreſſa;quia tunc non cenſetur,ſe voluiſſe obligare,niſi illi Religioni, ſeù Monaſterio, in quo caſu profeſſionẽ viri inter Moniales irritã fatetur Barthol.Brixienſis,quẽ ſequitur Io.And.in *c.tuarũ*,Gemin.*in can.Quod interrogaſti n.* 7. Cum ergò non valeat profeſſio viri in Monaſterio Monialium,ſequitur etiam irritari profeſſionem Monialis in Virum mutatæ:quia profeſſio redacta eſt ad caſum,à quo incipere non poteſt, nec eſſe,vt per Bald.*in l.ſi Gaudentius C.de contrah. empt.* Quia mutatio materiæ profeſſionis illius facta eſt,ſicut Matrimonium carnale,quod etiam conſumatum dirimitur, ſi mulier fiat vir Maiol.*lib.*1.*cap.*27.*num.*6.

Imò in hoc caſu dicendum eſt, fuiſſe ab initio profeſſionem viri inter Moniales. Anotomiſtæ, namque demonſtrant, conuerſionem ſexus fœminei in maſculinum naturaliter in poſſibilem eſſe,cum genitalia maris, ac fœminæ differant forma, ſtructura, & neruorum numero, Ideòque dicunt in tali caſu mutationem non eſſe

K

Digitized by Google

eſſe veram, ſed virilia, quæ vel ob defectum caloris, vel propter obſtaculum alicuius membranæ latebant intus, procedente tempore, aucto calore, vel ex aliquo conatu, vel copula coniugali, fracta membrana foras prodire. Et hanc veram eſſe ſententiam, & contrariam Medicorum eſſe falſam probat Laurentius *hiſt.anatom.lib.7.quæſt.8.* ac tenet Mariu. Delrio *Magic.diſquiſ.lib.2.quæſt.22.col.vlt.*

Illud porrò in hac controuerſia certum eſt expellendum eſſe hunc profeſſum a Monaſterio Monialium: Quia viri non poſſunt cum Monialibus permanere *per can. Definimus* 18.*qu.*2. & in terminis Portell.*in dub. Regul.num.9.q.4.* & *num.*13. *quæſt. vlt.* vbi addit, tunc dotem expulſo reſtituendam eſſe. Item & illud etiam certum, huiuſmodi virum remanere perpetuò irregularem à ſolo Papa diſpenſabilem propter indecentiam, & monſtruoſitatem, vt per Maiol.*lib.1.cap.33.num.*13.

An Moniales, quæ profitentur vnam ex Regulis à Sede Apoſtolica approbatis, ac emittunt præter vota ſubſtantialia caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, quartum votum, charitatis exercendæ in pauperes mulieres, morbo laborantes, habentque congruam dotem, ac ſeruant Clauſuram, ſint vere profeſſæ, ac Regulares earumque inſtitutum ſit approbandum? tom.4.Conſult.74.

AFfirmatiuè. Sola enim profeſſio Regulæ approbatæ cum emiſſione trium vototum ſubſtantialium ſatis eſt ad probationem ſtatus Regularis. *tex.in cap.cum ad Monaſterium in fin.de ſtat.Monach.*D.Tho: 2.2.*quæſt.*86.*art.*7.Bellarm. *de Monarch. lib. 2. toto cap. 2. & cap.9.* aliiſuè. Rot.*deciſ.* 116. *num. 3. par. 2.diuer.& dec.*308. *num.*7. *Vrgellenſi*, & in *Leodien. profeſſionis* 23. Iun.1662.coram Priolo.

Quod verò ad Hoſpitalitatem ceſſat difficultas: quia huiuſmodi inſtitutum exercendæ hoſpitalitatis ergà mulieres infirmas fuit pluries à Sede Apoſtolica approbatum, non ſolum in Gallia, & Belgio, vt colligitur ex Conſtitutione Pauli II. pridie Idus Septemb.1465. apud Vuadingum *annal.Minor.tom.6.Bull.*2.& apud Bord. *in Bulla tertii Ordin. Bulla* 154. Nec non Innoc.VIII. Nonis Septemb.1483. apud eundem Bordon. *loc.cit. Bulla* 174. & apud Vuadingum *tom.7. Bull.*18. Sed etiam Sac. Congr. Epiſc.& Regul. die 18. Iun.1663. reſpondit, Moniales Hoſpitalarias Monaſterij loci, ſeù Oppidi Dieppen. ſub Regula S.Auguſtini eſſe verè Regulares, & profeſſas. Quod Sac.Congregationis votum approbauit Alexan. VII. qui & anno 1665. confirmauit, approbauitque Congregationem, & inſtitutum Monialium exercentium eiuſmodi hoſpitalitatem in ſex Monaſterijs Diœceſis Andegauenſis, Cœnomanenſis, atque in alijs, vt ex diplomatibus expeditis 19.Iul.1664.& 8. Ian.1656.

Et hæc quidem admittenda ſunt, quandò agitur de Monaſterijs iam erectis authoritate Ordinaria, quæ ſola requiritur ad validitatem fundationis locorum Monialium ex diſpoſitione Sac. Conc. Trid. *cap.3. ſeſſ.* 25.*de Regul.*ibi: *Nec de cætero loca erigantur ſine Epiſcopi, in cuius Diœceſi erigenda ſunt, licentia.* Vt in terminis erectionis noui Monaſterij Monialium declarauit Sac. Congr. eiuſdem Conc.ex congeſtis à Fagnano *in cap. Non amplius num.* 70. & 85. *de inſtit.*

1 *An Virgo ab Incubo infeſtata, amittat virginitatem?*

2 *Et an per vim ſtuprata poſſit Deo conſecrari?* tom.4.Conſult.101.

AD 1. Plurimi trahunt ortum gigantum à Dæmonum concubitu, quod teſtatur ex D.Bonau. *in 4. ſent. d.*44. Si verò quæras vndè habuerint ortum, dicendum, quod ſicut narrat Ioſephus, dæmones incubi aſſumptis corporibus generant, & demon oſtendit mulieri, cum qua concubit, figuram talis hominis maximi, & ideò tum propter virtutem animabilem generatus fuit homo miræ magnitudinis, & ille poſtmodum alios generauit.

Et quamuis multæ Sagæ congreſſum Satanicum expertæ, ac peperiſſe dicantur, reſpondent malancholicas, ac pituitoſas mulieres ſæpius recubentes incubo vexari, præſtigijſque venereis deludi poſſe, ſine tamen ſemine maſculo concipere, fœtumque corporeum excludere, non admittendum cenſet Tandlerus *in orat. de faſcin. & incant.quæſt.*88.*an lamiæ venerem exerceant;* Si quandò igitur lamiæ peperiſſe viſæ ſunt, partum, vel imaginarium fuiſſe, vel ſuppoſitiuum credibile eſt.

Laurentius tamen Anania *in l.de natur.dæmon.*contrarium huic planè ſtatuit, pleroſque namque heroas, deperditoſque homines ex tali concubitu ortos eſſe, ſcribit Neronem ex angue conceptum, Merlinum illum vatem Anglum ex incubo procreatum. Aſtipulatur huic Strozius Cicogn.*in theatr.ex vniuer.natur. ſeù magna omniſ.lib.3.cap.3.* allegans Scot. *in 2 ſent. d.7. quæſt.*1.Auguſt.*de Ciuit.cap.*23 & *lib.1 quæſt.ſuper Geneſ.* 43. cuius verba ſunt hæc: *Fama vulgatum eſt, & à multis approbatum, atque etiam acceptum ab iis, de quorum fide dubitari non debet, faunos, & animalia quædam ſylueſtria, à vulgo incubi dicta, mulieribus ità moleſtos fuiſſe, vt concubere cum ipſis, luxuriemque explere cupiuerint.*

Qua autem ratione hoc fieri poſſit, non videtur, niſi hæc ſola, quod virile ſemen effuſum mox in vas muliebre cum debita temperantiæ qualitate transfundant. Et quidem adhibito viuentis alicuius ſemine, & transfuſo in naturalem locum, ſeù, vt pulchrè loquitur S Ambroſ. *in Pſal.*118.*in ſeminum vuluam*, ideſt vterum, poſſit dæmon prolem ſemini illi conſentaneam producere concors eſt ſententia grauiſſimorum Theologorum, & Philoſophorum, quos

ſequi-

Digitized by Google

ſequitur, ac referunt Caſtr. *lib. 1. de iuſt. hæret. punit. c. 16.* Auctores Mallei *par. 2. quæſt. 1. cap. 4.* Thyreus *lib. 1. de appar. ſpir. cap. 10.* alijque.

Ad 2. Stuprum voluntarium punitur in vtroque, ideſt in mare, & in fœmina. Violentum verò non in patiente, tex. in *l. 20. tit. 9. C. ad l. Iul. de adul.* vſque adeò, vt per vim ſtuprata nullam patiatur infamiam, nec de adulterio, nec de ſtupro accuſari poſſit, tex. & DD. ibidem, licet ipſa ſine præfinitione temporis ſtupratorem proſequi poſſit. *l. mariti in fin. ff. eod.* Et ideò inuiolatæ exiſtimationis eſt, vt nec nuptijs illius alius interdicatur. tex. *ibidem in fin.* & virginitatem retinere cenſeatur. *can. propoſitę 32. q. 1.* licet non poſſit in Monaſterium recipi, & vt Virgo Deo conſecrari, *cap. iuuenculas*, & ibi Canoniſtæ *26. quæſt. 1.* quia non agitur de peccato, ſed de Sacramento, niſi recipiatur huiuſmodi vitiata cum diſtinctione aliqua, omittendo aliquid ex ſignis virginitatis. D. Th. *in 4. d. 38. quæſt. 1.* Elbert. Leonin. *in proceſ. crim. ad l. 2. C. ad l. Iul.* alijque.

An Ordinarius poſſit augere numerum Monialium abſque illarum conſenſu per vota exquiſito, quandò irrationabiliter illum præſtare noluerint? tom. 4. Conſult. 170.

RESP. Poſſe, ſi redditus Monaſterij ſufficiant, inſtante potiſſimum Ciuitate prò huiuſmodi augmento ad conſulendum indigentijs plurium familiarum nobilium. Barb. *par. 3 de poteſt. Epiſc. alleg. 98. num. 1. & ſeqq. & de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 44. num. 28* Lezan. *in Sum. v. Monialis num. 5.* alijque ac Fagnan. *in cap. non amplius num. 24. & ſeq. de inſtit. & in cap. M. Ferrarienſis num. 45. cum ſeqq. de conſtit.* qui benè aduertit, hoc ipſum procedere, etiam ſi numerus eſſet determinatus à Conſtitutione, vel Statuto, cum præfixio intelligi debeat, rebus ſic ſtantibus, non autem mutato rerum ſtatu ob redditus auctos, & hanc interpretationem ait recipere Conſtitutionem Gregorij XIII. incip. *Deo ſacris*, quę mandat, quod ſuprà numerum præfixum aliæ Moniales recipi non poſſint, firmatque egregiè Franc. *in cap. fin. num. 3.* Idque in fortioribus terminis, ac ibi Gemin. *num. 5. propè med. de Regul. lib. 6.* Vbi quod in Monaſterijs, quę abundant redditibus, poſſit Epiſcopus monere Abbatiſſam, & Moniales, vt de nouo debeant aliquas Moniales creare, quod ſi non paruerint, poſſit Epiſcopus illarum negligentiam ſupplere, & Moniales propria authoritate conſtituere.

Atque hinc patet reſponſio ad obiectum, quod attenta diſpoſitione iuris Canonici, Monialium receptio non ſpectet ad Epiſcopum, ſed ad Abbatiſſam, & Conuentum, iuxtà *theor. Gloſ. per d. tex. in cap. fin. de Regul. in 6. v. pertineat*, ibique communiter Canoniſtæ, & Lap. *allegat. 31. per tot.*

Quoniam id limitatur, data negligentia, quam poteſt Epiſcopus ſupplere, augendo numerum, etiam reluctantibus Monialibus, prout firmant Gemin. Franc. & Calduin. *loc. alleg.*

Nihilominus hodie ex declarationibus Sac. Congregationis Epiſc. & Regul. numerus Monialium augeri non poteſt ab Ordinario ſine licentia Sac. Congregationis. Ità *in Brunduſina* 12. Mart. 1602. *in Lauretana* 27. Iul. 1604. & 23. Iul. 1649. quæ non conceditur, niſi redditus ità ſint aucti, vt quotannis, vltra 30 aureos annuos &c. ſit aliquid reliqui, vt *in Rhegien.* 29. Nouemb. 1600.

An Epiſcopus poſſit concedere licentiam acceptandi ad habitum, vel profeſſionem emittendi Monialibus ſibi non ſubiectis? to. 4. Conſ. 171.

TEnendum eſt, Epiſcopum non ſolum id poſſe, ſed etiam debere. Ità declarauit Sacr. Congr. Epiſc. & Regul. per hæc verba:

Al Veſcouo di Breſcia. *Altre volte dalla Sagra Congregatione è ſtato riſoluto, che ne' Monaſteri di Monache, anche eſenti, e ſoggette al gouerno de' Regolari non poſſono introdurſi Zitelle monacande, ſenza, che vi preceda l'accettatione delle Suore capitolarmente, e per voti ſegreti per vn luogo vacante dentro il numero prefiſſo, e la licenza in ſcriptis dell'Ordinario. Ora ſentendoſi dalle lettera di V. S. che ne' Monaſteri ſoggetti à gl' Abbati Caſſinenſi ſi pretenda da Superiori di eſſi di poter fare altrimente, e di non hauer biſogno del ſuo conſenſo, queſti Eminentiſſimi miei Signori inherendo alle riſolutioni ſudette, mi han comandato di ſcriuere, che ella non ſolo non lo permetta, mà in caſo di controuentione proceda contro i traſgreſſori alle pene canoniche, & alla cenſura di violata clauſura. Glie lo ſignifico, e Iddio la proſperi. Di Roma 1. Luglio 1650.*

Ratio eſt: quia id pertinet ad clauſuram Monialium, cuius conſeruatio Epiſcopis demandatur per Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 25. de Regul. cap. 5.* & per Conſtitutionem Greg. XV. *de priuileg. exempt.*

An, & quatenus Moniales eximi debeant à iuriſdictione Prælatorum Regularium, & ſubijci iuriſdictioni Epiſcoporum? tom. 4. Conſult. 172.

RESP. Poſſe, ſi conſtiterit, odium Monialium ex legitimis cauſis contrà Superiores Regulares exortum, adeò vt ſine ſcandalo, & animarum perturbatione eorum iugum amplius pati non poſſint.

Ita enim conſulendum eſt quieti ſubditorum, vt ad cognoſcendas inter eos diſcordias obortas, & ad ſcandala euitanda, Prælatus, etiam Ordinarius loco cedere, & à Superiori amoueri debeat, vt Eccleſia quietem recipiat, iuxtà doctrinam Innoc. *in cap. Vt teneantur de præb.* quam ſequitur Abb. *in cap. 1. num. 9. de elect. & in cap. Ex litteris num. 1. de homic.*

Digitized by Google

Idque locum habet, etiam ſi diſcordiæ ortæ ſint abſque culpa Prælati. Ad conſulendum enim ſubditorum quieti, Prælatus quantumuis innocens, remouetur; multò ergò magis vbi non deeſt culpa per tex. *in d. cap. ex his*, vbi Gl. *v. ſcandalum de homic.* Vbi enim non vnius, ſed multorum ſalus periclitatur, detrahitur aliqoid ſeueritati Canonis, vt plurimis ſanandis malis æquitas ſincera ſubueniat ex *cap. Vt conſtitueretur* 50. *d. & cap. Ordinationes quæſt.* 1. Rom. *conſ.* 33. *à num.* 13. *& præcipuè num.* 15. *&* 16.

Quod ſi procedit in Prælatis Ordinarijs, multò magis obtinere debet in Prælatis ex priuilegio, quorum ius debilius eſt, & cui facilius derogatur per tex. *in l. eius milites §. Militiaff. de milit. teſt.* & deducit Rota apud Merlin. *deciſ.* 245. *num.* 6. *cum ſeqq.*

Quandiù verò non conſtiterit de cauſis, ob quas Monaſterium Sanctimonialium debeat à regimine Superiorum Regularium eximi, tunc amouendi ſunt hodierni Superiores, & Confeſſarij Regulares, atque eorum loco alij Regulares à ſuis Superioribus deputandi, & ipſis Monialibus dandus eſt quotannis ad præſcriptum Sac. Conc. Trid. Confeſſarius extraordinarius, & primo anno debet eſſe Sacerdos ſæcularis per Ordinarium approbandus. Et ità ſolet reſcribere Sac. Cong. ſuper Epiſc. & Regul. ſicuti *in Maioricen. iuriſdictionis* 5. Octobr. 1668. Reliqua vide *in ſequenti Conſult.* 175.

Iterum de exemptione Monialium à Superioritate Prælatorum Regularium, deque earum ſubiectione Ordinarijs tom. 4. Conſult. 175. *Item vide* in ſuprad. Conſult. 172. huius tom.

QVoties accidit, Superiores adeò malè tractare ſuos ſubditos, vt reputari poſſit abuſus iuriſdictionis, tunc ſine dubio danda eſt exemptio. Hoſtien. communiter approbatus *in cap. Licet enim num.* 9. *de Simon.* Vbi Io: And. *num.* 13. Henric. Boic. *ad med.* alijque.

Id maximè faciendum videtur, quandò conſtat Prælatos Regulares cauſam præbuiſſe diſſentionibus inter Moniales, & in eas ſæuire. Rom. *conſ.* 34. *num.* 1. Gulielm. de Benedictis *in repet. cap. Raynucius num.* 56. *de teſtam.*

Vel ſi Moniales expenſis grauentur. Guid. Pap. *deciſ.* 62. & Prælatorum adminiſtratio tendat ad deſtructionem Monaſterij. *cap. Venerabilis*, vbi Gloſ. *v. Suſpecti de offic. deleg. cap.* 2. *§. priores*, vbi Gloſ. *fin. de ſtat. Monach.* ac alibi.

Vndè Moniales huiuſmodi Superioribus Regularibus poſſunt reſiſtere ad neceſſariam tutelam, & ad repellendum oppreſſionem, *l. vt vim de iuſt. & iur. cap. dilecto de ſent. excom. in* 6.

Item ſi interueniat ſcandalum exortum ex frequenti collocutione Regularium cum Monialibus, quæ res ſicuti ſcandaloſa eſt, ità opportuno egrè remedio, & Moniales ſub horum Regularium cura non ſunt amplius relinquendæ, ſed ab eorum ſuperioritate eximendæ. Abb. *in cap.* 2. *num.* 10. *in primo caſu de ſequeſtr. poſſ.* ibique Burrius *num.* 6.

Et ad id ſufficit contradictio aliquarum Monialium, præſertim ſi petatur exemptio à ſaniori parte; Imò ſunt eximendi, etiam ipſis non obſtantibus: Quia Iudex debet hoc facere ex officio. Gram. *deciſ.* 102. *num.* 15. *&* 17.

Quod multò magis fieri debet, cum iſta ſit materia fauorabilis eximere Monaſteria Monialium à Regularibus, & illa ſubijcere iuriſdictioni Ordinariæ, ex quo ſit redditus ad ius commune, quo inſpecto, omnia Monaſteria Monialium ſunt ſubiecta Ordinario quoad ea, quæ ſunt de lege iuriſdictionis. Abb. *in cap.* 1. *de ſtat. Monach. & in cap. dilectus de offic. Ord.* Bertachin. *de Epiſc. lib.* 4. *par.* 2. *quæſt.* 35. *num.* 80. *cum ſeq.*

Et generatim etiam iure communi ſtatuitur propter abuſum rerum iiſdem malè vtentem priuari, eaſque amittere. Hinc per omnes humanæ ſocietatis gradus vetita eſt ſæuitia, vetita eſt abuſio poteſtatis.

Hinc, & ſubditi obſequio, fide, ſacramentique vinculo liberantur, ſi Princeps conceſſo dominatu ob ſæuitiam, aut proteruiam præpoſterè abutatur per *cap. ſcelus quæſt.* 1. Luc. de Peo. *l. ſi Coloni num.* 12. *cap. de Agric.* Batt. & Bald. *ad d. l.* 2. *ff. de his, qui ſui*, alijque innumeri. Ità & quilibet alius abutens priuilegio ſibi conceſſo meretur id amittere. Gloſ. *in cap. ſuggeſtum* 9. *de decim. cap.* 60. *priuilegium* 11. *quæſt.* 3. *cap.* 7. *&* 74. ac alibi.

An Laici eligere poſſint ſepulturam in Eccleſiis exterioribus Monialium? Et quatenus negatiuè, vbi ſint ſepeliendi? Vide de Sepultur. Elect. tom. 4. Conſult. 177.

An Oblatæ Turris Speculorum Romæ ſolemni, vel ſaltem ſimplici caſtitatis voto teneantur? tom. 4. Conſult. 197.

QVoad votum ſolemne, negatiuè cum Nauarro *conſ.* 6. *&* 7. *de ſtat. Monach.* ex eius rationibus, quibus addo. Primò: quia Moniales, quæ emittunt vota ſolemnia, recipiunt velum conuerſionis, & profeſſionis ſtatis temporibus, & antequam habeant 25. annos non poſſunt conſecrari. Gloſ. *marg. in cap.* 1. *de iis, quæ vi c, deuotis Deo c. Virgines* 2. *qu.* 2. & Conſtit. Clem. VIII. apud Nouar. *in Summ. Bull. tit. de conſecr. virg.* At Oblatæ Turris Speculorum nullum velum recipiunt, & faciũt oblationem ante d. ætatem, neq; conſecrantur, neq; clauſuram obſeruant; Quæ conditiones requiruntur in Mulieribus Regularibus, alioquin eorum profeſſio eſſet nulla ex Trid. *ſeſſ.* 25. *c.* 1. *de Regul.* tex. *in cap. Periculoſo de ſtat. Regul.* Bolla Pij V. Greg. XIII. & Clem VIII. apud d. Nouar, *in tit. de Nouit. recip.*

Secun-

Secundò : quia illæ tantumodò Moniales Regulares ſunt, quæ emittunt tria vota ſolemnia in aliqua ex Religionibus approbatis per tex. in *cap. porrectum de Regul.* Mulierea autem Turris Speculorum hanc profeſſionem non emittunt, ſed tanquam Oblatæ faciunt ſimplicem oblationem, obligantes ſe ad conuiuendum iuxtà conſuetudinem Congregationis, non autem ſecundum Regulam Religionis approbatæ. Qui modus atque conſuetudo viuendi fuit quidem approbatus tanquam licitus, non autem declaratus à Pontifice tanquam Regula Religionis approbatæ. Magnum enim diſcrimen eſt inter illas virgines, quæ eligunt modum viuendi religioſum, & illas, quæ emittunt profeſſionem Regularem in Religione approbata. Gloſ. *in Clem cum ex eo de ſent. excom. Clem.* 1. *de relig. dom.*

Tertiò : Quia, dato etiam, quod Oblatæ Turris Speculorum faciant oblationem ſolemnem, quæ præſeferret profeſſionem Regularem, non idcircò dicendum eſt, quod ſint Religioſæ Regulares. Quoniam ad hunc effectum requiritur præcisè approbatio ſpecialis Apoſtolica, quæ inter Religiones approbatas illam connumeret, per Gloſ. *in cap. quod votum v. approbatis de vot. in 6.* Quod ità verum eſt, vt ſi aliqua Virgo poſt emiſſam profeſſionem in Religione non approbata, contraheret Matrimonium, hoc eſſet validum, etiam ſi dum profeſſionem emiſit, crediderit profiteri in Religione approbata. Cherub. *in Sum. Bullar.* Conſt. 99. Sixti V. Gloſ. *fin. in d. cap. quod votum de vot, in 6.* Conſtatque exemplis. Nam Tertius Ordo S. Franciſci ſub Nicolao III. & Fratres pauperis vitæ ſub inuocatione duodecim Apoſtolorum ſub Alexand. VI. quamquam emitterent tria vota, & viuerent in eodem habitu, & ſolita obedientia, nihilominus non ſunt veri Religioſi, donec ille non fuit approbatus ab eodem Nicolao, & iſti donec ab eodem Alexandro non fuerunt aggregati Religionis Sancti Auguſtini.

Quoad 2. Affirmatiuè, Primò: quia præfatæ mulieres ea vota emittunt, quæ fundatrix ab ipſis emitti voluit. Fundatrix autem ab ipſis emitti voluit caſtitatis, & obedientiæ votum, vt expreſſius verbis aſſerit Blaſius Palma *in vita S. Franciſcæ cap.* 19. *circà med.* & ſæpius Iulius Vrſinus *lib.* 3. *cap.* 2. & alibi. Idem tenuit Piliuc. *in vita eiuſdem S. Franciſcæ*, dum in tertia conditione mentionem facit votorum in plurali : Et confirmatur : quia S. Franciſca maximè optabat, vt Sorores ſuæ, ac diſcipulæ ad perfectionem anhelarent, & in eius aſſecutione omnes operam impenderent, vt in ipſius vita legitur.

Secundò : quia præfatæ mulieres profitentur iuxtà Regulam S. Benedicti, vt habetur in hiſtoria S. Franciſcę; Profeſſio autem S. Benedicti implicitè complectitur votum caſtitatis, vt omnes Doctores concedunt, etiam ſi in formula profeſſionis ſolum dicatur: *Voueo obedientiam iuxtà conſuetudinem Religionis.* In huiuſmodi enim voto, iuxtà communem Religioſorum ſenſum, & conſuetudinem intelliguntur etiam reliqua Religionis vota, vt benè Alphon. Rodriq. & alij. Addo in profeſſione prędictarum Monialium explicitè contineri votum ſtabilitatis, atque adeò votum virginitatis, ſeù continentię. Cum enim nomine perpetuę ſtabilitatis intelligatur perſiſtentia in eo ſtatu, in quo profitens tempore profeſſionis reperitur, itàut, ſi eſt Virgo, virginitatem ſeruet, ſi vidua in continentia, & ſtatu viduali permaneat, ſequitur in profeſſione ipſarum contineri votum virginitatis, ſeù continentiæ, ſeruata proportione perſonę profitentis,

Tertiò : quia prę̨fatę mulieres petierunt, & obtinuerunt ab Eugenio IV. facultatem ducendi vitam Apoſtolicam, Apoſtoli autem obſtricti fuerunt voto, non ſolum obedientię, verum etiam caſtitatis, vt probant Vaſquez. 1. 2. *diſp.* 65. *cap.* 5. *num.* 4. *& ſeqq.* Valen. *tom.* 3. *diſp.* 10. *quæſt.* 4. *par.* 1. *S. prætered.* Azor. *par.* 1. *lib.* 11. *cap.* 21. *quæſt.* 8. *ſub fine* Plat. *de bon. ſtat. Relig. cap.* 30. alijque.

Quartò : quia is, qui curam illarum habet antequam puellas ad inſtitutum Oblatarum Turris Speculorum idoneas enunciet, ter eas examinare conſueuit. Prima vice ante probationem. Secunda ante Nouitiatum. Tertia ante profeſſionem, Huiuſmodi autem examen inductum non fuiſset, ſi prę̨fatis puellis liberum eſſet ad ſęculares nuptias aduolare.

Quintò: quia prę̨fatæ mulieres vouent iuxtà conſuetudinem domus, conſuetudo autem domus inualuit ſeruandi caſtitatem, illamque implicito voto promittendi, vt clarè habetur in formula, iuxtà quam alias profiteri conſueuerant.

Seſtò : quia prę̨fatę mulieres ſua profeſſione intendunt fieri ſponſę Chriſti, neglectis ſęcularibus nuptijs; Illa autem quę ſponſa Chriſti fieri intendit, virginitatem ſpondet, ſuamque Corporis integritatem Deo vouet, dicat, & conſecrat, contempto humano Matrimonio;

Septimò : quia in dubijs fauendum eſt Religioni, pioque virginum Inſtituto, cum magna ſit ratio, quæ prò Religione facit. Pio autem virginum inſtituto fauetur, ſuſtinendo, ipſas ex propoſito virginitatem ſeruare.

An Nouitia licita ſit reclamatio ad Prælatum Superiorem, quod Moniales illam non admiſerint ad profeſſionem to. 4. Conſul. 201.

VIdetur reſpondendum negatiuè : Quoniam à non admiſſione, & electione, tanquam libera, & quæ pendet ab animo, & conſcientia Monialium, non datur appellatio. Cyriac. *controu.* 308. *num.* 34. Hinc profeſſio emiſſa coram Prælato Superiore, eſt nulla quia non poteſt admittere Nouitiam ad profeſſionem ſine con-

conſenſu maioris partis Monialium, cum de iure communi ad illas pertineat, nedum quandò recipitur ad probationis habitum, ſed etiam quandò admittitur ad profeſſionem. Abb. in *cap. ad Apoſtolicam*, ibique Gloſ. *fin. de Regul.* ac alij. Atque ità declarauit Sacra Congregatio Epiſc.& Regul. in vna *Colonienſi* 17. Maij 1652. vt ex literis datis Archiepiſcopo Conſentino Nuncio Apoſtolico Colonienſi ſequentis tenoris:

Molt'Illuſtre, e Reuerendiſſimo Monſignor come Fratello: E' ſtato rappreſentato alla Sacra Congregatione, che vna giouine Nouitia nel Monaſtero dell' Ordine Ciſtercienſe dello Dioceſe di Lieggi, doppo eſſer ſtata ribattata dalla Priora con voti di 17. altre vocali, ſia ſtata dall' Abbate col ſolo conſenſo dello Badeſſa, e di cinque altre Suore cauata fuori del Monaſtero, e nella di lui caſa ammeſſa alla profeſſione alla preſenzo di due di quelle Monache, e ricondotta poi nella clauſura, non oſtante, che l'altre habbino riclamato, e proteſtato. Queſto fatto, ò ſi riguardi olla violenza vſata alla reciproca libertà delle profeſſioni, & alla forma tenuta in darlo, ò alla violatione della clauſura, ſicome hà recato marauiglia a queſti Eminentiſſimi miei Signori, così è ſtato appreſo per degno di ſeuero caſtigo, e che non paſſi in eſempio. Onde doppo hauer l'EE.loro dichiarato nulla la profeſſione della Nouitia, hanno ordinato, che V.S. formando ſopra il fatto diligente proceſſo, puniſca rigoroſamente l'Abbate, e le complici nel modo, che ſtimarà di ragione, & adeguato al delitto. E quanto alla Nouitia, ordini, che ſi facci da quelle Suore nuouo Capitolo. E quando non ottenga legitimamente il conſenſo della magior parte, per eſſer ammeſſo alla profeſſione, ſi mandi alla ſua Caſa. Tanto ſi contenti d'eſeguire, con darne auiſo, e Dio la conſerui.

At nihilominus in hac re cenſeo, huiuſmodi reclamationem cum iuſta cauſa eſſe licitam. Euidens enim eſt, quod Nouitia habet notabile intereſſe in cauſa, & eius non admiſſio ſine cauſa afferret ipſi notabile grauamen, atque iniuriam; Vnde non poteſt reijci eius reclamatio in cauſa præſertim Canonica, in qua ſecundum ius Canonicum licet à quocumque grauamine appellare. Clem. 2. *in fin. de ſequeſtr. poſſ. & cap. cum ad Sedem de reſt. ſpol.* ac notat Abb. ibi Curt. iun. *conſ.* 168. *num.* 39. alijque, ac Rota *dec* 4. *num.* 4. *p.* 3. *rec.* & coram Pegna *dec.* 1075. *num.* 4. & coram Ludouiſio *dec.* 515. *num.* 5. Æquitas enim iuſtitiæ exigit, vt poſſit quiſque ſe indemnem ſeruare, & ſe tueri à quocumque grauamine, tam circà perſonam, quam circà famam, & propria bona. Ideòque eadem Sacra Congregatio Epiſc. & Regul. ſub die 7. Octobris 1648. ac alibi ſæpius declarauit, Moniales non poſſe reijcere à profeſſione Nouitiam ſine cauſa. Et licet alias cenſuerit, Ordinarium nullo pacto compellere poſſe Moniales ad acceptandas puellas ad habitum, neque ad profeſſionem, licet haberent licentiam Sedis Apoſtolicæ, vt 26. Maij 1602. nulloque modo Moniales iuramento, vel cenſuris eſſe cogendas ad exprimendam cauſam cur aliquam Nouitiam à profeſſione reijciant, nihilominus cenſuit etiam poſſe per Ordinarium, ſi ità expedire iudicauerit, ſuper eiuſmodi negotio eaſdem Moniales ſecretò interrogari, & ſi quæ ſuffragium aduerſus Nouitiam tulerunt, idoneam repulſæ cauſam adduxerint, ab incepto deſiſtet, & conſanguineis Nouitiæ, vt acquieſcant ſuadebit. Si autem Moniales nullam aut minus idoneam ſuffragij ſui cauſam attulerint, dabit operam, vt ipſas ab earum ſententia abducat, nè contrà Chriſtianam charitatem lædant, aut minuant exiſtimationem Nouitiæ. At ſi pertinaciter recuſauerint, de earum contumacia Sacram Congregationem faciat certiorem, vt de opportuno remedio confeſtim prouideri poſſit, vt reſoluit 5. Nouembr. 1605. Vndè aliquandò iuſſit iterum conuocari Capitulum, dummodò Monialibus prò extorquendis ſuffragijs vis non inferatur, vt 30. Ianuarij 1602. Et ſi neceſſè fuerit, Ordinarius ſecretò, & ex improuiſo ſe conferat ad Monaſterium vbi procuret ſuffragia per Moniales liberè dari, vt ſub 30. Iunij 1620. Profeſſio verò Monialium fieri debet in manibus Ordinarij principaliter, non autem Abbatiſſę, vt 22. Februarij 1625. Emiſſa tamen in manu Superioris, reclamante maiori parte Monialium, eſt nulla, vt in *d. Colonienſi* 26. Septembr. 1653.

An Moniales tranſlatæ ex vno Monaſterio ad aliud, teneantur ſub nouo Prælato, ſiuè Ordinario, cui perpetuò ſubijciantur, nouam profeſſionem emittere? tomo 4. Conſul. 202.

AFfirmatiuè. Eſt iuxtà decreta Sacrę Congregationis ſuper Epiſc. & Regul. & diplomata Apoſtolica, quæ in hac re expediri ſolent, cum facultas, quæ olim, ſiuè de iure communi, ſiuè ex Sac. Concil. Trid. locorum Ordinariis, vel Monaſteriorum Superioribus ſuper hoc competebat, fuit ſublata per Conſtitutionem B. Pii V. quę incipit *Decori*, vt eadem Sacra Congregatio declarauit ſub die 30. Maii 1651. Vndè Moniales quacumque occaſione transferri amplius non poſſunt de Monaſterio ad Monaſterium ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicę, toties, quoties obtinenda, nè occaſione quidem Prioratus, vel alterius officii, quibuſcumque in contrarium non obſtantibus ex decreto Pauli V. publicato à Sacra Congregatione ſub die 22. Decembris 1617. & Generalibus Ordinum Procuratoribus intimato. In eiuſmodi autem diplomate hęc verba ſolent apponi: *Vltrà præfatam facultatem ſe, vt ſuprà transferendi intrà ſupradictum tempus ad alia Monaſteria eiuſdem Ordinis ſubiecta, vel alterius, vbi ęqualis obſeruantia, & etiam laxioris, ac ſignanter ad Monaſteria S. Clarę Ordinis S. Franciſci, aliaque*

que

Digitized by Google

que ſimilia tranſire , atque ibidem profeſſionem, etiam non completo probationis anno, dummodò per duos ſaltem Menſes Nouitiatum agant, emittere licitè valeant, concedimus. In quo manifeſtè decernitur, quod non aliter incorporentur in Monaſteria, ad quæ ſunt transferendæ, niſi habito prius nouitiatu, & profeſſione emiſsa.

Secundò id euidenter probatur: quia duobus modis fit tranſlatio ab vno Monaſterio, & incorporatio in alterum. Vel per profeſſionem expreſſam in ſecundo, vt per Fridet. de Sen. *conſ. 5. num. 2.* Vel authoritate Papæ, ſeu Sacrę Congregationis per clauſulam de ſtylo ſolitam, vt per eundem Frid. *conſ. 19. num. 6. vol 2.*

Tertiò, ex ratione: quia in primo Monaſterio promiſerunt obedientiam Deo in primis, & Generali tantumodò illius Religionis, cui Monaſterium erat ſubiectum, eiuſque ſucceſſoribus, iuxtà formam traditam à Speculo *tit. de Regul. in princ.* Archid. Io: Andr. Gemin. *in cap. 1. de Regul. in 6* ac aliorum; Epiſcopus autem, ad cuius iuriſdictionē Monaſterium transferuntur, non eſt ſucceſſor Generalis præfati; Atque adeò Moniales translatę ex vi ſuæ profeſſionis, non tenentur obedire Epiſcopo, nequè Prioriſsæ illius Monaſterij eiſdem ſubiecti. Ac proindè, vt illis obedire teneantur, eſt neceſſarium, vt illis in noua profeſſione obedientiam promittant.

An Moniales abſque legitima licentia colloquentes cum Regularibus cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti, peccent mortaliter, & incurrant alias pœnas? tomo 5. Conſult. 48.

CEnſeo cum Sacra Congregatione Concil. in *Caſenatenſi* 13. Iun. 1654. *ad cap. 1. ſeſſ. 25. de Regul.* decreta Sixti V. Clem. & Vrb. VIII. pro reformatione non comprehendere Moniales, nec pœnas incurrere, niſi expreſſas ab Epiſcopis vel Concilijs Prouincialibus.

Idque extendo ad Moniales Regularibus ſubiectas. Ità namque declarauit eadem Sac. Congregatio in *Verulana* 29. Ianuar. 1633. his verbis: *Moniales Regularibus ſubiectæ alloquentes cum Regularibus, etiam eiuſdem Ordinis, licentiam legitimam non habentibus, incurrunt pœnas, & cenſuras à Concilijs Prouincialibus, vel edictis Epiſcopalibus in ſimilibus appoſitas.*

Quam declarationem tanquam poſteriorem ea, quam refert Barboſ. *in collect. v. Moniales alloquentes §. vlt.* nempè: *Alloquentes cum Monialibus exemptis citrà Conſtitutionem Epiſcopi, ab ipſo puniri poſſunt, non tamen ipſę Moniales exemptę,* Epiſcopi omnes ſequi debent. Et conuincit ratio: Nam iura cuſtodiæ clauſuræ Monialium, etiam exemptarum commiſsa Ordinarijs in Conc. Trid. non intelligitur ſolum de cuſtodia clauſuræ materialis, ſed etiam de cuſtodia clauſuræ formalis, vt alibi probauimus; Vndè ad clauſuræ conſeruationem pertinere hanc prohibitionem locutionis disertè aſſerit Vgolin. *de poteſt. Epiſc. cap. 21. § 2. num. 4.* Atque adeò poſſunt Ordinarij ex vi præfatę commiſſionis coercere Moniales etiam exemptas abſque legitima licentia colloquentes etiam cum Regularibus cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti. Et ità etiam cenſuit eadem Sacra Congregatio Conc. in *Viterbienſi* 26. Iunij 1627. cuius declarationem integram attuli alio in loco.

De Carceribus quoad Moniales? Vide de Carceribus tom. 5. Conſult. 60. num. 20.

An ſubſidium dotis legatum prò maritandis honeſtis puellis cum reſtitutione dotis in caſu carentiæ prolis, poſſit dari Virginibus ad profeſſionem Regularem admittendis? Vide de Legatis tomo 5. Conſult. 82.

1 *In qua ętate eligi poſſit, ac debeat Abbatiſſa, ſiuè Prioriſſa?*
2 *An ſufficiat incohaſſe annum 40.? Vbi*
3 *An tempus currat de momento in momentum?*
4 *An in hac ętate poſſit Epiſcopus, vel Nuncius Apoſtolicus diſpenſare, & electio Monialis in Abbatiſſam minoris ętatis ſit eò ipſo irrita?*
5 *De pœnis Monialium aliter eligentium.*
6 *Et à quo tempore ętas ſit computanda? an ſcilicet conceptionis, an natiuitatis, an baptiſmi?* tom. 6. Conſult. 10.

AD 1. Hodie ex decreto Sac. Conc. Trid. *cap. 7. ſeſſ 25. de Regul.* Abbatiſſa non minor eligenda eſt annis 40. & quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit. Ac ſi his qualitatibus, ibi non reperiatur, quæ ſaltem trigeſimum annum ætatis, & quintum profeſſionis exceſſerit, eligatùr, Quare ex Sacræ Congregationis ſententia, ſi in Monaſterio ſit Monialis annorum 40. & quæ octo annis poſt profeſſionem laudabiliter vixerit, non licet Monialibus aliquam ex alio Monaſterio, etiam eiuſdem Ordinis eligere. Sin autem reperiatur in Monaſterio aliqua Monialis quatragenaria cum qualitatibus requiſitis, non tenentur Monales etiam ex alio eiuſdem Ordinis Monaſterio eligere, ſed liberum illis eſt, aliquam, de conſenſu tamen Epiſcopi, vel earum Superioris eligere ex proprio Monaſterio, habentem qualitates requiſitas ex decreto. Quod, ſi nec talis in proprio Monaſterio, nec quatragenariam in alio eiuſdem Ordinis reperiatur, poterunt aliquam ex alio Monaſterio eligere, quæ ad præſcriptum *d. cap. indemnitatis,* trigeſimum annum expleuerit, & expreſsè ſit profeſſa. Nulla tamen minoris ętatis eligi poterit, ſed poſtulanda erit à Sede Apoſtolica,

Ad 2. Tenendum eſt, quod annus quatrageſimus in

in Abbatiſſa debet eſſe completus. Liquet ex *tex.in l.3.§.minore ff de minor.* vbi deciditur per hæc verba: *Minor quam viginti quinque annis importare, vt annus ſupremus debeat eſſe completus, & computatio fiat de momento in momentum.* Quod notat Io: Andr. *in cap. cum in cunctis de elect. num.35.* Ergò idem dicendum in terminis Conc. Trid. *d. cap.7. ſeſſ.25. de Regul.* quod loquitur per eadem verba. Id ipſum conſtat ex *cap.12. §.ad cæteras ſeſſ.24.* vbi Conc. præſcribens ætatem ad Dignitates non Curatas, vtitur iiſdem verbis, ibi: *viginti duobus annis non minores.* Et tamen Sacra Congregatio conſulta: an is, qui attingit 22. annum, poſſit obtinere Dignitatem non Curatam in Cathedrali, ſeù Collegiata, ſtante decreto Conc. quod ad eas Clerici alioquin idonei, & 23. annis non minores aſciſcitantur? Reſpondit, non poſſe, ſed oportere, vt annum 22. exegerit. Et in hanc ſententiam dedit literas ad Epiſcopum Abulenſem ſub die 24. Septembris 1593. quarum tenorem recitat Garzia *de benefic. par.7. cap.4. num.70.*

Ex his autem colligitur differentia inter Abbatem, & Abbatiſſam: Nam etſi in Abbate ſufficiat an.25. inceptus ex *d. Clem. 1. de ſtat. Monach.* in Abbatiſſa tamen requiritur prouectior ætas propter ſexus imbecillitatem. Abb. in *cap. ſuper inordinata nu.9. de præb. & in cap. cum in cunctis num.6. de elect.*

Ad 3. Et in hac ætate communis etiam ſententia eſt, non poſſe Epiſcopum, neque item Nuncium Apoſtolicum, vel alium Superiorem diſpenſare. Tambur. *de iure Abbatiſ. diſp. 28. dub.2. num.6.* Armendariz *in add. ad recopil. leg.* Nauar. *l.1. tit. 18. lib.7. de Epiſc. num. 72.* Garz. *d. par. 7. cap.4t num.72.* aliique. Nemo enim Sum. Pontifice inferior poteſt diſpenſare in lege Conciliari.

Ad 4. Cenſeo, eſſe irritam eò ipſo defectu formę ſubſtantialis, non autem accidentalis, vt vult Pelizarius *eo loco num. 92.* Quicquid ſit an ex Bulla Pij IV. ſuper confirmatione Conc. Trid. in quolibet eiuſdem Concilij decreto contineatur decretum irritans, ſi ſecus ſuper ijs à quoquam, quamuis authoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit atteotati, de quo nos alibi cum Gonzalez. Decretum ſiquidem irritans inducit formam, ſine qua actus ipſo iure corruit.

Ad 5. Moniales aliter eligentes priuari prò illa vice facultate eligendi, tradunt Lauor. *var. lucubr. tit.4. cap. 24. num. 6,* & quidem alij ducti *ex cap. cum in cunctis 7. § fin. de elect.* Vbi decernitur, eligentes ſcienter non habentem ætatem priuari prò illa vice facultate eligendi. Quod ſequitur Gloſ. & Gemin. apud Paſſarin. *num.78.* Sed ego cum ipſo Paſſarino id nego: quia *cap. cum in cunctis* non loquitur de electionibus Monialium, & quidem ſufficit, quod electio ſit irrita, quod magna pœna eſt.

Ad 6. & vltimum reſpondeo, eſſe computandam à die natiuitatis; Nam, vt definiuit Bald. *conſ. 19. num.3. lib.5.* ętas nihil aliud eſt, quod temporis menſura quędam à natiuitate vſque ad obitum decurrens. Quapropter nec à tempore conceptionis eſt computanda. Couar. *in 4. decret. par. 2. cap.8. §.1. num.3.* & Molin. *de iuſt. & iur. tom.2. diſp.573. ſub initio*, idemque Bald. *ibidem num.5* dicens ętatem non incipere in vtero matris, ſed in partu, vt *l. penul. C. de poſth. hæred. inſtit.* Et de baptiſmo id iam declarauit Sacra Congregatio Concil. Quæſitum enim fuit: Prouiſus eſt aliquis de Canonicatu in Cathedrali, habentem annexum Ordinem Presbyteratus, ad quem promoueri poteſt intrà annum, ſi attendatur dies natiuitatis; ſin autem dies baptiſmi, minimè, à quo tempore facienda eſt computatio? Sacra Congregatio cenſuit, tempus computari à die natiuitatis, non autem baptiſmi.

An Epiſcopus cogere poſſit ad Clauſuram Moniales exemptas, & Regularibus ſubiectas? Vbi plura eodem ſpectantia, & quaſi omnia ad Moniales attinentia, cum decretis generalibus, & particularibus, & innumeris Sacrarum Congregationum reſolutionibus? tom.6. Conſult.15. Item vide alia multa ad rem ? to.8. Conſult. 47.

PRæmittendum eſt cum communi Doctorum ſententia, quod omnes de Clauſura tractantes ſupponunt, & videri poſſunt Bonac. Sanch. Tambur. *loc. infrà citan.* Azor. *lib.13. inſtit. moral. cap.8. quæſt. 2.* & colligitur euidenter ex Conſtitutione Bonifac. VIII. incip. *Periculoſo, & ex cap.9. ſeſſ.25. Conc. Trid.* atque ex motu proprio B. Pij V. *Circa Paſtoralis*, ſcilicet Moniales eſſe in triplici differentia. Alię enim ſunt immediatè ſubiectæ Epiſcopis. Aliæ immediatè Sedi Apoſtolicæ. Alię verò immediatè Regularibus, quæ etiam dicuntur exemptæ. Inſuper duplex in Epiſcopo dari poteſtas. Alia Ordinaria. Alia delegata, de quibus DD. paſſim.

Expendo igitur hoc duplex Monialium genus cum hac duplici Epiſcoporum authoritate, certum eſt, quod ius cogendi ad clauſuram Moniales Epiſcopo ſubiectas eſt ipſius Epiſcopi authoritate Ordinaria. In Monaſterijs verò Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectis eſt ius eiuſdem Epiſcopi authoritate delegata Sedis Apoſtolicę. Certum etiam eſt apud omnes, Epiſcopum non habere ius ſuper clauſuram Monialium exemptarum authoritate Ordinaria. Ideò enim vocantur exemptæ: quia non ſubduntur iuriſdictioni Ordinariæ Epiſcoporum. Huius ratio eſt generalis exemptio Regularium à iuriſdictione Epiſcopi, de qua nemo huc vſque dubitauit. At Moniales exemptæ Regularium regimini ſubiectæ ſunt in numero

mero Regularium, potiunturque reſpectiuè Regularium exemptionibus, & immunitatibus ſpiritualibus, ac temporalibus, vt ex diuerſis Summorum Pontificum Conſtitutionibus, præſertim Sixti IV. & Leonis X. demonſtrat Tambur. de iure Abbatis *diſp. 12. quæſt. 1.* Atque adeò etiam Moniales exemptæ ab Ordinaria iuriſdictione Epiſcopi eximuntur. Tota igitur difficultas reducitur ad poteſtatem delegatam, an hanc habeant Epiſcopi quoad clauſuram ſuper Monaſteria exempta.

At egò non ſolum improbabilem, ſed etiam falſam exiſtimo poſt Concilium, præſertim Tridentinum, ac poſt Conſtitutionem Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs, de qua infrà. Quia verò hęc delegata poteſtas, quæ Epiſcopis competit, vel à Romanis Pontific. vel à Concilijs ſpecialiter eis demandari oportet, ideò cardo huius controuerſiæ in eo verſatur, vt videamus, an illa verè demandata ſit. Itàque audiamus Sacram Congregationem Conc. Hæc autem ſcribens Cardinali Paleotto, ſic ait:

Più volte è ſtato riſoluto, etiam di mente di Noſtro Signore, e ſcrittoſi anche a diuerſi Prelati, che li Veſcoui viſitando la clauſura delle Monache gouernate da Regolari, conforme alla facoltà, che da loro il Sagro Concilio di Trento poſſono, e debbono con queſta occaſione inueſtigare diligentemente, & informarſi ſe la clauſura è in alcun modo violata, parlando ſopra di ciò particolarmente alle Monache per intender ſecretamente da loro ſe vi è mancamento alcuno. Il che par tanto vtile, e quaſi neceſſario in queſta materia a chi vuol far l'officio di Viſitatore nella maniera, che conuiene, che non ſi dourà lamentar niuno di queſta riſolutione. E però dourà V.S. Illuſtriſſima così eſeguire. A 26. d'Aprile 1583.

Et 24. Februarij 1583. Licet Epiſcopis in viſitatione clauſuræ Monaſteriorum Regularibus ſubiectorum inueſtigare diligenter, & informationem capere, etiam à Monialibus, an clauſura aliquo modo ſit violata.

Et Sacra Congregatio Conc. alias cenſuit, licere Epiſcopo quoties opus eſſe iudicauerit Monaſteria Monialium Regularibus ſubiectarum quoad clauſuram viſitare, Monialeſque ipſas in his, quæ ad clauſuram pertinent, alloqui, & examini ſubijcere abſque Regularium interuentu, & ipſis inconſultis. Fr. Cardin. Veroſpius. Locus † Sigilli. Fr. Paulutius S.C.C. Secret.

Et ſcribens Archiepiſcopo Mediolanenſi dixit: Epiſcopus viſitans clauſuram Monialium Regularibus ſubiectarum, poteſt eas examinare in his, quæ pertinent ad clauſuram, & poteſt etiam ſermonem habere ad Moniales intrà, vel extrà ad Crates, & Sacramenta miniſtrare die 23. Mart. 1578.

Item in eadē Mediolanenſi: *Epiſcopus in Monaſterijs Monialium ſuæ Diœceſis, alteri Epiſcopo ſubiectis, ex Concil. Triden. habet ius viſitandi quoad clauſuram, & eandem poteſtatem quoad alia, quam habet in Monaſterijs ſubiectis Regularibus, 14. Aprilis 1579.*

Et in Viterbienſi 26. Iun. 1627. *Sacra, &c. ſæpius cenſuit, Epiſcopum ad clauſuram cuſtodiendam, etiam in Monaſterijs Regularibus ſubiectis poſſe excommunicationis latæ ſententię pœnam ſibi reſeruatam imponere circà aperitionem oſtii clauſurę extrà caſus indigentia, nec non circà acceſſus, & colloquia cum Monialibus, ac dictam excommunicationem ligare nedum Regulares accedentes, verum etiam Moniales, ſi de ipſis mentio fiat, adeò vt Superior Regularis ab eadem excommunicatione abſoluere nequeat*, Cap. Monaſteria 8. de vit. & honeſt. Cler.

Hanc declarationem afferunt etiam ex Regularibus Peyrinus *in addit. decret.* 5. Delben. *d. cap. 15. dub. 22. num. 24.* Id autem ſpectare ad Ordinarium cumulatiuè quoad Superiores Regulares, non autem priuatiuè, declarauit Sacra Congregat. Epiſc. in *Poſſanenſi* 31. Aug. 1658. independenter tamen a Superioribus Regularibus. Ità quod Superior Regularis non poſſit prætendere viſitare velle clauſuram Monialium ſibi ſubiectarum ſimul cum Epiſcopo, vel aſſiſtere illius viſitationi, vt declarauit eadem Sacra Congregatio Epiſc. in *Fulginatenſi* 10. Ianuarij 1648. Et ſępius decreuit Sacra Congregatio Conc. ac cenſuit nouiſſimè in *Vrbinatenſi* die 10. Martij 1663. *ad ca. 5. ſeſſ. 25. de Regul.* Cum enim quæreretur:

An in edicto, quod nemo ingrediatur Monaſteria Monialium, vel cum ipſis loquatur ſine licentia Archiepiſcopi, poſſint comprehendi Moniales S. Claræ exemptæ a iuriſdictione Archiepiſcopali? Sacra, &c. reſpondit affirmatiuè.

Luculenter autem declarauit eadem Sacra Congregatio Concil. in *Ratisbonenſi* die 24. Martij 1647. in qua, cum quæreretur: An in d. Conc. Trid. & Bulla Gregor. XV. comprehendantur Monaſteria, etiam Ordinis Ciſtercienſis?

Die 24. Martij 1647. Sacra Congregatio reſpondit, comprehendere omnes Ordines, etiam Ciſtercienſes.

Item Sacra Congregatio Epiſc. & Regul. die 24. Auguſti 1594. cenſuit quoad Moniales, Regularibus licet ſubiectas, alloqui nemo poſſit abſque licentia Epiſcopi, vel eius Deputati.

Quod decretum non ſolum fundatur in doctrina Sac. Conc. quod Clauſuræ cuſtodiam Ordinario committit, ſed etiam in ratione boni regiminis ad Sacram Congregationem Epiſc. & Regul. etiam abſque alio Canone, vel decreto ex officio ſpectanti, vt declarauit eadem Sacra Congregatio in *Bononienſi* 26. Auguſti 1597. In *Auximana* 2. Septembris in *Nouarienſi* 24. Nouembris eiuſdem anni, & in *Aquilana* 22. Februarij 1644.

Item 25. Iunii 1596. cenſuit, Epiſcopum viſitare poſſe Clauſuram Monialium non ſibi ſubditarum ſine aſſiſtentia Superiorum Monaſterij.

Die 25. Februarij 1573. cenſuit, poſſe Epiſcopum interrogare Moniales Regularibus ſubiectas de pertinentibus ad clauſuram. Et idcircò Monaſterium ingredi. Eadem 26. April. 1584.

Idque, etiam ſi nunquam alias viſitatæ fuerint. Eadem 24. Nouembris 1617.

Ac toties, quoties expedire iudicauerit. Eadem Sacra Congregatio apud Gallettum, Zerolam, & Armendariç.

Ac interrogare Moniales de omnibus pertinentibus ad clauſuram, ac prouidere. Eadem in Mediolanenſi *24. Aprilis* 1581.

Et *Superiores Regulares non poſſunt illum impedire. Eadem in* Ferrarienſi 2. *Maii* 1600.

Neque Nuncius Apoſtolicus. Eadem 19. *Iun.* 1648.

Die 17. *Iun.* 1605, *in* Iauuenſi *cenſuit, acceſſum ad collocutoria, vel Rotas, vel alias Monaſteriorum Monialium partes, eſſe materiam pertinentem ad clauſuram, & per conſequens ſpectare ad Ordinarium, etiam in* Monaſterijs *ſubiectis Regularibus, qui ea ad libitum viſitare poteſt.*

Cura enim, atque cuſtodia clauſuræ Epiſcopis demandata intelligi debet, non ſolum materialiter; ſed formaliter. Sed quid tergiuerſamur. Ità enim ad excludenda omnia ſubterfugia declarauit Sacra Congregatio Conc. approbante Clem. IX. die 11. Maii 1669.

Doppo eſſerſi diſcorſo in Congregatione ſopra il dubio, che moſſe V.S. intorno alle Donne Tertiarie di S. Franceſco, hanno finalmente riſoluto, che preſuppoſto per vero, che elle non faccino i voti ſolenni, nè alcuna profeſſione, nè meno habbiano coſa propria, nè habitino inſieme in forma di Congregatione, e non ſiano ſottopoſte a Superiori dell' Ordine ſudetto, ma a V.S. come Ordinario loro, non ſi deuono moleſtare in conto alcuno, come non compreſe nella Bolla di Pio V. E perciò attenda pure V.S. a fauorirle, & aiutarle, acciòche vadino ſeguitando nelle buone operationi, che hanno cominciato a ſalute di molte anime, & edificatione di tutta la Città, e non dubiti V.S. che il Superiore de Frati Oſſeruanti le dia più faſtidio, perche ſe gli ſcriue aſſai chiaramente la riſolutione ſudetta, auuertendo però V.S. a far leuar loro i ſoggola, che è proprio delle Monache, ſe pure lo portano, à 20. Marzo 1584.

Al Cardinal Paleotto. *N.S. il quale in diuerſe occaſioni è ſtato informato, quanto incommodo apporti a Monaſterij di Monache, oltre a qualche diſſolutione, il permetter, che nelle feſte loro vi vadino Muſici a cantare, ouero a ſonare. Et hauendo queſto inteſo, che tal'abuſo era in molti Monaſterij di coteſta Città, hà commeſſo, che io ſcriua a V.S. ſicome ſi è fatto altroue, con ordine, che non ſi permetta più per l'auuenire in qualſiuoglia Monaſtero etiam ſoggetto a Regolari, ſi faccia più alcuna Muſica da foraſtieri, douendo baſtar quella ſola, che ſapranno far le Monache di dentro. E però ſarà V.S. ſeruita far intendere a tutti i Monaſterij di coteſta Città, ch'oſſeruino queſt'ordine, e che non laſci, che in niuna maniera ſia violato, auuiſandone quanto per quelli, che ſono gouernati da Regolari, i loro Superiori, aſſicurandoli, che ſe non s'vbbidirà interamente, ſe ne ſarà il reſentimento, che conuiene, 20. Marzo 1584.*

Spoleto. Al Veſcouo. *V.S. sà, che ormai s'oſſerua in ogni luogo la riſolutione, che fecero queſti Signori alcuni anni ſono, che non ſi permetta più alle Monache il mandare altre Monache intorno a cercar la limoſina, violando in queſto modo la Clauſura, eſſendoſi conoſciuto per iſperienza, che non permetteua conto il tolerarlo più lungamente per i ſcandali, & altri abuſi, che ne ſeguiuano. Con tutto ciò, quando vn Monaſtero è ridotto a tal termine di pouertà, che le Monache ſi morrebbono di fame, ſe non andaſſero attorno alcune di eſſe a raccoglier le limoſine, è ſtato ſolito di conceder loro licenza in numero conueniente, purche ſiano d'età*

ma-

Digitized by Google

matura, e non viſtoſe, che per l'auuenire non s'accettino più Monache in quel Monaſtero, ma ſi eſtingua a poco, a poco, e ſi trasferiſca, ò ſi vuiſca ad altro più commodo, oue ſi aſſerua inticramente la Clauſura. E *perche s'intende, che il Monaſtero delle Monache di N. è ridotto alla ſudetta pouertà, V.S. per ordine di queſta Sagra* Congregatione *dee permettere, che alcune di eſſe poſſano andar fuori per raccoglier le limoſine nel modo ſudetto, purche accettino il decreto dell'eſtintione, che V.S. dourà fare in virtù di queſta mia, e tener poi ſaldo, che in modo alcuno non s'accettino più Nouitie in quel luogo, ſopra il quale dourà V.S. diligentemente inuigilare, acciòche viuano nel reſto conforme a voti, & allo ſtato loro*, 14. *Luglio* 1584.

Pauia. Al Veſcouo. *Circa poi alle Monache non è dubio alcuno, che per penitentiarle non ſi poſſano trasferire da vno in altro Monaſtero ſenza facoltà particolare di queſta S.Sede, a* 3. *Nouem.* 1524.

Parma. Al Veſcouo. *Quì in Roma, & in ogn'altro luogo, doue ſi tiene buona cura de'Monaſterii delle Monache ſi ſuol fare vna liſta di perſone, che ſono neceſſarie, come Fornaro, Muratore, Falegname, Ferraro, Facchini per certe occaſioni, oltre il Medica, Ciruſico, e Barbiere, a quali vna volta ſi da licenza per ſempre, ſin tanto, che non è riuocata, di poter, ſecondo i biſogni entrare nel Monaſtero, per far ciò, che occorre di loro meſtiere, auuertendo di pigliare perſone approuate d'età, e coſtumi buoni, e così douerà fare anche ne' ſuoi, con proibire inſieme, che non entrino altre perſone, che quelle, che ſono neceſſarie, che così è ſtato ſcritto, e ordinato in molti luoghi*, 20. *Nouembre* 1584.

Al Padre Generale de'Camaldoli. *Oltre a quello, che ſi dirà a bocca a V.P. ſopra a i dubij dati, queſti miei Signori mi hanno commeſſo, che io per ſua ſodisfattione le dica con queſta mia, che* V.P. *ha la medema autorità, e ſuperiorità ne Monaſterij di Monache ſogette all'Ordine, che hanno gl'altri Superiori Regolari, ne proprii, perciò, che non vi è nè legge, nè ordine, che gli le habbia leuato, ſe bene i Veſcoui Ordinarij ſopra i medemi Monaſteri hanno così ancora quell' autorità in certi caſi, che è ſtata conceſſa loro dal Concilio di Trento.*

Non può già ella ſola, come ne anche altri Superiori Regolari far mancar Zitelle, ſenza ſaputa dell'Ordinario. Perciòche in queſto caſo vi biſognano molte coſe, che non ſi deuono fare ſenza interuento dell'Ordinario.

Parimente nè ella, nè altri Regolari hanno facoltà di dar licenza alle Zitelle di educarſi ne' Monaſterij, ma ſi domanda quì, doue ſi concede licenza con otto conditioni, come ſi è detto in altre occaſioni ſimili. 30. *Nouembre* 1584.

Stabulum, & omnia neceſsaria prò ſeruitio animalium, & Iumentorum eſse debent extrà clauſuram in *Capuana* 8. Ianuarii 1595. & in *Bononienſi* 2. Ianuarii 1601.

Piſtorienſi. Reſolutiones ſuper quinque dubijs propoſitis à Reuerendiſſimo D.Epiſcopo Coaditore Piſtorienſi factæ in Congregatione die 16. Iulii 1585.

Se le Monache ſpiritate ſi hanno da esforcizare dentro la clauſura, ò fuori, & alla preſenza di cui?

Exorcizentur per bonos, & peritos ad feneſtram vel inter Clauſuram, ſi erit neceſsè.

Si ritrouano nella Dioceſi alcuni Monaſterii, che per eſſer poueri, mandano queſtuando, non ſolo le ſeruigiali, ma altre Monache, ſi domanda, ſe ſi deue permettere?

Nulla Monialis egrediatur, niſi licentiam in ſcriptis hic datam oſtendat.

Se ſi debba permettere, che le Monache foreſtiere in occaſione di viaggio, debbano alloggiare dentro la Clauſura, come è ſtato ſolito?

Nulla hoſpitetur intrà Clauſuram.

Se deue permetterſi, che dentro la clauſura entrino huomini, e donne per miſurar panni di dette Monache, acciòche non ſiano ingannate, come è ſtato tolerato?

Hæc negocia omninò agantur ad Cratem, & non intrà portam Clauſuræ, & Epiſcopus paternè conſultat indemnitati Monialium ſua prouidentia eo modo.

Se ſi debba permettere, atteſa la ſtrettezza de' Monaſterii, che il Sacerdote parato entri dentro la clauſura a celebrare, e predicare?

Intrà Clauſuram nemo celebret, nec ſermonizzet.

Adeſt decretum Sac.Congr. Epiſc. & Regul. de mandato Sixti V. prohibens alloquutionem cum Monialibus, & alia ad Clauſuram ſpectantia editum ſub die Nonis Maii 1590. & vide motum proprium Alexandri VII. de quo in 1. *tomo* huius tractatus.

Sacra, &c. attentis narratis, & dubio ipſo maturè diſcuſſo, & examinato, cenſuit, & declarauit, Regulares accedentes ad Monaſteria Monialium contrà formam decreti, quo huiuſmodi acceſſus per Sacram Congregationem prohibetur, vltrà pœnas priuationis officiorum, vociſque actiuæ, & paſſiuæ incurrere, etiam pœnam peccati mortalis. Die prima Iulii 1606. & 20. *Martii* 1621. *in* Neapolitana *& ità etiam cenſuit* Sacra Congregatio *Concil.* 12. *Ianuarii* 1619.

Per hoc decretum non prohibetur, quin Regulares prædicent Monialibus capitulariter congregatis 1. Iunii 1593. *Epiſcopo Interamnenſi*.

Ma non potranno già accommodare differenze, nè riſoluere caſi, ò far altra coſa in particolare. Catanzaro 22. *Ottobre* 1593.

Neque hoc decretum habet locum in Gallia, die 23. *Iunii* 1593. *Prouinciali Capuccinorum* Lugdunij.

Hoc decreto non cauetur, quominus Regulares poſſint alloqui ad Crates cum ſæcularibus fœminis, quæ in Monaſteriis degunt. Al Veſcouo di Ferrara 9. Agoſto 1593.

Procuratores Monaſteriorum Monialium, ſi ſunt Fratres, aut Monachi, non poſſunt abſque incurſu pœnarum huius decreti alloqui cum Monialibus à D.Elia di Milano 3. Nouembre 1593.

Decretum hoc non comprehendit Regulares Militiarum 16. *Maii* 1594.

Digitized by Google

Sera tamen Congregotio Conc. cerſuit in Placentina *9. Decembris 1651. per Epiſcopum fieri poſſe præceptum Regularibus, ne abſque ſua licentia accedant ad Eccleſias Monaſterioram Monialium prò celebrandis ibidem Miſſis.*

Poteſt tamen hodie concedi licentia quater in anno Regularibus contanctis in primo, vel ſecundo gradu, etiam per Ordinarium cum quibuſdam conditionibus, vt alibi diximus. 12. Kal. *Dec* 1623.

Milano 23. Nouembre 1592. Al Commiſſario Apoſtolico Oſſeruante. *Che il ſopraſcritto decreto non comprende il* Miniſtro *delle Prouincie, nè gl'altri Superiori per quei* Monaſterii*, che ſtanno ſotta il gouerna, e cura loro.*

Al Vicario Apoſtolico d'Vrbino 25. Gen. 1593. *Che vn Frate, il quale era ſtato nell' Oſpitio del Confeſſore d'vn Manoſtero ad effetto di curarſi, non era incorſo nella pena del ſopradetto decreto; Purche non haueſſe parlato con Monache, ò mangiata nel Monaſtero.*

Al Vicario di Ferrara 10. Febraro 1593. *Che reuocaſſi la proibitione fatta al Confeſſore, Medico, Barbiero, di poter entrare ne' Monaſterii ſonata l' Aue Maria, ſenza ſua licenza, baſtando la licenza generole, che così s'oſſerua in Roma.*

Al Commiſſario Apoſtolico mandato a Napoli per riforma de' Monaſterij à dì 12. Ottobre 1593. *Che ne' Monaſterii, ne' quali non ſi può fare l'infirmaria formalmente, ſi deputino in luogo di eſſa alcune ſtanze ſeparate, e rimote dall'altre, prouedendole del debito ſeruitio.*

Al Coadiutore di Verona 15. Febraro 1593. *Che la Congregatione di mente di Gregorio XIV. decretò, che ne' Monaſterii di Monache ſi debbano mutare i Confeſſori ogni trè anni, maſſimamente doue non mancano ſogetti. E che ciò faceſſe eſeguire così ne Monaſterii ſuoi, come negl' altri ſottopoſti a Regolari, & eſenti.*

Al Veſcouo di Faienza 29. Marzo 1593. *Che per vna Monaca pazza, e furioſa non ci è meglior rimedio, che tenerla priggiane in vna ſtanza più remota dall' altre, che ſi poſſa, purche ſia dentro la clauſura.*

Al Veſcouo di Spoleto 29. Marzo 1593. *Che le licenze, le quali ſi concedono giornalmente a Medici, Confeſſori, & altri Miniſtri ordinarii de' Monaſterii ſottopoſti a gl' Ordinarii inferiori, debbano eſſer ſottopoſti ancora al Veſcouo.*

Al Nuntio di Napoli 29. Marzo 1593. *Due figliuole fuggite di caſa de' loro Padri per ſoſpetto della vita ſi ritirorno in vn Monaſtero di Conuertite, & iui preſero l'habito. E perche la Corte temporale voleua procedere contro alcuni, che haueuano tenato mano a detta fuga, pretendeua d'hauer dette figliuole nelle mani per poterle eſaminare. La Congregatione riſolaette, che doueſſe baſtare alla Corte ſecolare d' eſaminar le figliuole per quello, che toccaua a complici ſenza, che vſciſſero dal Monaſtero, giàche il fallo di eſſe ſi perdona con la dedicotione fatta a Dio, & alla Religione.*

Al Veſcouo di Como. *Che le porte de Monaſterii, che ſeruono per vſo di Carri, e delle ſome ſi tenghino ſempre ſerrate di fuora con catenacci, e le chiaui ſi tengano dal Confeſſore, ò da altra perſona deputata dal Veſcouo, le quali porte non s'aprano mai, ſe non per l'vſo narrato.* 16. Marza 1593.

Al Veſcouo di Potenza 26. Aprile 1593. *Potrà permettere, che delle due chiaui della porta della Clauſara, vna ſia tenuta del Confeſſore, e l' altra dal Procuratore del Monaſtero.*

Montefalcone. Al Veſcouo 20. Settemb. 1593. *Queſti Illuſtriſſimi miei Signori hauendo veduto, e diligentemente conſiderato i capi degl' ardini fatti da V.S. per la riforma dello ſue Monache, e per ridurle all'oſſernanza della Regola, e de' decreti del Sagro Concilio di Trento, doppo hauer lodato la cura, e vigilanza, che moſtra in beneficio del ſuo gregge, ſi ſono contentati di riformare, & approuar gl'ordini ſudetti nel modo però, che ſeguirà appreſſo, cioè:*

Che ne' Monaſterij delle Monache ſottopoſte alla ſua cura ſi habbia da viuere in commune, tanto circa il mangiare, bere, veſtire, quanto circa tutte l'altre coſe, ſenza poter tenere coſa alcuna di proprio, anco che menoma, eccetto che quella, che sarà conceſſo alle Monache dall' Abbadeſſa per vſo ne' biſogni lora, che douranno anche eſſer pronte, e preparate di rendere, e riſtituire, ceſſato il biſogno, ouero giudicandoſi caſi eſpediente dalla detta Abbadeſſa, ſotto pena di priuatione di voce attiua, e paſſiua per due anni, e di eſſer punite ſecondo le Coſtitutioni della Regola, conforme al decreto del Sagro Concilio di Trento.

Che per montenere più facilmente queſta viuere in commune, e leuar via affatto la proprietà, ſi deputi vna Maeſtra ſopra i lauori, per mano della quale paſſino tutte le robbe, che ſi mandano al Monaſtero per farle lauorare, e che la Maeſtra ſola ſia quella, che diſpenſi i lauori alle Monoche particolari, il qual finito, ritorni in mano della Maeſtra, per conſignarlo poi a padroni, e riſcuoterne la mercede.

Che per dar animo alle Monache di lauorare, e fatigare in commune, ſi facci vna caſſa del depoſito con tre chiaui, vna delle quali tenga l' Abbadeſſa, l'altra la Depoſitaria, la terza la più Vecchia delle diſcrete, nella quale non ſolo ſi metta il prezzo, che ſi caua da i lauori, dati ſotto nome di quella Monaca, che li fà, ma ogn'altra coſa, che sarà data, ò mandata, donata, ò laſciata particolarmento a qualche Monaca, con ardine eſpreſſo, che in caſo di neceſſità, ſi habbia il denaro da impiegare, prima per beneficio della Monaca iſteſſa, che l'hà guadagnata, e di poi ſi poſſa ſpender ſempre, che vi ſarà biſogno vrgente per beneficio, e ſeruitio commune del Monaſtero.

Che in niuna camera priuata ſi poſſano tener veſtimento, ò altre robbe di qualſiuoglia ſorte, ſotto qualſiuoglia preteſto, eccetto quelle, che ſeno neceſſarie per vſo quotidiano, ò li ſaranno conceſſe dall' Abbadeſſa, e ſe alcuna ardirà di far altrimente, incorra irremmiſſibilmente nella detta pena delle proprietarie.

Che niuna Monaca particolare poſſa vendere, donare, ò pre-

Digitized by Google

preſtare coſa alcnna, nè tampoco lauorar gratis per alcuno, nè far elemoſina ſenza licenza della Superiora, ſotto pena di perdere il velo per vn Meſe, e di far tre volte la diſciplina, non proibendo però à detta Superiora di poter concedere, che a i parenti, e benefattori ſi poſſa donar qualche coſa di deuotione, e di far qualche lauoro di poca momento.

Che l'Abbadeſſa non poſſa dar licenza a Monaca alcuna di tener denaro ſotto qualſiuoglia preteſto, ancorche foſſe menoma la ſomma, e guadagnata da eſſe ſteſſe, ma il tutto ſi habbia da metter nella caſſa del depoſito da conſeruarſi, e diſtribuirſi, come di ſopra, ſotto pena di priuatione dell'offitio, e di voce attiua, e paſſiua per tre anni,

Che l'Abbadeſſa, inſieme con la Vicaria faccia tre volte l'anno diligentemente la viſita per il Monaſtera, e per tutte le celle, e trouanda alcuna con proprietà, proceda alle pene da noi paſte di ſopra contra le proprietarie, e ſe trouarà qualche coſa, alla quale per ſe ſteſſa non poſſa rimediare, nè dia notitia al Veſcouo, ò al Confeſſore del Monaſtero, ſotto la pena, che meritarà la delinquente.

Che ſe le Rotare non chiamano alcuna, che ſia domandata alla Ruota, ò alla Crata, ſe non concorrano queſte tre conditioni. La prima, che la perſona di fuori habbia la licenza ſottoſcritta da V.S. ò da chi ſarà da lei deputato, la quale ſi faccia moſtrare. La ſeconda, che la Monacha, che ſarà chiamata habbia hauuto la licenza dall'Abbadeſſa, altrimente le Rotare, che laſciaranno parlare ſenza dette licenze, ſiano ipſo facto priuate per tre meſi di voce attiua, e paſſiua, nel qual tempo faccino la diſciplina ogni Venerdì, e le Monache, le quali parleranno, non ſola incorrano nella detta pena, ma di più ſiano priuate di poter parlare per lo ſpatio di detti tre Meſi a perſona eſterna di qualſiuoglia ſorte. La terza che la Monaca, la quale hauerà da parlare nella Ruota, douendo raggionare con huomini, non li ſia lecita ſenza la preſenza di vna aſcoltatrice, che i raggionamenti siana breui, & haneſti, come è conueniente.

Che la medeme Ruotare non diano preſenti, lettere, ò altra caſa, nè dentra, nè fuori, che prima non l'habbia moſtrato all'Abbadeſſa, e da lei hauutane la licenza, nè le Monache poſſano accetarla ſenza la medema licenza, ſotto l'iſteſſe pene contenute nel precedente capitolo.

Che l'Abbadeſſa debba leggere tutte le lettere, che verranno di fuori alle Monache, e quelle, che ſaranna da eſſe ſcritte fuori, non ſolo habbia da leggere, ma ſugellarle, ò farle ſugellare, acciohe nan ſi mandaſſe vna lettera per vn'altra, mandarle ſubito per la deputata da lei a chi andaranno, ſotto pena di priuatione d'offitio.

Che le Zitelle per educatione ſiano tutte ſotto la cura di vna Maeſtra, ò due, e ſe occarrerà, che alcuna vi habbia dentro qualche Manacha parente, queſta non li sia Maeſtra principale, ma ſoprannumeraria.

Che dette Zitelle quanto alla clauſura, ſilentio, parlare, riceuere, a mandar preſenti, lettere, ò altra coſa, oſſeruino l'iſteſſo, che ſono tenute oſſeruare le Manache per vigore della lor Regola, e ſecondo, che è ſtato ordinato di ſopra.

Quelle Zitelle, che vſciranno vna volta di Monaſtero, non poſſano più rientrare, ſe non per farſi Monache, ſe però non haueranno nuoua licenza dall'iſteſſa Congregatione, e da N.S. iſteſſo.

Che le dette Zitelle ſtiano tutte in vn luoga, tanta alla ſcuola, quanto al mangiare, e dormire, e con eſſe ſtia la Maeſtra, ò altra deputata dall'Abbadeſsa.

Che niun Prete, di qualſiuoglia ſorte, e conditiane, eccetto li deputati da V.S. alla cura de'Manaſterii, poſsa ſotto pena all'arbitrio di lei andare a parlare alle Monache ſenza licenza ſottoſcritta da lei medema di ſua propria mano, e con detta licenza vi poſsana parlare ſòl con interuento dell'Abbadeſſa, e non altrimente.

Che ne meno i laici di qualſiuoglia ſorte, e conditione poſſano andare a parlare alle dette Manache ſenza la licenza ſottoſcritta da V.S. ò da chi ſarà da lei deputato, ſotta pena d'vn ſcudo per ogni volta, che ſaranna trouati a parlare ſenza detta licenza. Dichiarando però, che i Gouernatori del luogo, che ſaranno prò tempore, & il Fattare, il Giardiniero, e i Garzani ordinarij del Monaſtero poſſana ſenza altra licenza parlare all'Abbadeſſa, & Officiali per l'occorrenze, e ſeruitio del Monaſtero, e non ad altro.

Vogliamo ancora, che i Padri, le Madri, Fratelli, e Sorelle carnali, fuori però della Quareſima, e dell'Auuento, & i giorni, che le Manache ſi communicaranno, poſſano ſenza altra licenza parlare con le figlie, e ſorelle vna volta la ſettimana ſolamente.

Confeſſarij accipere non debent à Monialibus victum dietim, nec vtenſilia, vel lineam ſupellectilem, ſed tantummodò annuam prouiſionem. Eadem Sac.Congreg. in *Bononienſi* 19. Iunij 1601. In *Iamenſi* 28. Ianuar. 1603. in *Recanatenſi* 19. Apeil. 1624 Quæ non excedat duos iulios prò quolibet die. Eadem Sacra Congregatio in *Neapolitana* 27. Septemb. 1652. Quæ merces non ſoluitur ex capitalibus, ſed ex fructibus, in *Narnienſi*. 27. Septemb. 1652. Nec peó ea ſequeſtrandi fructus omnes, ſed accipienda paulatim, in *Aſſiſienſi* 6. Septemb. 1652. Nemo Regularium quacumque de cauſa comedat, aut refectionem corporalem ſumat in locis, vbi ſunt Crates, vel Rotæ in Monaſterium correſpondentes, vel in locis ad ea vicinis, vt videri, vel audiri poſſint à Monialibus, neque ante portam clauſuræ eadem refectio corporalis permittatur, multò minus intrà clauſuram, etiam ſi Superiores Ordinum eſſent, 13. Septemb. 1583.

Al Veſcouo di Regio 9. Agoſto 1593. *D'ordine di N.S. che faccia eſeguire gl'infraſcritti ordini, non ſola ne' Monaſteri ad eſſo ſottopoſti, ma etiam in quelli, che ſono ſudditi a Regolari,*

Prima, che i Parlatorij ſi habbiano da leuare dalle Chieſe, accomodandogli fuora di eſſi in luoghi opportuni con la ſua Rota, e ferrate doppie in ogni fineſtra, e così ſtrette, che da vn ferro, e l'altra non ſia

ſia più di due dita di larghezza, e ſi pongano nelle doe eſtremità del muro con la landa di ferro perforata, e con la tela, ò velo, ſecondo l'vſo, che coſtà ſi troua introdotto.

Secondo, che i Confeſſionali debbano leuarſi dalle ſtanze priuate, e metterſi dentro in Chieſa, in luogo conſpicuo, coſtretti con fineſtra ſerrata da landa parimente di ferro, ſtabile, e fermo, in maniera, che non ſi poſſa ſmouere.

Terzo, che le habitationi de' Confeſſori habbiano da eſſer diſgiunte, e ſeparate dalle muraglie de' Monaſteri, ſe in eſſe haueranno da pernottare, ò da mangiare, ma ſe le ſtanze haneſſero da ſeruire ſolo per vn ricouero, ſe gli permettano, anche contigue, & attaccate al Monaſtero, purche non ſia in eſſo Ruota, nè fineſtra, che corriſponda dentro alla Clauſura.

Al Patriarca di Venetia 21. Settembre 1593. *Che non dee irritarſi l'ammiſſione, nè il tempo del Nouitiato d'vna figliuola, ch'haueua preſo l'habito nel Monaſtero ſenza l'eſame dell'Ordinario, ma benſì ha da correggere il Superiore, & il medeſimo Ordinario douerà eſaminare l'iſteſſa figliuola dalla Grata, ſenza cauarla da clauſura, laſciandola continuare, ſe ſi trouarà ben diſpoſta, e facendola ammettere alla profeſſione, computatogli l'anno del Nouitiato dal giorno dell' ingreſſo, come ſe al tempo debito foſſe ſtata eſaminata.*

Idem decreuit die 22. Nouemb. 1593.

Al Veſcòuo d'Aſſiſi à di 13. Ottobre 1593. *Acciò che ne' Monaſterij poueri ſi mantenga Cappellano ſufficiente, reſtringa, e ſopprimo due luoghi del numero già prefiſſo, e ſtabilito.*

All'Arciueſcouo di Zara 27. Ottobre 1593. *Non permetta, che le Monache ſi facciano ſcriuere Conſuore delle Compagnie del Roſario, del Cordone, ò d'altro.*

Al Veſcouo di Terni 6. Luglio 1593. *Vna Nouitia trouata grauida, partorì nel Monaſtero ſegretamente per opera d'vna ſuo Zia Monaca, e nel cauare il parto fra certi panni l'Abbadeſſa lo ſcoprì, e tutte le Suore voleuano cacciar via detta Nouitia. Il Veſcouo operò di quietarle, come fece, moſtrando, ch'eſſendo il caſo paleſe, ſolo alle Suore, e la figliuola Nobile, cacciandola, i parenti l'ammazzarebbero, e così ſi fermorno, e conſultato il caſo in Congregatione, fu riſpoſto, che ſi teneſſe detta Nouitia in carcere dentro detto Monaſtero con prohibitione, che niuna Suora tratti ſeco, e da detto carcere non ſi muoua ſenza ordine della Congregatione, e fra tanto non li correſſe l'anno del Nouitiato.*

Al Patriarca di Venetia 9. Agoſto 1595. *Perche nelle Chieſe eſteriori de' Monaſteri ſi ritrouauano molte Cappelle con obligo di Meſſe da dirſi da' Frati, la Congregatione per leuar quella pratica, ordinò, che dette Cappelle ſi trasferiſſero nelle proprie Chieſe de' Frati, laſciando in quelle delle Suore ſolamente due Meſſe per ciaſcheduna.*

All'Arciueſcouo di Milano 29. Agoſto 1593. *Che nelle Chieſe di Suore non ſi faccia Muſica da' foraſtieri.*

Non permittatur acceſſus ſecularium ad Monaſteria Monialium ſub prætextu eas docendi ſonum Cimbalorum, vel alterius inſtrumenti, aut etiam Muſicam, vel cantum, etiam ad Crates. 17. Septemb. 1583.

Al Veſcouo di Nocera 5. Aprile 1593. *Per conuentione de' Monaſterij, ſtante la careſtia, la Congregatione hà fatti gl'infraſcritti decreti.*

Che s'accettino figliuole ſopr'il numero prefiſſo con dote duplicata, applicandone la metà per il viuere, e l'altra metà in cenſi, e beni ſtabili.

Se ciò non baſta, ſi coſtringano i luoghi pij alla terza parte dell' elemoſina, che ſogliono far' à' poueri ne' luoghi, doue ſono Monaſterij eſteradendo à queſto caſo la Conſtitutione di Gregorio XIII. che comincia Deo Sacris Virginibus, *e queſti luoghi pij non ſono obligati, ſe non a Monaſterij nel luogo doue ſono.*

Al Veſcouo di Rimini 3. Maggio 1593. *Si concede licenza di mandar' alla cerca dell' elemoſina, ò due, ò al più quattro Conuerſe con le conditioni, come s'è detto altroue.*

Che ſi debbano conſtringere i parenti delle Suore ciaſcuno à ſoſtentare quelle, che li ſono più congionte di ſangue.

All'Arciueſcouo di Sorrento 8. Giugno 1593. *Che haueua fatto male in ammetter l'appellatione interpoſta da vno, che pretendeua d'eſſer Procuratore d'vn Monaſtero, & era ſtato eſcluſo dal Veſcouo ſuffraganeo, perche non haueua 45. anni, però reuocaſſe l'inhibitione, non eſſendo queſta materia da trattarſi in giudicio, douendoſi definire dalla prudenza del Veſcouo.*

Al Veſcouo ſi ſcriſſe, ch'in tal materia dee attenderſi più la buona vita, e coſtumi, che l'età.

Al Priore di San Domenico di Camerino. *Conſultandoſe le figliuole, le quali ſi ritrouano nel Monaſtero, debbano vſcir in Chieſa, quando hanno da pigliar l'Habito? La Congregatione riſpoſe, che in ciò doueſſe oſſeruare la conſuetudine, parendo tolerabile, che poſſano vſcire, come s'vſa in Roma, & altri luoghi; Onde circa il dar l'habito, deeſi oſſeruare, che la figliuola eſca dalla Clauſura nella Chieſa eſteriore, e iui ſentir la Meſſa, e riceuer il Santiſſimo Sacramento dell' Eucharistia, il che finito con vna ghirlanda, e con vna Croce ſopra la ſpalla torni dentro, doue ſe li donerà dar l'habito con le ſolite ceremonie, ſenza, che niuno vi entri. A di 14. Aprile 1594.*

Quidam Vicarius volens viſitare Monaſterium Monialium intrauit ſepta Monaſterij aſſociatus à ſex laicis tantum, & cū dubitaretur: an incurriſſet cenſuras Greg. XIII. in Bulla contentas, dictum fuit, quod non. ſed grauiter erraſſe, cum aſſumendi ſint Sacerdotes ſeniores, & non laici in huiuſmodi functione.

Corneto à di 4. Aprile 1594. *Il Veſcouo conſultò, ſe doueua permettere, ch'vn Confeſſore d'vn Monaſtero entraſſe nella Clauſura, ad effetto di dar l'acqua benedetta nelle ſtanze, e la Congregatione riſpoſe, che nò, mà l'Abbadeſſa pigliata l'acqua benedetta di fuori, faciſſe tal'offitio.*

Torcello à 16. Maggio 1594. *La conſecratione*

delle

delle Suore dee celebrarſi da Prelati, ſtando le Monache dentro la Claſura, imponendo eſſe il velo della Conſecratione per va ſ.aeſtrino corriſpoadente nella Chieſa eſteriare.

In Cathacenſi 25.Febr. 1595. *Fù giadicato dalla Congregatione caſa aeceſſaria quella di dar licenza al Notara, e Teſtimonij per entrar nella Claaſura, ad effetto di far il teſtamento per qualche perſona ſecolare, che ſi troaaſſe iai dentro inferma.*

Conf.ſſarij Moaialium nullatenus ingrediantur *Clauſtra Monaſterij pratextu comitandi Operarios, Medicos, Chirargos, vel alios.* Vigilienſi 20. *Augaſti* 1600. *Si verò ingrediantur ad adminiſtranda Sacramenta, recta, & abſque diuerticulo eaat; redeantque, nec ad aliam Monaſterij partem diuagentur, etiam occaſione viſitandi alias infirmas, quibus Sacramentorum adminiſtratio minimè eſſet neceſſaria. Scientes autem infirmam ad Coafeſſionale Eccleſia accedere poſſe, nullo modo audeant Monaſteriam ingredi, vt ei pœnitentia Sacramentum miniſtrent. Ingredientes inſuper Sacramentum pœnitentia miniſtraturi, abſque ſocio ingrediantur. Idemque faciant in adminiſtratione Eucharistia, & Extrema vnctionis. Dum verò Confeſſioaes audiunt infirmarum Cella ianua remanere debet aperta, & amba comitatrices ad eandem Cella ianaam, ità vt ibi manentes Coafeſſarium, & infirmam commodè cernere poſſint, audire tamen non poſſint.* 13.*Septemb.*1583.

An Sacerdotibus in Monaſteriam ſapias introire liceat, vt ijs Monialibus, qua perpetuò, aut diaturno aliquo morbo laborant, Pœnitentia, & Eucharistia Sacramenta ſapius adminiſtrent, licet alias, cum agrotare caperaat ſemel Sacram Eucharistiam ſumpſerint? Sac.Congreg.Conc. cenſuit 18. *Maii, licere,*

Item concedendus eſt ingreſſus eidem Confeſſario ad aſſiſtendum morieati, eiuſque animam ritè Deo commendaadam. Tanta eſt enim neceſſitas exiſtentiam in articulo mortis, vt ei nulla diligentia par eſſe poſſit. Sac.Cong.Epiſc.in Lucen. 29.*Mar.*1589. *& 22.Decemb.* 1620. *Ad quem effectum, cum aliqua Moaialis laborat in extremis, conceditur Confeſſario pernoctatio in ſua ſolita manſione extrà Claaſuram, vt ingruente neceſſitate, illicò praſtò eſſe poſſit vocatus, Eadem Sac. Congregatio* 22. *Decemb.*1592.

At eadem Sac. Congregat. 13. Septembr. 1583. cenſuit, quod adminiſtrato Sacramento Extremæ vnctionis Monialium infirmis, ac animabus eorum Altiſſimo commendatis, Confeſſarij non amplius ibi morentur, ſed exhortari eas ab benè moriendum alijs Monialibus ſit curæ; Sacramentum Pœnitentiæ in caſu neceſſitatis adminiſtraturus ingrediatur in Clauſuram ſine Socio. Idemque in adminiſtratione Sanctiſſimæ Eucharistiæ, & Extremeunctionis obſeruetur. Sciens, infirmam ad Confeſſionale Eccleſiæ accedere poſſe, nullo modo audeat Monaſteriū ingredi, vt pœnitētiæ Sacramentū ei Miniſtret, vt ſup. dictū eſt. Nō liceat ei, nec alijs Regularibus ingredi Monaſteriū ſub prætextu ſepulturæ tradendi cadauer alicuius Monialis, aut officia funeralia peragendi, ſed hoc Officiū, ſi intrà Clauſuram ſepeliendum eſt, ab alijs Monialibus, vel à duobus Operarijs, ab Ordinariò approbandis, peragatur, vel ſi in Eccleſia exteriori humanda, cadauer ad portam Clauſuræ deferatur, receptumque à Regularibus, ibi ſepeliatur. Non ingrediantur Monaſterij ſepta Confeſſarius, aut alter Superior, nec etiam Epiſcopus, aut Ordinis Generalis prætextu concedendi habitum Nouitijs, vel recipiendi profeſſionem. Multò minus ad intereſſendum electioni Superiorum, aut Officialium Monaſterij, cum hæc functio ad Crates fieri debeat, iuxtà diſpoſitionem Sacri Concil. Trident. Neque etiam occaſione benedicendi, vel conſecrandi Abbatiſſas, ac ſolemniter velum concedendi, vbi ſolitum eſt ea benedici.

Præter autem Ordinarium, debet bis, aut ter in anno Confeſſarius extraordinarius ab Epiſcopo Monialibus offerri ex Trid. *ſeſſ.* 25.*cap.* 10. *de Regular.* coram quo omnes ſe præſentare ſucceſſiuè debent, etiam quæ confiteri nolunt, nè diſcerni poſſit, quænam indigeant, nec ne. Sac.Congreg.Epiſcop. in *Taraacenſi* 19. Octobris 1921. In *Canarienſi* 26. Iul. 1651. Vndè Confeſſarius extraordinarius nunquam datur Moniali particulari. Eadem Sac.Congreg. in *Panormitana* 27.Maij 1603. Nec perpetuus, neq. ad tempus. Eadem in *Ianuen* 27. April. 1657. *& d.ſeſ* 25. *cap.*10. Niſi per Sacram Pœnitentiariam prò vnà vice tantum, vel de licentia Sac.Congregationis, vt decreuit die 1.Septembris 1645.& 11.Ianuar.1647. Sac. Congreg. Conc. tamen cenſuit, ſupradictum decretum non procedere in viris Regularibus, licet ex ſuis Conſtitutionibus prohibeantur peccata confiteri alijs, quam Regularibus ſui Ordinis. Monialibus ſubiectis Regularibus deputentur Confeſſarij extraordinarij, etiam qui eiuſdem Ordinis non ſunt Regulares. Sac.Congreg. 12.Iul.1577.in *Neapolitana*.

Confeſſarij verò pro Monialibus, quantumcumque exemptis, etiam Regularibus ſubiectis, ab Epiſcopo ſunt approbandi, alias confeſſio eſt nulla, ex d.Conſtitutione Greg. XV. *Inſcrutabili* §. 5. cum declaratione Sac. Congregationis Conc. cuius occaſione quæſitum fuit à nonnullis Regularium Superioribus. Primò an ſtante eadem Conſtitutione Gregoriana Prælatus Regularis, cui Monialium cura commiſſa eſt, poſſit aliquibus ex ipſis Monialibus facultatem concedere ad plures annos, ſeù indeterminatè duraturam, confitendi Sacramentaliter peccata ſua Sacerdoti, qui Ordinarius, ſeù extraordinarius non ſit totius Monaſterij? Secundò, an ſtante dicta Conſtitutione, qualibet Monialium Regularibus ſubiecta, ſentiens ſe non grauatam mortali culpa, poſſit de venialibus validè confiteri Sacramentaliter cuicumque Sacerdoti, etiam non approbato ab Ordinario,

Digitized by Google

nario, & hoc abſque licentia,immò,& renuente Superiore eiuſdem Monialis? Sac. Congreg. ſecundum ea,quæ proponuntur,reſpondit,non poſſe in vtroque caſu. Die 9. Iunij 1657. in *Ianuenſi*.

Quæ Conſtiturio Greg.XV. ſeruari debet, etiam io Vrbe, vt ex decreto Alexand. VII. dato 29. Septemb.1660.

Sanè Epiſcopus remouere poteſt Confeſſarios, & adminiſtratores Monialium, ſi eorum Superiores ab eo admoniti, Id facere renuant,nec Superioribus Regularibus cauſam cur id faciat, ſignificare tenetur, quæ tamen facultas non competit Inferioribus Prelatis, iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus, nec Epiſcopis in perſonas Nullius Diœceſis, Eadem Conſtitutio Greg.XV.Poſt autem triennium remoueri,ſeù mutari debent nulla alia ſubſiſtente cauſa. Triennio enim elapſo,non poſſunt amplius audire Confeſſiones in eo Monaſterio per aliud triennium abſque licenria Sac. Congregationis, alias declarantur ſuſpenſi ab audiendis Confeſſionibus. Eadem Sac.Congreg. in *Comenſi* 4.Mart.1591. in *Raguſana* 2. Octobris 1626.& 27.Mart.1647.ac alibi. Quod haber locum etiam in Confeſſario Conſeruatorij puellarum,vel aliarum quarumcumque Mulierum. Eadem Sac. Congreg. 18. Mart. 1649. Et in *Lucenſi* 25.Iunij 1655.cap. *Indemnitatibus* 43.§.*Supradicta ſiquidem de elect.in* 6. Confeſſarij verò Domioicani, vel Caſſiuenſes non poſſunt durare in huiuſmodi Officio audiendi Confeſſiones Monialium, niſi per biennium ex eorum Conſtitutionibus. Eadem Sac.Congreg.17-Nouemb.1645. & 8.Iun.1657. Generaliter verò ab Epiſcopo approbati non poſſunt vigore illius generalis approbationis confeſſiones Monialium audire,ſed egent ſpeciali approbatione, & approbatus ad audiendas Confeſſiones Monialium vnius Monaſterii, non poteſt audire Confeſſiones Monialium alterius Monaſterij. Extraordinarius toties approbari debet, quoties deputatur, nec ſufficit eſſe ſemel approbatus, niſi prò ijs, quæ obtinuerint Indultum Sac. Pœnitentiæ eligendi ex approbatis prò Monialibus ſemel tantum. Eorum verò porta reſpondere debet in viam publicam. Eadem Sac.Congreg.10.Ian.1648. Et tam ipſi, quam alij Miniſtri Monialium, neque ab Vniuerſitate, neque ab ipſis Monialibus eligi debent, ſed ab Ordinario deputari. Eadem Sac.Congreg. in *Lauretana* 20.Septembris 1588.in *Tuſculana* 25. Octobris 1601. in *Regienſi* 4. Septembr.1602. in *Valliſoletana* 26. Octobr.1604. Vicarius verò non poreſt eſſe Confeſſarius Monialium: quia Moniales de ipſo non confiderent. Eadem Sac. Congreg. in *Sorana* 23.Iul.1587.io *Mutinenſi* 3. Februar. 1647.Neque Curatus, ſi exindè Cura notabiliter pateretur. Eadem Sac.Congreg.in *Venetiana* 26. Iul.1594.in *Parmenſi* 7. Mart. 1652. in *Taurinenſi* 2 Auguſti eiuſdem anni, & alibi paſſim: Neque Minores Conuentuales, quibus id prohibitum fuit à Pio V. Eadem Sac. Cong.in *Ortonenſi* 30.Iun. 1599. & in *Neapolitana* 20.Mart. 1621. Neque Obſeruantes Prouinciæ Reformatæ S.Antonij Luſitaniæ,quibus prohibitum fuit à Sac. Congregatione ſub die 7. Nouembris 1653. Et generaliter Regulares,non ſolum non poſſunt eſſe Confeſſores Ordinarij,ſed neque Capellani Monialium Ordinario ſubiectarum. Eadem Sac.Congreg. in *Piſtorienſi* 16.Maij 1653.Confeſſionalia verò amoueri debent ex Sacriſtia, ac locis occultis Monialium, & collocari in Eccleſiis exterioribus. Eadem Sac. Congreg. in *Camerinenſi* 19. Nouembr.1605.Ità tamen tecta, vt Confeſſiones audiri non poſſint. In *Fulginatenſi* 15. Nouembris 1652.

Hæc autem Clauſura introduci debet, non obſtante qualibet contraria conſuetudine. Eadem Sac. Congreg. in *Virdunensi* 15. Ianuar. 1602.& In *Conſtatiensi* 25.Iun.1603. Dummodò Monaſteria habeant neceſſaria, alioquin extinguenda ſunt in *Calaguritana*.18.Septemb. 1618.& ſi renuant, prohibetur receptio ad habitum,in *Pampilonensi* 10.Febr.1593.io *Tarracinensi* 5.Mart.1603.& in *Conſtatiensi* 13.Auguſti 1616. Non tamen tenentur Moniales emittere quartum votum de Clauſura. quia comprehenditur ſub tribus io *Zamorrensi* 7.Februar.1592.In aliquo tamen caſu iuſſæ fuerunt illud expreſsè emittere in *Attrebatensi* 3. April.1618.

Vbi verò relaxata fuerit, debet ſine rigore, cum ſuauitate,& cautela,ac temporis beneficio in *Salutiensi* 12.Ian.1604 Et nimis ampla debet reſtringi. In *Caſſanensi* 6. Iul. 1618. Eiuſque clauis ad cuſtodiendam ianuam à parte interiori per Abbatiſſam tenendam, debet fieri diuerſa ab exteriori,quam tenet Confeſſarius. In *Marsicana*.5.Decembr. 1600. Vel alia Perſona moribus, ac ætate grauis ab Ordinario eligenda, quæ non ideò licentiam habere cenſeatur ingrediendi Monaſterium. in *Gallipolensi* 29.Mart.1588. Non autem illam tenere debet Cappellanus iunior,vel Magiſtratus ſæcularis, vel eius Syndicus, vel alius quilibet Laicus,niſi in defectum Eccleſiaſticorum, & ad nutum. in *Telesina* 17.Febr.1601.in *Marsicensi* 27.Maii 1603.in *Liciensi* 4.Iun.1610.in *Zarentina* 26. Nouembr. eiuſdem anni. Multò minus Superior Regularis ipſarum Monialium. in *Perusina* 19.Auguſti 1603.

Cum cæteri quicumque ſint, etiam Confeſſarius, ingrediuntur Clauſuram, Moniales omnes ſecedere debent, nec ſinere ſe conſpici,præter Superiores,& Comitatias. in *Ianuensi* 1.Octobris 1602.in *Nullius Capensi* 23. Decembris 1603. in *Neapolitana* 10.Iun. 1616. Licentia verò tam manuſcripta, quàm impreſſa prò ingreſſu debet concedi Miniſtris, ac ſeruientibus neceſſariis prò illis ſolis ſeruitiis, quibus non poſſunt ſupplere Conuerſæ, & quò bre-

nis

Digitized by Google

ois. se parcins fieri poterit cum renouatione trimaſtri . in *Placentina* 6.Iun. 1614. Nec debent admitti licentiæ ingrediendi , niſi ipſæ Moniales capitulariter , ſecretiſque ſuffragiis conſentiant . in *Mediolanenſi* 20. Septembris 1604.Vrb.VIII.27.Octobr.1624.Conſtitutio , quæ incipit *Sacroſanctum* .

Nequit tamen Epiſcopus,etiam de Mandato Sac. Congregationis, ponere puellas ad explorandam voluntatem in Monaſteriis ſubiectis Regularibus in *Ferrarienſi* 12. Decembris 1581. in *Piſana* 22.Maii 1582.in *Regienſi* 6.Decemb. 1593.Vicarius verò foraneus non poteſt concedere huiuſmodi licentias ſiue facultate ſpeciali . in *Piſtorienſi* 3.Decembris 1602.In Monaſteriis autem à Ciuitate remotis debet Ordinarius perſonam Eccleſiaſticam delegare ad has licentias concedendum , quas ipſe tamen in principio anni recognoſcet . in *Papienſi* 5. Febr.1607.Nec debet Procurator, vel Syndicus habere licentiam ingrediendi . in *Licienſi* 15.Mart.1595.& 4.Iul.1610.& in *Tarantina* 26.Nouemb.eiuſdem anni. Nequè cum Sacerdote ingrediente ad miniſtranda Sacramenta . in *Senogallienſi* 26.Ianuar.1603. Nequè cum aliis Superioribus intrantibus in caſibus neceſſariis , non obſtante contraria conſuetudine , quæ ſublata fuit per Conſtitutionem Gregor. XIII. in *Ariminenſi* 10.Ianuar.1617.Factor verò ſi non patiatur exceptiones , habitare poterit in Camera intrà Colloquutorium, ſed extrà Clauſuram . in *Nouarienſi* 5.Decemb.1600. in *Ianuenſi* 15.Martii 1606.Et ingredi poteſt,prout moris eſt,ad accommodanda dolia , recondendum vinum , & alia neceſsaria ſeruitia peragenda . In *Peruſina* 9.Octobris.1618.

Introducens verò infantes cuiuſuis ſexus,vel ætatis , incurrit in cenſuras violatæ Clauſuræ . in *Tudertina* 7. April. 1579. in *Neapolitana* 22. Mart.1580. in *Taurinenſi* 10. Iul. 1650. Vndè tolerari non debet , quod puellæ licet paruulæ ingrediantur , & egrediantur ad libitum . in *Piſtorienſi* 24.Febr.1579.Et Abbatiſſa,quæ hoc permittit,priuetur Officio,voceque paſſiua.in *Sanſeuen* 8.Maii 1595. At intruſæ permittantur remanere in caſibus præciſæ neceſſitatis . in *Maceratenſi* 23.Iul.1649.

Prohibetur comedere,ludere,pernoctare, &c. intrà ſepta Monialium . Cum nuper ad notitiam Sanctiſſimi,&c.vt nulli Mulierum huiuſmodi , &c. liceat ibi pernoctare , aut refectionem ſumere , ſed nequè libros prophanos , longèque minus amatorios , vel obſcœnos , nequè aleas, vel taxillos eò inferre , aut cum Monialibus , vel aliis intra Clauſuram ludere. Prętereà quę facultatem habent ingrediendi ſimul cum vnà vel pluribus Matronis,aut Ancillis,non poſſint eas, quas ſemel duxerint , prætextu , vel cauſa cuiuslibet,etiam legitimi impedimenti, mutare,aliaſue in earum locum ſubſtituere . Quod ſi aduerſus ea , quæ ſuperius præſcribuntur , vel eorum aliquid contrafacere præſumpſerint, gratia,quam impetrauerunt ingrediendi Clauſuram,nulla ſit eò ipſo,& ſic ingreſsę,tanquā ſi nullā licentiā obtinuiſsent,ob violatā clauſurā, latæ ſententiæ excommunicationem incurrant, à qua non ab alio , quam à Beatiſſimo Romano Pontifice abſolui poſſint , &c. 5. Iulii 1630.

Intrà eandem clauſuram non poteſt Miſsa celebrari , non obſtante qualibet contraria conſuetudine . in *Bononienſi*. 2.Ianuar. 1601. Nequè ibidem Monialibus Euchariſtia miniſtrari . in *Craconienſi* 23.April.1616.Et in hoc Sac. Congreg.regulariter diſpenſare non ſolet . in *Mantuana* 13. Iun.1591. Eſtque abuſus non ferendus, quod aliquę Moniales exeant ad audiendum Miſsam in Eccleſiam exteriorem ſub prætextu , quod interior non ſit omnium capax. in *Camerinenſi* 3. Septembr.1597. Quæ tamen licentiam habent extrà Clauſuram degendi,ire poſsunt ad Miſsas, & alias deuotiones per Eccleſias Ciuitatis , ea modeſtia , & comitatu , quæ habitum minimè dedeceant . In *Tiburtina* 15.Auguſti 1586.Clauſæ tamen in Curru , & de licentia Ordinarii in caſibus particularibus obtinenda, in *Neapolitana* 17.Febr.1607.

Limitare ianuæ valdè foras porrectum , debet amoueri , vel extrà Clauſuram declarari . in *Ciuitatis Caſtelli* 12.Mart.1601.Nec Sacriſtana, nec Prioriſſa , nèc alia Monialis egredi poteſt in Eccleſiam exteriorem , occaſione claudendi ianuam illius , vel quolibet alio prætextu. in *Brixienſi* 12. Decembris 1608. Nequè. in hoc datur licentia . in *Amerina* 22.Ianuar 1577. In *Comenſi* 8.Decemb. 1578. in *Neapolitana* 1.Octobris 1599. in *Theanenſi* 27. Octobris 1603. Sed prò neceſſitate claudendi ianuam reſpondentem in viam publicam, debet prouideri de nocte cum ſera à parte exteriori , cuius Clauis teneatur à Confeſſario, vel Procuratore, vel alia perſona vicina ſene , ac timente Deum . 20.Septembr.1694.

Conuerſarum in locum teneri non poſſunt mulieres ſæculares , maximè,quæ facultatem habent eundi , ac redeundi ad arbitrium ſuum , vel Monialium . *Baruli* 27.Iul.1604.

Sextò adducam pœnas contrà violantes Clauſuram Monialium , & quidem ex *c.1. de ſtat. Regul.in 6*. Nulli aliquatenus inhoneſtæ perſonæ , nec etiam honeſtæ,niſi rationabilis, & manifeſta cauſa exiſtat , ac de illius , ad quem pertinuerit , ſpeciali licentia ingreſſus , vel acceſſus pateat ad eaſdem . Et ex Trid.*Seſ*.25. *c*.5. *de Regul*.ingredi intrà ſepta Monaſterij nemini liceat cuiuſcumque generis, conditionis, ſexus , vel ætatis fuerint , ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia in ſcriptis obtinenda,ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda . Dare autem tantum Epiſcopus , vel Superior licentiam debet in caſibus neceſſarijs, nequè alius vllo modo poſſit,etiam vigore cuiuſcumque facultatis , vel indulti hactenus conceſſi , vel in poſterum concedendi .

Hæc excommunicatio quatenus ex vi huius decreti non eſt reſeruata, ſi tamen violatio fiat Clauſuræ per ingreſſum ad malum finem, ideſt luxuriç, extrà Vrbem Romam per totam Italiam, eſt reſeruata Papç, vt neque priuilegiati poſſint abſoluere, ex decreto Sac. Congregationis, ſeù Clementis VIII. de quinque caſibus reſeruatis. Item ſecundum opinionem multorum, quam ſequitur ſtylus Curiæ in omni caſu, etiam ſi ingreſſus fiat non ad malum finem, excommunicatio eſt Papæ reſeruata ex alijs Conſtitutionibus, vt neque Epiſcopus poſſit abſoluere, niſi tamen caſus ſit occultus, iuxtà Trid. *ſeſ.24.c.6.de reform.*

Incurrunt autem hanc excommunicationem Trident. etiam intrantes cum licentia, ſed ſubreptitia ex falſis narratis. Facultas verò generalis conceſſa, v.g. Abbatiſsæ ad concedendas licentias, non requiritur, vt ſit in ſcriptis, neque licentia prò ingreſsu conceſsa in caſibus neceſsarijs debet eſse toties, quoties, ſed poteſt eſse generalis prò caſibus ſpecificatis ex d. *c.1.de ſtat.Regul.in 6.*

Alia excommunicatio Papæ reſeruata lata eſt à Greg.XIII.in ſua Conſtitutione, quæ incipit *Vbi gratiæ* contrà quaſcumque perſonas, etiam Comitiſsas, Marchioniſsas, Duciſsas, aut Comites, Marchiones, Duces ingredi audentes prætextu facultatum, ibi reuocatarum, Clauſuram Monialium. Excommunicatio quoq; ſimili tenore lata eſt à Paulo V.in Conſtitutione incip. *Monialium*.

Vndè in excommunicationem Papæ reſeruatam incidere, qui ſine neceſsaria licentia intrant in Clauſuram, licet id faciant propria authoritate, & ſine prætextu priuilegiorum, declarauit Sac.Congreg.Epiſc.in *Comensi* 15. Septembris 1578.& in *Mediolanensi* 19.Maij 1679. & etiã cum licentia in Caſibus non neceſsarijs, puta ad viſitandas Moniales Conſanguineas, etiam infirmas, & illæ Mulieres, ſeù viri, quicum vno ſaxo, vel ligneo, vel qualibet alia re intrant ſub prætextu deferendi neceſsaria prò fabrica, & Moniales, quæ tales introducunt. 11. Iunij 1583. Et qui licentiam habet intrandi prò vno ſeruitio, ſi poſteà intret prò alio 6. Auguſti 1601.& 14.Iun. 1630. Secus qui ingreditur, etiam ſine licentia, ad extinguendum incendium, vel ad ſeruandum ſeipſum, aut Monaſterium ab incendio, vel ad ſuccurrendum in aliis caſibus repentinæ ruinæ. in *Interamnensi* 18. Decembris 1601.in *Alatrina* 12.Mart. 1602. in *Vrbeuetana* 18.Mart.1603. Et tamen datur ad cautelam abſolutio, ſi petatur. in *Aesina* 11.Iulij 1653. Puella verò, vel Vidua, quæ temerè ingreditur ad ſuſcipiendum habitum, & Abbatiſſa recipiens, incidunt in cenſuras. Hæcque debet grauiter puniri, illa expelli, nec amplius admitti ſine licentia ſpeciali Sac.Congregationis 8.Nouemb.1601.& 5 Febr.1649. & 8.Nouemb.1652. Nec prò educanda, nec ad probandum inſtitutum 5 Decemb.1600.3.Decemb. 1601.& 8.Octob.1649. Si tamen ingreſsa fuit, non ad malum finem, poſtquam exiuit, abſoluitur cum pœnitentia ſalutari, abſque vlla pœna pecuniaria 20.Nouemb.1654. Qui verò intrat prò vno ſeruitio, & poſteà vagatur per Monaſterium, pluſquam requirit ſuum officium, vel permittit licentia, incidit in excommunicationem, ſicut, & Moniales id permittentes 4.Auguſti 1602.in *Aſſisiensi*, & 17.Septembris 1602.

Peccatum verò fornicationis cum Moniali eſt Sacrilegium grauiſſimum contrà votum Caſtitatis eius, vel etiam contrà conſecrationem, & eſt crimen depoſitione dignum in Clericis. Diaz. *c.84.prax.* Farinac.*qu.146. num.26.* tex.*in can.si quis Epiſcopus, & in can.si qua 27. queſt.1.* Vndè condemnatus de hoc crimine efficitur ipſo ipſo infamis, & irregularis, vt alibi dixi.

Quid autem appellatione Clauſuræ veniat? Dic venire totum illud ſpatium Monaſterij, ſeù domus Religioſarum perſonarum, ad quod liber eſt acceſsus ipſis Religioſis, & non ſęcularibus perſonis. Vndè non continetur Eccleſia, nec locutoria exteriora. Ità definiuit Greg.XIII.in cit.Conſt.*Deo ſacris*. Incipit autem Clauſura ſeruanda, cuius limites ſtatuere pertinet ad Prælatum loci illius, qui habet ius viſitandi Clauſuram, ſiuè Ordinarium, ſiue Delegatum, quod intelligendum eſt, non de qualibet Domo, vbi habitant aliquot perſonæ Religioſç, ſed vbi in forma Monaſterij, ſeù Conuentus, vel Collegij viuitur cum Eccleſia, & Euchariſtia. Secus ſi per modum Hoſpitij ad tempus ſine Eccleſia, & ſine Euchariſtia. Quatanta *v.Monaſteria pag.306.in fine §.Add. Nauarr.* Ea conſiſtit in indiuiſibili; Vndè non poteſt in huius violatione dari paruitas materiæ: Nam ſiuè parum vltrà lineam Clauſuræ tranſeas, ſiuè multum, dummodò totus tranſeas, perfectè diceris Clauſuram violaſse. De limine vero Portæ quidam dicunt, illud neque eſse intra, neque extrà Clauſuram. Sed inſpiciendum eſt, qua parte porta claudatur: Quia ſi, ea clauſa, limen remanet intrà, erit comprehenſum in clauſura, ſi verò extrà remanet, dicitur extrà Clauſuram, vt per Bartol. in *l. 1. ff.de cloac.* Franch.*dec.402.num.*11. An vero tectum contineatur ſub Clauſura? Affirmatiuè reſoluit Sac. Congreg. dum mandauit abſolui cum pœnitentiis ſalutaribus ad arbitrium quaſdam Moniales, quæ bona fide aſcendebant ſuprà tectum ad ſiccanda frumenta, & paſtas ab ipſis elaboratas, ſiuè ad videndum quoddam feſtum cum ſpeciali prohibitione ne illuc vltrà aſcenderent propter quamcumque cauſam. Ità in *Comensi* 18. Septembris eiuſdem anni.

Cum dubitaretur, an prata, & Horti Religioſarum Monaſteriis eorum contigui comprehendantur Conſtitutione B. Pij V. ita vt Mulieri abſque incurſu in cenſuras, in eos ingredi liceat?

ceat ? Sac.Cong.1. Septembris 1583. cenſuit, comprehendi Mulieres,quæ ſi ingreſsæ fuerint, abſolutione indigere .

Porrò non licet S.R.E. Cardinalibus Monaſteria Monialium ingredi ſine licentia ſpeciali Sedis Apoſtolicę, aut niſi ipſa Monaſteria ſint eiſdem aliqua ratione ſubiecta, & in caſibus neceſsarijs tantum , vt probat Mirand. *de Sac. Monial. quæſt. 2. art. 13.* Tambur. *de iur. Abbatiſ. diſp. 24. quæſt. 9. num. 1.* & deſumitur ex d. Conſtitutione Greg. XIII. in declaratione §. 1. quæ in ſpecie loquitur etiam de Cardinalibus.

Inquiſitores non poſsunt , nequè debent ingredi, vel ire ad Monaſteria Monialium; niſi ex cauſa Sancti Officii , cum ſint etiam comprehenſi in Conſtitutione Clemen. VIII. , vt declarauit Sacr. Congregat. S. Offic. 16. Februar. 1628. Regulares Vicarii S. Officii, dum non agitur de rebus ſpectantibus ad Sanctum Officiũ,non accedant ad Monaſteria Monialium ſine licentia Epiſcopi , vel Sac.Congregationis Epiſc.& Regular. eadem Sacra Congreg. Sancti Officii anno 1640.

Vltimò adducam formulam viſitationis Monialium pręſertim quoad Clauſuram :

An Clauſura inuiolatè ſeruetur , & vbi violata ſit reſtitui ſtudiosè curetur ?

An quæ de ingreſſu intrà Monaſteriorum ſepta , tum Sac.Conc.Trident.Decretis, tum ſanctionibus Apoſtolicis,vel Ordinum Conſtitutionibus ſtatuta ſunt , exactè, atque inuiolatè ſeruentur ?

An ad Monaſteria Monialium contrà Sac. Congregationis decretum quiſpiam accedat , aut accedendi facultas detur ?

An licentiæ ad præſcriptum ſeruentur ?

An quę de collocutionum locis , Cratis , & Caminis, aut per Viſitatores Apoſtolicos,aut per Superiores decreta ſunt,executioni demandata ſint ?

An Confeſſarij, tum Ordinarij, tum extraordinarij Sac. Congregationis Decretum ſeruent ?

An Superiores debitè admoniti, vel requiſiti traſgreſſores puniant ?

An in Eccleſijs Monialium ſine Superioris licentia , earum permiſſu quiſpiam celebret ?

An quæ de ſecularibus recipiendis, Nouitijs profitendis , puellis in Monaſteriò educandis, aut Sac.Congregationis ordinationibus , vel Ordinum Statutis præſcripta ſunt, exactè ſeruentur ?

An Inſtrumenta Muſica, præter Organum in Eccleſijs Monialium contrà Ordinum Conſtitutiones adhibeantur, vel in Monaſterijs ſeruentur ?

An vlla ſit , quæ pecuniam extrà communem eleemoſynarum capſulam teneat , vel quidquam , vt proprium poſſideat?

An Monaſteriorum bona, facultate non impetratata, alienentur ?

An calculi,ſiuè computi ad Conſtitutionum pręſcriptum reddantur ?

An communis vitæ vſus retineatur ?

An ſacræ peccatorum Confeſſiones , itemque Sacra Communio ad Regulæ,Sacriq; Conc.Trid. pręſcriptum fiant ?

An diebus feſtis ab externorum collocutionibus abſtineant ?

An congruis temporibus Confeſſarij extrà ordinem dentur ?

An vlla ſit , quæ contrà Conſtitutionum diſpoſitionem literas det , recipiatue ?

An iterum munera contrà præſcriptum dentur , recipianturue ?

An amicitiæ cum externis quibuſuis contrahantur, retineanturue iam contractæ ?

An Sanctæ Obedientię , Paupertatis , & Honeſtatis vota inuiolatè ſeruentur ?

An vlla ſit,quæ libros prophanos, figuraſque obſcænas habeat ?

An animalia , & præſertim Canes , Equi , Muli , & Aſini in Monaſterijs ſint?

Reliqua vide *in d. tom. 8. Conſul. 47. & de Viſitation.*

An , & quatenus Puella amoueri poſſit à Monaſterio, in quo Anus Paternus mandaunt educari? Vide de Matrimonio, tom. 6. Conſult. 100.

An quandò ex Conſtitutionibus Monialium habetur , quod puellę exterę ſoluant dotem duplicatam , vel maiorem, ſub nomine exterarum comprehendantur Ciues ex priuilegio?
tom. 7. Conſult. 1,

Affirmatiuè : quia dum Conſtitutiones huiuſmodi intendunt , quod puellæ Ciues ſoluant dotem ordinariam,& cęteræ duplicatam , vel maiorem , intelligunt de Ciuibus originarijs. Diſpoſitio enim cenſetur facta in fauorem illorum , qui ſunt originarij de loco; appellatione autem Ciuium propriè, & ſtrictè veniunt tantum originarij , non autem creati ex priuilegio, Accurſ. *in l. 1. in fin. ff. de tutor. & curator. & in l. Ciues C. de Incol.* Bald. *in auth. ſed omninò num. 3. C. ne* Vxor. *& in l. Ciues num. 4. C. de appell. & in c. ſignificaſti num. 5. de reſcrip.* Aretin. *conſ. 77. verſ. circà primum* alijque . Atque ità etiam cenſuit Sac.Congreg.Epiſc.& Regular. in *Materana Ciuilitatis* die 29. Nouembris 1668.

Item intelligi debent , niſi aliter Conſtitutionibus Monialium receptum ſit , puta , vt nulla puella admittatur prò dote ordinaria , niſi ſit Ciuis originaria : Quia tunc aſſumpta ad Ciuilitatem non admittitur , niſi fiat aſſumptio cum clauſula expreſſa , quod aſſumpta prò originaria habenda ſit per notata Baldi in *l. omnes populi num. 25. in fin.*

An Epiſcopus poſſit viſitare Clauſuram Monialium exiſtentium in Monaſterijs Regularium Eccleſiarum ſecularizatarum , vel in eis ſaltem exercere iuriſdictionem vti Delegatus Apoſtolicus, &c.? Vide de Regularibus tom. 7. Conſult. 8.

N 2 *An*

Digitized by Google

An Canonicus Pœnitentiarius poſſit eligi in Confeſſorem Monialium? Vide de Capit.& Canon. to. 7.Conſult.13.

Qua pœna puniendus ſit Epiſcopus committens ſtuprum cum Sanctimoniali? tom.7.Conſult.38.

SExta Synodus relata in Can. *ſi quis Epiſcopus* 27.*quæſt.*1.rem hanc ità definiuit: *Si quis Epiſcopus, Diaconus, aut Subdiaconus, aut Lector, aut Pſalmiſta, aut Hoſtiarius cum Muliere ſanctificata Deo mœchatus fuerit, deponatur: Quia Sponſam Chriſti corrupit: Si verò laicus, excommunicetur.*

Per hunc textum Anan. *conſ.* 1. *col.* 2. tenet, quod hoc delictum eſt de merentibus perpetuam depoſitionem, dato etiam, quod tale ſtuprum cum Moniali non ſit notoriè ſcandaloſum, vel diù continuatum, & ait hoc ità declarare Burr.*in c. At ſi Clerici de iudic.* & tradit Abb. *in c. Clericus num.* 2. *de vit. & honeſt. Cler.*Grib and.*in tract. de pœn. omniſar. coſtit. qu.* 1.*ad fin.* vbi per d. tex. *in can. Si quis Epiſcopus* docet, quod Clericus cuiuſcumque gradus, vel dignitatis deponitur propter hoc delictum ab omni ordine Sacro, & priuatur omnibus beneficijs, ac detruditur in arctum Monaſterium ad agendum perpetuam pœnitentiam.

Quod ſi de hoc crimine Epiſcopus non fuerit conuictus, ſed adfuerit graue ſcandalum in populo, quod ſedari non poteſt, in hoc caſu interuenire cauſam legitimam cedendi Epiſcopatum, decernit tex.in *c.niſi cum pridem de renunciat.*quia Epiſcopus non debet magis temporalem honorem, quam æternam affectare ſalutem.

Si verò renunciare noluerit, poterit Sum. Pontifex illum priuare, cum interueniat iuſtà cauſa. can.*per principalem* 9. *quæſt.*3.ibi: *Cum neceſsè fuerit.*

Vndè tota difficultas verti poteſt, an adhuc non obſtante, quod Epiſcopus non ſit confeſſus, neque conuictus, conſtet de iuſta, & ſufficienti cauſa depoſitionis, ità vt poſſit mouere Pontificis animum ad illum deponendum, non ſolum ex hactenus deductis in proceſſu, præſertim ex graui ſcandalo, ſed etiam ex cauſis Sanctiſſimo notis, & abſque defenſionibus; niſi illis, quæ ex proceſſu informatiuo dari poſſint, & an authoritate Ordinaria, an de plenitudine poteſtatis, an per Breue, an autem per motum proprium? Quibus reſpondeo, quod ſi Papa procedat plenitudine poteſtatis, non requiritur citatio, ſecus autem ſi procedatur de poteſtate Ordinaria, vt per Fagnan.*in c. Conſultationibus de Cler. ægrot. num.*69.Quod ſi procedere velit de plenitudine poteſtatis, procedendum eſt per motum proprium, vt in ſpeciè declarat Io.Menoc.*in cap. ſi motu proprio num.* 10. *&* 13.*de præb. in* 6.Felin.*in cap. Quæ in Eccleſiarum col.*23.*verſ. limita quintò de conſtit.*& alij.

Quæ in re extant ſimilia exempla apud Baron. *anno* 1201.num.38. Ac noſtro tempore Innoc. X.& Alex.VII.depoſuerunt, ſiuè renunciare compulerunt Epiſcopos N N.N.N. imputatos de mandato homicidio in ſuis Diœceſibus Clemens X. coegit Epiſcopum N.N. ad renunciandum Epiſcopatum ob probabiliſſima indicia violationis Monialium, & Innocentius XI.anno 1686. priuauit Epiſcopatu N. N. ob indiciatum ſtuprum cum Moniali, licet non fuerit confeſſus, neque conuictus; Quarè vſus fuit Chyrographo, ac motu proprio cum ſupradictis clauſulis, aſſignata congrua, & habito Monaſterio SS. Coſmæ, & Damiani prò carcere.

An puellæ in Monaſterio Monialium prorſus exemptæ degentes educationis cauſa, & Mulieres ſeculares famulæ Monialiũ, nullã emittentes Regularem profeſſionem, ſi contingat eas mortem obire in Monaſterio, ſepeliri poſſint, ac debeant in Eccleſia exteriori Monialium, an potius in Parochiali, in cuius Parochia domicilium retinent? Et quid ſi in nulla Parochia retineant domicilium? Vide de Sepult.electione.tom.7.Conſult.63.

An Moniales S.Claræ ſint immunes à ſolutione quartæ funeralis? Vide de Funerib.tom.7.Conſultatione.70.

An Monaſterijs Monial. licitum ſit, an verò Simoniacum exigere aliquam ſummam nomine dotis, ac de illa paciſci prò victu, alijſq; neceſſarijs ad ſuſtentationem puellæ volentis ingredi Monaſterium? Vbi Quid de alijs pactis? Vide de Simonia. tom.7. Conſult.90.

1 *An Epiſcopus iuxtà Conſtitutionem Gregorianam poſſit compellere Syndicos, & Miniſtros Monaſterij Monialium Regularibus ſubiecti ad exhibendos libros receptorum, & expenſorum d.Monaſterij prò redditione rationis adminiſtrationis illius bonorum, etiam ſine præſentia Miniſtri Prouincialis, cui ſubeſt d Monaſterium; quatenus interpellatus, recuſet intereſſe?*

2 *An competat Epiſcopis facultas ex decreto Sac. Conc.cap.*9.*ſeſ.*22. *de reform. eired exigendas rationes ab Adminiſtratoribus, quatenus debitores comperti fuerint ad reliquatum ſoluendum iuris remedijs cogendi?*

3 *Nec non etiam ad effectum in ipſos Adminiſtratores, quatenus fraudulenter adminiſtrauerint, criminali iudicio animaduertendi?* tomo 8. Conſult.19.

AD 1. Poſſe compellere Sac.Cong.Conc. in *Foroſempronienſi* 11.Mart.1662. Et in *Vrbinatenſi* 10.Mart.1663.*ad d.cap.Conc.*

Ad 2. & 3.Cenſeo affirmatiuè reſpondendum: quia cum Sac. Conc. *loco cit.*non præſcribat formam aliquam illos cogendi, cenſetur eam reliquiſſe diſpoſitioni iuris communis.

An

An Epiſcopus claudere poſſit feneſtras, ac erigere murum viridarij Regularium: quia ſupereminet Monaſterio Monialium, quas ipſi Regulares inſpiciunt? Vide de Regular. tom. 8. Conſult. 20.

De Regularibus, & Monialibus, de vita inſtitutione iuxtà Regulam, de proprietate omninò ipſis prohibita. Vide de Regular. tom. 8. Conſult. 45.

Quænam Monaſteria Regularium poſſint bona immobilia poſſidere? Quinam numerus perſonarum in illis conſtituendus, &c. Quomodo erigenda? Vide de Regularibus tomo 8. Conſ. 46.

De Clauſura Monialium ad præſcriptum cap. 5. ſeſ. 25. de Regular. tomo. 8. Conſult. 47.

DE hac materia ſatis dictum eſt ſup. *tom. 6. Conſult.* 85. vbi fusè. Cui adduntur ſequentes declarationes Sacrarum Congregationum.

Caſtelli Maris. Prohibentur laici ſeruare Claues Monaſteriorum Monialium.

Adriensi. Laudandus eſt Epiſcopus, qui Confeſſarium Monaſterij, etiam ſibi non ſubiecti prohibet ab ingreſſu ipſius Monaſterij, & obturare facit Rotam, & feneſtram, quæ ſunt in cubiculo ipſius Confeſsarij.

Zamorensi. Sanctimoniales omnes, etiam Tertiariæ ſeruare debent hoc decretum clauſuræ, ſi tria vota ſubſtantialia emiſerunt. In reliquis verò, quæ tria vota non emiſerunt, ſeruanda eſt Bulla Pij V. 4. Kal. Iunij anno 1.

Marſicana, & Florentina. Monaſterium Monialium Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectum, poteſt ab Epiſcopo viſitari in ijs, quę pertinent ad Clauſuram. Si autem Monaſterio imminet cura animarum, locus eſt *cap. 9. eiuſdem ſeſ. 25. de Regul.* et idem cenſendum eſt de his Monaſterijs ſubiectis Religioni Hieroſolymitanę, ex delegatione Apoſtolica, etiam non obſtante conſuetudine.

Florentina. Quoad acceſsum, & colloquium cum Monialibus ad Crates ſeruanda eſt conſuetudo. Quoad licentias ingrediendi intrà ſepta, ſeruandum eſt Concilium, & quod alias diximus.

Mediolanensi. Epiſcopus in Monaſterijs Monialium ſuæ Diœceſis alteri Epiſcopo ſubiectis ex Concilio habet ius viſitandi quoad Clauſuram, & eandem poteſtatem quoad alia, quam habet in Monaſterijs ſubiectis Regularibus.

Brixiensi. Ob cauſam conceditur, vt Monialis quandòque exire poſſit à Monaſterio in Eccleſiam exteriorem, vt exorcizari poſſit, vbi ſunt Reliquiæ.

Eadem. Hac eadem de cauſa fuit à Sede Apoſtolica conceſsum, vt in domo parentum transferatur per Menſem.

Gienensi, & Salernitana. Moniales non poſsunt tranſire de vno ad aliud Monaſterium, etiam de conſenſu Epiſcopi, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ; Si autem translatio fiat ad eiuſdem Ordinis Monaſterium, facilius conceditur.

Ciuitate Caſtelli. Quandò ex permiſsu Sedis Apoſtolicæ transferuntur Moniales de loco, ad locum, translatio fieri debet in aurora, vt à paucis videri poſſit, atque à perſonis grauibus, honeſtis, & conſanguineis deducantur, earumque dotes primo Monaſterio remaneant.

Tranensi. Moniales non habent iuſtam cauſam exeundi à Monaſterio, vt curam Nepotum ſuorum gerant, etiam ſi nullum propinquum haberent.

Vlyſſiponensi. Curandæ tamen valetudinis cauſa ad balnea Monialem ire poſse Sedes Apoſtolica conceſſit, dummodò tamen eat cum honeſto perſonarum comitatu, quem Ordinarius tantum cenſuerit, atque tam eundo, quam redeundo ad nullum locum deuiet, nequè diutius apud d. balnea maneat, quam ad curandam infirmitatem neceſsè fuerit.

Salernitana. Quandò reſtaurantur Monaſteria, ſi hoc expedire probatur, fuit permiſſum, vt Nouitiæ Moniales ad aliud Monaſterium trasferantur, donec opus perficiatur.

Mediolanenſi. Mulieres Succurſus Mediolan. quę prò cura aliarum ibi viuunt, non ſunt cogendę ad Clauſuram, nequè ad profeſſionem.

Vicentina. Si cauſa ſit legitima ex Monaſterio exeundi, licentia datur ab Epiſcopo, & Superiore Regulari.

Abulenſi. Ex cauſa Sedes Apoſtolica conceſſit quibuſdam Monialibus, vt tranſirent ad aliud Monaſterium alterius obedientię, de conſenſu tamen Superiorum.

Mediolanenſi. Licet Virgines in Monaſterio educari poſſint, cum hoc nullo Canone prohibeatur; id tamen fieri debet de ſola licentia Sedis Apoſtolicę. Contrarium vide inferius, in vna *Hieracenſi*.

Idem dicendum de illa, quę velit ingredi Monaſterium, in quo aliquandò profiteri cupit, vt formę viuendi, & Regulę proſpiceret: Nam & hoc caſu licentia Sedis Apoſtolicę neceſſaria eſt.

Nouarienſi. Mulieres ingredientes domicilia Fratrum S. Franciſci incidunt in Bullam Gregor. XIII. contrà ingredientes Monaſteria, domos, & loca virorum, & mulierum.

Caſtelli Maris. Non tamen prohibentur Superiores Monaſteriorum Monialium, quin ea ingredi poſſint viſitationis cauſa.

Toletana. Ingredi ſepta Monaſterij, nec Religioſis ipſis licet, etiam, vt ſatisfaciant pię teſtantium voluntati, qui in Monaſterijs Monialium voluerunt quolibet anno Anniuerſarium celebrari: Nam hoc caſu ſatisfaciendum eſt, celebrando in Eccleſia exteriori.

Lancianenſi. Intrà ſepta Monaſterii nec Miſſas celebrandi cauſa ingredi licet.

Neapolitana. Fauore, & gratia ſpeciali nonnunquam

Digitized by Google

quam conceſſum fuit, vt Guardianus, & Confeſſarius poſſent ſimul ingredi ſepta Monaſterii in die Corporis Chriſti, vt proceſſionaliter cum Monialibus intrà Clauſtra incedere poſſint.

Lancianenſi. Si Monaſterium Monialium nullam Eccleſiam exteriorem haberet, conceſſum fuit, vt Sacerdos in illud ſemel in Menſe ingrediatur ad celebrandum, & vt Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum Monialibus pręberet, & ſic ſolum per ſex Menſes futuros, donec prouideatur de Eccleſia exteriori.

Cordubenſi. Nobili fęminę, cuius Progenitores Monaſterium Monialium fundarunt, conceſſum fuit ex magna cauſa, etiam, vt cum duabus aliis Matronis bis in anno illud ingredi poſſit, dummodò in eò non pernoctet.

Neapolitana. Viduis, & mulieribus, quę volunt ingredi Monaſteria, vt in eis perpetuò, viuant, retento ſæculari habitu, à Sede Apoſtolica permittitur, dummodò ingrediantur de conſenſu Abbatiſſæ, & maioris partis Monialium, modeſtoque habitu incedant, legemque Clauſuræ obſeruent. Quod ſi ſemel egrediantur, in illud ingredi iterum non permittitur.

Florentina. Permiſſum etiam quandòque fuit Mulieribus habentibus virum abſentem ad tempus in Monaſterijs Monialium permanere.

Bononienſi. Mulieribus, non ſolum prohibitum eſt ingredi ſepta Monaſterij Monialium, ſed etiam virorum per Bullam B.Pij V. quæ tamen declaratur, vt non procedat in ingreſſu primi Clauſtri, vbi ſunt aliquæ Indulgentiæ conceſſæ viſitantibus: Nam hac de cauſa Mulieribus in illa ingredi permittitur, vel in eis regionibus, in quibus mulieres operariorum more laborant, iuuando fabricatores.

Piſaurenſi. Illa Bulla Pij V. fuit declarata habere locum ſolum in Clauſtro Monaſteriorum virorum, non autem in locis contignis.

Ianuenſi. Quandóque etiam fuit ex gratia Sedis Apoſtolicæ conceſſum, vt aliquæ mulieres ſemel ingrediantur Monaſterii ſepta Cartuſienſium cum licentia Superiorum cauſa viſitandi quandam Capellam.

Abulenſi. Poſſunt Ordinarij iure proprio puellas, de quibus controuertitur, in Monaſteriis collocare ad tempus, donec lites finiantur.

Neapolitana. Mulier ſæcularis, quæ iam eſt intrà ſepta Monaſterij, eſt expellenda, ſi in illud ſine licentia Sedis Apoſtolicæ ingreſſa eſt, & contrà maioris Monialium partis intentionem.

Eadem. Cauſa infirmitatis Monialium aliquarum Sedes Apoſtolica conceſſit, vt ſecum retinere poſſint famulam ſæcularem cum eiſdem legibus Clauſuræ, & habitus, quibus ſupra; Ordinarius tamen hanc facultatem concedere non poteſt, & de facto conceſſa, ſtatim reuocatur.

Hieracenſi. Decreta Concilij non obſtant, quin Virgines educandi cauſa intrà Monaſteria ingredi poſſint, & ibi educari vſque ad 25. annum cum habitu modeſto, cum lege communi Clauſuræ, & de conſenſu Abbatiſſę, & maioris partis Monialium, quæ puellas educare ſolent, quæ ſi ſemel egreſſæ fuerint, ad ea amplius reuerti non permittatur ſine noua diſpenſatione, niſi in eo profiteri voluerint.

Panormitana. Mulier, quæ à Monaſterio, vbi educabatur, ſemel eſt egreſſa, non ſolum in illud, ſed nec etiam in aliud ſine Sedis Apoſtolicæ licentia ingredi permittitur.

Caſalenſi, & *Marſicana*. Quæ autem puella ex cauſa, puta valetudinis, egreditur, & de licentia Ordinarij, de eadem licentia in illud iterum ingredi poteſt, cum ſolitis circumſtantijs, & conditionibus.

Cremonenſi. Illuſtribus puellis, quæ in Monaſterijs cum ſupradictis educari permittitur, à Sede Apoſtolica etiam fuit aliquandò conceſſum, vt famulam ſæcularem ſecum habeant cum eiſdem legibus.

Bergomenſi, & *Mediolanenſi*. Qui habent licentiam ingrediendi Monaſteria à Superioribus, & illa vtantur learibus de cauſis, incidunt in pęnas Bullæ Greg. XIII. dat. Idib. Iun. 1576. in quibus incidunt, qui ſine licentia ingrediuntur Monaſteria.

Mediolanenſi & *Feretrana*. Ingrediendi ſepta Monaſterij facultatem Epiſcopus concedere poteſt in Monaſterijs, etiam exemptis ſuę Diœceſis, dummodò Regularibus ſubiecta non ſint; nam & hoc caſu Regulares ipſi Superiores licentiam concedunt. Verum de hac re vide, quæ alias diximus.

Mediolanenſi. Licentia verò in ſcriptis, non autem oretenus concedenda eſt; Cardinalis autem S.Praxedis, qui fuit S.Carolus circa delegandа licentia, poteſt facere, quod ſibi placet de particulari reſcripto Sedis Apoſtolicæ.

Eadem. Ingredientes cum Epiſcopo in Monaſterijs Monialium, non eſt neceſſe, vt habeant licentiam in ſcriptis.

Taruiſienſi. Volentes ingredi Monaſteria ex aliqua cauſa, quantumlibet neceſſaria, debent licentiam ab Epiſcopo petere, qui illam in caſibus neceſſariis concedere debet.

Mediolanenſi. Non poteſt Epiſcopus cauſa correctionis, pœnitentię, vel examinis, etiam in cauſis criminalibus, Moniales è Monaſterio egredi facere, nec minus ipſę egredi valent, Vicarius Generalis, nec pręſente, neque abſente Epiſcopo poteſt concedere licentiam ingrediendi Monaſteria, niſi Epiſcopus ſpecialiter hanc facultatem ei conceſſit.

Papienſi. Monaſteria Monialium extrà Vrbes aut Oppida, etiam quę ea ſint exempta, & immediatè Sedi Apoſtolicę ſubiecta, poſſunt Ordinarii, tanquam Sedis Apoſtolicę Delegati, & Monaſteria intrà Vrbem trasferre iuxtà hoc decretum.

Mediolanenſi. Si conſuetudo eſt, quod Epiſcopus ſolus det licentiam ingrediendi, & alloquendi Moniales, etiam in Monaſteriis ſubiectis Regula-

gula-

gularibus, ſeruanda eſt huiuſmodi conſuetudo, etiam in Monaſteriis prędictis priuatiuè ad Superiorem Regularem.

Eadem. Epiſcopus viſitans Clauſuram Monialium Regularibus ſubiectarum, poteſt eas examinare in his, quę pertinent ad clauſuram, & poteſt etiam ſermonem habere ad Moniales intrà, & extrà ad Crates, & Sacramenta miniſtrare.

De ratione eligendi Superiores Regulares ad decretum cap.6 Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. Vide de Regular. tom. 8. Conſul. 48.

Quæ, & quomodò in Abbatiſſas, & quocumque nomine Præfectas eligendæ? Et an duobus Monaſterijs vlla preſici poſſit. Idque ad præſcriptum cap. 7. Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. tom. 8. Conſult. 49.

POnitur in ſupradicto decreto pręficiendę Monaſterio iuxtà Can. Sanctimoniales 20. *qu.* 1. Electionem tamen Abbatiſsę, quę pręficitur in Monaſteriis, ſeù Collegio Canonicarum Regularium, de quibus *in cap. Indemnitatibus* §. *penul. de elect. in* 6. eo excepto, quod de eligendis profeſsis ſtatuitur, quippè quia nullum emittunt votum, pręſuppoſito, quod ab immemorabili in eius electione diſpoſitioni *d. cap. Indemnitatibus* nulla ſit habita ratio Sac. Congr. cenſuit, non comprehendi hoc decreto, ſed teneri obſeruare ea, quę decernuntur *in d. cap.* & huiuſmodi conſuetudinem eſſe reiiciendam, tanquam corruptelam, quod ſi illę Cononiſſæ profeſſionem emitterent, comprehendi Concilij decreto, quæ deciſio iterum fuit propoſita, & diſcuſſa, & Sac. Congr. perſtitit in deciſis.

Si nullum aliud in tota Prouincia Monaſterium eiuſdem Ordinis reperiatur: quia Monaſterium recens, & reperiretur Monialis, quæ prędita eſſet qualitatibus requiſitis in hoc decreto. Sac. Congr. reſpondit ex Monialibus in dicto Monaſterio exiſtentibus, eam eſse eligendam, quæ melior ſit, & magis idonea cæteris.

Sed an poſt Bullam B. Pij V. de egreſſu Monialium, liceat Generali Superiori de Monaſterio ad Monaſterium Monialem transferre, vt in eo, ad quod transfertur Abbatiſſæ munere fungatur? Facta relatione Greg. XIII. Sanctitas Sua dixit, Bullam corriggere decretum Concilij *cap. 7. ſeſſ. 25. de Regul.* & ideò ex hoc decreto non licere ampliùs extrahere Monialea de Monaſterio prò conſtituenda Abbatiſſa in alio, niſi obtenta ſpeciali licentia à Sede Apoſtolica.

Duobus verò Monaſterijs nulla præficiatur, quod prohibitum erat in Monaſterijs fęminarum in Concilio Vienneſi *cap* 6. & in Monaſterijs virorum *Can.* 421. *quæſt.* 1. & circà eum, qui pręeſt electioni, cum Imperatrix, quæ plurima priuilegia quoad Moniales, Abbatiſſæ electionem, aliaque plura habebat, eorum confirmationem, & amplificationem à Gregor. XIII. petiiſſet. Sac. Congr. reſpondit, Sereniſſimam Imperatricem, quandò iam degit in Hiſpania, conſultius facturam à gratiis conceſſis abſtinere, quam cum nouas in huiuſmodi re ſibi concedi poſtulet,

Regimen Monaſteriorũ non habentium Ordinarios Regulares viſitatores, quomodò inſtituendum ex Conc. Trid. cap. 8. ſeſſ. 25. de Regul. Vide de Regularibus tom. 8. Conſul. 50.

De quibus Monaſterijs agat Sac. Concil. Trid. cap. 9. ſeſſ. 25. de Regular? tom. 8. Cónſul. 51.

EX ſententia Sac. Congr. dictum decretum agit de Monaſteriis Monialium ſubiectis Sedi Apoſtolicæ, vel aliis, non de iis, quæ ſubduntur Generalibus, vel ab aliis Regularibus reguntur; Vndè cum Hieracenſis Epiſcopus vellet iure Ordinario viſitare Monaſterium Sanctæ Mariæ de Valleuiride Terræ Caſtri Veteris Hieracenſis Diœceſis Ordinis Carmelitarum, quod prætendebatur ſubiectum à fundatione Monaſterio S. Mariæ de Valleuiride, & eius Prouincialiſſæ prò tempore exiſten. Meſſanenſis Ciuitatis, & oſtendebatur ſuſceptum ſub D. Petri protectione per Bullam Clementis, Sac. Congr. primò cenſuit hoc decretũ intelligi de Regularibus fœminis, prout & alias decretum fuit, nec obſtare rationem Clauſuræ per Gloſ. in Clementina *attendentes de ſtatu Monach.* Deindè dixit, quod cum Epiſcopus gubernare, & viſitare velit ex hoc decreto, & Concilium requirat, quod Monaſterium ſit immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiectum, iſtud autem ex Bulla Clementis non probatur: quia ſcilicet dictum Monaſterium non appareat exemptum ab Ordinario, adeat Iudicem competentem quanquam difficilè erit ſuſtinere, quod d. Monaſterium non ſit exemptum, ſicut ſunt omnia reliqua regularia.

De Confeſſione, & Communione ſemel ſingulis Menſibus à Monialibus facienda. De Confeſſario extraordinario eis ab Epiſcopo offerendo, & quo loco apud illas Eucharistia aſſeruanda? tom. 8. Conſul. 52.

SAc. Conc. Trid. his de rebus ità decernit *cap.* 10. *ſeſſ. 25. de Regul.* Attendant diligenter Epiſcopi, ac cæteri Superiores Monaſteriorum Sanctimonialium, vt in Conſtitutionibus earum admoneantur Sanctimoniales, vt ſaltem ſemel ſingulis Menſibus confeſſionem peccatorum faciant, & Sacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipiant, vt eo ſe ſalutari præſidio muniant ad omnes oppugnationes Dęmonis fortiter ſuperandas. Præter ordinarium autem Confeſſarium, alius extraordinarius ab Epiſcopo, & alijs

Digitized by Google

aliis Superioribus, aut ter in anno offeratur, qui omnium confeſſiones audire debeat; Quod verò ad SS.Chriſti Corpus intrà Chorum, vel ſepta Monaſterii, & non in publica Eccleſia conſeruetur, prohibet S.Synodus, non obſtante quocumque indulto, aut priuilegio.

Id quod diſponitur de Confeſſione, & Communione habetur in Clem. *nè in agro §.ſanè de ſtat. Monach.* Et quod ad Confeſſarium extraordinarium hoc verbo *extraordinarius* Greg.XIII. dixit, comprehendi tum Regularem alterius ordinis tum ſæcularem Sacerdotem, ex quo Superior poterit quidem, non tamen tenetur offerre extraordinarium Confeſſorem ſæcularem, vel alterius Ordinis Monialibus ſibi ſubiectis; Hac tamen facultate non debebit vti, niſi magna cum diſcretione, & vbi ageretur de periculo animarum. Nihil tamen ſuper hoc Sac.Congr. ſtatuendum exiſtimauit, vt conſuleretur exiſtimationi Religionum, & redderetur cauſa Monialibus licentius agendi contrà Superiores. Prætterquamquod illi, qui ſunt alterius Religionis, non poſſunt benè cognoſcere de tranſgreſſionibus illius Regulę, cuius notitiam non habent. Non tamen dixit ex hoc Sac.Congreg. Moniales omnes teneri confiteri extraordinario Confeſſori oblato, ſed eſſe in arbitrio Monialium, cui maluerint, confiteri, extraordinario ſcilicet, vel ordinario.

Et quoad aſſeruandam Euchariſtiam Sac.Congr. cenſuit, primum relatum eſſe verum ſenſum, & proprium huius decreti, & addidit, quod præcipitur in publica Eccleſia conſeruandum eſſe, intelligitur de ea Eccleſia, in qua id ſecundum Canones fieri debet decreto d. Concilii obſtare, quominus intrà Chorum, vel ſepta Monaſterii locetur.

Super iſtos autem Confeſſores Regulares, etiam extraordinarios datos Monialibus ex hoc decreto Epiſcopi nullam iuriſdictionem habent.

Regienſi. Ex facultate huius decreti Epiſcopus poteſt dare Confeſſorem Monialibus ſubiectis Regularibus, quæ nulla ratione induci poſſunt, vt peccata ſua Regularibus confiteantur.

Toletana. SS. Euchariſtiæ Sacramentum non in Choro Monialium, ſed in Eccleſia exteriori conſeruetur, non obſtante quacumque conſuetudine contraria, nec poteſt in feneſtrella illius parietis, quæ diſiungit Chorum Monaſterii ab Eccleſia, retineri, & vbi conſuetudo inoleuit, eſt omninò tollenda.

An, & quatenus Regulares in obſeruatione cenſurarum Epiſcopalium, & feſtorum Diœceſis conformari teneantur? Vide de Feſtis tom.8. Conſult. 53.

Profeſſio Religioſa, quà ætate fieri debeat? Vide de Regular.tom.8.Conſult.55.

Quandò renunciatio, aut obligatio Regularium facienda ſit? Vide de Regular.tom.8.Conſul.55.

De exploratione puellarum habitum Regulare ſuſcipere, & profeſſionem emittere volentium, iuxtà cap.17.ſeſſ.25.de Regular. *& de earum libertate ad ingrediendum Monaſterium, iuxtà* cap.18. eiuſdem ſeſſ.tom.8. Conſul.57.

CVm circà profeſſionem duo in primis attenenda ſint, ætas nimirum, & ſpontanea voluntas; dictumque ſit ſupra de ætate, modò circà voluntatem Sanctimonialium Sac. Conc. remedium adhibere voluit, quę opportuna viſa ſunt. Et primò in hoc decreto 17. agitur de exploranda Virginum voluntate, determinatur tempus ſuſcipiendi habitum, & quomodò adhibendus ſit Epiſcopus, vel eius Vicarius ad explorandam voluntatem. De libertate autem profeſſionis *in cap.1.de his qui vi, metuſue cauſa fiunt*, ibique DD.*in cap.1. de Regul.* & in Can.*præſenſ.*20.*quæſt.*3.*ac per tot.*

Hoc autem decretum ſolummodò de Virginibus diſponit, non autem de viris, & iure veteri nihil de hoc cautum reperitur *in cap.1. de Regul.in 6.* Solum dicitur, ſufficere, quod anno 15.emittatur profeſſio. Quæ exploratio fieri debet tam in habitus ſuſceptione, quam antequam profeſſio emittatur. Dixitque Sacr. Congr. huiuſmodi explorationem voluntatis ad Epiſcopum, vel eius Vicarium pertinere, dictumfuit à Sac. Congr. etiam in Monaſterijs ipſis Regularibus ſubiectis, etiam ſi Monaſteria ſint in locis exemptorum inferiorum, dummodò tamen ſint in Diœceſi ipſius Epiſcopi. Nec obſtabit, quod puella ſit alterius Diœceſis, cum ab eo Epiſcopo, in cuius Diœceſi Monaſterium eſt, talis exploratio ſit facienda ante Crates tamen Monaſterij, Quod ſi iuſta aliqua cauſa ſubſit, tunc demum in exteriori Eccleſia ipſius Monaſterij, vel alia commodiori, & non alibi.

Et dum quæreretur, vt Virginis voluntas rurſus exploraretur, & quidem extrà Monaſterium, cum vereretur, nè Moniales ipſæ bona illius conſequi extra blanditijs ſeducerent, Sacr. Congr.reſpondit, id ad petitionem illius, qui volebat illam in vxorem ducere, non eſſe faciendum, ſed quandò aduenerit tempus profeſſionis, ſi Epiſcopus id, quod proponitur, ſuſpicabitur, educat eam è Monaſterio, & perducat, vel in Eccleſiam Monaſterij exteriorem, prout ſibi magis videbitur commodum prò exploranda libera voluntate puellæ. Vndè etiam poſſe Epiſcopum cenſuit Sac. Congreg. per edictum prohibere, propoſitis pœnis, quas ipſe iudicauerit, tam contrà Præfectam Monaſterij, quam contrà Superiores ipſarum Monialium, ne puellæ profeſſionem emittant, niſi explorata prius illarum voluntate ab Ordinario.

Quod verò ad *cap.*18.*eiuſdem ſeſſ.*vt Sanctimoniales ſpontanea voluntate profeſſæ efficiantur, in

in eo decreto tam contrà cogentes, quàm impedientes, ac ſinentes illas non ſponte ingredi Monaſterium, grauiſſima excommunicationis ſententia fertur. Idem habet *Can.vlt.* 32. *q.*2.& Conc. Tolet.3. *c.*10. Ab his tamen excipiuntur mulieres, quæ pęnitentes, aut Conuectitæ appellantur, in quibus Conſtitutiones earum ſeruentur; Quæ Pœnitentes, aut Conuertitæ ex Sac.Cong. poſſunt profeſſionem emittere, iuxtà diſpoſitionem iuris communis, earumque Conſtitutionum. Et aduertendũ, quod hodie tenentur ad Clauſuram formalem, & ad emiſſionem profeſſionis trium votorum ex decreto B.Pii V.& Greg.XIII. nec in earum Monaſterijs poſſunt reponi amplius Moniales aliorum Monaſteriorum, quæ ſub Clauſura degunt, correctionis cauſa, nec amplius egredi ipſæ Conuertitæ.

An Monialis poſſit in ſua Cella conſtruere feneſtram, per quam proſpiciatur in Cellam alterius Monialis? Vbi & quid ſi eſſet conſtructa, & aliqua de interdicto noui operis nunciatione, ac multę declarationes S.Cong. circà Cellas Monialium, tom. 8. Conſult. 64.

AFfirmatiuè: Nam vnicuique licet in infinitum, & quod dici ſolet, ad Cœlum vſque ſuprà ſolum ſuum imponere, ædes etiam vicini obſcurando, *l.cum eo l.cuius de ſer.rob.* dummodò id faciat ad ſui vtilitatem, non autem ad emulationem. *l. alias, & l.ſeq.* vbi Bald. & alij *C. de ſeru. & aq.* traditque Beccous *conſ.* 135.*num.*15.*vol.*3.Theſ.*deciſ.*41.*num.*15. Rota in Romana altius tollendi, & in *Romana Tramontana* coram Pirouano, ac Buratto poſt Fenzon *ad ſtat.Vrb.cap.*104.*num.*46.*cum ſeqq.*

Tum quod ne publicus ædificiorum aſpectus ruinis deformetur *l.*2.*ſi quis nemine l. ſi ff. ne quid in loc.pub.l.*2. *C.de edif.priu.* Tum etiam, quod ædificante ad inopiam traducto neceſſum haberemus, alioqui noſtro ſumptu demoliri, quod altee temerè feciſſet, *l.*3.*ff. hoc autem ff. de itiner.*

Porrò tunc dicitur intercedere emulatio, quandò poſſit ex feneſtra æquè facilè haberi lumen ex alia parte. Quod ſi ſecus fiat, feneſtrę apertio dicitur facta in damnum, ac præiudicium vicini, atque adeo ad æmulationem. Cęphal. *conſ.* 130. *num.* 11. *cum ſeqq.* Berous *d.conſ.*135.*num.*7.Spcrell.*dec.*55.*num.*32. Rota *deciſ.*29.*num.*10.*par.*15.*deciſ* 348. *nu.*18. *p.*17. *& dec.*69.*num.*22*p.*18. *recen. & in Lauretana feneſtrarum* 28.Iun. 1669. *S.quod eò magis cum ſeqq.*coram Calataio.

Neque obſtat, quod non liceat vicinis tollere parietem, & aperire feneſtras, per quos proſpiciatur in domos Monialium, vt declarauit ſępius Sac.Coug.Epiſc.& Regul. præſertim in *Lieienſi* 1605.28.Febr.in qua dixit, quod nullo modo debet eſſe proſpectus in Monaſteria Monialium, & è contrà, nè quidem à feneſtris Turris Campanarię alicuius Eccleſię vicinę, vt in *Portugallenſi* 16. April. eiuſdem anni, ſed pleno muro feneſtræ debent obſtrui, vt in *Aquilana* 31.Iulij 1612. etiam illę, quæ ſunt in Monaſterio Monialium, per quas videre poſſent, ac videri, vt in *Parmenſi* 28. Nouemb. 1636.Nec alicui permitti debet ædificium tollere, ſi per illud haberetur proſpectus in Monaſterium, vt in *Interamnenſi* 16. Maij 1612. & in *Barenſi* 18.Febr.1617.Suntque demoliendæ manſiones conſtructæ in viculo intermedio, & claudendum eſt ambulacrum, quod à tecto Monaſterio imminet, eique prædominat, vt in *Aſſiſienſi* 11.Iun.1653.non obſtante qualibet appellatione, vel recurſu, & in *Conuerſanenſi* 8. Aug.eiuſdem anni 1653.Quinimmò prohibetur Monialibus ſub grauibus pœnis vſus teleſcopij, ſiuè conſpicilij tubulati longiotis, vt in *Anconitana* 1.Octobr.1637.

Nam etſi proſpectus in Cellas Monialium non impedit eleuationem ædificij, & apertionem feneſtrarum: quia proſpicere in Monaſteria Monialium non eſt per ſe prohibitum, atque adeò ex eo non infertur limitatio regulæ tex. *in d.l.altius*, nihilominus hoc priuilegium militat, dumtaxat fauore Monialium, nè proſpiciantur à vicinis laicis: quia decet Moniales ab aſpectibus ſęcularium eſſe omninò ſeparatas.

Secus autem quoad ipſas Moniales inter ſe, ſi vna proſpiciatur ab alia: quia inter ipſas ceſſat ratio textus *in d.cap.* 1. *de ſtat.Regul.* ſcilicet commoditas laſciuiæ, ac timor inhoneſtæ conſiderationis, ideòque inter eas obſeruanda eſt regula d.tex.*in l.altius*, cum non ſit prohibitum, vnam Monialem alteram proſpicere, ſicut non eſt prohibitum laicos proſpicere in domos laicorum.

Cum igitur liceat vni Moniali huiuſmodi feneſtram de nouo aperire, quamuis per eam habeatur proſpectus ad Cellam alterius Monialis, erit per conſequens magis licitum eam retinere, poſtquam à multo tempore fuerit aperta: Quia illæ, quæ de nouo conſtrui permittuntur, vbi factæ ſunt, facilius ſuſtinentur, ex vulgari *l.in ambiguis*, *S.non eſt nouum*, vbi DD. *ff.de reg.iur.*

Cæterum de Cellis Monialium hæc accipe ex Sac. Cong.Epiſc. & Regul. Cellarum vacatio quotieſcumque occurrerit per Monialium obitum, aut per quemcumque alium caſum, fieri debet illarum diſtributio alijs Monialibus profeſſione anterioribus, vt in *Mutinenſi* 10. Apr. 1615. Vacantes aſſignari debent ſecundum antianitatem, nec Superior Regularis poteſt aliter ordinare in *Ferrarienſi* 3. Iun. 1597. Et antianitas incipit à die profeſſionis emiſſæ, non autem habitus ſuſcepti 5.Iul. 1645. Idque non obſtantibus Superiorum mandatis. in *Mediolanenſi* 5.Febr.1601.*in Fauentina* 11.Apr.1603. in

in *Anerſana* 26.Ian. 1604. & 26. Iun. 1648. & alibi ſępius. Niſi tamen in aliquo Monaſterio adeſſet conſuetudo immemorabilis, quod Cellæ vacantes diſtribuantur, & aſſignentur ad arbitrium Abbatiſſæ, & Diſcretarum, in *Mutinenſi* 24.Ianuar. 1653. Habitatio verò in Cellis ſeparatis prohibetur ab Vrb.IV.Monialibus S.Claræ, in *Fauentina* 30. Auguſti 1619. Vel ſaltem, nè ſeras habeant in Cellarum ianuis, ſed ſolum in porta communi dormitorij, cuius clauis ſit apud Abbatiſſam. In *Senogallien.* 11.Ian. 1622. & in *Aſſiſienſi* 16. Iul. 1624. Concedi tamen poteſt Moniali, Cellam ædificare, eaque vti ſua vita durante, vel alia à ſuis conſanguineis ædificata. In *Caſenatenſi* 2.Ian. 1601.in *Bituntina* 5.Iun.1607. & in alijs. Nec debet ab ea remoueri prò faciendo valetudinario. in *Aſſiſien.* 9.Febr. 1624. & in *Cæſarauguſtana* 11. Maij 1635. Non tamen illam vendere. in *Mediolanen*,8.Nouemb.1625. Licet vellet erogare pretium in vtilitatem Monaſterij, niſi de licentia Sacrę Congregationis, & conſenſu Monialium, in *Veneta* 3. Maij 1647. Nequè decernere, quod Monialis antiana, quæ Cellam optare vult, teneatur aliquid ſoluere, in *Ianuenſi* 22.Decemb. 1620. quod ſeruari debet, etiam in caſu permutationis, nè via fraudibus aperiatur, in *Neapolitana* 17.Nouemb. 1628. Datur nihilominus aliquandò facultas Abbatiſſæ, & Monialibus, vt ob aliquam legitimam cauſam capitulariter, & per vota ſecreta dare poſſint Cellas vacantes profeſſione poſterioribus, nè Moniales contrà votum paupertatis arrogent ſibi Cellas, tanquam proprias. 19. Mart. 1619. Nulla verò Monialis cogi debet ad optandas Cellas; in *Nolana* 10. Iun.1616. Cella autem amplior collocutorio vicina aufertur Moniali particulari,& ad communem vſum deſtinatur. 6.Octob. 1645. Pluralitas verò Cellarum prohiberi poteſt, præcipuè cum exindè ſequuntur inconuenientia. in *Mediolanenſi* 14.Ianuar. 1647. Et ex rationabili cauſa poteſt concedi, in *Ianuenſi* 15.Iul. 1650. Epiſcopus autem præcipere poteſt Monialibus, etiam exemptis, etiam Regularibus ſubiectis, vt habeant locum ſeparatum,& commodum prò Nouitijs, & puellis educandis, & prohibere,nè illas extrà dictum locum teneant ex quouis prætextu, etiam licentiæ Superiorum. Inſuper decernere, ac declarare, quod Abbatiſſæ, & Priorisſę, quę tempore ſui officii noluerunt recipere Nouitiarum, locorumque diſtinctorum erectionem,ad illud officium, & in futurum amplius eligi non poſſint. Et etiam Moniales particulares cuiuſcumque Monaſterii,quę recipiunt Nouitias,vel puellas educandas in ſuis Cellis,ſint ipſo iure voce actiua, & paſſiua priuatæ. in *Patauina* 21. Iun.1605.

An Monialis poſſit facere renunciationem legati ſibi relicti, reſeruata ſibi parte illius, ſua vita durante, & ſub conditione, quod nihil Monaſterio acquiratur? Vide de Legatis tom.8.Conſult.117.

1 *An in electionibus Abbatiſſarum in Monaſteriis Regularibus ſubiectis vnà cum Vicario Generali intereſſe poſſit etiam Notarius Epiſcopalis?*

2 *An electio facta abſque intereſſentia Vicarii, & Notarii ſit contrà Conſtitutionem Greg.XV.ac propterea nulla?* tom.8. Conſult.120.

AD 1. Negatiuè: Quia ex Conſtitutione 18. ſan:me:Greg.XV. §. 5, ſolum permittitur Epiſcopo, vt vnà cum Superioribus Regularibus huiuſmodi electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, ac præſidere poſſit, atque adeò nulla iuriſdictio Epiſcopo tribuitur, ſed ſolum nuda præſidentia. Paſqualig. in Lauret.de Franch.*de controuer.inter Epiſc.& Regul. par.1.num.* 652. vt ſcilicet ſolum attendat, nè in electione aliquid, vel contrà Canones, vel contrà vtilitatem Monaſterii fiat; Velle autem vti proprio Notario eſt actus iuriſdictionis: quia perceptio, & ſubſcriptio votorum eſt pars electionis, atque adeò iuriſdictionis, quæ ſolum competit Superioribus Regularibus in Monaſteriis Monialium ſibi ſubiectis,tanquam illorum Ordinariis. Paſſarin.*de elect. Abbatiſſ. cap.40.num.*13. ad quos ſolos, non autem ad Epiſcopum ſpectat electionem confirmare, vt ex declaratione 5.ſuper dicta Conſt.Greg.

Id,quod confirmatur ex declaratione Sacrę Congregationis Conc. in vna *Vrbanię* 10.Septembris 1639. relata à Peyrino *tom.3. de priuil. Regul. decret.*16. quę cenſuit, Epiſcopum in electione Abbatiſſarum Monaſterij Monialium Regularibus ſubiectarum non poſſe exquirere, ſeù recipere vota Monialium, ſed illa exquiri, ac recipi debere à Superiore Regulari, ſciente tamen, & audiente eodem Epiſcopo. Ergò nequè vti poterit opera ſui proprij Notarij. Alioquin ipſe exquireret, ſeu reciperet vota Monialium contrà formam huius decreti.

Ad 2. Pariter negatiuè; Tum quia ſibi imputare debet Epiſcopus, ſiuè eius Vicarius, ſi noluit vocatus, atque monitus de electione, illi præeſſe abſque præiudicio iuriſdictionis Superiorum Regularium, ac Sedis Apoſtolicæ. Alioquin electio penderet omninò ab eius voluntate: Tum etiam quia, cum in dicta Conſtitutione Greg. non adſit decretum irritans electio, etiam in caſu veræ contrauentionis non eſt nulla. Paſqualig. *l.c. num.*33. Et licet Nicol. *in floſc.v. Abbatiſſa num.*4. referat, quod electio Abbatiſſæ eſt nulla, ſi facta fuerit ſine conſenſu Ordinarij ex Sacra Congregatione Epiſc. in *Barenſi* 2. Maij 1600. Etiam in Monaſterijs Regularium gubernio ſubiectis ex Sacra Congregatione Conc. Id tamen procedere debet, quandò Epiſcopus declarauit, ſe velle vti facultate ſibi in hac parte attributa per dictam Conſtitutionem Greg. & ex eadem declaratione Conc.non autem ſi vellet ea abuti, vt in hoc caſu. Item quando Epiſcopus

eſſet

Digitized by Google

eſſet omninò contemptus, & non monitus de electione, vt per eundem Paſqualigum *vbi ſuprà*. Atque ita quoad vtramque dubium cenſuit Sacra Congregat. Conc. 4. Maij 1675.

An contrauenient edicto Epiſcopi in materia Clauſura Monialium, poſſit ab excommunicatione inflicta, & Epiſcopo edicenti reſeruata, abſolui à Metropolitano, vel à quocumque alio Epiſcopo. Vide de Cenſur. tom. 8. Conſul. 128.

An Moniales teneantur ad ſubſidium charitatiuum. Vide de Immunit. tom. 9. Conſul. 53.

An, & quatenus Virgines in Collegio viuentes, ac vouentes in profeſſione perpetuam caſtitatem, atque obedientiam Præfectæ, ac victuras, & morituras in d. Collegio, obligentur eius Regulis, & Conſtitutionibus, poſſintque ad ſuum libitum è Collegio diſcedere, an illis dotes ſint reſtituendæ? Vide de Colleg. tom. 9. Conſ. 73.

An, & quatenus Superiores Regulares poſſint annum probationis Nouitio prorogare, ita vt anno probationis iam completo, ſed prorogatione non ſeruata, profeſſio indè emiſſa ſit irrita? Et quid de profeſſione tacita? Vide de Regular. tom. 9. Conſul. 87.

An Moniales teneantur ſubire onus hæreditatis, vt in caſu poſito. Vide de Teſtam. tom. 9. Conſul. 138.

De forma viſitationis Monialium. Vide de Viſitatione tom. 9. Conſult. 146. ſub num. 81. de Viſitator. Apoſtolic. & num. 122. 123. 163. & 164.

1 *An Epiſcopus in Viſitatione poſſit præcipere Abbatiſſa Monialium, vt in virtute S. Obedientia, ac ſub pœna priuationis officij, aliiſque &c. caret intrà certum tempus, vt recens murus altius tollatur, inſtar muri iam conſtructi, nè intus Clauſuram nullatenus poſſit haberi aſpectus, vllumque vicinorum colloquium?*

2 *An ab huiuſmodi decretis appellari poſſit, prætextu concordia non obſeruata, vel læſionis in emptione ſitus muri conſtructi, & conſtruendi? Vbi quomodò probanda ſit læſio, & ad rem alia.* tom. 9. Conſult. 149.

AFfirmatiuè: Nam agitur de decreto, quod reſpicit Monialium Clauſuram, cui imminet periculum ſacrilegij ex Sacro Conc. Trid. *cap. 5. ſeſſ. 25. de Regul.* atque ex Bonifac. VIII. *in cap. periculoſo de ſtat. Regul. in 6.* innouato à dicto Tridentino, vbi Gemin. *num. 1.* Franch. *nu. 3.* aiunt, quod huiuſmodi decreta debent ſtatim executioni demandari ſub pena excommunicationis, & quatenus opus ſit, etiam inuocando brachium ſeculare. Et vtraque diſpoſitio fuit cum ampliſſimis clauſulis à Beato Pio V. Conſt. 8. confirmata. Idque præſertim in illis Ciuitatibus, in quibus à Sacra Congregatione Epiſc. in hac re peculiaria decreta ſunt edita, vt in *Ciuitate Neapolitana, & Salernitana* apud Quarant. *in Sum. Bullar. tit. de Monaſt. Monial.* vbi ſolum eis permittuntur feneſtræ ad lumen excipiendum neceſſariæ, quæ tamen tales eſſe debent, vt nullo modo proſpici, aut proſpicere queant; Vndè Epiſcopus, etiam extrà viſitationem prouidere poteſt, vt alibi diximus.

Ac præcipuè, ſi etiam acceſſerit concordia inter Moniales, & alios Regulares vicinos à Sede Apoſtolica confirmata, vt huiuſmodi murus ſit altus, inſtar iam conſtructi. Quo caſu cogi poſſunt ad illius obſeruationem. Gregor. *dec. 557.* ibique Add. *num. 9.* & Rota in *Terracinen. Sacriſtia* 9. Iun. 1600. coram Iuſto; Non obſtante aſſerta concordiæ læſione, quæ etiam ſi probaretur incontinenti, ac per euidentiam rei, non poteſt impedire, nè decretum huiuſmodi executioni ſtatim demandetur ob periculoſum Monialium ſtatum, cum certum ſit, quod eiuſmodi tranſactiones, & concordiæ non poſſunt reſcindi, niſi per tres conformes. Caualer. *dec. 550. num. 4.*

Qua in re notandum, quod ad effectum reſciſſionis concordiæ, læſio debet eſſe, non ſolum magna, ſed etiam vltrà dimidiam enormiſſimè. Magna enim ſola non ſufficit. Bald. *conſ. 281, in fin lib. 1.* Dec. *conſ. 474. num. 10.* vbi de communi Alexius *conſ. 42. num. 12. lib. 1.* aliiſque.

Cum igitur agatur de Clauſura Monialium, ac de executione decreti emanati in actu viſitationis, nullam admittit appellationem ſuſpenſiuam. Rot. in *Raguſina attentatorum* 15. Iunij 1610. coram Remboldo. Oldrad. *conſ. 89.* Lancel. *de attent. cap. 12. limit. 18. num. 6.* & nos alibi, vtique celeri executioni demandandum omninò eſt, quibuſcumque non obſtantibus.

2 *An, & quatenus vicinorum feneſtræ claudendæ, nè introſpiciant Monaſteria Regularium, & Monialium?*

2 *Et quatenus Regulares, ac Moniales feneſtram in viam publicam reſpicientem efficere poſſint?* tom. 9. Conſult. 155.

AD 1. Si conſtet, quod per feneſtras vicinas poſſint Regularium, & Monialium ſecreta videri, occurrendum exiſtimo huic ſeruituti Padil. *in l. altius num. 19. C. de ſeruit.* Vel ſcilicet claudere faciendo feneſtras ob bonum publicum. Bero *conſ. 135. num. 9. ac 10. lib. 3.* Vel eas reducendo ad lumen tantum. Rota in *Romana altius non tollen.* 30. Maii 1622. coram Buratto §. *quo verò ad propoſitum* apud Rubeum *in ſuis ſingul. fol.* 515. Vel demum cogendo Dominum domus ad vendendum ius ſeruitutis, etiam ſi via ſit intermedia; itàut poſteà feneſtræ omninò claudantur, aut fabrica dicta domus reducatur ad priſtinum ſtatum. Gomez. *ad l.*

46. *Tauri nu.9.* Padil. *loc.cit.nu.*20. & Franch. *dec.*223. *num.*4.

Agitur enim de domo priuata, ſeruitutem inſerente loco Religioſo, qui gaudet fauore loci publici, vt in *d.Romana altius non tollen.* 3. Decembris 1618. coram Pirouano apud eundem Rubrum *fol.*514. Quo in caſu vtilitas priuata poſtponitur, arc permittitur priuato, etiam in ſuo ędificare, quandò præiudicium infertur loco publico. Padil. *ibidem num.*28.

Maximè, ſi ex teſtibus appareat, quod domus fuerit nouiter in hanc formam redacta, ex quo ſequitur prædicta ſeruitus, & tamen nequidem Eccleſia poteſt de nouo ædificari, ſi ex tali ędificio præiudicetur alteri Eccleſiæ iam conſtructæ, vt per Seraph. *dec.*847. *num.*1.

Seruitus vero; & præiudicium illatum apparere poterit ex ipſa oculari inſpectione, quæ alias ſuperat probationes. Bald. *in l. contra negantem n.*10.*C.ad l.Aquil.*Alex.*conſ.*134 *n.*14. *lib.*2. ac alij.

Ad 2. Extat Congregationis S.Viſitationis Apoſtolicæ decretum, cuius particulam referam, vbi præ cæteris hac de re quoque decernitur, eius verba hæc ſunt: *De mandato SS.D.N. Vrbani diuina prouidentia Papa VIII. viua vocis oraculo et facto, præcipit omnibus, & ſingulis Superioribus Regularium Mendicantium, & non Mendicantium, quocumque nomine nuncupatis, cuiuſuis Ordinis, gradus dignitatis &c. Item nec feneſtras in viam publicam proſpicientes efficere poſſint, niſi ad lumen tantum, nullo autem modo ad proſpectum. Quę omnia, & ſingula ſub pęnis priuationis officiorum, ac vocis actiua, & paſſiuę eò ipſo incurrenda, alijſque eiuſdem Congregationis arbitrio inuiolabiliter obſeruari mandat, quibuſcumque in contrarium non obſtantibus. In quorum, &c. Dat. Rom. in loco conſueto Congregationis* 39. *Iunii anni Iubilei* 1625.

Idemque anteà mandauerat Clemen. VIII. apud Quarant. in *Sum.Bull. tit. Monaſteria, & Conuentus Regul.* vbi decreto 30. ſic habetur: *Conuentus, & feneſtra omnes, quæ in vias publicas, aut vicinas laicorum ædes proſpiciunt, muro ita obſtruantur, vt omninò bis proſpectus impediatur.* Quo nil clarius; Vndè non eſt tergiuerſationi locus, *l.ille, aut ille §.cum in verbis, & l. non aliter de leg.* 3. Surdus *conſ.* 519. *num.* 15. alijque.

Cęterum aduertendum eſt, quod ſeruitutum impoſitio venit nomine alienationis, §. *cum quoque ff.de verb.ſignif.* atquè adeò non poſſunt hoc iure fieri conuentiones ab Eccleſia ſine ſolemnitatibus, & iuſta cauſa, alioquin ſubijcerentur pęnis *l. Iubemus* C. *de Sacroſ. Eccleſ.* Et Extrauag. *Ambitioſ. de reb. Eccleſ. non alien.* ac Clem.*Monaſteriorum eodem tit.*

Requiritur itaque beneplacitum Apoſtolicum, quod ex curſu temporis interueniſſe præſumi non poteſt, ſi conſtiterit de inobſeruantia contractus. Rota coram Greg. *dec.*354.vbi Add. *num.*18. *dec.*694. *n.*5. *p.*1.*recen.*

1 *An Contractus tranſactionis facta à Nouitio, vel Nouitia, comprehendatur decreto Sac. Conc. Trid.* cap.16. ſeſſ.25. de Regul. *ita quidem vt ſi inita non fuerit intrà duos Menſes ante profeſſionem, ſit irrita?*

Et *quatenus ſit irrita.*

2 *An facta vno tantum die ante d. duos Menſes, ſit valida?* tom.9. Conſult. 65.

Ad 1. Cenſeo, eſſe validam: Quia licet Sacra Congregatio Conc. dicat: *nulla quoque renunciatio, aut obligatio*, attamen attenta ſubiecta materia, Concilium intelligitur de obligationibus gratuitis, non autem de illis, quæ fiunt ex cauſa onoroſa, in quibus datur poſſibilitas, vt tantundem poſſit recipi, quantum datur. Rodriqu. *in Sum. tom.* 1. *cap.*7. *num.*4. & Sanch.*in præcep. decal. lib.*7. *cap.*5. *n.*32. Illæ enim obligationes non fiunt intuitu ingreſſus in Religionem, ſed cauſa contrahendi, ac reddendi conditionem ſuam meliorem; Vndè ſemper eſt inſpiciendum qua contemplatione actus fiat, & obligatio ſemper eſt regulanda à ſua cauſa. Rot.*dec.*624. *n.*2.*p.*1.*diuerſ.*

Quod certum puto in caſu, quo Nouitius, vel Nouitia litigauit: Quia durum eſſet, quod Nouitij poſſent litem inferre, illatam ſuſtinere, & non poſſent tranſire contrà bonum publicum. *cap.finem litibus de dol.& contum. & l. properandum C.de iudic.*

Ratio autem eſt: quia finis decreti Sac.Conc. eſt nè Nouitius patrimonio deſtitutus cogatur profiteri. Per hos autem contractus onéroſos, quibus tantundem recipit, non manet bonis deſtitutus, ſed in tantundem commutatis. Atque adeò iſti eo decreto non comprehenduntur.

Ad 2. Dato, quod contractus tranſactionis comprehendatur decreto Conc. quod pernegamus tenendum eſt, hos duos Menſes computandos eſſe de momento ad momentum, & ſecundum, quod occurrit Menſis in Kalendario. Sanch. *loc.cit num.*81. Bartholom, à S. Fauſto *in theſ. relig. lib.*5.*quæſt.*193. alijque. Et declarauit Sacra Congregatio Conc. apud Aldanum *in compen. Canon. reſol. lib.*4. *tit.*3. *num.*8. & ſub die 21. Ianuar.1617.Quia eſt contrà formam Concilii: Nam Conc. diſponit à quo tempore hoc bimeſtre incipere debeat, nempè à die profeſſionis futuræ.

Et quidem *ex d. cap.*16 *ſeſſ.*25. duo copulatiuè requiruntur, vt obligatio per Nouitium facta ſit valida, quod fiat cum licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij, & quod fiat intrà duos Menſes proximos ante profeſſionem, aliter verò facta, ſit irrita, & nullius effectus, etiam ſi fuerit inrata. Vndè ſi obligatio facta ſit vno die ante dictos duos Menſes vltimos, licet in illa interueniat licentia Epiſcopi, vel Vicarij, eſt irrita.

1 *An*

1 *An qui depoſuit dotem puellæ apud Depoſitarium dotium Monialium, ab Epiſcopo approbatum, cum præſentia, conſenſu, & decreto Vicarij earundem Monialium, ſi, durante anno probationis Nouitiæ, dictus Depoſitarius moriatur, eiuſque hæreditas reperiatur non ſoluendo, teneatur iterum conſtituere dotem?*

2 *Et quatenus negatiuè: Quiſnam ad illam teneatur?* tom. 9. Conſult. 166.

AD 1. Negatiuè: Quia non poteſt dici fuiſſe in aliqua culpa. Bartol. *in l. pignus in fin. C. de pignorat. act.* Decian. *conſ 47. n. 9. & 10. vol. 4.* Giurb. *dec. 38. num. 8.* ac alij. Ideòque nullo modo poteſt, aut debet periculum ad ipſum deponentem ſpectare, qui ſic deponendo conſequutus fuit plenam liberationem, ità vt non teneatur de periculo depoſiti. Bartol. *in l. ſi ſoluturus num. 4. ff. de ſolut. & in l. pignus C. de pignor. act.* ibique Salic. *num. 2.* Quia cum tale depoſitum habeat vim ſolutionis, *l. obligatione C. de ſolut. & l. acceptam C. de vſur.* Ideò deponens non tenetur de caſu ſuperueniente: nam alioquin actio ſemel extincta reuiuiſceret, contrà tex. *in l. qui res §. Arcam ff. de ſolut.*

Ad 2. Periculum, vel cedere debet damno Monaſterij, cum receptiſſima ſit iuris concluſio, quod quandò debitor ritè, ac rectè depoſuit, tunc periculum ſpectat ad creditorem, vt poſt alios firmat Ariſmin. Tepat. *var. reſol. lib. 2. tit. de periculis verum in genere fol. 115. verſ. periculum inopia depoſitarij,* Sebaſt. Medic. *de fortuit. caſib. par. 1. num. 17.* Coſta *in tract. de ration. quaſt. 121. num. 7.* ac alii. Quod maximè locum habet, quandò depoſitum ſit gratia ipſius creditoris recipientis, vel qui recipere debet. Bart. *in l. ſi quis nec cauſam num. 1. ff. ſi certum petat.* Mantica *de tacit. lib. 10. a. 6. vol. 2.*

Vel ſaltem hoc periculum cedere debet damno Epiſcopi, aut eius hæredum ad tex. in *l. 1. C. de perīc. nomin. lib. 11.* Quia eligens depoſitarium non idoneum, tenetur de periculo depoſiti Bart. *in d. l. ſi ſoluturus num. 11. ff. de ſolut.* Bald. *in l. quæ fortuitis n. 3. C. de pignor. act. & in l. 1. num. 3. C. depoſiti,* & Valenz. *conſ. 179. num. 14. vol. 2.*

Ex quibus etiam dicendum eſt, damno Monaſterij, vel hæredum Epiſcopi cedere quoque præſtationem alimentorum Nouitiæ; Pendente enim lite, ipſa Nouitia debet ali à Monaſterio, *cap. ex parte de cenſib.* Decian. *conſ. 66. num. 1. lib. 2.* & Add. ad Burat. *dec. 48. num. 17.* Nam ipſa fuit dotata, & dos ſuccedit loco alimentorum, ac fructus dotis appellantur alimenta, Rota *deciſ. 280. num. 2. par. 8. & deciſ 30. nu. 6. par. 7. recen.*

Aliqua quoad Moniales? Vide de Regularibus tomo 9. Conſult. 170.

An Nouitius, non completo anno tyrocinij, ſeù probationis à Religione egrediens, teneatur iterum integrum annum probationis facere? Vide de Regul. tom. 9. Conſult. 175.

An, & quatenus Regulares quicumque, ac Moniales prætendentes, ſe per vim, & metum ingreſſos eſſe Religionem, vel ante ætatem debitam profeſſos fuiſſe, aut quid ſimile adducentes, audiri poſſint ſine habitu regulari, & extrà Monaſterium? Vbi quid ſi egrederentur ex ſententia Ordinarij aliter emanata? Vide de Regul. tom. 9. Conſult. 176.

CVm nobilis mulier emiſiſſet profeſſionem regularem per vim, & metum cadentem in conſtantem virum, volens propterea poſt obitum patris dictam profeſſionem impugnare, recurſum habuit ad ſuos Superiores, qui ſer. ſer. per ſententiam definitiuam declàrarũt, profeſſionem fuiſſe, ac eſſe nullam, ac proindè poſſe dictam mulierem liberè habitum dimittere, & ad ſæculum redire, ac Matrimonium contrahere, & in paternis alijs bonis ſibi legitimè obuenientibus ſuccedere. Vigore huius ſententiæ à Monialibus acceptatæ, dimiſſo habitu, poſteà Matrimonium contraxit in facie Eccleſiæ, in quo filium ſuſcepit. Hoc autem medio tempore quidam aſſerti fideicommiſſarij, prætextu nullitatis ſententiæ iam latæ, ipſis non citatis, habuerunt recurſum ad Sacram Congregationem Epiſc. à qua obtinuerunt reſcribi, quod mulier redeat ad Monaſterium, reſumendo habitum. At cum eidem Sacræ Congregationi comprobatum fuerit, dimiſſionem habitus fuiſſe legitimè factam, & Matrimonium bona fide contractum, indulſit, quod mulier ſe conſtitueret in loco ſeorſim à viro. Et quia non habet vndè ſe alere, nec minus vndè litem proſequi

ſequi poſſit; Ideò quæritur:

Quibus ex bonis ſubminiſtrari ei debeant alimenta, & ſumptus litis, ad proportionem bonorum, & conditionis perſonæ? Vbi de filijs famil. & Monachis quoad alimenta, & ſumptus litis. tom.9. Conſul. 177.

RESpondendum cenſeo, ſubminiſtrari debere ex proprijs bonis ipſius mulieris; nam alia præſertim, quæ ſpectant ad eius Matrem, vel ab illa poſſidentur, ratione ſuarum dotium, non ſunt obnoxia huic oneri alimentorum, cum Mater non teneatur alere filiam, niſi in ſubſidium, *l. ſi quis à liberis* §. *verum ff. de liber. agnoſ. l. penul. ff. eodem auth. ſi pater C. de diuor.* Beto *conſ.* 186. *num.* 8. *lib.* 1. Caphal. *conſ.* 5. *num.* 65. aliique.

Verum caſus iſte ſubſidii non videtur ſubeſſe, ſiuè conſideretur hæc mulier vti Monialis profeſſa, ſiuè vt coniux. Si vti Monialis, qualis verè dici debet, donec per rem iudicatam decretum fuerit contrarium, Monaſterium, quod habuit; & habet illius dotem, tenetur ad alimenta, etiam quandò actù lis vertitur ſuper inualiditate profeſſionis, Bart. *in tract. de alim. num.* 43. Surd. *de alim. quæſt.* 128. *nu.* 11. Sanchez. *in decal. lib.* 6. ac alij.

Præſertim verò attento decreto Sacræ Congregationis ſuper reditu ad Monaſterium, reſumpto habitu, iuxtà *cap.* 19. *Sac. Conc. Trid.* cui ſi dicta mulier obtemperaſſet, non egeret alimentis: Vndè ſibi debet imputare, neque ex ſua contumacia debet reportare commodum.

Si verò conſideretur vti coniux, adhuc non potuit grauari mater, cum onus alimentorum teneatur ſubire maritus, quamuis non habuerit dotem, dum in hoc ſtatu eam ſciens, & volens traduxit, *l. quod ſi nulla ff. de relig. & ſump. fun. l. fin. C. de repud.* Surd. *d. tit.* 19. 32. *nu.* 11. & *tit.* 7. *quæſt.* 6. *num.* 5. *in fine*, & *quæſt.* 7. *nu.* 6. Vbi quod propterea nè Pater quidem tenetur alere filiam, quæ aliter eſſet nupta, licet ſine dote. Cyriac. *controu.* 527. *n.* 24.

Et nihilominus, dum concurrunt paupertas, & boni iuris præſumptio, quæ ad hunc effectum requiruntur, *l. fin.* §. *quod ſi ei C. de ord. cogn.* Rota in *Fauent. dotis* 20. Nouembr. 1641. §. 1. coram Cerro, & in *Aſculana pecuniaria* 5. Aprilis 1647. § *diſſoluto* coram Celſo, ſubminiſtrari debent alimenta, iuxtà qualitatem perſonæ, ac ſumptus litis.

Quod verò ad quantitatem, ponderanda ſunt qualitas perſonæ, quantitas patrimonii, locus, tempus, ſumptus litis, & id genus alia, quæ prudenti Iudicis arbitrio relinquimus.

Porrò Monachus contrà Abbatem litigans, lite pendente, alimoniam, & expenſas litis, vſque ad finem, & executionem cauſæ, modò principaliter ad vtilitatem Monaſterii agitetur, à Monaſterio habet, tex. *in d. cap. ex parte*, vbi Decius, Felin. Panorm. aliique communiter ad ſimilitudinem filii fam. Quod ſi enim contendatur, Titium eſſe actoris patrem, aut à Seia, illum ſuum eſſe Maritum, Iudex, ex quo ſummaria quadam cognitione adhibita de inopia, & coniunctione huiuſmodi conſtiterit, actori, aut actrici interim alimenta adiudicabit, donec Titius filium, aut vxorem illius non eſſe, diffinitiuè pronunciatum fuerit. Ità textus apertus de filio, & Patre *in d. l. ſi quis à liberis* §. *ſi vel parens ff. de agn. liber.* & de vxore *in l. ſi vxor* 7. vbi Bartol. *ff. eodem* Couar. *to.* 2. *pr. quæſt. cap.* 6. *num.* 8. Pontan. *d. cap.* 15. *n.* 5. Martin. Coler. *d. lib. cap.* 10. *vbi de alimentis vxori à Marito*.

An, & quatenus concedenda ſint remiſſoriæ prò examine teſtium in partibus ad reprobandum teſtes examinatos prò nullitate profeſſionis præſertim in Moniali legitimè à Monaſterio egreſſa, & Matrimonio in facie Eccleſiæ coniuncta? tom. 9. Conſult. 179.

CEnſeo, non eſſe concedendam, ſed teſtes eſſe euocandos ad Vrbem in caſu; in quo cauſa eſt grauis, & in qua propter potentiam partis dubitari poſſit de ſubornatione, quo in caſu nunquam conceditur remiſſoria ad partes, *cap. cum olim* 1. *de priuil.* Io. Andr. in *cap.* 2. *num.* 9. *de teſtib.* Scacerolus *de remiſ. cap.* 4. *num.* 9. aliique adducti à Rota *dec.* 212. *n.* 4. *lib.* 2. *par.* 3. *diuerſ.* Pegna *dec.* 1299. *num.* 3. & 4. & in *Cameracen. penſionis* 3. Maii 1640. coram Bichio, & in *Romana ſucceſſionis* 4. Iul. 1642. coram Carillo, & in *Pampilonenſi decimarum* 15. Iun. 1598. coram Orano; Præcipuè concurrente ſummo de metu incuſſo alijs teſtibus. Rot. *dec.* 146. *nu.* 5. *par.* 5. *rec.* Veral. *dec.* 50. *num.* 6. *par.* 3. Et quem ſolum ſufficere, vt teſtes ſint in Curia examinandi tradit Vbert. *de citat. cap* 13. *num.* 428. *in fin. par.* 5. Eòque magis ſi pars aduerſa inſtitit, ac obtinuit, vt prætenſa Monialis examinaretur in Curia, quo in caſu ibidem debet cogi, ſuos examinari ex æquiſſimo edicto, *quod quiſque iuris*, vt in terminis eſt tex. *in d. cap. cum olim*, vbi Gloſ. *v. onus*, & Faſtol. *dub.* 28.

Cauſæ grauitas eſt planè certa, dum agitur de validitate, ac inualiditate profeſſionis, atque adeò de ſubſiſtentia, vel inſubſiſtentia Matrimonij, ex quo procreati ſunt filij. Rota in *Tullenſi Matrimonij* 9. Febr. 1634. coram Albergato.

1 An,

1 *An, & quatenus metus reuerentialis ergà Matrem, Sororem, Materteram, Nouercam, Auiam, & alios quoſcumque irritet profeſſionem Regularem?*

2 *Et cui nam incumbat onus probandi, quod incutiens metum, ſit ſolitus minas exequi?* to.9. Conſult. 180. Item quoad metum eodem Conſult.182. & de Ordine tom.7. Conſul.77.

AD 1. Affirmatiuè: Nam filij iure naturæ tenentur parentibus eſſe ſubditos, quorum appellatione venit etiam Mater per tex. *in leg. appellatione §. ſed & mater ff. de verb. ſignif.*

Deiodè parentum nomine continentur Cognati, Patria, Amici, Paſtores, Epiſcopi, ac vniuerſi, quorum miniſterio, & cura in Chriſto regeneramur, & ad beatam vitam dirigimur. Item grandæui, ac ſenes, hæri, Magiſtri, pedagogi, tutores, ac Mecænates, & quotquot poteſtatis, vel dignitatis, aut vtilitatis, ſiuè præſtantis alicuius officii cauſa, parentum lòco, colere iubemur, inter quos principem locum obtinent, qui mores, & ingenium excolunt, quibus debetur amor, obedientia, honor, corde, verbo, & opere. Vndè 4. *Reg.* 5. Naaman à ſeruis pater vocatur, Helias, & Eliſeus à filiis Prophetarum 4. *Reg.* 2. & 13. Quod ſignificat etiam Apoſtolus *ad Hebræos* 12. colligens ex reuerentia parentibus carnis debita, multò magis obtemperandum Patri ſpirituum, ideſt ſalutarem doctrinam tradenti.

Et licet ſolus metus reuerentialis ergà Matrem eſſet tam ſufficiens, nullis concurrentibus minis, cum verſemur in Matrimonio ſpirituali, quicquid alias dicendum eſſet in Matrimonio carnali, vt diſtinguit Gloſ. *in can. præſens* 20. *quæſt.* 3. Alex. de Imol. *in l. ſi cum dotem §. eo autem tempore num.* 11. ac alij. Vel ſaltem inſtar Matrimonij carnalis eſſet ſufficiens probatio minoris metus, ex adductis per Rot. *deciſ.* 105. *num.* 2. & *deciſ.* 779. *num.* 10. *par.* 1. *recen.* ac alibi.

Tum tamen eò minus dubitandum eſt de probatione metus, ſi conſtiterit, eſſe de minis à Matre illatis, illiuſque acerrimis, & grauiſſimis, quæ etiam ex ſe, abſque adminiculo metus reuerentialis ſufficerent ad mouendum conſtantem virum, vtpotè inducentes priuationem ſpei, & ſucceſſionis bonorum, alicui quaſi debitæ. *l. interpoſitas C. de tranſact.* Imol. *in cap. cum dilectus num.* 9. *de his, quæ vi, met.* Anchar. *in cap.* 2. *num.* 2. *eod. tit.* ac alij multi.

Id, quod procedit in metu reuerentiali ergà Matrem, ac in minis ab ipſa illatis. Aretin. *conſ.* 24. *num.* 6. Gutier. *conſ.* 16. *num.* 16. Barb. *in collect. ad ius Canon. in cap. ex litteris n.* 3. *de deſponſ. impub.* & in terminis Matris loquitur Seraph. *deciſ.* 551. Auiæ Rot. 307. *par.* 2. *recen.* Fratris, & Sororis maioris in plures allegati à Sanch. *diſp.* 6. *quæſt.* 4. *num.* 31. *ac* 33.

Accedente præcipuè timiditate metum patientis, quo in caſu minor metus requiritur ex Greg. *deciſ.* 326. *num.* 26. auſteritate, ac terribilitate Matris. Sanch. *ibid. num.* 30. Timiditate, ac puſillanimitate, inopia, ignorantia, aliiſque qualitatibus filijs, ac Matris cum minis, ſiuè mortis, ſiuè priuationis ſucceſſionis, cum quibus metus reuerentialis tollit conſenſum, atque adeò inducit nullitatem Matrimonij, tam carnalis, quam ſpiritualis, vt ex communi probant Ruin. *conſ.* 121. *num.* 6. *ac* 7. *vol.* 4. Pariſ. *conſ.* 26. *num.* 67. *par.* 3. Alban. *conſ.* 77. *num.* 5. aliique. Vndè huiuſmodi profeſſio eſt nulla tanquam extorta metu, minis &c.

Ad 2. Onus probandi ſolitum Matris, Patris &c. exequendi minas, non incumbit metum paſſo, ſed ei ſufficiunt metus reuerentialis, ac minæ præcedentes, iuxtà Ruinum, Pariſ. Alban. Decium, Purpurat. Verall. ac Rotam *diuerſ.* & Gregor. ſuperius citatos. Eòque magis ſi fuerit probata terribilitas, & crudelitas Matris, cum verbis iniurioſis, ac manuum iniectione, ex quibus annullatur profeſſio. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 9.

Et ſaltem metus reuerentialis, ac minæ transferunt in partem aduerſam onus probandi, eum, cui debetur reuerentia, non ſolere minas executioni demandare: quia præſumptio ſtat prò metu paſſo, atque ideò non tenetur probare ſolitum exequendi minas, niſi ex aduerſo fuerit probatum non ſolitum. Paulin. *in d. l. interpoſitas num.* 10. *C. de tranſ.*

De iis, quæ potiſſimum afferri poſſunt prò validitate, & nullitate profeſſionis, tom. 9. Conſult. 181.

PRò validitate profeſſionis, ſi facta fuerit ſeruata forma Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de Regul.* Prò illa enim ſtat omnis præſumptio, ità vt eam impugnanti, quod facta fuerit per vim, & metum incumbat onus id probandi. Rot. in *Treueren.* ſiuè *Colonien. nullitatis profeſſionis* 14. Decemb. 1648. coram Cerro: Nam pro validitate actus ſemper præſumitur, iuxta Gloſ. *in l. 2. vt. probetur C. de petit. heredit.* Rot. *dec.* 316. *num.* 6. coram Buratto, & ad rem eſt tex. *in l.* 2. *C. quæ vi, met.* Sperel. *deciſ.* 89. *num.* 27. ac Rot. in *Tullen. Matrimonij* 15. Ianuar. 1652. *§. & huic* coram Albergato.

Hæc autem præſumptio eò validior eſſet, ſi profeſſio emiſſa fuerit coram Superiore Regulari, præuia exploratione voluntatis profitentis, qui facilè potuiſſet reclamare coram eo, ſi coactionem paſſus eſſet, vel ſi timuiſſet, cum alias præſentia Superioris excludat omnem metum per tex. *in l. non eſt verisimile ff. de quod met. cauſ.* Pariſ. *conſ.* 10. *num.* 53. *lib.* ac Rot. *deciſ.* 188. *num.* 9. coram Greg.

Quare, cum Regularis ſolemnem profeſſionem non emiſerit, & intrà quinquennium non reclamauerit, ſed per pacificam delationem habitus Profeſſorum expreſsè emiſſam, tacitè ratificauerit, audiri non debet ſuper prætenſa nulli-

Digitized by Google

nullitate. Azor.*inſtit.moral.par.1.lib.12 cap.4.* Nauar.*conſ.4.de Regul.num.77.& ſeqq.* ac Rot. *in Meten.profeſſionis* poſt Tambuc.*de iur. Abbat. num.3.& 7.*

Eòque magis, ſi Regularis racificauecit ſuam profeſſionem ſuſceptione Sacrotum Ordinum ad titulum Religioſæ paupertatis, ex qua reſultare validam tacitæ profeſſionis ratificationem plnties reſpondit Sac.Cong. Conc. ex cuius mente idipſum firmat Barb.*de iur.Eccleſ. lib.1.cap.42. num.167. & in collect. Bullar.v. profeſſio num.2.*Nouar.*in Lucern.*Regul. *eodem v.num.23.*ac alij.

Neque obſtac, quod huiuſmodi tacica profeſſio tollatur contrarijs præſumptionibus, etiam ex metu reuerentiali: Nam id ad ſummum procedere poteſt, quandò ageretur tantum in terminis profeſſionis tacitæ, non autem in terminis pcofeſſionis expreſſę per emiſſionem trium votorum coram Superiore, in quo caſu talis profeſſio propter metum reuerentialem non poteſt reſcindi, neque admittuntur probationes in contrarium, vt ità diſtinguendo reſpondec Rot.*deciſ.579.par.1. rec. & deciſ. num.1. & deciſ.3.num.1.*poſt Tambur.*de iur.Abbat.*

Quod verò ad teſtitutionem in integrum aduerſus lapſus quinquenni deneganda eſt: Quia Sac.Conc.Trid.*cap.19. ſeſſ.25, de Regul.* decernit, quod intrà quinquennium dumtaxat poſſit profeſſus cauſas nullitatis ſuæ profeſſionis coram Ordinario, & Superiore ſuo Regulari deducere. Et quamuis controuertatur, an poſt quinquennium audiendus ſit, nec nè; Attamen haud abſolutè Sac.Congr. Conc. & ſuper Epiſc. & Regul. reſtitutionem concedunt, ſed ſolum quandò aliqua iuſta cauſa deducitur, ob quam intrà quinquennium reclamatum minimè fuerit, vt referunc relati à Barboſa *ad d.cap.19.& ſeq.* Nouar. *in Lucerna Regular.v.reclamare num.4. & 5.* Quæ ſanè cauſa, ſiuè impedimentum, quo quis impeditus fueric intrà quinquenniũ reclamare, probari debet, ità quod non ſufficiat iuramentum illam allegantis, vt per eundem Sanchez *loc.cit.num.27.*Nouar.*ibidem num.6.*

Hinc cauſa impedimenti reclamationis intrà quinquennium non poteſt eſſe metus, ſi adhuc viuat is, qui dicitur illum incuſſiſſe, cum non poſſit aſſignari diſpar ratio, cur vigente eadem cauſa metus, intrà quinquennium reclamare non potuerit, poſſit poſt quinquennium, dum adhuc duret, & vigeat eadem cauſa metus, vndè petitio reſtitutionis eſſet calumnioſa per tex *in l.ſi calumnietur ff.de verb.ſignif.*

Eòque maximè ſi profeſſus amicos rogauerit, vt ſuam interponerent auctoritatem apud eius patrem, vel tutorem, vt ſuum aſſenſum ei præſtarent Religionem ingrediendi, quo obtento hilaritatem oſtendit, Religionem fuit ingreſſus, profeſſionem emiſit, ex quibus eludituc dictus prætextus. Sperel.*deciſ 79.num.65.*

Aut ſi profeſſus fictos teſtes ſubornauerit, quo caſu aliorum teſtium examen eſt ei denegandum. Caputaq.*dec.50. num.5. lib.3.*Rot. *in Auenionen.* dilapidationis bonorum s. Martij 1646.§ *fin.* coram Cerro, & in *Calaguritana beneficij de Cornario* 27. April. 1648. *§.fin.* coram eodem.

Ex quibus conſtat, ad irritandam profeſſionem probationes clariſſimas requiri, & tamen ſi profeſſio eſſet dubia, ſuſtinenda eſſet: Nam præſumptio ſemper militat prò validitate profeſſionis, illamque impugnanti ſub prætextu, quod emiſſa fuerit per vim, ac metum, incumbit onus plenè, ac concludenter probandi.

De metu generatim. Quomodò geſta ex metu ſint voluntaria? Quid de metu graui? Quid de cadente in conſtantem virum? Geſta ex metu an, & quatenus voluntaria? Vel in eis prædominetur voluntarium? Cur quædam ex metu graui geſta, etiam ſi ſimpliciter inuoluntaria irritentur? tom.9. Conſult.182. Item vide Conſult.180. hoc eodem tomo. Et de Ordine tom.7.Conſult.27.

METus ex Ariſt.2. *Rhethor. cap.5.* eſt ægritudo, animique perturbatio, orta ex cognitione mali imminentis. Eſt autem duplex. Alius, qui cadit in virum conſtantem, eſtque ille, qui ratione mouet voluntatem, & cum eligitur minus malum ad vitandum maius. Alius, qui non cadic in virum conſtantem. Vir autem conſtans eſt, qui eſt medius intec timidum, & audacem.

Supponendum autem eſt, aliud eſſe fieri cum metu, aliud ex metu; Primum dicit, quod metus non ſit cauſa operationis, ſed concomitantèr ſe habeat. Secundum dicit, quod metus moueat ad operandum, prò quo requiritur, quod non perturbet vſum rationis, alioquin operatio non eſſet libera, & quod id, quod fit ex metu, fit contrà inclinationem elicitæ voluntatis, atque adeò interueniat actus oppoſitus ex diuerſo motiuo circà idem obiectum.

Quæ autem fiunt ex metu, ſunt ſimplicitec voluntaria. Ità Ariſt.3.*Ethic. cap.5.* D.Tho.1.2. *quæſt.6.art 6.*& D.Aug.*cap.2. de Spirit.& lit. ac Epiſt.49.* Nam quæ proueniunt ſimpliciter à principio intrinſeco cum cognitione, ſunt voluntaria.

Ex quibus colligitur, non licere ratione metus, quantumuis maximi, committere, quæ ſunt intrinſecè mala, vt docet D.Auguſt. *lib.1. de Ciuit.cap.16.* Quia metus non tollit ab ipſis intrinſecam malitiam.

Vt tamen actio ex metu facta meritò cenſeatur habere admixtum inuoluntarium, neceſsè eſt ex metu graui, nec ſufficeret facta ex qualicumque metu.

Paſſim autem metus, de quo hactenus, vocatur *metus cadens in conſtantem virum*, vel *metus iuſtus*, aut *probabilis*, vel *non vani hominis*, vt videre eſt apud Vlpianum Labeonem, Celſum, &

Ca-

Digitized by Google

Caium partim *ff.de, & quod metus cauſa*, partim *ff.de reg.iur.* eò quod ſcilicet ſic grauis mali, ac prudenter ſuſceptus.

Quod tamen ea actio ſimpliciter ſit voluntaria, tradit apertè Paulus Iuriſconſul. *in l.ſi mulier ff.de eo, quod met.cauſ.* & eò patet, quod cadat in eam definitio voluntarij.

Itaque actio ex metu graui facta eſt ſimpliciter voluntaria, nec niſi ſecundum quid eſt inuoluntaria, itá vt quamuis in ea voluntarium, & inuoluntarium aliqualiter admiſceantur; tamen prædominatur voluntarium.

Plerumque etiam interuenit defectus pugnans cum ratione actus, qui exercetur, quamuis conſenſus ſimpliciter liber interueniat, & tunc actua, etiam ſecluſa lege humana irritante, eſt inualidus.

Speciatim verò, ac fusè, qui multa de metu quoad profeſſionem regularem ſcire cupit, adeat Fagnanum *in cap.per latum de his, quæ vi, metuſue cauſa, in cap.ſi quis de regul.* & alibi.

Ego interim non grauabor adducere exempla aliquot reſtitutionis in integrum aduerſus lapſus quinquennij remiſſa à Sanctiſſimo ad Sac. Congregationem Conc.cum eius reſcripto, ex quorum ſerie reſtitutio modò conceſſa, modò negata fuit.

In *Bambergen.* reſtitutionis in integrum aduerſus lapſum quinquennij, an ſit locus reſtitutioni?

Sac.Cong.Conc.&c.die 1.April.1662.cenſuit, ſi Sanctiſſimo placuerit, poſſe Oratori concedi petitam reſtitutionem in integrum aduerſus lapſum quinquennij, reaſſumpto habitu, & conſtituto ſub obedientia Superiorum Conuentus.

In *Sabinen.* nullitatis profeſſionis Sanctimonialis Sororis Mariæ Cæleſtis de Simoncellis Ordinis Sanctæ Claræ Oppidi Malliani: An conſtet de nullitate profeſsionis, vt locus ſit declarationi, ipſam non eſſe Religioni adſcriptam?

Sac.Cong.Conc.die 1.Iul.1662.cenſuit affirmatiuè.

In *Meliten.* Reſtitutionis aduerſus lapſum quinquennij ad inſtantiam Victoriæ de Azaopard. ſiuè Sororis Scholaſticæ, An ſit locus petitæ reſtitutioni, & cauſæ commiſſioni?

Sac. Cong.Conc.11.*Iul.1665.cenſuit non eſſe locum.*

In *Patauina* ad inſtantiam Danielis de Michaelis Nobilis Patauini Monaci Caſſinenſis de nullitate profeſſionis dicentis-

Sac.Cong.Conc.nihil reſpondit 11.*Iul.*1665.

An Profeſſus, qui poſt rem iudicatam dimiſit habitum, acquieſcente Religione, poſſit cogi à Conſanguineis, aliiſque ad reſumendum habitum aliquo prætextu &c.? Vide de Regular. tom. 9. Conſult.183.

VIgore cuiuſdam conſuetudinis, confirmatæ poſteà per Breue Pauli V. Nuncius Apoſtolicus Neapolitanus aſſerit, habere facultatem cognoſcendi differentias ciuiles, quæ mouentur à ſæcularibus contrà Regulares in toto Regno. Ex hoc quæritur:

1 *An idem Nuncius poſſit cognoſcere differentias circà materiam Clauſuræ Sanctimonialium, Regularibus ſubiectarum, vt eſt proſpectus, & huiuſmodi, inter ipſas, & ſæculares? Et quatenus affirmatiuè.*

2 *An idem poſſit ingredi Clauſuram Sanctimonialium, vt cognoſcat proſpectum, abſque licentia Epiſcopi?* tom.9.Conſult.187.

AD 1. Negatiuè: Nam demus, Nuncium Apoſtolicum Neapolitanum huiuſmodi habere facultatem, illa tamen non poteſt extendi ad Clauſuram Monialium, quæ pertinet ad Epiſcopos, tanquam Paſtores animarum; Nuncij autem non mittuntur tanquam Paſtores, ſed potiſſimum, vt gubernent in temporalibus magis, quam in ſpiritualibus; Vndè iuriſdictionem Epiſcoporum non debene confundere. Can.*peruenit* 39. 11. *quæſt.* 1, nequè turbare, vt decernie Trid, *ſeſſ.*24. *cap.*20.*de refor.* atque adeò non poſſunt in Clauſuram Monialium ſe ingerere. Id enim eſt turbare iuriſdictionem. Quare Innocent. X. ex voto Sac. Congregat. Epiſc. ſub die 30. Septemb. 1650. prohibuit Cardinali Sabellio Legato Bononienſi, nè ſe ingereret materijs ſpiritualibus, quas Conc.Trid. Ordinarijs committit, vt eſt Clauſura Monialium, approbatio Confeſſariorum, collatio Ordinum, aliaque huiuſmodi.

Et quamuis Legati, ſiuè Nuncij in ſuis Prouincijs dicuntur Ordinarij, non tamen ſunt Ordinarii naturales, ſed quaſi extraordinarij, ac ſuperinducti, & ſic odioſi. Gloſ. *in Clem.*1.*de Offic.Ord.v.uolumus*, ibique Vitalin.*num.*7. Rot. *cap.*20.*num.*3.*par.*1.*diuer.* Creſcen. *deciſ.*20. *de preb.* ac alij.

Ad 2. Conſentaneè ad primum negatiuè: Nam cum Nuncius Neapolitanus non habeat iuriſdictionem ſuper clauſuram, cui acceſſoriè eſt conceſſus ingreſſus in Monaſterium, non poteſt in illud ingredi, niſi habeat iuriſdictionem. Cui enim prohibetur principale, prohibetur etiam acceſſorium, *leg. qui liberis, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* cum vulgò alijs.

Sed demus etiam, quod Nuncius habeat facultatem cognoſcendi cauſas Clauſuræ; non tamen idcircò habet facultatem ingrediendi Clauſuram. Nam vt acceſſorium ſequatur naturam principalis, requiritur, quod nõ ſit diuerſa ratio in acceſſorio, ac in principali. Alex.*conſ.*4.*n.*5. *lib.*5. Menoch. *conſ.*58.*in fin.* Pacian.*de prob. lib.*2.*cap.*26.*num.*69. Militat enim diuerſa ratio in cognoſcendo cauſam Clauſuræ, & in ingrediendo Clauſuram: Quia illa eſt intrà terminos iudicij, hæc extrà illud. Illa reſpicit

P rem

rem temporalem, ac ius contentioſum inter partes; Hæc rem ſpiritualem, violationem ipſius Clauſuræ, atque adeò materiam ſacrilegij. Ingreſsus item in clauſuram eſt quid ſpeciale, & ideò, niſi aliquo modo exprimatur, non debet cenſeri inductus, cum ſpecialia indigeant ſpeciali expreſſione. *l. item apud Labeonem ſ. hoc edictum ff. de iur. iur. & cap. quia de ſent. excom. in 6.* Dum autem ingreſſus excluditur, remanet ſub prohibitione abſque licentia Epiſcopi.

Quare non poterit Nuncius abſque licentia Epiſcopi ingredi Monaſterium ad inſpiciendum locum, & proſpectum ex modò dictis, cum nè quidem Vicelegatus poſſit ingredi Clauſuram ſine licentia Epiſcopi, vt declarauit Sac. Congreg. Epiſc. 9. Mart. 1604. apud Gauant. *in manual. Epiſc. v. Monialium clauſura num. 29.* Neque Inquiſitores, niſi ex cauſa Sancti Officij, ex Sac. Cong. Sancti Offic. 16. Feb. 1628. Neque S. R. E. Cardinales, vt alibi diximus, neque demum Card. Legatus, vt in cit. *Bononienſi.*

An Ordinarius rectè decreuerit, vt Monialis tranſlata de Monaſtero ad domum Oblatarum, non ſit licitè exempta ab obligatione ſibi impoſita ſeruandi Clauſuram in dicta domo? tom. 9. Conſult. 190.

RESpond. decretum Ordinarij in hac re emanatum eſſe omninò iuſtum, Sac. Concilijs, ac Apoſtolicis Conſtitutionibus conſentaneum. Cum enim Sum. Pont. id eius arbitrio commiſerit, tenebatur profectò rem definire cum cauſæ cognitione; Ideò namque Pontifex requiſiuit Ordinarij arbitrium, vt expenderet cauſam huiuſmodi tranſitus, an eſſet iuſta, & rationabilis: Nam ſi Pontifex voluiſſet, quod etiam ſine iuſta cauſa poſſet Ordinarius concedere hunc tranſitum, non fuiſſet neceſſarium illam committere eius arbitrio. Dum autem voluit, quod ab eo petatur, & quod is illum approbet, voluit quod procedat tanquam Iudex, atque adeò ſecundum illam diſpoſitionem iudicij, ac prudentiæ, cum qua tenentur Iudices procedere, in exercendis actibus iudicij.

Hic accedit votum clauſuræ, quod inter vota ſolemnia Monialium numerari tradit Pelizar. *to. 1. tr. 4. cap. 5. ſect. 1. ſubſec. num. 15.*

Ex quibus conſtat, ad huiuſmodi translationem, non ſolum requiri iuſtam cauſam, ſed grauiſſimam.

Eòque præſertim, quia hæc Monialis profeſſa eſt in ſpecie certam Regulam, ac certum Monaſterium, quo caſu eius profeſſio implicat ſtabilitatem in hoc præciſo Monaſterio, cui Monialis adſcripta fuit in ſua profeſſione, vt deſumitur ex *cap. in ſingulis, & cap. ea, quæ de ſtat. Monach.*

Cauſa autem, quæ adducitur, eſt periculoſus morbus ad effectum tranſitus, quam non eſſe iuſtam, & ſufficientem, tradunt Sanch. *lib. 6. in decal. cap. 15, num. 39.* Gutrier. *q. can. lib. 1. cap. 14. num. 7. & ſeq.* aliique plurimi: quia hic caſus non eſt expreſſus in Conſtit. Pij V.

Vndè ſi hac de cauſa concederetur Moniali egreſſus, id eſſet in maximum clauſuræ detrimentum: Nam morbi periculoſi frequentiſſimi ſunt, & auiditas Monialium egrediendi è Clauſura maxima eſt, ac proindè facilè attraherent Medicos, vt iudicarent, egreſſum neceſſarium eſſe ad vitandum periculum. Et ideò ſecundum hanc ſententiam iudicatum fuiſſe à Sac. Congreg. refert Zerola *in prax. Epiſc. in 2. edit. par. 1. v. Moniales.*

An Vxor, quæ obtinuit ab Ordinario ſuo ſententiam ſeparationis thori, ac reſtitutionis ſuæ dotis, ob adulterium ſui Viri, qui dictam ſententiam accepit, poſſit ingredi Monaſterium Monialium, & in eo profeſſionem emittere, abſque eo, quod eius vir aſſumat alium ſtatum? Vide de Adulterio tom. 10. Conſult. 3.

An ſit valida conſuetudo, etiam immemorabilis, qua deputati ſæculares Ciuitatis ingrediuntur Monaſterium Monialium ſine licentia Epiſcopi, prætextu aſſociandi Medicos, Chirurgos, alioſque ingredientes Monaſterium? tom. 10. Conſult. 5.

NEgatiuè. Id enim prohibet Sac. Conc. Trid. *cap. 5. ſeſſ. 25. de regul.* Conſt. Gre. XIII. incip. *Vbi gratia* edita anno 1575. 5. Idus Iul. & firmauit Rodriq. *tom. 1. quæſt. regul. 43. art. 1.* Barboſ. *in collect. ad dictum locum Conc. num. 58. & de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 102. num. 52.* omneſque communiter.

Quod verò ad conſuetudinem, ſatis eſt reſpondere, illam eſſe contra diſpoſitionem Conc. Trid. aduerſus quam, ſi non valet priuilegium Apoſtolicum, in quo expreſsè non derogetur diſpoſitioni Concilij, multò minus valebit conſuetudo, quæ non habet conſenſum Summi Pontificis, Faguan. *in par. 1. decretal. cap. quandò de conſuet. num. 42. & ſeqq. & in lib. 2. cap. ſi quis de for. comp. num. 65. ac ſeqq.*

Quare tenendum eſt, quod volentes ingredi Monaſteria ex aliqua cauſa quantumlibet neceſſaria, debent licentiam ab Epiſcopo petere, qui illam in caſibus neceſſarijs concedere debet.

Cui nam debeatur præcedentia ratione antianitatis, Moniali ne, quæ profeſſionem prius emiſerat, non completo anno probationis ex diſpenſatione Summi Pontificis, an Moniali poſteà profeſſæ, ex quo ipſa naturaliter annum probationis antea compleuerit? Vide de Præcedentia tom. 10. Conſult. 6. & de Regularibus tom. 1. Conſult. 152.

Digitized by Google

PIus Teſtator Antonius ità diſpoſuit . *Item volens inſuper D.Teſtator, & mandans , quod ſi d.Monaſterium non conſtruatur in d.Domibus S.Petri , conſtruatur in Domibus ipſius Teſtatoris, & habeat , & habere debeat bona omnia ipſius Teſtatoris, demptis legatis infraſcriptis , poſt mortem tamen d.Caſaris haredis infraſcripti, iuſſit, voluit, & mandauit, quod infraſcriptus Caſar eius filius , & qui ab eo fuerit conſtitutus,perpetuò,ſemper, & futuris temporibus habeat , & habeant ius eligendi vnam Monialem , & conſtituendi in d.Monaſterio pauperem, & honeſta vita, qua admittatur , & de ipſa facta nominatione, & electione , cenſeatur admiſſa in Monaſterio Monialium , & Moniales teneantur recipere ſine aliqua dote , alias Monaſterium in caſu non paritionis d.eius voluntatis , cadat à legatis prædictis.*

Idem Caſar hæres in Codicillis factis diſpoſuit , quod electio, & ius poſt ſuam mortem eligendi vnam Monialem in Monaſterio ſupradicto iuxtà tenorem Teſtamenti Antonij,quandòcumque ſuccederet mors, ſiuè caſus Monialis , competat Franciſco , & eius haredibus , & ſucceſſoribus ſubſtitutis ab eo in infinitum.

Dubitatur modò, an ex eo , quod idem Caſar anno ſequenti donauerit præfato Monaſterio omnia,& quacumque bona ſtabilia [ſunt verba donationis] *ipſius D. Donatoris vbicumque ſita , & exiſtentia, reſeruato ſibi vſusfructu,* & addito poſt multa , *etiam vſusfructus, eo mortuo , iret ad Monaſterium vnà cum prædictis bonis ſtabilibus , vt ſuprà donatis , ac iuribus, nominibus , & actionibus quibuſcumque ipſius D. Donatoris . Dubitatur inquam :*

An ex hac donatione bonorum propriorum Cęſaris ſit reuocata nominatio antecedenter facta in Codicillis de perſonis Franciſci , ac eius deſcendentium ? to.10. Conſult.7.

NEgatiuè . Etenim duo diſtinguenda ſunt in hac re . Alter, in quo Teſtator tribuit alicui facultatem nominandi , vel eligendi , nec ad vlteriora procedit . Et hoc caſu locum habet diſtinctio deſumpta *ex l. vnum ex familia de legat.* 2. an ſcilicet fuerit data facultas nominandi incertum de certo genere , vel potius tradita fuerit facultas nominandi incertam perſonam ; vt tribuerit debenti eligere, vt primo caſu accipi videtur à Teſtatore, ex quo habens eligere, debet neceſſariò vnum ex illis eligere . Alter caſus eſt, quandò Teſtator, non ſolum alteri tribuit facultatem nominandi, ſed vlterius diſponit , quod ſic nominatus habeat ius , vel emolumentum à Teſtatore relictum, ac diſpoſitum . Et tunc Teſtator videtur iure fideicommiſſi voluiſſe , vt emolumentum perueniat ad nominatum , ideòque facta electione , electi cenſentur à Teſtatore vocati per fideicommiſſum ; Vndè Teſtatoris voluntas non poterit per aliam electionem reuocari, vt rectè diſtinguit Crot.*conſ.*11. *num.*24. *lib.*1.

Nam vbi Teſtator non ſolum tribuit facultatem , ſed etiam diſponit ad fauorem ſic nominandi, habens eligere videtur nudus miniſter , neque ex perſona propria videtur eligere,ſed ex aliena , quæ proindè ſemel electa , reuocari non poteſt , Bartol. *in leg.* 2. *num.*6. *in addit. de opt. leg.*

Et hic eſt caſus noſter : Nam Teſtator non tribuit Cœſari ſimplicem dumtaxat facultatem nominandi , ſed vlterius diſpoſuit , quod nominatus à Cęſare habeat ius eligendi , ideòque iure fideicommiſſi Teſtator diſpoſuit ad fauorem nominandi .

An erectio Monaſterii Monialium ſit confirmanda, vt in caſu poſito ? Vide de Regularibus tom.10. Conſult. 32. Item Conſul.12. & 91. ac tomo 1. Conſult.181. & 179.

Cui nam Moniali debeatur Cella Monialis defuncta ? tomo 10. Conſult.34.

ASſignari debet Moniali antiquiori , arbitrio Abbatiſſę, vt pluries declarauit Sacra Congregatio ſuper Epiſc. & Regul. apud Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.*1. *cap.*44. *num.*59. *ac in annot. ad Conc.Trid.ſeſſ.*25. *de Regul. & Monial. cap.* 2. *num.*12. Pelliz. *de Monial. cap.*4. *num.*23. Idque pręſertim ſi accedat conſuetudo antiqua diſtribuendi has Cellas Monialibus ſenioribus, quę probari poterit ex atteſtatione Abbatiſſæ , & ipſarum Monialium .

Ac ità, vt non obſtaret,ſi Monialis defuncta ſuam Cellam permutauerit cum Cella alterius Monialis : Nam quicquid ſit prò tempore , quo ipſa vixerit, certum eſt , quod non potuerit de dicta Cella diſpoſitionem facere , quę duraret poſt ſuam mortem , & illius diſpoſitionem impediret , vt habetur in citato decreto Sac.Congregationis relat. ab Auctoribus allegatis . Et vide quę dicta ſunt ſuprà ad rem.

An , & quatenus Regularibus , & Monialibus, pręſertim Ordinis S. Franciſci, liceat appellare ad Sum. Pont. ſiuè ad Sacram Congregationem ſuper Regul. omiſſis ſuis Superioribus ? Vide de Appellat. tom.10. Conſult.35.

An , & quatenus , & à quibus concedenda ſint licentia ingrediendi Monaſteria Monialium Superioribus Regularibus ſubiectarum ? Et quomodò ſit occurrendum inhibitionibus A.C.nomine eiuſmodi Monialium expeditis contrà Ordinarios ? to.10. Conſult. 41.

PRæter alibi dicta , & præcipuè *tom.* 1. *Conſult.*163. *tom.*8. *Conſult.*47. & *tom.*9. *Conſult.* 187. huiuſmet tract. ſubnectuntur hic aliæ de-

clarationes S.Congr. Conc. tenoris ſequentis.

Ad 2. Tameiſi aliàs Sacra Congregatio declarauerit licentias ingrediendi ſepta Monaſteriorum Monialium exemptarum, & Regularibus ſubiectarum ex neceſſitate tantum, quæ Moniales reſpiciat, concedendi, & acceptandi ad colloquendum cum Monialibus pertinere ad ipſos Superiores Regulares; Nihilominus ſub die 13. Nouembr. 1610. quò magis clauſuræ obſeruationi conſuleretur, facultate ſibi à S.D.N. tributa, ſtatuit, & decreuit, vt intrà huiuſmodi ſepta nemini ingredi, nec alloqui liceat, niſi licentia in caſibus neceſſarijs concedenda, nedum à Superioribus Regularibus dictorum Monaſteriorum, ſed etiam à locorum Ordinariis obtenta fuerint, non obſtantibus quibuſcumque contrariis legibus, ſtatutis, conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Poſtremò autem ad remouendam omnem dubietatem, quæ ex huiuſmodi decreto forſan oriri poſſet, negocio iterum in S.Congregatione propoſito, atque S.D.N. relato, die 21. Maii 1630. Sanctitas Sua declarauit, huiuſmodi licentias à Superioribus Regularibus non eſſe concedendas in illis locis, in quibus adeſſet conſuetudo, vt iſta ab Epiſcopis tantum concedantur. Hoc enim caſu ſtatuit, & decreuit, talem conſuetudinem eſſe obſeruandam, & ipſorum Epiſcoporum tantummodò licentias ſufficere, etiam priuatiuè quoad ipſos Regulares.

Quod reliquum eſt, diuinam clementiam precor, vt incolumem diù ſeruare dignetur E.V. cuius peroffícioſè deoſculor manus, meque humillimè commendo. Romæ 10. Ianuar. 1637. E.V. Humil. ſeruus Fr. Card Veroſpius. Franciſcus Pauluccius. Sac. Congreg. Conc. Secretarius.

A' Milano. Al Cardinal Federico Borromeo.

E' ſtato più volte ordinato da queſta Sagra Congregatione, che le licenze da concederſi a ſecolari di entrare a parlare alle Monache ſogette alla Cura de' Regolari, e di entrare ne' Monaſteri delle medeme Monache, debbano ſottoſcriuerſi da Veſcoui, ò da i loro Vicarii, & inſieme da medeſimi Regolari, ſicome fù già ſignificato al Vicario di V.S. Illuſtriſſima inſin dall'anno 1599. tuttauia, perche s'intende, che alcuni Regolari pretendono il contrario, ſotto preteſto di certa dichiaratione, che dicono hauere più, e più anni ſono, ottenuta dalla Sagra Congregatione del Concilio, hanno queſti Illuſtriſſimi miei Signori voluto, che l'ordine loro fatto per neceſſità di buon gouerno de' Monaſteri, e fondato nel Sagro Concilio, ſia in ogni maniera oſſeruato, imperoche poſſono, e veriſimilmente debbono i Veſcoui molto meglio conoſcere la qualità delle perſone, e più facilmente caſtigarle, quando traſgrediſcono, che non poſſono i Regolari, maſſimamente per la frequenza delle loro mutationi. Potrà perciò V.S. Illuſtriſſima notificar tutto queſto a chi pretendeſſe il contrario, e commetterà, che l'ordine ſudetto ſia in ogni modo oſſeruato, & eſſeguito. E perche s'intende ancora, che in molti di coteſti Monaſteri, così ſottopoſti a V.S. Illuſtriſſima, come a Regolari, ſi riceuono le viſite a porta aperta, doue anche vi ſi fà dimora di hore continue, mi hanno i medeſimi Illuſtriſſimi Signori ordinato di ſcriuerle, che quanto a quello, che in queſto particolare appartiene a Monaſteri di lei, vi proueda ſecondo la ſolita ſua prudenza, e pietà, e quanto a Monaſteri ſottopoſti a Regolari, prenda inſieme con eſſo loro quella prouiſione, che le parerà più eſpediente, per toglier così notabil diſordine. A dì ... Gennaro 1618.

Et quoad inhibitionem A.C. à dictis Sacris Congregationibus reſcribendum eſt Ordinarijs, vt procedant ad exequutionem decretorum, non obſtante quacumque inhibitione, &c.

EXemerat Summus Pontifex à iuriſdictione Epiſcopi nonnulla Monialium Monaſteria, illaque ſubiecerat quibuſdam Rectoribus, cum poteſtate illa regendi in temporalibus, & ſpiritualibus. At poſteà ex relatione Nuncij Apoſtolici, & poſtulatione ipſarum Monialium, idem Pontifex Viſitatores earundem Monialium ſuo diplomate inſtituit, nulla facta mentione de poteſtate Rectorum eligendi Viſitatores. Quæritur:

An huiuſmodi inſtitutio ſit ſubreptitia, & obreptitia? Vbi de viſitatione cumulatiuo, & priuatiua quoad alios. An per deputationem ſpecialis Viſitatoris cenſeatur derogatum facultati Viſitatoris generalis? De munere Viſitatorum. An ijdem Rectores poſſint nominare ſeipſos? De oris apertione quoad Sacras Congregationes, præſertim ſuper Epiſc. & Regul. An melius ſit, quod Viſitatores ſint perpetui, & quid de alijs Officialibus? tomo 10. Conſult. 54.

TEnendum cenſeo, non eſſe locum reuocationi, ſeù moderationi dicti Breuis, vtpotè motu proprio ex certa ſcientia, & præuia matura cauſæ diſcuſſione in Sacra Congregatione Epiſc. & Regul. emanati, cum clauſula, quod de obreptione, & ſubreptione dari non poſſit, nec non cum clauſula ſublata, & decreto irritante; Vndè non obtenta prius à Summo Pontifice oris apertione, pars aduerſatrix audiri non poteſt, Rot. coram Seraph. *dec.* 764. *num.* 1. confirmata *in dec.* 776. coram eodem.

Eòque minus, dum nullo pacto ſubreptio, & obreptio ſubſiſtit; Nam quatenus obreptio deducitur ex narratiua, quod in Breui fuerit Rectoribus conceſſa cura, regimen, & adminiſtratio ſolum quoad temporalia, & tamen ex eodem Breui prætendatur eam extendi etiam ad ſpiritualia.

Reſp.

Reſp. primò, nihil fuiſſe narratum Pontifici, cum ille non proceſſerit ad ſupplicationem, ſed motu proprio ſumpta occaſione relationis ſibi de huiuſmodi Monaſteriorum ſtatu à Nuncio Apoſtolico datæ; Vndè perperam dicitur quod à parte ſuppoſita fuerit reſtitutio facultatis Rectorum, Achill. *dec.50. de præb.* Put. *dec.387. lib.1. in correct.* ac alii.

Deindè reſp. à dicta Sacra Congregatione probè fuiſſe conſideratum, & examinatum Breue Rectorum, & Papam eius tenorem prò expreſſo habuiſſe.

Poſtremò reſpond. non abſque veritate fuiſſe in vltimo Breui narratum, quod facultas Rectorum erat quoad temporalia, dum ità verè deprehenditur ex proprietate verborum, ibi: *Curæ, gubernio, regimini, & adminiſtrationi*. Et clarius: *Qui ipſa Monaſteria, illorumque proprietatem, & bona mobilia, & immobilia, fructus, redditus, prouentus, iura, res, actiones, oblationes, & eleemoſynas gubernare, & adminiſtrare poſſint*. Quæ ſanè, ſatiſque perſpicuè oſtendunt, facultatem Rectorum fuiſſe reſtrictam ad nudum, & merum facti miniſterium, & potius Æconomos, quam Superiores appellandos eſſe.

Tenendum etiam puto, quod nominatio Viſitatorum in poſterum non debeat fieri ab ipſis Rectoribus: Quia, cum viſitatio facienda ſit tam in capite, quam in membris, & Viſitatores incumbere debeant reformationi regularis diſciplinæ, ſicque debeant etiam per conſequens proſpicere, quod Rectores, & Gubernatores munus ipſis iniunctum fideliter expleant, ſecurius profectò ergà eoſdem Rectores procedere poterunt, ſi eos nominauerint independenter ab illis iidem Viſitatores, quoties, eorum aliquis vel recedere, vel decedere contingat.

Tenendum item arbitror, Rectores in omnem caſum non poſſe, nec debere nominare ſeipſos. Idque adeò iuſtum, & iuris diſpoſitioni conſentaneum eſt, vt dubitari non poſſit, quia ità etiam fuerit à Summo Pontifice intellectum, licet non expreſsè ſtatutum, tex. *in cap. per noſtram*, ibique Doctores *de iurepatr. & in cap. fin. de inſtit.*

Deniquè tenendum exiſtimo, Viſitatores huiuſmodi eſſe debere perpetuos, vt eorum authoritas in concurſu cum Rectoribus, qui ſunt perpetui, non paruipendatur, nec vileſcat. Quod plurimum intereſt regimini Monaſteriorum.

An, & quatenus Domus Mulierum Oblatarum ſub Regula ver. gr. S. Benedicti, quæ tria vota ſimplicia in manibus Superioris Regularis emittunt, ſubque eius regimine viuunt, ſubiecta ſit Regularibus, an potius Epiſcopo, & alia? tomo 10. Conſult. 69.

NVllam iuriſdictionem competere Superiori Regulari ſuper hac mulierum Oblatarum domo tenendum omninò exiſtimo. Nam quoad quaſi poſſeſſionem, ſi de nullo alio actu doceatur, niſi de viſitatione, cum hic actus ſit ille, qui dedit cauſam liti, non eſt habendus in conſideratione, Calder. *conſ. 13. de iurepatr.* Afflict. *dec.365. num.7.* ac Rot. coram Greg. *dec.4. num 11.* Eòque magis, quia nullus inferior poteſt acquirere aliquam quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis in præiudicium Ordinarii, ſine illius licentia, & patientia. Bartol. *in l. fin. num.4. ff vti poſſidet*, Rot. *dec.595 n.4. par.1. diuer. & dec.601. num.4. par.2. recen. & in Calaguritana Lenager*, 30. Martii 1615. coram Vbaldo, atque alibi ſæpè.

Quo verò ad ius, & fundamentum prætenſæ iuriſdictionis, fruſtrà illud deducitur ab exemptione, qua prætenditur gaudere d. domus vel tanquam membrum, vel aliud quippiam neceſſarium Religioni Benedictinæ, quod eodem priuilegio exemptionis potiatur, cum de huiuſmodi exemptione non doceatur, nec per ſpeciale, & expreſſum aliquod priuilegium exemptionis, neque per ſententiam, vt de iure requiritur per tex. *in cap. ſi Papa de priuil. in 6.* vbi Gloſſa, & Doctores, neque de ſufficienti etiam vnione, & incorporatione Ordini Benedictino.

Nam mulieres d. domus non ſunt Religioſæ Regulares, ac veluti Moniales dicti Ordinis, ſed particularis quædam ſpecies cum particulari modo viuendi, approbato à Sede Apoſtolica.

Alia vide *tom.2. Conſult.65. tom.4. Conſult.197. & tom.9. Conſult.73.*

An, & quatenus hodie Monaſteria tam virorum, quam Mulierum erigi, mutari, vel dimitti poſſint, &c. Vide de Regular. to.10. Conſult.91. item Conſul.12. & 33. ac tom.1. Conſult.179.

Quam ſit peruetuſtum, nè in Cœnobia Monachorum mulieres eant, & in id pœna. E contrà nè ad Monaſteria puellarum viri accedant? Vide de Regular. tom.10. Conſult.100.

De viſitatione Monaſteriorum, etiam quæ in Commendam reperiuntur? Vide de Viſitatione tom.10. Conſult.101.

De Sanctimonialibus? De nominibus Virginum Sacrarum, Sacerdotiſſarum, Nonnarum, Monialium, Monacharum. De Sanctimonialibus Iudaorum. De earum exercitys, ac inſtitutis, tonſura, conſecratione, ſeù velaminis impoſitione, quoto anno impoſitum, rebuſque alys? tom. 10. Conſult. 102.

MVlieres Monachiſmum profitentes variè appellantur.

In primitiua Eccleſia ante Conſtantini Magni tempora Virgines ſimplices vocatas fuiſſe, certum eſt, nec facilè aliud nomen eis tributum reperies.

S. Baſilius verò *in libello de Virginit. Sacerdotes* eas appellat.

Extat apud S Hyeronimum *Nonna* vocabulum, quod id genus hominum inſignitur in Epiſt. ad Euſtochiam Virginem. Apparet autem hoc verbum ab Ægyptijs in vulgi ſermonem veniſſe.

Dicuntur etiam noſtra ætate *Moniales, & Sanctimoniales*, à græco, vt opinor, nomine *Monios*, quod ſolitudinem captantem, ſolitarium, & ſoliuagum ſignificat. Deniquè *Monacha* quoque vocatæ ſunt, & *Virgines*.

Diu. Auguſt. *in lib. de Virginib.* ſcribit: In Templo Hieroſolymitano apud Iudæos, aſſuetas fuiſſe puellas virgines. Teſtatur enim idem Auguſt. *ibidem cap.4.* mores Iudæorum votum perpetuæ virginitatis non tuliſſe, quod etiam Rabbi Salomon *in cap.9.Genes*, & Rabbi Kimchi *in cap.56. Iſai.* teſtantur. Habuit tamen, vt arbitror, Ambroſius id ex *lib 2.Machab.cap.3.* vbi mentio fit concluſarum Virginum.

Profitebantur autem ab initio hoc inſtitutum, ſeù vitæ genus ſua ſpontè, ac liberè, à nullo vel iuſſæ, aut coactæ.

In Europa virginitaris votum apud mulitbrem ſexum communem ſuo tempore fuiſſe, teſtatur Ambroſ. *eodem lib.* Romæ certè Marcella nobiliſſima Vidua prima omnium fœminarum auſa eſt Monachæ inſtitutum profiteri.

Miratur tamen Polydorus eos, qui tradunt, Marcellam hanc primam fœminarum auſam eſſe hoc inſtitutum profiteri Romæ, cum diù ante illam Pius Primus conſecrationem Virginum puellarum inſtituerit, & Soter Papa, qui ſecundo loco ſucceſſit Pio, conſtituerit, *nè Monacha vlla pallam attrectaret*.

Porrò, etſi in veteri Eccleſia Tonſura Clericis, & Monachis mandata fuerit, à fæminis tamen, quas Moniales vocamus, nunquam eſt requiſita.

Verum, quia Paulus 1.*Corinth.*11. in genere de omnibus mulieribus loquitur, ideò excipi debent illæ, quæ Religionis ergò tonſuram aſſumunt, vt reliquis humiliores videantur.

Optatus Mileuitanus *lib.2. ad Parmenianum* indicat Virginibus Mithras impoſitas fuiſſe. Videtur autem per Mithras nihil aliud intelligere, quam velum.

Poſt plura ſæcula habuit hoc Monaſticæ vitæ genus cætus Virginum, ſiuè Monialium, aut Sanctimonialium. Ac teſtatur Gregor. Magnus *lib.6. epiſt.23.* ſuo tempore tria millia ancillarum Dei Romæ fuiſſe.

Quemadmodum Monachi, Abbates, ſic Monachæ, vel Sanctimoniales Abbatiſſas habuerunt. De harum verò negligentia Turonenſis tertia Synodus anno Domini 813. iuxtà Sigibertum habita conquæritur *cap.26.*

Præter hæc dicta, legenda ſunt, quæ de Monialibus Sac. Conc. Trid. & Conſtitutiones Apoſtolicæ præcipiunt, de quibus alibi diximus ſuprà *hoc eodem tract. de Monialibus*.

De dimiſſione habitus Regularis quoad Moniales? Vide de Regularibus to.10. Conſul.104.

Alia quoad Moniales vide de Regularibus.

DE MONTE PIETATIS.

1 *An Epiſcopus poſſit viſitare Montem Pietatis ſeorſim ab Officialibus laicis, alias forſan viſitare ſolitis, & abſque eorum conſenſu decernere, quæ ad bonum regimem eiuſdem Montis expedire cenſuerit?*

2 *An ipſe quandò prædictum Montem Pietatis viſitat, poſſit Canonicos illos duos, ſiuè alias duas perſonas Eccleſiaſticas ſecum ducere, quas earundem conſilio vtendi, & Epiſcopalis dignitatis ſeruanda gratia, adhibet in viſitatione Eccleſiarum, aliorumque piorum locorum ſua Diœceſis?*

3 *An propria ſuo Cancellario Epiſcopali ad præfatæ viſitationis acta conſcribenda vti poſſit, quamuis Officiales, & Viſitatores laici proprium peculiarem Cancellarium habeant?*

4 *An ipſe ab Adminiſtratoribus eiuſdem Montis poſſit adminiſtrationis rationem extrà viſitationem exigere?* tom.1. Conſult.40.

AEſp. ad omnia poſſe, ex Trid. *cap.8. ſeſſ.22. de refor. v. Epiſcopi etiam*: Nam Epiſcopus omnium piarum voluntatum exequutor eſt; niſi in earum fundatione per Sedem Apoſtolicam confirmatam, aliter diſponatur, in caſu tamen negligentiæ, ſemper eſt exequutor per *cap. Tua nobis de teſtam.* Atque ità cenſuit Sacra Congregatio Conc. quoad omnia ſupradicta in *Foroſempronien.* 23. Maij 1667.

Item *tom. 1. Conſult.* 302. habetur hoc ſimile quæſitum, nempè:

An Epiſcopo, ſeù potius Cuſtodibus, ſiuè Communitati ſaculari liceat viſitare, & adminiſtrationem reuidere Montis Pietatis, erecti ad effectum, vt ſingulis annis frumentum pauperibus, aliiſque indigentibus perſonis mutuò detur, cuius quidem Montis adminiſtratio con ſueuit dari laicis?

RESP. Epiſcopo licere viſitare, & prouidere, non ideò tamen eſſe excluſos Cuſtodes, ſiuè Communitatem, ſæcularem. Ita declarauit Sacra Congregatio Concilii in vna *Fulginatenſi* 24 Februarii 1652. *ad cap.8. & 9. ſeſſ.22. de refor.*

Attom.9. *Conſult.*152. fuſius ità reſp. ad dictum quæſitum; ſcilicet:

Non poteſt Epiſcopus huiuſmodi Montes, ac loca pia viſitare, & rationes exigere; niſi doceat, interuenire qualitates, de quibus Conc. diſponit: Quia nunquam diſpoſitioni qualificatæ locus eſt, niſi qualitatibus per allegantem comprobatis, Dec. *conſ.49. num.1. & conſ.64.num.5.* Natt.*conſ.*643.*num.*3. ac Seraph. *dec.670.num.1.*

Quare Epiſcopus ex facultate dicti Concilij poteſt viſitare huiuſmodi Montes, & rationes ab eorum Adminiſtratoribus exigere, etiam locorum merè laicalium, dummodò ſint loca pia; Sècus autem ſi non doceat, Montes, aliaque loca eſſe Pietatis, neque eorum inſtitutionem fuiſſe piam ad pauperes ſuſtentandos, ſed eſſe vel pecuniarios, vel frumentarios ad commoditatem tantum colentium, & ſeminantium agros à certis perſonis ad hunc effectum prò ſeipſis, ipſorumque familijs erectos; Vndè ceſſant eę qualitates, ex quibus ius Ordinario tribuitur, atque adeò ceſſat etiam diſpoſitio, Rota *dec.696. num.7. & dec. 502. par.2. recen.*

Porrò dupliciter Montes, quibus Pietatis nomen conueniat, inſtituuntur. Aut enim eriguntur, cum aliqua Communitas, vel particulares homines donant pecuniam, vel frumentum, ad effectum mutuandi pauperibus, quo caſu inſtitutiones Montium non poſſunt eam pecuniam, vel frumentum detrahere, aut repetere. Azor. *Inſtit. moral. lib.5. cap.8. in fin.par.1.* Reginal. *in prax.for.panit. lib.25. num.*208.cui caſui æquiparatur Montis erectio ex eleemoſynis Reipublicæ, vel priuatorum congeſtis in vnum cumulum ad perpetuum pauperum vſum. Lup. *in cap.nauiganti de cenſur. com.3.§.3. n.* 81. Lara *de anniuer. lib.1.cap.23.num.2.* Et hoc caſu ſtatim pauperibus mutuatatis acquiritur ius irreuocabile. Azor.& Reginald.*loc.cit.*

Aut eriguntur, cum Communitates, aut homines priuati illos inſtituunt, retinendo dominium rei eò modo deputatæ ad vſum pauperum, cum poteſtate reuocandi, & ad alios vſus conuertendi, Molin.*de contract. diſp.*325. *propè fin.*Azor.*lib.5.cap.9.*Idque abſque vlla Ordinarij, aut Superioris Eccleſiaſtici auctoritate, de quo Federic.de Sen. *conſ.*111. Sed priuata ipſius Communitatis voluntate; Vtique Mons iſte, nec rè, neque verbis Mons Pietatis appellari poteſt, & conſequenter vti exiſtens ab eius inſtitutione in mero ſtatu laicali, ac priuato, immunis eſt ab Ordinarij iuriſdictione, ſicut immunes ſunt Confraternitates laicales ſine auctoritate Eccleſiaſtica inſtitutæ, Bald.in *auth. hoc ius porrectum num.* 12.*C.de Sacroſ.Eccleſ.* Iaſ. *conſ.*218.*num.*1.*lib.*2.aliiſque, ac Rot. *dec.* 574. *num.6.par.*1.*diu.& dec.193.num.7.par.2.recent,* & de Monte Pietatis Burſatt. *conſ.60. num.27. & ſeq.lib.1.*

Eſſata *ad d.cap.8.&* 9 Sac.Conc. Trid. *ſeſſ.22. de reform.*

Adminiſtratores Locorum Piorum, etiam priuatorum, ad Conciliorum Prouincialium obſeruantiam tenentur.

Ordinarij Hoſpitalia, etiam priuata viſitare, & corrigere poſſunt in ijs tantum, quæ pertinent ad obſeruationem voluntatis fundatorum.

Epiſcopus omnium piarum voluntatum executor eſt, niſi in earum fundatione, per Sedem Apoſtolicam confirmata, aliter diſponatur. in caſu tamen negligentiæ ſemper eſt executor.

In *Feretrana.* Hoc decreto nõ prohibetur, quominus Iudices ſęculares poſſint viſitare huiuſmodi Hoſpitalia, Montes Pietatis, & alia loca pia, ſi modò eis alias ius viſitandi legitimè competat.

In *Hiſpalenſi.* Si loca pia in eorum fundatione exempta facta ſunt ab Ordinario, non eſt eis derogatum per hoc decretum.

In *Cæſaraguſtana.* Epiſcopus non poteſt viſitare Hoſpitalia, Eremitoria, & Confraternitates Religionis Hieroſolymitanæ, niſi occaſione Sacramentorum, quæ ibi miniſtrantur.

In *Eugubina.* Licet Epiſcopo viſitare Hoſpitale Magnum, quod Iulij II. conceſſione adminiſtratur per quinque Ciues Eugubinos per commune Conſilium eligendos, confirmandos tamen à Duce Vrbini, & ea cognoſcere, ac exequi in d.Hoſpitali, quæ hoc decreto continentur. 2.Septembris 1570.

Ad *cap.9.*eſſata alibi affatim dedimus.

An

An debitores frumenti, quod tibi per Adminiſtratores Montis Pietatis ab Epiſcopo erecti prò ſubueniendis honeſtis familijs egenis, fuit prò vna viec tantum ex permiſſione Epiſcopi Menſe Maij creditò venditum, intrà communem valorem, vt eius quantitas prò ipſo Monte neceſſaria ſtatuatur ad ſoccurrendam de cætero, perpetuum, ac in mutuo gratuito eiſdem egenis, teneantur ad ſolutionem pretij conuenti, iuxtà formam obligationis Cameralis? to. 1. Conſ. 41.

Affimatiuè. Etenim obligatio Cameralis, vt notiſſimum eſt, executionem habet paratam, & regulariter non admittit, niſi exceptionem ſolutionis, falſitatis, & pacti de non petendo, Galleſ. *ad form. Camer. Oblig. par.4.quæſt.1.num.*2.Caſſandr.*dec.vn. nu.2.de mut.petit.*Et ideò, cum nulla ex iſtis tribus exceptionibus nunc afferatur, executio impediri non poteſt, vt fuit deciſum in *Romana executionis Contractus* 27.Maij 1594.coram Litta, & ſæpius alibi.

Exceptio autem nullitatis, quæ deducitur ad effectum retardandi executionem, nullatenus videtur admittenda: quia debet eſſe liquida, clara, & omninò probata ex inſpectione Inſtrumenti: Nam quandò eſt extrinſeca, & ambigua, executio non eſt retardanda, vt fuit reſolutum in *Romana executionis de Angnillaria* 6. Martij 1592.coram Orano, & in *Romana effectus* 2.Aprilis.1593.coram Mantica.

Eò magis videtur ſubſtinendum, quia non poteſt attribui negociationi, ex quo fuit venditum frumentum, quod non fuit emptum, ſed erat proprium Montis, vt per Roland. *conſ.*51. *nu.*11.*cum ſeq.lib.*4.quę nequè etiam pro vna vice Clericis illicita cenſetur, vt per Gloſ. & Bartol.in *l.*1.§.*licet ff.de tribut.act.*Salic.*in prax. can. crim.*vbi Diaz.*cap.*53. & pręcipuè cum id euenerit per accidens, quod eò minus eſt in conſideratione habendum, D. Thom. 2. 2. *quaſt.* 77. *art.* 4.

Poſtremò additur, quod quatenus venditio fuiſſet facta contrà erectionem, etiam ſine cauſa, imò contrà proprium iuramentum; non idcircò illius contractus redderetur nullus ex quo communiter receptum eſt, Epiſcopum poſſe erectionem, ac conſtitutionem à ſe factam diſpenſare, Sanchez. *diſp.*17. *ſub num.*31. Felin. *in cap.cum acceſſiſsent ſub n.*17.

1 *An deponentes pecunias in Monte Pietatis, poſsint ex illis percipere lucrum quinque prò centenario?* Et

2 *An idem Mons exponens poſteà mutuatariis dictas pecunias, poſsit exigere ab iis ſeptem prò centenario?* tom.4.Conſult.153.

AD 1. Affirmatiuè: Quia ob cauſam neceſſariæ ſubleuationis pauperum conſueuerunt ex indulto Pontificis aliquandò d. ſummam concedere, & in ſpecie fuit conceſſum Monti Pietatis Bononiæ, Mutinæ, Veronæ, & Ferrariæ, vt ex Indulto, quod legitur apud Paſqualigum *num.*11.*& ſeqq.*vbi etiam *num.*18.reſpondet ad *cap.ſuper eo de vſur.*quod confirmat *dec.* 184.*per tot.& dec.ſeq.num.*6.*&* 7.Vndè non, niſi cum temeritate aſſeri poteſt, Pontifices Summos, eorumque, ac Curiæ Rom.Officiales, qui diligentiſſimi eſſe ſolent, & prudentiſſimi, errasse, vt ponderat Salon.*dict.quaſt.*78.*ſub. num.*3.*art.*2.& latiſſimè Fagol.*de regim.Reipub.*Eccl. *par.*1.*lib.*7.*tot diſp.*20.

Accedit, quod intentio pręcipua Ciuium deponendi pecunias apud Montem erigendum, non eſt, vt ex ijs lucrum conſequantur, ſed potiùs, vt erigatur Mons Pietatis ad pauperum ſubleuationem; Vndè non dicuntur committere vſuram, Lauor.de Rodulph. *de vſur.par.*3. *princ. num*27.

Non obſtat, quod Pontifex facere non poſſit, quin peccatum ſit peccatum: quia poteſt declarare in hoc caſu, quod non ſit vſura, Felin. in *c.fin.n.*9.*de maior. & obed.*Syluest. *de iur. iur. par.* 4. *quaſt.* 51. *num.* 48. *tract. diuerſ. tom.* 4. *pag.*356.

In re autem propoſita cauſę conceſſionis ſunt manifeſtæ. Tum quia erectio Montis, quæ non ſolum eſt vtilis, & Sancta, ſed etiam neceſſaria, non poteſt fieri abſque hac conditione ſoluendi deponentibus pecunias quinque prò centenario in ſubleuationem pauperum, qui deuorantur ab vſuris, præſertim Habreorum. Tum etiam quia certum eſt, quod qui parati ſunt deponere ſuas pecunias in Monte erigendo, facilè poſsent illis emere tot res immobiles, quarum fructus, vt dicunt Doctores, computati ſolent ad quinque prò centenario, Gloſ.in *auth. perpet. v. iuſta C. de Sacroſ. Eccleſ.* Natt.*conſ.*498.*num.*10.Rot.*dec.*116. *num.*1.*p.*2. *diuerſ.*

Poſtremò, quatenus de hac iuſtitia dubitaretur, poterit decerni, vt Mons erigatur ad formam Conſtitutionis Iulij III.quæ approbat Montem ſub duabus conditionibus. Prima vt mens deponentium ſit iuuandi pauperes, non autem fęnerandi. Secunda, vt ad finem deponendi proprias pecunias in Monte deſinant emere merces paratas venditioni, quas alioquin emerent, niſi eas deponerent in Monte. Filinc. *d. cap.*9.*num.*177.Leſs.*d.cap.*20.*num.*198.ac alij.

Ad 2. Quamuis ſit controuerſum, affirmatiuam tamen, vti veram tenuerunt quamplures ea ratione,

tione, quod Mons pietatis debet indemnis ſeruari; atque adeò exigere poteſt quantum eſt ſibi neceſſarium prò ſua indemnitate: cum id tendat in compenſationem damni, quod patitur in parandis pecunijs prò ſubleuatione mutuatariorum, & prò expenſis Miniſtrorum, atque aliarum rerum pertinentium ad conſeruationem ipſius Montis, Abb. *in cap. in Ciuitate in fin de cenſur.* Alex. *in l. Item, quia* §. 1. *num.* 2. *ff. de pact.* Azor. *par.* 3. *lib.* 5. *cap.* 9. *quæſt.* 2. qui alios citat.

Porrò perpetuum eſse vſurarum remedium Montis Pietatis alibi diximus. Hoc tamen in illis neceſſarium eſt. Primò, vt mutuum detur omninò gratis. Secundò, vt ratione Miniſtrorum aliquid detur, qui operas gratuitas non impendunt. Tertiò, Domus etiam conſtituenda, quę ſine aliquo ſumptu non poteſt fieri. Quarto, ſumptus illi ęquandi ſunt; vt pauperes non magis grauentur, quam diuites. Quintò, nihil in his vſurarium eſt: nam ſi quis mutuum dat, teſtes, Notarium adhibet, pignus inſpici, aut adduci iubet, nec æquum eius ſumptu, qui dedit mutuum, iſta fieri. Sextò; conandum tamen, vt Montes omnino gratis conſtituantur. Sic enim omnis cauſa ſuſpicionis tolletur. Hoc autem duorum modorum alterutro fieri poteſt, vel vtroque. Primò, vt cenſus ematur annuus, quo ſumptus neceſſarij tolerentur. Secundò, vt magnati viri, fidi, diuites, ſcribatum, Nummeratorum, Cuſtodum, officia gratis pręſtent.

DE
NEGOTIIS ILLICITIS.

An Clerici Coniugati, qui ob paupertatem ſe exercent in agricultura, vel in alio Opere, non tamen ſordido, debeant eſſe immunes à ſolutione capitationis, &c.? Vide de Immunit.tom.1.Conſult.480.& tom.7.Conſult.72.

An Eccleſiaſtici poſſint vendere, etiam minutatim panem, vinum, &c. abſque ſolutione vectigalium, &c.? Vide de Immun.tom.2.Conſult.34.

An Clericis, & Regularibus liceat lucri cauſa negotiari, & potiſſimum exercere artem venalem Pharmacopolæ? Vbi de eorum immunitate à vectigalibus, quoad mercaturam? tom.5. Conſult.84.

TENENDVM eſt, id non licere; ſed eſſe minus fœdum, vel etiam pernicioſum, & totius ſpiritus deſtructiuum, quam quod Clauſtra verti in fora, vt de ſuo tempore expoſtulabat Petrus Bleſenſis *ep.* 27. Conſtat ex pluribus Sac. Scripturæ locis, in quibus negotiationis per pios homines exercitium improbatur, ex *pſal.* 7. vbi Dauid de ſe profitetur: *Quoniam non cognoui negotiationem, introibo in potentias Domini.* In hunc locum legunt D. Hieronym. D. Ambroſ. D. Auguſt. Arnobius, Caſſiodor. & Gelaſius. Idem traditur *Eccleſiaſt.* 26. & alibi. Id quoque conuincunt Sum. Pontificum, & Sac. Conciliorum oracula. Adſtipulantur S. Patres, nominatim S. Dionyſius *cap.* 9. *Hierarch.* Hilarius Diaconus Auctores quæſtionum Veteris, ac noui Teſtamenti *cap.* 127. & alij.

Ratio autem eſt, quia Clerici, & maximè Religioſi vi ſui ſtatus obligantur ad conuerſationem cum Deo, & cultum ei ſtudioſè, ac perfectè deferendum. Quæ vitæ ratio nullatenus cohęrere poteſt cum negotiatione, qua miſer animus in partes infinitas diſtrahitur, & marcitur in deſideriorum inutilium, & auaritiæ profundum, quæ ſummoperè dedecet Religioſos, qui paupertatem profitentur; negotiatio enim acuit auaritiæ famem, quod Iudæ proditoris exemplo confirmat Caſſian. *lib.* 7. *cap.* 4c.

Negotiatio non vetatur Clericis, & Religioſis, tanquam per ſe, & ex obiecto, vel etiam ratione adiunctorum neceſſariorum inſeparabiliter mala, vt initio probatum eſt, neque negotiatio ſimplex, ſeù latiſſimè dicta, vt alibi ſcripſimus. Quomodò enim exigere vitam poſſent Sacræ perſonæ, niſi emerent quæ ſunt ad vitam neceſſariam. Aut quomodò plerumque ſuppeteret, vndè neceſſaria emerent, niſi venderent aliqua, vel ſuperflua, vel minus neceſſaria, quam quæ iis diuenditis, comparanda proponuntur? Vndè ſolum negotiatio per ſe dicta, qua ſcilicet merces coemptę animo eas reuendendi, eædem, & nullatenus mutatæ reuenduntur lucri cauſa, abhorret à ſtatu Clericali, & Religioſo, eſtque illis planè illicita, niſi aliquandò ob grauem neceſſitatem, vel certè per alium, vt principalem cauſam, exerceatur. Quod ex pleriſque Iuriſperitis confirmat Straccha *de mercat. par.* 1. *num.* 23. & agnoſcunt ſine controuerſia Doctores omnes, Molin. *tr.* 2. *de iuſt. diſp.* 339. & 342. Rebell. 2. *par. quæſt. vlt. ſect.* 1. Tolet. *lib. de peccat. merc. c.* 35. ac alij multi.

Atque ità cenſuit Sac. Congreg. Epiſcop. & Regul. die 9. Ianuar. 1602. nempè Regulares non poſſe Aromatariam tenere, niſi prò ſeipſis, quo caſu viſitari non poteſt à Prothomedico. Idipſum declarauit Sac. Congreg. Immunit. in *Barchinonenſi* 21. Nouembr. 1635. Ac tandem poſt cauſam maturè diſcuſſam, decreuit Sac. Congreg. Viſitationis Apoſtolicæ contrà Religioſos, & Eccleſiaſticos, quoſcumque artes exercentes prò ſæcularibus. Quod decretum non habet locum extrà Vrbem, fertur reſoluiſſe Sac. Congregationem Epiſcop. in *Neapolitana* 5. Octobr. 1646. At ipſe non credo; Nam militat etiam in Clericis, ac Regularibus extrà Vrbem eadem ratio decreti, nempè diſciplina Eccleſiaſtica, honeſtas Clericorum. Ità quidem, vt decretum non conſtituat nouum ius, ſed declaret antiquum.

Vndè Sac. Congreg. Conc. pręcepit ſignificari Regularium Superioribus, vt inuigilent, nè Regulares in Indiis tàm Orientalibus, quàm Occidentalibus mercaturam exerceant, neque in locis Regi infideli ſubiectis, neuè indè reuertentes aurum, argentum, gemmas, vllaſque merces ſecum deferant, vt videre eſt ex eius decreto ſub die 7. Octobris 1604. quod poſtea prò Indis Orientalibus die 22. Febr. 1633. Vrban. VIII. Sanctione firmauit, quæ eſt 16. in appendice, incipitque *Ex debito* §. 8. Hnc ſolum permitti poſſe Regularibus, & Monialibus

præ-

Digitized by Google

præſertim pauperibus, vt vendant Medicinalia ſuæ Aromatariæ, ea reuouandi gratia, maximè precijs moderatis, declarauit Sac. Congr. Epiſc. & Regul. in eadem *Neapolitana* 26. Maij 1602. & in vna *Dominicanorum* 11. Octobris 1647.

Itaque Eccleſiaſticæ perſonæ quæcumque, etiam quibus non eſt interdicta negotiatio propriè dicta, ſi hoc, vel alio modo negotientur, priuantur priuilegio immunitatis à vectigalibus, ità quidem, vt quoad illud negotium, ſeù actum illum ſint ipſo iure priuatæ, etiam prò foro conſcientiæ, nulla expectata monitione; etiam ſi non adſit frequentia, ſeu conſuetudo, Guttier. *tr. de gabel. q. 95. à num. 7.* tex. *in cap. quanquam de cenſib. lib. 6. & in Clem. præſenti eodem tit.* etiam ſi Clericus non fuerit admonitus, vt à negotiatione deſiſtat, Abb. Imol. Lap. Gemin. Anchar. & alij in *cap. fin de vit. & honeſt. Cler.*

Primò igitur dicendum eſt, onera prò mercibus ſoluenda eſſe, etiam ſi mercatura à Clericis exerceatur per alios.

Secundò; Negotium prò neceſſitate Clerici, vel Eccleſiæ eſt licitum, nec poſſunt prò rebus cauſa huius negotiationis aduectis, emptis, venditis. &c. imponi, aut exigi onera, *cap. ſecundum inſtituto iuncto,* Gloſ. *v. cauſa lucri nè Cler. vel Monach.* Imol. *in cap. fin. num. 25. de vit. & honeſt. Cler.* & alij.

Tertiò: Tali immunitate gaudet etiam negotiatio inſtituta in ſolam vtilitatem Eccleſiæ, vt quotieſcumque res adductæ, emptæ, vel venditę ſunt Eccleſiaſticę, etiam ſi negotiatio ſit ad propriam vtilitatem Clerici, tex. *in eodem cap. quanquam, & in cap. fin. de vit. & honeſt. Cler.* iunctis Gloſſis, Abb. *num.* 10. & àlij ibidem.

Quartò: Prò perſona ipſa Eccleſiaſtica nunquam poteſt exigi pedagium, aut guidagium, etiam ſi tranſeat negotiationis cauſa, aut deferat merces: quia textus permittentes exactionem loquuntur ſuper ſolis rebus, non autem ſuper perſonis, Gloſ. in *d. cap. quanquam*.

Quintò: Quoad fructus patrimoniales, ſeù laicos in delatione, venditione, vel commutatione facta negotiandi cauſa, ceſſat immunitas, etiam ſi aliundè non intercedente negociatione, gauderent immunitate. Secus ſi tantum tranſuehantur aliò, vt melius, pluriſque vendantur, ſine animo negotiandi, quia illud ſimpliciter non eſt negotiari, Suar. *de cenſur. diſp. 23. ſect. 4. num.* 21. in terminis *cap. quanquam*. Viualdus, Reginal. & alij.

Sexto: Tenetur ad onera, qui prò vnà tantum, aut altera vice negotiatur, quicquid ſit, an negotiator quis dicatur ex frequentatis actibus, vel etiam ex paucis, in quo prior pars eſt communior, prò qua facit modus loquendi *cap. fin. de vit. & honeſt. Cler.*

Septimò: Artificium non eſt negotiatio in toto rigore, vt ſi quis emat materiam, & redactam in formam reuendat, & vniuerſaliter quoties res melior facta, ſiuè naturaliter, vt anima-lia, ſiuè artificialiter reuenditur. Ità Canoniſtæ communiter in *cap. 1. nè Cler. vel Monach. & in cit. cap. fin. de vit. & honeſt. Cler.* Molin. *diſput. 336. num. 13. & diſp. 342. num. 6.*

Octauò: Animus lucrandi ex induſtria adeſſe debet in ipſo initio emptionis, defectu cuius emens rem prò ſuo vſu, & poſtea mutato conſilio, aut ex alio accidente reuendens, etiam lucro illectus, & ſperans alio tempore, vel loco vilius emere, non eſt negotiator. Nauar. *in man. cap. 27. num.* 128. Mol. *diſp. 339. &* 672. alijque. Vndè Clericus ſucceſſor eius, qui conduxerat agrum alienum, non negotiandi cauſa, ſed ad ſe, & ſuam familiam ſuſtentandam, non dicitur negotiari, ſi proſequatur conductionem, etiam ſi non habeat eandem neceſſitatem ſuſtentationis, ſed cauſa ditationis proſequatur: quia ad id habet ius ex ratione ſuccedendi primo conductori, cuius priuilegio vtitur, conductionis ſpatio non abſoluto.

Cæterum Clericus etiam in Sacris, dimiſſo habitu, negotiationi vacans, ſi ter monitus non reſipiſcat, amittit ipſo facto priuilegium Canonis, non tamen fori, *cap. Contingit de ſent. excom. & d. Clem. 1. de vit. & honeſt. Cler.* Poteſt tamen recuperare priuilegium, reſumendo habitum, & abſtinendo à negotiatione, *vt in d. Clem.* Gelaſius verò *in C. conſequens d.* 88. ſuſpenſione mulctat Clericos negotiationibus implicitos, & Alex. II. *in cap. ſecundum inſtitutione Cler. vel Monach.* intorquet anathema in Clericos, & Monachos lucri cauſa negotiantes. Religioſos porrò negotiantes adhuc grauius, quam Clericos eſſe puniendos, comprehenſis inter Religioſos, etiam ijs, qui Conuerſi dicuntur, vt notat Syluest. *v. Clericus 3. par. 3.* & Reginal. *lib. 29. num.* 325. habetur *cap. ſed nec extrà ne Cler. vel Monach.*

Hæ autem pœnæ innouatę ſunt in Conc. Trident. *ſeſſ. 22. cap. 2. de refor.* Non ſunt tamen ſententiæ latæ, ſed ferendæ, niſi poſt monitionem deſiſtatur. Item non intelliguntur, niſi ſolum de Clericis in Sacris, aut Beneficiatis, & Regularibus, etiam laicis, vt de communi teſtatur Turrian *cit. num. 4. &* 5. Genuen. *in prax. cap. 62. num. 9.* & Leſſ. *cap. 2. num. 4. lib. 3.* Nequè de conſtitutis in Sacris, vel Beneficiatis, ſi ſemel, aut iterum ſic impingant, quo euentu nequè peccare mortaliter eſt ferè receptum apud Doctores, & Leſſ. *num.* 21. Nauar. *cap. 27. n.* 250. Filiuc. *tract. 35. num.* 20. Turrian. *num.* 4.

Item hi omnes non poſſunt in morte diſponere de acquiſitis per negotiationem, ſed ea omnia Cameræ Apoſtolicæ applicata ſunt ipſo iure, & veniunt in cauſam Spolij ex Bulla Pij IV. de quibus Nauar. *de ſpol. quæſt. 2. num. 36.* Azor. *tom. 2. lib. 8. cap. 2. quæſt. 1. &* 2. ac alij. Poteſt tamen Beneficiatus, ſeù Clericus de dictis bonis donare inter viuos, & poterit donatarius ea retinere, vt ex Bulla Pij IV. colligit Filiuc. *tract. 43. cap. 4. num.* 33. Azor. *quæſt* 3. In morte verò per teſtamentum, vel donationem cauſa mortis diſ-

diſponere non poterit, alias diſpoſitio nõ valeret, & tenerentur hæredes ſiuè ab inteſtato, ſiuè ex teſtamenro, & legatarij, & donatarij ea reſtituere Cameræ ante omnem ſententiam prò foro conſcientiæ, Azor. *d. cap. 2. quæſt. 3.* Filiuc, *d. tract. 47. cap. 4. num. 22.* Quanquam contrarium ſentiant plures Doctores, & ità videtur ſenſus Sac. Cogregationis Epiſc. in *Brunduſina* 12. Martij 1612. ibi: *Che non poſſedeua beneficio alcuno nè faceua negotij illeciti.* Et cum verſemur in materia pænali, non eſt facienda extenſio, & ità etiam videtur ſenſus Conſtitut. Pij IV.

Quod etiam procedit, ſi Clerici non ſint Beneficiati, dummodò ſint in Sacris, ex communi Doctorum ſententia; licet Canonibus, & Conſtitutionibus inſpectis, comprehendi videantur etiam Clerici in minoribus, qui ſimul & Clerici, & negotiatores eſſe volunt; ſecus ſi Clericatui renuncient: Nam in bonis, quæ Clerici non beneficiati per illicita negotia quæſierunt, ſuccedit per Spolium Camera Apoſtolica ex Pio V. & Sixto V. habetque locum etiam in Diœceſibus compoſitis: Nam in his quoque acquiſita per Clericos ex illicita negotiatione Spolio cedunt, inſtrumento compoſitionis non obſtante ex Sixto V.

Nemo tamen ſub prætextu negotiorum illicitorum poteſt proceſſari poſt quinque annos à die mortis ſuæ: Nam hoc crimen à die mortis Clerici præſcribitur quinquennio, Herier. *in Inſtruct. num. 9.* Nec Spolium habet locum, quandò Clerici, etiam Diœceſum compoſitarum, fecerunt aliquam diſpoſitionem, ſiuè inter viuos, ſiuè in vltimis voluntatibus ad fauorem Spuriorum, tam propriorum, quam alienorum, aut Coniugum, aut Parentum, ſeù aſcendentium dictorum Spuriorum, & filiorum, ſeù deſcendentium ex dictis Spurijs, etiam poſt mortem dictorum Spuriorum, vel etiam aliorum non prohibitorum, in confidentia tamen, dictis vt prohibitis reſtituerẽtur. Bona enim ſic relicta, & donata, poſtquam de illegitimitate conſtiterit, auferuntur à quibuſuis poſſeſſoribus, & applicantur Cameræ Apoſtolicæ ex Pio, & Sixto V. & nihilominus id locum non habet quoad alimenta, & moderatam dotem, quæ ſuccedit loco alimentorum. Imò Azor. *par. 2. inſtit. lib. 6. cap. 10. quæſt. 9.* aſſerit, filium illegitimum poſſe tuta conſcientia accipere ſibi neceſſaria ex bonis Eccleſiaſticis Patris, & Cameram Apoſtolicam teneri ei conſulere ex bonis Patris, Spolio ſubiectis, quia de iure naturali, & æquitate canonici filij etiam ſacrilegi nefarij, & ingeſtuoſi prò modo facultatum ſunt à parentibus alendi. *Cap. cum haberet de eo, qui duxit*; Nec locum habet quoad incolas Vrbis, qui diſponere poſſunt ſecundum ius commune ad fauorem illegitimorum, qui non ſunt ex proprio ipſorum corpore procreati, & multò magis ad fauorem coniugum, ſeù quorumcunque Cognatorum ipſorum illegitimorum, ex Paulo V.

Iam dictis accedit nouiſſima, & grauiſſima Conſtitutio incip. *Sollicitudo* ſub die 17. Iunij 1669. Clementis XI. qui dum hæc ſcribo animam agit dignus immortalitate.

Poſito, quod alias Sacra Congregatio Concilij in vna [Nullius] ſiuè in [Squillacenſi] ſub die 15. Nouembris 1626. declarauerit, Præsbyteris, & Clericis licere Terras patrimoniales, ac beneficiales opera laicorum colere, & prò neceſſaria culturæ vſu boues, aliaque animalia emere, illorumque fructus vendere, eoſque ſi in propriis bonis habeant Quercus, & Caſtaneas, poſſe animalia, quæ illarum fructibus veſcuntur, emere, eaque alere, ac prò ſua, & familiæ ſuſtentatione vendere. Quæritur:

An prædictis Presbyteris, & Clericis abſque interdicti nota, liceat oues, boues, aliaque huiuſmodi animalia emere, eaque locationis, aut ſocietatis titulo conductori, aut ſocio tradere, ac lucrum ex huiuſmodi locatione, ſiuè ſocietate percipere? tomo 6. Conſult. 76.

Tenendum eſt, in nullo vnquam modo licere: quia ordinatur ad lucrum, & veram negotiationem. Ità Redoanus, & alii *de ſpol. quæſt. 2.* Difficilè enim eſt in huiuſmodi contractibus non interuenire peccatum *cap. qualitas de pænit. dec. 5.* Et ſemper intelligitur cauſa cupiditatis hoc fieri, niſi neceſſitas probetur, Gloſſa *in cap. decreuit v. conducere*. Eſt enim cupiditas mater vſurarum, *cap. virum 45. dec.* Et quamuis aliqui non exiſtiment, culpam lethalem eſſe ità per alios negotiari, aliquid tamen fœditatis, atque indecentiæ ratione ſtatus Clericalis interuenire arbitrantur. Quo circà improbandum id eſſe, quatenus eſt ex ſe, tenent Molin. *de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 342.* Guttier. *de gabell. quæſt. 93. nu. 30. & ſeqq.* Leſſ. atque alii.

Et quidem Capſor, aut Mercator, qui operam, aut etiam partem pecuniæ collaturus à Sacris perſonis accipit pecunias, verè negotiatur. Igitur Clerici, qui hac in parte mercatoris ſocii ſunt, & dicuntur, vt patet ex nomine contractus ſocietatis, citrà dubium negotiantur. Quamuis autem in contractu ſocietatis ſolus Capſor, aut Mercator ponat totam operam, ta-

tamen eſt cooperatores habeat Clericos, & ità quidem, vt iis ſe ſubducentibus, collapſum eſſet mercatoris opera, perſpicuum eſt, non minori iure dici negotiatores; quia negotiationis neruos conferunt, quam Mercatorem, qui ferè tantum confert, quod minus præcipuum eſt, operam ſcilicet, & induſtriam. Sunt igitur perſonæ ſacræ hac in parte negotiatores.

Atque ità in hac re cenſuit Sacra Congregatio Concilii in *Romana negotiationis* die 7. Octobris 1662.

Hinc non ſolum cenſetur Clericis, & Religioſis prohibita negotiatio, ſiuè exercere mercaturam *ex can. negotiatorem cap. fornicarii & conſequen.*, ac alibi, & de communi teſtatur Filiuc, *tract.* 35. *num.* 20. & alii; Verum etiam conducere à laicis, maximè vectigalia, vt cenſuit Sacra Congregatio Epiſc. in *Tarracinenſi* 11. Ianuarij & 5. Aprilis 1647. Item conductionem aliorum bonorum, niſi ex vrgenti, & præciſa neceſſitate, nempè prò eorum neceſſaria ſuſtentatione ab Ordinario declaranda, & petendo prius licentiam à Sacra Congregatione Immun. vt declarauit 30. Maii 1620.

An cognitio negotiationis illicitæ Eccleſiaſticorum ſpectet priuatiuè ad Nuncios Apoſtolicos? tomo 6. Conſult. 79.

Reſp. in hac re dari inter Nuncios, & Ordinarios præuentionem. Ità declarauit Sacra Congregatio Epiſc. & Regul. in *Beneuentana* 4. Maii 1660. & in *Oppidenſi* 7. Ian. 1603.

Hinc Eminentiſſimus Marcus Gallius olim in Regno Neapolitano Nuncius Apoſtolicus edictum publicauit prò Prouinciis Baſilicatæ, & Capitanatæ contrà Eccleſiaſticos tam ſæculares, quam Regulares committentes fraudes circa fabricationem, emptionem, & venditionem Tabacchi.

Simile edictum promulgauit Eminentiſſimus Iulius Spinola ſuper eiſdem fraudibus in eodem Regno, dum olim etiam Nuncius Apoſtolicus ſub die 15. Decembris 1664. Vndè huiuſmodi edicta Sacra Congregatio Immun. non obſtante reclamatione Archiepiſcopi Neapolitani, ſubſtinuit 13. Nouembris 1668.

Eadem edicere poſſunt Ordinarii, atque agere præuentiuè. Vbi aduerto, res Eccleſiaſticorum, quæ ex edicto apprehenduntur, & in fraudem repertæ ſunt, non ſpectare ad Curiam ſæcularem, ſiuè ad Conductores, vel exactores laicos gabellarum, ſed ad Cameram Apoſtolicam, ſiuè ad Ordinarium, vt declarauit Sacra Congregatio Immun. in *Melphitenſi* die 13. Nouembr. 1668.

An Clericis concedenda ſit licentia exercendi agriculturam prò ſua, ſuorumque ſuſtentatione, ac retinere apum aluearia? Vbi aliqua de Conductoribus Eccleſiæ, eorumque Immunitate à vectigalibus? Vid: de Immunit. tom. 7. Conſul. 72. ac tom. 1. Conſult. 480.

An Epiſcopus licitè retinere poſſit Cymbam piſcatoriam prò ſuo ſuorumque vſu, & piſces, qui ſuperſunt, vendere, eorumque pretium in eleemoſynam, ac ſtipendium piſcatorum conuertere? Vide de Immun. tom. 6. Conſult. 24.

Reliqua ad rem? Vide de Immunitate.

DE NVNCIIS APOST.

An Nuncii Sedis Apoſtolicæ poſſint Superiores Regulares compellere ad recipiendum Religioſos expulſos ab eorum Religionibus? to. 1. Conſul. 40.

Reſp. Prælatos Regulares nullo modo teneri ad recipiendum huiuſmodi expulſos, neque Nuncios Apoſtolicos poſſe illos ad id compellere, ſed caſu quod ſupereſſet via aliqua ad cogendos dictos Prælatos ad expulſorum receptionem, id nullatenus Nunciis competere, ſed Summo Pontifici, vel Sac. Regul. Congregationi, aut Ordinum Protectoribus, ad quæ Tribunalia, vel eorum aliquod vnum, huiuſmodi cauſa remittenda, & aduocanda erit.

Primò: Quia prohibitus eſt Religioſis acceſſus contra ſuos Prælatos, niſi tantum ad Sedem Apoſtolicam, ad Sacram Congregationem, vel ad Ordinum Protectores. Ità conceſſit Carmelitis Diſcalceatis Clem. VIII. *Conſt.* 110. §. 2. Idque conceſſit pariter Vrb. VIII. anno 1631. Italicæ eiuſdem Ordinis Congregationi, quarum vna eſt *in* 3. *par. cap.* 35. *num.* 13. tenoris huiuſmodi: *Si quis ad Superiorem quempiam externum à Congregationis correctione, præterquam ad præſcriptum decreti Clementis VIII. appellauerit, quod litteris fa: me: Sixti V. Greg. XIII, & eiuſdem Clem. VIII. interdictum eſt, ipſo facto, &c.* Idque etiam obtinuerunt à Greg. XIII. Patres Minores, ab Alexandr. IV. Ciſtercienſes apud Hieron. Roderic. *reſol.* 10. *num.* 2. & ab aliis alii.

Secundò: Quia huiuſmodi acceſſus, ſiuè recurſus ad alios, quam ſupradictos Iudices, non ſolum eſt prohibitus Religioſis manentibus adhuc ſub Regulari, & Monaſtica diſciplina, aut Apoſtatis, & fugitiuis, ſed etiam eiectis ab Ordine: Nam Sixtus V. dum S. Regul. Congreg. erexit, vt patet ex ipſius *Conſt* 74. apud Cherubinum *to.* 2. *Bullarii* §. 11. ipſam Congregationē ſpecialiter deſignauit prò cauſis, & negociis eiectorum apoſtatarum, & aliorum quorumcunque Religioſorum. Et inhibuit à cognitione huiuſmodi cauſarum alios quoſcumque Iudices.

T er-

Tertiò: Quia hoc idē obtinuit Hiſpaniarum Carmelitarum Congregatio à Clem. VIII. in cauſa cuiuſdam expulſi, & eiecti ab ipſo Ordine, vt patet ex literis Apoſtolicis datis apud S. Petrum ſub die 27. Ian. 1593. Pontific. 1.

Quartò: Quia, vt cauſa benè cognoſcatur, conſtetque de eius iuſtificatione quantum ad dictam expulſionem ab Ordine, non aliter fieri poteſt, quam videndo, & examinando eius acta, quæ cum grauiſſima ſint, non decet in alio Tribunali, vel coram alio Iudice, quam ad præſcriptum decretorum, & Conſtitutionum Apoſtolicarum tractari, ex ipſiſque actis apparebit, quam ritè, ac rectè fuerit expulſus.

Quintò: Quia nouum, & inſolens eſt huiuſmodi eiectorum cauſas inter alia, quam inter ſupradicta tribunalia verſari, ne facilis pateat aditus expulſis, & eiectis ab Ordine vexandi Prælatos, quos odio ferè ſemper proſequuntur.

Atque ità ſæpè decreuit Sac. Cong. Epiſc. præſertim ſemel in vna *Florentina* die 30. Martij 1594. & iterum die 15. Maij eiuſdem anni in hæc verba:

Il *Nuntio non ſi dee interporre nelle cauſe de' Regolari, douendoſi eſſe conoſcere da loro Superiori per grado, non oſtante qualunque facoltà.*

Ac in vna *Veneta* 4. Iunij 1602. & in vna *S. Dominici* 26. Ianuar. 1604. De hac autem Nunciorum authoritate agit Lezana *tom.* 5. *Summ. in Mari Magn. Prædic. num.* 44. *& in Mari Magn.* Minimorum *num.* 112.

An à Tribunali Nunciaturæ relaxari poſſint inhibitiones ad fauorem Regularium delinquentium, ac degentium in Monaſterijs, & Conuentibus, in quibus non degunt ſaltem 12. *Religioſi contra diſpoſitionem S. Conc. & declarationes eiuſdem* S. Congreg. tom. 1. Conſul. 320.

Reſp. Non poſſe Nuncium inhibere in Monaſterijs poſt decretum erectis. Ità reſoluit Sac. Cong. Conc. in vna *Sypontina* die 12. Nouemb. 1666.

An Conſeruatores Regularium in cognoſcendis cauſis eorundem Regularium habeant iuriſdictionem priuatiuè quoad Nuncium Apoſtolicum, habentem poteſtatem Legati à latere? Vide de Conſeruator. tom. 1. Conſult. 392.

An Nuncij Apoſtolici poſſint exercere Pontificalia, vel licentiam alijs Epiſcopis concedere illa exercendi in Prouincia ſibi commiſſa, conferendo Ordines Sacros quibuſuis Clericis, cuiuſcumque Diœceſis, abſque licentia Epiſcopi loci, in quo eiuſmodi Pontificalia exercentur? tom. 2. Conſult. 1.

Non poſſe. Ità decernitur in Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 6. *cap.* 5. *de refor. & ſeſſ.* 14. *cap.* 2. *& ſeſſ.* 23. *cap.* 7. *de refor.* vbi apertè ſtatuitur, quod vnuſquiſque à proprio Epiſcopo ordinetur, & luculentius *ſeſſ.* 7. *cap.* 11. *de refor.*

Concinunt Concilia Nicenum 1. *cap.* 17. Arelatenſe 2. *cap.* 13. Antiochenum *cap.* 13. ac alij.

Idipſum iterum, ac ſæpius declararunt Sac. Congregationes, vt ex ſeqq.

Die 9. *Martij* 1593. *in* Taurinenſi *Sac. Rit. Cong. cenſuit, Nuncium Apoſtolicum non debere exercere diuina in Eccleſia Archiepiſcopi abſque eius licentia.*

Sac. Cong. Conc. die 16. *April.* 1633. *in* Taurinenſi. *Nuncius Apoſtolicus, ſi promoueat ad Ordines ſacros ſuæ Prouinciæ Clericos, abſque facultate* Sedis *Apoſtolicæ, ipſe, & Ordinati incurrunt in pœnas impoſitas à Sac. Conc. Trid.* ſeſſ. 23. cap. 8. de refor.

Tertiò in Taurinenſi 23. *Auguſti* 1653. *Supplicat Nuncius Taurinenſis prò reſolutione, an ipſi Nuncio ius competat abſque licentia Epiſcopi Diœceſani Ordines in propria Capella conferendi habentibus literas dimiſſoriales à proprijs Epiſcopis, vt poſſint à quocumque Antiſtite ordinari?*

Sacra &c. reſpondit, ius ordinandi non competere Nuncio abſque licentia Diœceſani.

Hinc Innoc. X. ex voto Sac. Congreg. Epiſc. & Regul. ſub die 30. Septemb. 1650. prohibuit Cardinali Sabellio Legato Bononienſi, nè ſe ingereret materijs ſpiritualibus, quas Conc. Trid. Ordinario remittit, vt eſt Clauſura Monialium, approbatio Confeſſariorum, collatio Ordinum, & huiuſmodi, vt ſup. *de Monialibus* diximus.

Cauſæ verò plures ſunt. Præcipuè, quia proprius Epiſcopus melius cognoſcit ſuos ſubditos. Tum quia per hoc pax inter Epiſcopos, ac Nuncios ſeruatur, tolliturque diſcordia, quæ oriretur ex ordinatione alieni ſubditi, *Can. Illud, & can. Primatus d.* 71. Nauar. *in Summar. cap.* 25. *num.* 68. *&* 70. Diu. Antonin. *par.* 3. *tit.* 14. *cap.* 16. §. 16. Tum quia id officium ſpectat ad habentes curam animarum cum poteſtate Epiſcopali, quæ ordinatur ad animarum ſalutem; Nuncij autem non mittuntur tanquam Paſtores ouium, ſed potiſſimum, vt gubernent in temporalibus magis, quam in ſpiritualibus cum eorum poteſtas tendat magis ad forum contentioſum, quam ad voluntarium. Tum quia Nuncij iuriſdictionem Epiſcoporum non debent eneruare, neque confundere, *cap peruenit* 39. 11. *quæſt.* 1. neque turbare, vt decernit Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *de refor.*

Tum

Tum quia hoc eſt eximere à iurisdictione Epiſcopi presbyteros quoad examen, & approbationem doctrinæ, ac morum, quod Nuncij facere nequeunt, cum ſit contrà ius commune, ex allegat. à Ciarlino *cap.* 125. *num.* 77. Tum quia ſequeretur, quod Epiſcopi non poſſent quoſcumque ſuos Clericos, præſertim in Sacris conſtitutos abſque eorum præcedenti examine, & commendatitijs literis quacumque auctoritate promotos à ſuſceptorum Ordinum exercitio ſuſpendere. Quod ſanè repugnat Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 3. *de refor.* Vndè neque Legatum à latere poſſe, etiam in caſibus intrà annum permiſſis, dimiſſorias concedere, tradit Gloſ. *in cap. dilectus de præben.* & Nauar. *de temp. ord. conſ.* 27. neque debere admitti à Collectore, vel Nuncio appellationem illorum, qui à ſuo Epiſcopo reiecti ſunt tanquam inhabiles, multò minus eis dimiſſorias dari declarauit Sac. Congreg. Epiſc. in vna *Bragenſi* 16. Nouemb. 1621.

Et in his terminis, quod non liceat Archiepiſcopo Ordines conferre in Diœceſi ſui Suffraganei abſque eius licentia, certum omninò eſt, vt firmat Gloſ. *in Clem.* 2. *v. etiam celebrare in fin. de priuil.* ibi: *Sed ſi iuriſdictione, vel officio vti vellent, puta ordinando, &c. ſine licentia Epiſcopi, id non poterunt.* Imò nec Patriarcha habens aliquas Eccleſias ſibi immediatè ſubiectas, in aliena Diœceſi, poteſt dare licentiam in illis exercendi Pontificalia, nec ipſe Pontificalia munia ibidem obire ſine conſenſu Epiſcopi Diœceſis, vt reſoluit Sac. Cong. Conc. in vna *Aquileia* 24. Iun. 1596. Idque etiam in Eccleſijs prætendentibus iuriſdictionem ſpiritualem ab immemorabili tempore citrà. Et die 28. Martij 1651. ad relationem Eminentiſs. Card. Ludouiſij Sanctitas Sua decreuit, quod Epiſcopi Sac. Congregationi de Propag. Fid. ſubordinati non poſſint exercere Pontificalia in alijs, præter quam in proprijs Eccleſiis, etiam ſi eſſet de conſenſu Ordinariorum, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda, ac eidem Pontifici reſeruata, dummodò à præfata Congregatione non ſint in certo loco deſtinati Vicarij Apóſtolici, ſeù Adminiſtratores alicuius alterius Eccleſiæ.

An electio Nunciorum, quibus Romani Pontificis auctoritas repreſentatur in Regnis, ad quæ mittuntur, omninò pendeat ab eius libera voluntate, Vbi de facultatibus, quæ aliquibus ipſorum, ac Epiſcopis, & Miſſionatiis à Sede Apoſtolica concedi ſolent? tom. 4. Conſ. 134.

ITà quidem, atque adeò permittendum non eſt, quod redigatur in ſeruitutem arbitrij illos recipere debentium, vt non niſi petiti ab eis, vel de illorum beneplacito tranſmiſſi Terras ſibi commiſſas ingrediantur, vt ſtatuit Io: XXII. *Extrauag. vnic. de conſuet.*

Et nihilominus conſultum eſſe volo, Principi, ad quem mittitur, gratioſum eſſe oportet Legatum, ſiuè Nuncium, non grauem, aut inuiſum. Qui placere petitor potuit, iam impetrare cepit. Sanè quemadmodum conſultum non eſt, aut Magiſtratum odioſum plebi, aut inuiſum Imperatorem exercitui præficere, ſic malis auibus ibunt ij, quos veriſimile eſt offenſuros, aut inacceptos, vel ingratos fore. Prima Vrbis Romæ diſcordia ob ſæuitiam Imperatorum nata ſedari non potuit, niſi miſſo in Sacrum Montem Oratore Menenio Agrippa, qui non tam, quia facundus, & ſapiens erat, quam quia populo carus, hinc quippè oriundus placuit, pacemque perſuaſit. Alijs exemplis relictis.

Facultas verò ipſorum quod attinet iſtæ, vel huiuſmodi aliæ ſunt:

Nuncij Apoſtolici poſſunt cum hæreticis conuerſari in actibus publicis prò negocijs tractandis. Quod verò ad inuitandum illos ad conuiuia abſtinent; niſi ſubſit probabilis ſpes eorum conuerſionis. Conceditur etiam hęc licentia eorum Miniſtris, ſcilicet Abbreuiatoribus, & Secretarijs.

Non veniunt nomine Oratorum Principum exterorum. Vndè, cum in comitijs Rothomagenſibus in Gallijs fuiſſet dubitatum: an ſubditis eſſet prohibendus acceſſus ad domos Oratorum Principum exterorum, & an in horum numero comprehenderetur Nuncius Apoſtolicus? Rex Galliarum die 27. Iunij 1618. declarauit extrà comitia, Nuncium Summi Pontificis non venire ſub nomine Principum exterorum; Summus enim Pontifex non debet haberi prò Principe extero, ſed prò communi omnium Patre, maximè à Rege Chriſtianiſſimo, qui eſt Primogenitus Eccleſiæ. Imò obiurgauit quendam, qui in Romanam Curiam oblocutus fuerat, obtulitque ſe paratum Ordini Eccleſiaſtico, illum à Conſilijs eijcere, ſi voluiſſet.

Publicis functionibus faciendis Vlmę, vel alibi circà deputationem Imperii ratione præcedentię cum Electoribus Saxoniæ, & Brandeburgi hæreticis abſtinent intereſſe, dum cedere debent, vel incedere pari greſſu cum eiſdem Electoribus. Quod verò ad manendum in procerone confusè cum alijs, poſſunt id facere, dummodò ſemper, aut plerumque id non fiat omnibus diebus deductionis, & reductionis, ſed occaſione negociorum. Prius tamen iuſta, & idonea excuſatione vti debent apud Imperatorem, cauſa illi exponendo, cur nequeant intereſſe.

Inuitati per literas ad nuptiarum ſolemnia hęreticorum, poſſunt illis ſignificare, ſe, vti Miniſtros Sedis Apoſtolicæ nullatenus intereſſe poſſe nuptiis Principum diuerſæ Religionis, atque idcircò reſpondere non poſſe litteris inuitantis:

Facultate, quam habent concedendi licentiam

Miſſio-

Miſſionariis, vt interſint Concionibus hæreticorum, quam parciſſimè vtantur, & plenè obſeruatis conditionibus in litteris ſcriptis 27. Ianuarii 1624. Illud verò, quod ſtatim confutare debeant hæreſes, qui hæreticorum Conciones audiunt, intelligi debet in latitudine eiuſdem diei tantum.

Nuncio Apoſtolico apud Cæſarem die 16. Maij 1630. fuit conceſſa licentia legendi libros prohibitos, quam communicare poſſit aliis perſonis ſuæ Nunciaturę ſubiectis, facultas abſoluendi ab hæreſi in vtroque foro, & à caſibus Sedi Apoſtolicę reſeruatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, nec non duellantes de præterito tantum, & prò 20. caſibus in futurum, diſpenſandi in tertio, & quarto conſanguinitatis gradu, ſeù affinitatis cum Catholicis pauperibus Comitatus Goritiæ, Imperio ſubiectis, in Matrimoniis contractis, & contrahendis, durante Nuncij munere.

Sub die 30. Maij 1624. Nuncio Coloniæ conceſſa facultas abſoluendi ab hęreſi in vtroque foro, & licentiam legendi libros prohibitos, durante eius munere. Et ſub die 14. Nouembris eiuſdem anni fuit eidem conceſſum, vt aliis poſſit communicare licentiam legendi libros prohibitos.

Nuncio apud Heluetios die 16. Maii 1630. conceſſa facultas abſoluendi ab hæreſi in vtroque foro, & licentiam legendi libros prohibitos, quas communicare poſſit aliis perſonis, durante tempore ſui officij.

Nuncio in Belgio die 8.Iul.1627.fuerunt conceſſæ facultates, quas habuerunt eius prædeceſſores, nempè licentia legendi libros prohibitos, cum facultate alijs communicandi, facultas abſoluendi ab hęreſi in vtroque foro, quam communicare poſſit aliis octo Presbyteris in foro conſcientiæ.

Nuncio apud Regem Poloniæ anno 1630. conceſſa licentia legendi libros prohibitos, quam communicare poſſit quatuor, aut quinque perſonis, facultas abſoluendi ab hæreſi in vtroque foro, quam communicare poſſit Epiſcopis, & Prælatis ſuæ Nunciaturæ ſubiectis, diſpenſandi cum hęreticis conuerſis, aut cum Catholicis ex parentibus hęreticis natis, vt ad omnes Ordines, etiam Sacros, & presbyteratus, etiam extrà tempora, & non ſeruatis interſtitiis, promoueri poſſint, quam diſpenſationem communicare poſſit Epiſcopis, & aliis Prælatis ſupradictis, nec non cum 30. Clericis ſuper irregularitate ex bigamia proueniente, vt ad omnes Ordines promoueri poſſint, abſoluendi ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ, etiam in Bulla Cœnę Domini contentis de præterito. Communicandi facultatem abſoluendi ab hæreſi Sacerdotibus ſibi beneuiſis in foro conſcientiæ.

Nuncio Taurinenſi ſub die 8. Nouembris 1629. conceſſa licentia legendi libros prohibitos, durante ſuo munere. Et ſub die 21. Aug. 1631. facultas duratura per triennium abſoluendi eos, qui in duello pugnarunt, vel quoquomodo duello interfuerunt de præterito, & prò ſex vicibus in futurum, cum conditione, quod ſileat habere hanc facultatem prò ſex caſibus in futurum. Et ſub eadem die 8. Nouembris conceſſa auctoritas communicandi Fratribus Capuccinis, & Patribus Societatis Ieſu Miſſionariis Vllium citrà, & vltrà Montes inſtaſcriptas facultates.

Legendi, ac retinendi libros prohibitos, etiam illos, qui in dies eduntur, & Bibliam gallicam, dummodò ſit ex approbatis, & traductis à Catholicis.

Concedendi licentiam Curatis ſupradictorum locorum retinendi, ac legendi dictam Bibliam, dummodò ſint perſonæ habiles, & ſecuræ, & Biblia ſit de editione.

Audiendi confeſſiones Sacramentales omnium in illis partibus de licentia, & approbatione Ordinariorum, etiam in actu reconciliationis hæreticorum, & adminiſtrandi Euchariſtiam, etiam prò viatico, & Extremæunctionis.

Abſoluendi de præterito tantum ab omnibus cenſuris, & caſibus reſeruatis, etiam in Bulla Cęnæ, ac etiam illos, qui commiſerint duellum, idque ſolum prò originariis, & habitatoribus illarum partium, & prò habitatoribus intelliguntur ii, qui habent domicilium firmum, & etiam pro originariis aliarum partium, in quibus hæreſes impunè graſſantur in eorum primo acceſſu in Italiam tantum.

Recipiendi, ac reconciliandi in foro conſcientiæ omnes hæreticos, etiam relapſos. Hæc tamen clauſula *etiam relapſos* tollenda videtur.

Recipiendi, ac reconciliandi vtroque foro hæreticos illarum partium, vbi impunè graſſantur hæreſes, & habitatores dictarum partium, vt ſuprà.

Nuncijs Hiſpaniarum, & Galliarum non legi conceſſam fuiſſe aliquam facultatem.

Facultates, quæ in dies concedi ſolent Epiſcopis in Hibernia ſunt huiuſmodi.

Abſoluendi in vtroque foro omnes cuiuſcumque ſexus, tam laicos, quam Clericos ſæculares, & cuiuſuis Ordinis Regulares hæreticos, ſchiſmaticos, & à S. Fide Catholica quomodolibet aberrantes, eorumque receptatores, fautores, & defenſores, ac eorum libros, & ſcripta legentes, retinentes, aut imprimentes, non tamen in hæreſes relapſos, iudicialiter abiurantes, delatos, vel condemnatos, neque eos, qui ſunt ex partibus, in quibus exercetur S. Officium Inquiſitionis.

Et alia ſimilia faciendi, quæ breuitatis gratia legi poterunt in originali.

An

An liceat Nuncijs Apoſtolicis mittere Commiſſarios ad alienas Diœceſes, vt ibi cognoſcant cauſas in prima inſtantia? tomo 4. Conſul. 14.

NEgatiuè: Quia licet Nuncius inſtar Proconſulis, qui creabat Legatum cum tota iuriſdictione, valeat iuriſdictionem ſuam alteri demandare, vtpotè Auditori generali, qui hodie ſucceſſit in locum Legati Proconſulis, quinimmò ſi præeſſet Prouinciæ ſatis amplæ, vt expeditioni cauſarum facilius conſulatur, duos Auditores tenetur conſtituere; id tamen facere poteſt in loco ſuæ reſidentiæ, Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 54. num 126. & ſeqq. ac* 130. vbi ampliat in Legato duarum Prouinciarum.

Idque præcipuè quandò facultas Nuncii limitatur ad ſecundas inſtantias; Tunc enim non poteſt deputare Commiſſarios, alioſque Officiales in aliena Diœceſi prò cognitione futurarum cauſarum per appellationem deuoluendarum, ſicuti non poteſt Metropolitanus, ad quem ſimiliter ſpectat cognitio cauſarum in ſecunda inſtantia per tex. *in cap. Romana de offic. Ord.* ibique Gloſ. *in 6.* Fagnan. *in cap. à nobis 1. de ſent. excom. num. 27.* Quia in cauſis, in quibus non fuit appellatum, Nuncius nullam iuriſdictionem habet, atque adeò illam alteri demandare non poteſt, *d. cap. Romana v. Quia in cauſis l. obſeruare verſ. & enim ff. de offic. Proconſul. & legat.*

An cognitio negotiationis illicitæ Eccleſiaſticorum ſpectet priuatiuè ad Nuncios Apoſtolicos? Vide de Negot. illic. tom. 6. Conſult. 79.

An Superior Regularis Nuncium Apoſtolicum, non Iudicem Synodalem, & à Diœceſi Epiſcopi denunciantis vltrà duas diætas diſtantem, poſſit in Conſeruatorem eligere? Vide de Regularibus tom. 7. Conſult. 10. num. 8. & ſeqq.

An Regularis degens extrà Clauſtra, ſi delinquat, puniri debeat à Nuncio Apoſtolico, vel ab Epiſcopo, qui præuenerit? Vbi in hanc rem alia. Vide de Regularibus tomo 7. Conſult. 68.

An Nuncius Apoſtolicus in gradu appellationis poſſit procedere in cauſis Officialis S. Officij? Vide de S. Officio tom. 8. Conſult. 129.

De procuratione electionis per ambitum, quoad Nuncios Legatos, &c.? Vide de Vicario tom. 9. Conſult. 125. num. 23.

An Nuncius Neapolitanus vigore aſſertæ facultatis poſſit cognoſcere differentias circà clauſuram Monialium Regularibus ſubiectarum, & an poſſit ingredi Clauſuram earundem? Vide de Monialibus tom. 9. Conſult. 187.

An, & quatenus Regulares, *etiam Abbates poſſint ſuſpendi, excommunicari, priuari ſuis Officijs, ac dignitatibus à Legatis, ſiuè Nuncijs Apoſtolicis? Vbi*

Quid, ſi ipſi Regulares, & Abbates ſententiam priuationis ſuæ ſubſcriptione admiſerint?

Quidue, ſi à Sacra Congregatione ſuper Epiſc. & Regul. iniunctum fuerit Nuncijs, vt capiant diligentem informationem, & decernant quod indicauerint opportunum? Vide de Regular. tom. 10. Conſult. 10.

Reliqua quoad Nuncios Apoſtolicos vide de Immunitate Eccleſ.

DE
OBLATIONIBVS ECCLESIASTICIS.

Ad quem ſpectent oblationes, illarumue adminiſtratio, quæ fiunt Imagini tranſlata ad Eccleſiam Cathedralem, & in quem vſum ſint conuertendæ? Vbi plura de huiuſmodi oblationibus? tom. 4. Conſult. 160. Ac tomo 6. Conſult. 83.

VErior, & receptiſſima ſententia eſt, quod ſiuè in Eccleſia Parochiali huiuſmodi Imagines poſitæ ſint, ſiuè extrà, intrà tamen limites Parochiæ, ſpectent ad Parochum per tex. *in cap. hanc conſuetudinem 10. q. 1. cap. Paſtoralis* ibique Canoniſtas, nominatim Fagnan. *à num. 16. de his, quæ fiunt à Præl. in cap. dilectus de offic. Ord.* vbi Abb. *num. 4.* ſubdens, Epiſcopo ſolum deberi oblationes, quandò Imagines reperiuntur extrà omnem Parochiam. Rota in *Aquilana Nullitatis erectionis* coram Pirnuano, quæ eſt *dec. 256. par. 1. recen.* & in *Beneuentana ſpolij* 2. Decembris 1586. & eodem die 1587. coram Orano, vbi reſolutum fuit, oblationes factas in Eccleſia Cathedrali ſpectare non ad Epiſcopum, ſed Archipresbyterum, qui curam animarum ibi exercebat. Quod ipſum reſpondit Sacra Congregatio Conc. in *Canen.* apud Barboſ. *de offic. Paroch. cap. 24. num. 28.* Ratio autem eſt, quia oblationes de iure ſpectant ad Rectorem Eccleſiæ, *cap. cum in tua, & cap. dudum, & cap. Quoniam de decim.* Parochus autem eſt Rector Eccleſiæ, cum ad ipſum pertineat cura adminiſtrationis Sacramentorum. Idque etiam ſi conſuetudo ſit, vt oblationes huiuſmodi debeantur laico domino muri, in quo depicta eſt Imago: Quia talis conſuetudo expreſsè damnatur *in d. can. hanc conſuetudinem* 10. *quæſt.* 1. & tradunt Soccin. *de oblat. lib. 18. num. 4.* Dec. *conſ. 147. num. 3.* ac alii.

Atque ità, vt nequeat Epiſcopus concedere facultatem laico domino parietis, vbi Religioſa Imago eſt depicta, quod oblationes illi factas ad eius liberum diſpenſet: Quia ſunt iuris ſpiritualis, cuius laici ſunt penitus incapaces per tex. *in cap. Meſſana; & in cap. Sacroſancta de elect.* Abb. *in cap. quamuis in 2. notab. de decim.*

Ac etiam ſi oblationes factę ſint Imagini exiſtenti in aliqua Capella, ſeu Oratorio intrà limites Parochiæ: non enim cedunt eidem Capellę, ſed Parochiali, Abb. *in cap. paſtoralis num. 2. & in cap. ad audientiam 1. de Eccleſ. ędific.*

Et etiam ſi oblationes fiant ad Altare in Capella alicuius Eccleſiæ, debentur Parochiali, inter cuius limites Eccleſia illa ſita eſt, Calder. *conſ. 15. de Paroch.* Butr. & Abb. *in d. cap. Paſtoralis.*

Si verò contingat, quod cura animarum exerceatur ab omnibus Canonicis per turnum ſucceſſiuè, tunc ſpectabunt ad omnes, & proindè erunt diſtribuendæ, niſi aliter conuenerint, aut conſuetudine introductum ſit. Si demum Parochus acquieſcit, & Canonici non exercent curam animarum, tunc ſpectant ad Epiſcopum ex ſuprà deductis.

Ad 2. partem dubii reſp. eſſe conuertendas in vſum imaginis, vt firmat Coſta *de rat. quæſt. 238. num. 8. & ſeqq.* Genuenſ. *in princ. cap. 57. num. 2. & 3. in pract. Eccleſ. quæſt. 230.* aliique, & Rota *dec. 37. num. 7. par. 5. recen.* Præcipuè ſi oblationes appoſitæ fuerint in capſula, in qua adeſt inſcriptio *Prò fabrica Capellæ Imaginis.* Vndè tanquam deſtinatæ ab offerentibus in certum, & determinatum vſum, eorum voluntas præcisè ſeruari debet, Mateſcot. *cap. 42. in fin.* Rot. *dec. 37. num. 8.* Et id fortius quandò multi adfuerint, qui prò faciliori gratiarum conſequutione ſe Imagini aliquid vouent donaturos, quod adimplere non dicerentur, ſi Parocho, vel aliis locis piis daretur, Petr. de Vbald. *de can. por. quæſt. 15. nu. 3.* & tanquam Deo quæſitæ, ſunt diſtribuendæ in pios vſus, ſecundum intentionem offerentium, quorum intentio, & voluntas attendi debet, nè ab hiſce oblationibus retrahantur.

An Oblationes, quæ fiunt Oratoriis, atque Eccleſijs, ſiuè Capellis ſitis intrà limites Parochiæ, debeantur Parocho? tom. 6. Conſult. 83. Item tomo 4. Conſult. 160.

AFfirmatiuè; Habet enim Parochus intentionem fundatam de iure ſuper omnibus oblationibus factis intrà limites ſuæ Parochiæ, iuxtà tex. *in cap. Quia Sacerdos, &c. Sanctorum 10. quæſt. 1.* & notant Canoniſtæ *in rub. de Paroch.* vbi nominatim Hoſtien. *num. 1. &* Abb. *num. 4.*

Ac præſertim quandò Parochus præter aſſiſtentiam iuris, reperitur etiam in quaſi poſſeſſione exercendi iura Parochialia, & percipiendi oblationes in dicta Capella, ſiuè Eccleſia, idque præcipuè probetur ex depoſitione Sacerdotum, quibus tanquam de facto proprio plurimum eſt deferendum, Gloſ. *in cap. Monachus 17. diſt.* Ruin. *conſ. 127. num. 2. & 13. lib. 2.* Menoch. *conſ. 92. num. 89.* ac alii. Et maximè ſi extarent decreta facta ab Epiſcopo in Viſitationibus. Reliqua vide ſuprà *cit. Conſul.* 160.

Cui

Digitized by Google

Cui nam cedant oblationes, quæ offeruntur in Miſſa Presbytero celebranti? Et quid de illis, quæ offeruntur nouis Sacerdotibus, dum celebrant primam Miſſam? Vbi quid de iſtis aduertendum? tomo 8. Conſult. 142.

NON cedunt ipſi Presbytero, ſed Rectori Eccleſiæ, Abb. *in cap Paſtoralis, de his, quæ fiun. num.* 2. vbi adducit Textum *in cap. Requiſiſti de teſtib.* in quo relictum Epiſcopo ab extraneo, videtur relictum contemplatione Eccleſiæ. Ergò ſimiliter oblationes factæ celebranti, videntur factæ intuitu Eccleſiæ: Nam oblationes faciunt Parochiani propter adminiſtrationem Sacramentorum, vt in *can. omnis Chriſtianus*, cum Gloſ. *de conſecr. dec.* 1. & tradit Felin. *in cap. dilectus num.* 1. *de offic. ordin.* vbi *n.* 2. dicit oblationes factas Capellano, ſeù Vicario deberi Rectori. Si tamen ſit Epiſcopus, qui Miſſam celebrat, tunc oblationes ſunt ipſius Epiſcopi, etiam ſi celebret in Eccleſia Parochiali, & ei offerantur à parochiano, Hoſtien. *in Sum. tit. de Paroch.* §. *in quibus*, & Archid. *in d. can. omnis de conſecr. dec.* 1. & alii.

Oblationes verò, quæ fiunt nouis Sacerdotibus, dum celebrant primam Miſſam non quæruntur Parocho, ſed ipſiſmet Sacerdotibus, ex generali vbique gentium conſuetudine, Calder. *conſ.* 25. *tit. de Paroch.* & Soccin. *libel.* 18. *nu.* 16. ſtante enim conſuetudine ex veriſimili mente offerentium, res cenſentur oblatæ contemplatione ipſius Presbyteri, Bartol. *in l. hæredes mei* §. *cum ità ff. de Trebel.* & in hac ſpecie obſeruat idem Soccin. *d. lib.* 18. *num.* 3.

Circà autem huiuſmodi oblationes, quæ fiunt prò Miſſis nouis aduertendum eſt, quod licet Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *in decreto de obſeru. & euit. in celebr. Miſſ. in* §. *Atque præcipiat, vt quicquid prò Miſſis nouis celebrandis datur, nec non importunas, atque illiberales eleemoſynarum exactiones potius, quam poſtulationes, aliaque, vel certè à turpi quæſtu non longè abſunt, omninò locorum Ordinarii prohibeant.* Non tamen prohibentur Presbyteri ex Sacræ Congregationis ſententia à Sanctiſſimo approbata, quominus ſuas primas Miſſas decantent, & in illis poſt Offertorium in medio Altaris ad populum ſe conuertant, accipiendo oblationes à ſponte offerentibus, & eleemoſynas, vt ſolent Parochi diebus feſtis. Perambulationes verò per Eccleſiam, ſimileſque extorſiones prohibentur. Sed ex Sacra Congregatione Epiſc. declarauit, Sacerdoti Miſſam nouam celebranti licere oblationes accipere, modò non diſcedat ab Altari, vt in *Ianuenſi* 11. Octobris 1601. Rurſus in illis verbis: *illiberales eleemoſynarum exactiones*. Sacra Congregatio Concilii dixit, hoc nomine non venire conſuetudinem, quæ inoleuit, vt Parochus diebus feſtis ſolemnibus, vel non ſolemnibus poſt Offertorium in medio Altaris vertat ſe ad populum, & inuitando ad oblationes manibulum, vel aliud offerentibus præbeat oſculandum, aliis verò Sacerdotibus ſimplicibus id non eſſe concedendum. Et iterum quærenti: An liceat Parochis, extante conſuetudine, in diebus feſtis in medio Eccleſiæ inuitare populum ad oblationes, dando ſingulis pacem, & ad recipiendum mulierum oblationes, recedere ab Altari ad infimum locum Eccleſiæ, vbi mulieres manent ſeiunctæ à maribus, accedere, ſtante dicta Conſtitutione Concilii *cap. vn. de obſeru. & euit. ſeſſ.* 22. vbi, *quaſcumque importunas, atque illiberales eleemoſynarum exactiones*? Reſpondit, conſuetudinem hanc reſtrigendam ad exemplum decreti iam facti, Nonis Octobr. 1573. Sed facta poſtmodum relatione ad Sanctiſſimum, Sanctitas ſua dixit, non eſſe eandem rationem, ſeù bonam conuerſionem de Miſſis nouis ad Miſſas Parochorum, quibus debentur iſtæ oblationes; Ideò permittendam huiuſmodi conſuetudinem, prout inoleuit. Ità teſtatur D. Fagnan. *in d. cap. Paſtoralis de his, quæ fiunt num.* 41.

Et in vna *Feretrana*. Eadem Sac. Congr. Conc. declarauit, in loco, in quo extat conſuetudo diebus Dominicis, & maioribus feſtis in medio Miſſę inuitare populum ad oblationes, & illas per ſeipſos Sacerdotes recipere, dando ſingulis offerentibus pacem, permittendum eſſe, quod ſeruetur, quod hactenus conſueuerit, & idem circà confeſſiones generales populo vulgari ſermone faciendas, ſeruandum erit. Et in *Ciuitatis Caſtellanæ*. Licet Sacerdotibus celebrantibus nouas Miſſas ſe in medio Altaris vertere ad populum, & accipere oblationes, & eleemoſynas ab offerentibus. Non licebit tamen hac de cauſa perambulare, vel circuire Eccleſiam. Die vltima Septembris 1574.

DE S. OFFICIO INQVISIT.

An crimen ſollicitationis ad actus inhoneſtos in Sacramentali confeſſione ſufficienter probetur per teſtes ſingulares? Vbi multa de hac re, quæ apud alios, fortaſſe non leguntur? tom. 1. Conſul. 104.

TEnendum eſt, non probari per teſtes ſingulares ſufficienter, niſi etiam concurrerint adminicula, indicia, & præſumptiones. Ità ſanciuit Greg. XV. die 30. Auguſti 1622. Conſtitutione ſua, incip. *Vniuerſi Dominici gregis* in hæc verba: *Dantes etiam facultatem S. R. E. Cardinalibus, & Generalibus Inquiſitoribus, ne*

delictum tam enorme, Eccleſia Dei tam pernicioſum remaneat ob defectum probationum impunitum, cum difficilis ſit probationis, teſtibus etiam ſingularibus, concurrentibus præſumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis, delictum probatum eſſe arbitrio ſuo iudicandi.

Ex quibus aduertit Delbene *de Offic. S.Inquiſ p.2. dub.235.ſect.14.petit. 1.ª num. 2.* Primò, quod hoc arbitrium non conceditur omnibus, ſed ſolum S.R.E. Cardinalibus S. Offic. Inquiſ. & Generalibus Inquiſitoribus, ac propterea ceteri inferiores proceſſum compilantes, non habeant huiuſmodi arbitrium; Deindè, quod non poteſt formari prædictum arbitrium, ac judicium, niſi teſtes ſingulares ſint talis qualitatis, & adminicula, indicia, & præſumptiones ſint talis conditionis, vt coniunctim habeant tantam vim, quod moneant, & vrgeant Judicem ad iudicandum, delictum eſse verè commiſſum, ſicque reddant delictum moraliter euidens. Quia arbitrium, & iudicium debet eſse regulatum ſecũdum rationem, & prout de iure. Bartol. *in Extrauag. ad reprimendum num.*8. Pariſ. *conſ.*8. *num.* 21. *lib.*4. Duran. *deciſ.*5, *num.*3. ac alij. Poſtremò, quod licet, vtpotè difficilis probationis ſic exigat, vti probationibus minus legitimis; non tamen vult, quod eæ ſint imperfectæ in ſuo generè. Cetera vide apud ipſum,

Pontifex igitur in illa Conſtitutione non intendit, quod ſufficiant in hoc crimine præciſè teſtes ſingulares, ſed vult, quod in ipſo procedatur ſicut in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, ac proindè, quod poſſit infligi pœna, cõcurrentibus cum teſtibus ſingularibus indicijs, præſumptionibus, & adminiculis, ac vult tantum, vt Cardinales arbitrio ſuo, rationabili tamen, poſſint iudicare, crimen probatum eſse; Quod ſanè non poſsunt rationabiliter præſtare, niſi ea concurrant, quibus moueantur ad perfectè credendum ità eſse. In hoc autem caſu interuenit perfecta probatio. *l. quingenta ff. de probat.* & notant DD. communiter.

Portò præterea, quę de ſollicitatione varij variè ſunt proſequuti, nos veluti per effata quædam non vulgaria proferemus.

Quandò mulier eſt nobilis, virgo, & verecunda, nec poteſt induci ad deponendum, conſulitur in Vrbe Sac, Cong. & extrà Vrbem Epiſcopus, vel Inquiſitor, qui ſi habeant difficultatem, conſulant Sacram Congregationem. Sin minus dent facultatem Confeſsariis abſoluendi pœnitentes, quę iuſtis de cauſis denunciare recuſant, & abſoluantur ſub conditione, quod ceſsantibus cauſis, teneantur denunciare, ac etiam non adire amplius Confeſsarium, à quo fuerant ſollicitatę, Conſtitutio autem Greg. XV. non eſt huic doctrinæ contraria.

Confeſsarii, qui Mulieribus coram ſe genuflexis, ac ſigno Crucis munitis notificant, nolle tunc earum confeſſiones audire, vt commodius ſollicitare valeant, puniuntur ab Inquiſitore coniunctim cum Epiſcopo, qui etiam procedant contrà Confeſſarium, qui captus amore alicuius pœnitentis ſæpè videtur cum ea inhoneſtè tractare in loco confeſſionis.

Inquiſitores, ac Ordinarij denunciationes in materia ſollicitationis in confeſſione Sacramentali mittere debent ad Sacram Congregationem, illam certiorem reddentes de qualitatibus denunciatorum, & denunciantium, ac nominatorum in teſtes, nec ad vlteriora procedere, abſque ordine eiuſdem Sac. Congregationis, niſi facti grauitas aliter exigeret.

Confeſſarij non debent interrogare Mulieres pœnitentes, an fuerint vnquam in confeſſione Sacramentali ad inhoneſta ſollicitatæ.

Ordinarij approbando Confeſsores, tenentur his iniungere obſeruationem Conſtitutionis contrà ſollicitantes, nè alias incidant in illius pœnas, eaque facere illis legi, ac intimari, ità vt nedum ſciant pœnas in ea contrà ſollicitantes contentas, ſed etiam puniendos fore, ſi pœnitentes ſollicitatas non hortabuntur, iuxtà dictam Conſtitutionem ad denunciandum ſollicitantes, eorumque arbitrio remittitur; id etiam facere cum iam approbatis.

Mulier ſollicitata, ſi non conſenſerit, tenetur denunciare Confeſſarium. Si verò conſenſerit, tenetur denunciare ſollicitationem, ac verba, & actus turpes Confeſſarij; & tacere ſuum conſenſum, quem non tenetur propalare, nequè reſpondere, etiam ac interrogata ab Epiſcopo, vel Inquiſitore. Quod ſi dubitet, conſenſum poſse à Confeſſario propalari, monenda eſt, Confeſſarium de hoc non poſſe interrogari, ſique id ex ſe fateatur non eſſe ſcribendum.

Idem clarius habetur ex literis Sac. Congregationis Sancti Offic. ad Archiepiſcopum Neapolitanum datis, & Vicario Salernitano, atq; Archiepiſcopo Mediolanenſi apud Dianam *par.4. tract.5. reſol. 31.* & apud Epiſcopum Lycienſem in 2. Synodo Diœceſana tenoris ſequentis:

Archiepiſcopo Neapolitano. *Doppo eſſerſi hauuta longa, e matura conſideratione ſopra il dubbio ſignificato da più bande, ſe i penitenti ſiano obligati à denuntiar i Confeſſori, da quali ſono ſtati ſollecitati nel luogo, ò nell'atto della Confeſſione, quando hanno conſentito alla ſollecitatione N. S. e queſti miei Signori Illuſtriſsimi nella Congregatione tenuta auanti Sua Santità, a' 25. Luglio paſſato, doppo l hauer' anche inteſo il parere d'vna particolar Congregatione deputata per queſto effetto, hanno riſoluto, che qualſiuoglia penitente è tenuto a denuntiare il Confeſſore, ancorche gli habbia conſentito, e non è tenuto à propalare il proprio conſenſo, nè ſopra ciò s'interroghi dal Veſcouo, ò dall'Inquiſitore, ò da' loro Vicarij, auanti de' quali deporrà, nè meno il Confeſſore denuntiato, procedendoſi poi contra di lui ne coſtituti, che gli faranno, s'interroghi ſopra detto conſenſo, & in caſo, ch'egli voleſſe dirlo da ſe, non ſi ſcriua il ſuo detto, come in* ordi-

Digitized by Google

ordine alla perſona ſollecitata, non ſpettante all'Officio della Santa Inquiſitione. Le parti adunque di V.S. Illuſtriſſima ſono di ſignificare la detta riſolutione a' Confeſſori, e incaricargliene ſtrettamente l'oſſeruanza, acciò che ne' caſi, che occorrono alla giornata, conforme al tenor della Conſtitutione publicata di Gregorio XV. di ſan. me. contro i Confeſſori ſollecitanti, ſignifichino a' penitenti l'obligo, che hanno di denunciare i Confeſſori, da quali ſaranno ſtati ſollecitati, & hauendoli conſentito, e facendo difficoltà in ſcoprire il proprio conſenſo, conforme alla riſolutione, che ſi è fatta, dicano loro apertamente, che non ſono tenuti à propalare il detto conſenſo, e che tanto eſſi penitenti, quanto i Confeſſori ſollecitanti, procedendoſi contro di eſſi, non ſaranno di ciò interrogati, e dicendo da ſe, non ſi ſcriuerà, ne riceuerà il loro detto. E quando il penitente tuttauia perſiſteſſe nella medeſima renitenza, N.S. ſi contenta, che dal Veſcouo, ò dall'Inquiſitore ſi dia autorità al Confeſſore di riceuer per ſcrittura, e con giuramento la denuntia per portarla ſubito à chi haurà dato l'autorità di pigliarla. Et ſe oltre le coſe ſudette occorrerà altro caſo graue, per lo quale non ſi poſſa il penitente indurre à denontiare, vuole Sua Santità, che ſe ne ſcriua quì, e ſ'aſpetti la riſpoſta, e intanto ſi ſopraſſeda nell'aſſolutione; E tanto ſi contenterà V.S. Illuſtriſſima di fare oſſeruare nella ſua Dioceſe, facendo regiſtrare la preſente negl' Atti di coteſta Corte per information ſua, e de' ſuoi Succeſſori, i quali doueranno hauer mira, che la preſente riſolutione riguarda ſolo quei penitenti, che per hauer acconſentito, fanno difficoltà in denontiare; Ma quei, che non hanno acconſentito, ò hauendo acconſentito, non ſono in ciò renitenti, non dee il Confeſſore porre difficoltà alcuna, ma laſciare, che indifferentemente, e liberamente ſodisfaccino all' obliga, che hanno di denontiare, conforme alla detta Conſtitutione; Compiacendoſi anche V.S. Illuſtriſſima di mandar copia della preſente à i Veſcoui ſuoi Suffraganei, accioche da eſſi ancora ſia fatta oſſeruare la ſudetta riſolutione. E per fine à V.S. Illuſtriſſima bacio le mani. Roma 27. Settembre 1624.

Il Card. Millino.

Inſtructionem prò accipienda denunciatione Mulieris ſollicitatæ in Confeſſione, quæ perſonaliter comparere nequit, exhibet idem Epiſcopus Lycienſis *loc. cit.*

Sollicitantes in confeſſione non ſunt adſtringendi ad ſeipſos denunciandum.

Mulieres ſollicitantes ad turpia Confeſſarios, qui illis poſteà præſtant conſenſum, non ſunt cogendæ ad eos denunciandum, ſed ipſarum arbitrio id faciendum remittitur.

Epiſcopi, & Inquiſitores non ſolum poſſunt tribuere licentiam Confeſſarijs recipiendi medio iuramento denunciationem Mulierum, quæ conſenſum ſollicitationi præſtiterunt, ſed etiam earum, quæ factis diligentijs, induci non poſſunt ad denunciandum in S.Officio. Parcè tamen hac facultate vti debent Ordinarij.

Sollicitationis ſpecies eſt, quandò Mulier, quæ alijs fœminis aſſociata ſolet adire Confeſſarij domum, dicit Confeſſarius in confeſſione, vt ſola ſuam domum adeat, & poſtquam adiuerit, copula carnalis ſequatur.

Non proceditur contrà denunciatum ab vna tantum Muliere de ſollicitatione in confeſſione, quandò non concurrunt alia adminicula, nimirum mala fama Confeſſarij, & bona Mulieris, de quibus eſt certior reddenda Sacra Congregatio.

Facultas iudicandi, an Confeſſarius à pluribus teſtibus de ſollicitatione in confeſſione Sacramentali ſit conuictus, ità vt poſſit tradi Curiæ ſæculari, iuxtà Conſtitutionem Greg. XV. eſt reſeruata Sac. Congregationi Eminentiſſimorum Card. Generalium Inquiſitorum.

Denunciationes, tam in Tribunali Sancti Officij, quam Epiſcopi in materia ſollicitationis datæ contrà eandem perſonam inſimul communicari non poſſunt, nulliuſque ſcripturę copiam Inquiſitores communicent Epiſcopis. Sed in caſibus particularibus conſulant Sacram Congregationem ſignificando qualitates denunciati, & inditiorum, nec non eorum, quæ extant in Tribunali Epiſcopi, & quis præuenit.

Contrà ſollicitantes procedant Epiſcopi, & Inquiſitores cumulatiuè, & tenentur inter ſe communicare inditia, nè ob defectum probationum, delictum remaneat impunitum. Epiſcopi verò tales, ſpontè comparentes abſoluant, ſed tamen prius mittere debent depoſitiones ad Sacram Congregationem, & ab ea reſolutionem expectare.

Pœnitentes ſollicitatæ Confeſſarios in confeſſione, ac renuentes illos denunciare, non puniuntur in Sancto Officio.

Pœnitentes ſollicitatæ, quamuis credant, Confeſſarium, à quo fuerant ſollicitatæ, comparuiſſe in S.Officio; non tamen excuſantur, ſed tenentur denuntiare dictum Confeſſarium.

In partibus Infidelium, vbi non ſeruatur decretum Sancti Officij, abſoluuntur recuſantes denuntiare ſollicitantes in confeſſione.

Ordinarius procedere debet cōtrà Presbyterum, qui ſub ficto prętextu deferendi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum Mulieri infirmæ, eamque communicandi, cum ea copulam carnalem habet.

Non proceditur in Sancto Officio contrà Confeſſarium, qui extrà locum, & occaſionem confeſſionis dicit Mulieri, ſibi confiteri volenti, vt adeat domum ſuam, & adeuntem carnaliter cognoſcit, huiuſmodi enim caſus non eſt comprehenſus contrà ſollicitantes.

Poteſt procedi contrà Confeſſarium, tanquam ſollicitantem, qui poſt auditam confeſſionem Mulieris, ac impertitam abſolutionem, illam requirit ad lenocinium.

Confeſſarius, qui poſt requiſitam Mulierem, an velit confiteri, & negatiuè reſpondentem, ſollicitat ad turpia, depoſita prius ſtola, & extrà

trà Confeſſionarium, non punitur in Sancto Officio.

Sponte comparentes in S. Officio, accuſantes ſe de ſollicitatione in confeſſione, valdè graui abiurans de vehementi, remouentur à loco delicti, & ſuſpenduntur omninò ab audiendis confeſſionibus.

Conſultores interuenire non debent Congregationibus Sancti Officij, in quibus agitantur cauſę reorum Inquiſitorum de ſollicitatione in confeſſione. Huiuſmodi enim cauſæ in Congregatione Conſultorum non proponuntur, ſed ad Supremum Tribunal terminandæ tranſmitti debent.

Confeſsarij ſollicitantes in confeſſione non intelliguntur priuati ſuis Beneficijs Curatis.

Mulier, quæ vult denuntiare Confeſsarium ſollicitantem, dummodò tamen ipſi promittatur ſe non amplius vocaturam ad Sanctum Officium, diſponenda eſt ad denunciandum, nihil tamen ei promittatur, ſed ſolum ei informetur de ſecreto Sancti Officij.

Al Molto Reu. Signore, il Signor Vicario Genele di Salerno. *Acciò che più fondatamente ſi proceda contro i ſollecitanti in confeſſione, queſta Suprema Congregatione ordina, che per il detto d'vna ſola Donna non venga à coſtituire il preteſo Reo, ſenza prima di darne quì auuiſo, con relatione della qualità della Donna, del denontiante, ò del denontiato, & all'hora ſi ſcriuerà à V.S. ſe debba, ò nò procedere à coſtituirlo, e carcerarlo; Sarà anche V.S. contenta di ſignificare queſto medeſimo ordine a' Veſcoui ſuoi Comprouinciali, acciò che ancora da eſſi ſia eſeguito; e'l Signore Iddio le conceda ogni bene.* Roma 17. *Luglio* 1627.

Il Card. Millino.

Inſtructio porrò prò Muliere denunciare recuſante, cuius ſupra memini, quæque eſt typis Romanis edita *in d. 2. parte Synodi Diæceſanæ Lycienſis* ſub anno 1669. eſt tenoris ſequentis:

Si fà vn memoriale dalla denuntiante, nel qual narra di hauer da eſporre coſe pertinenti al Tribunal del S.Officio, che perciò priega Sua Signoria Illuſtriſſima commetter à perſona Religioſa, che con ogni ſegretezza vada à riceuer detta denuntia nel tal luogo, à fine di liberar da ogni ſcrupolo la coſcienza di eſſa ſupplicante, ſottoſcriuendo a piedi del memoriale il nome, e cognome di eſſa eſponente, potendo mandarſi detto memoriale pe'l Confeſſore al Prelato, il quale volendo dire, che gli ſi hà da proporre negotio ſpettante alla Santa Inquiſitione, dee riceuerlo con grandiſſimo ſegreto, aſſumendo almeno due perſone graui Religioſe, e zelanti, vna delle quali ſe ne ſeruirà per ſcriuer gl'atti, che occorrono, come ſarebbe.

Die 10. Menſis May anni 2686. in Palatio Epiſcopali N. in aula interiori eiuſdem ſolita habitationis Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi D. Epiſcopi N. coram eodem D. Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſimo, aſſiſtente R.D. Canonico Cathedralis N. & in præſentia mei D.N. Sacerdotis Eccleſiæ N. Actuarij aſſumpti in hunc actum, comparet R.P.Fr. N.N. Profeſſus Sacerdos Theologus Ordinis N. exponens videlicet:

Vengo auanti V. S. Illuſtriſſima à portarle queſta memoriale continente negotio del Santo Officio, conſegnatomi da N. N. la quale, con occaſione, che io ſono andato à confeſſare alla Chieſa di N. mi è ſtato dato da lei, à fine, che io con ogni ſegreto lo preſenti à V.S. Illuſtriſſima, acciò che deputi vna perſona, che riceua la denuncia di queſta ſupplicante, la quale mi ha detto, che ſe veniſſe di perſona, darebbe da ſoſpettare altri negotij à ſuoi parenti, il che li potrebbe cagionar gran danno.

O vero, ſe la ſupplicante non ſaprà ſcriuere, potrà inuiare detto Religioſo à dire à bocca tutto ciò, che ſi ſapeſſe ſcriuere direbbe per memoriale, come di ſopra del Prelato, mutatis mutandis.

L'Attuario notarà ogni coſa per extenſum.

Tunc Illuſtriſſimus Dominus prædictus commiſit eidem P. Fr. N.N. Profeſſo Religionis &c. vt accedat ad locum N. ad finem accipiendi denunciationem faciendam ab N.N. iuxtà inſtructionem Tribunalis Sancti Officij, quam præcepit ſibi dari à me Notario aſſumpto, exacto prius iuramento iam à prædicto R.P.N.N. tangendo, prout tetigit ſacra Euangelia, & prò veritate omnium ſupradictorum, & prò benè, ac fideliter recipienda denunciatione ſibi danda, ac ſub ſilentio omnia retinendi, quam à vobis Aſſiſtentibus, & à me de non preſentia propalando, nec in totum, nec in partem, prout iurauimus tactis ſupradictis Euangelijs, imponendo dicto Patri, vt vobis de toto præſenti negotio ſilentium, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ſtatim incurrenda in caſu contrauentionis, reſeruata eidem Illuſtriſſimo reſpectu Aſſiſtentis, & mei ipſius, & Sanctiſſimo D. Papæ reſpectu prædicti R.P. & fuit dimiſſus præſens tutus cum mandato, vt omnes ſubſcribamus.

Ego P.Fr.N.N. Profeſſus S.T.P. Ordinis N. prædicta omnia expoſui.

Ego N. N. Canonicus Eccleſiæ N. Aſſiſtens Deputatus interſui.

Ità eſt

N. N. Sacerdos Eccleſiæ N. Actuarius aſſumptus ad hunc actum ab Illuſtriſſimo D. Epiſcopo N.

Il Delegato del Veſcouo andarà con carta, e calamaio, ſe non potrà accompagnarſi col Notaio predetto, ò Aſſiſtente, almeno eſſo ſolo nel luogo, tempo, e giorno più opportuno per oſſeruanza del ſegreto, e venendo la denonciante, hà da ſcriuere nel preſente modo:

Die . . Menſe . . . Anni *&c.* in *tali loco, s'auerta, che ſia fuori del* Confeſſionario, *e non potendoſi, ſi noti il luogo, vbi ſolent* Sacramentales *Confeſſiones excipi, ſed hæc omnia extra Sacramentum pœnitentiæ, comparet coram me N.N. Profeſſo talis Religionis, qui de mandato Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi D. Epiſcopi N. acceſſi ad finem &c. talis de tali ætatis ſuę annorum. . . . . vt dixit, & ex aſpectu apparet, ſæcularis, vel Monialis Profeſſa, vel* Bizzoca, *Vidua quond. N.N. vel vxorata &c. e ponendo il nome del Padre, della Madre,*

luo-

Digitized by Google

luogo, doue habita, profeſſione ch' eſſercita, confini della Parochia, paeſe, ò tempo, che ne manca, figura, pelo, ſegnali, & altre circoſtanze, che ponno deſcriuere la perſona, quando non fuſſe ben nota alla Corte Veſcouale, ſpontè non citata, neq; vocata, quæ medio eius iuramento ſibi per me dato, tactis Sanctis Euangelijs mei Breuiarij, prout tetigit, de veritate dicenda, prius monita de grauitate eiuſdem, fuit interrogata, ad quid venerit? quæ reſpondit:

Sono venuta, come diſſi à V. R. la ſettimana paſſata, che mi voleua io ſgrauare la coſcienza, che mi hauete detto, che ſono obligata di denonciare il Confeſſore, che mi hà parlato di coſe brutte, quando io mi confeſſaua, deſidero ſapere, ſe hauete parlato à Monſignor Illuſtriſſimo, e che vi hà detto.

Cui à me fuit dictum, habere in commiſſis recipiendi formiter ſuam denunciationem, ac proindè prò exoneratione ſuæ conſcientiæ explicitè fuit interrogata, vt dicat quicquid ſibi occurrerit circà prædicta à ſe ſuperius nominata. Reſpondit, e ſi pongono le ſue proprie parole volgari, che dice, ben vero ſiano chiare, & eſplicatiue, il Confeſſore ſollecitante per nome, cognome, Religione, ò dignità, giorno, Meſe, anno, volte, che ſollecitò, ſegni, contraſegni, habitatione, luogo doue habita, habitaua il ſollecitante, parole dette, eſpreſſe, ſegni, ſeù atti fatti, e tutte le circoſtanze, che conducono alla replicata chiarezza del ſollecitante, ò della ſollecitatione.

Auuertendo, che ſe la perſona non ſi ſapeſſe eſplicare, il Deputato con gl'interrogatorij, che andarà facendo, farà eſplicare le coſe predette neceſſariamente.

Gl'interrogatorij, benche ſi diano in volgare, ſi ſcriuano in latino, v. gr.

Interrogata, quæ nam verba ſpecialia, vel quos nam actus inhoneſtos fecerit prædictus N. Confeſſarius ipſi teſti exponenti, & dicat explicitè, & clarè omnia.

Reſpondit: Mi diſſe &c.

Se la ſollecitatione è di qualche tempo paſſato, e che dice:

Interrogata, quare prius non exonerauit ſuam conſcientiam, denunciando prædictum?

Reſpondit &c.

Interrogata de conteſtibus.

Reſpondit. Queſto fatto è paſſato da ſolo à ſolo frà me, e il detto N. N. mentre io mi confeſſaua nel Confeſſionario, come hò detto di ſopra, e perciò non v'è perſona, che lo poſſa deporre.

Interrogata, an exerceat aliquam inimicitiam, an exercuerit cum d. N. N. Confeſſario, vel cum ſuis conſanguineis, aut amicis, vel è contrà?

Reſpondit &c.

Interrogata cuius famæ ſit prædictus N. N. Confeſſarius, & an audiuit aliquandò ab alijs, ſimilia prædictum N. N. patraſſe.

Reſpondit &c.

Si auerta, che le riſpoſte (non mi ricordo) non s'ammettano, ma ſi domanda doppo quelle, vt fuit dictum à me, vt benè recordetur &c.

Se parlaſſe con ira, e con paſſion grande, che daſſe ſoſpetto d'inimicitia, dal Notaro, e dal Deputato ſi notij; videlicet: Loquuta eſt nimis iracundè &c. vel animosè, aut temerè.

Interrogata: an viderit ipſa comparens prædictum N. N. Confeſſarium feciſſe aliqua opera ſpiritualia, videlicet orare, eleemoſynas elargiri, Miſſas auſcultare, & ſimilia.

Reſpondit &c.

Quibus habitis ego ipſe mandaui, vt ſe ſubſcribat, imponendo ſilentium, vt nullatenus alicui dicat, ſe reuelaſſe, & denunciaſſe prædicta in totum, vel in partem contrà prædictum N. N. Confeſſarium, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, reſeruatæ ipſi D. Illuſtriſſimo Epiſcopo, e ſe ſarà neceſſario SS. D. Papæ. Et fuit dimiſſum examen, præſtito denuò iuramento, tactis &c. prout tetigit, de ſilentio obſeruando ſuper prædictis.

Io N. N. hò depoſto come di ſopra.

Ouero † Et quia ſcribere neſcit, fecit ſignum Crucis cum calamo à me dato.

Ità eſt ego N. N. Profeſſus Ordinis N. de mandato Illuſtriſſimi &c. acceſſi, & interrogaui.

Le ſcritture ſopra queſte materie non ſi confidino à' Miniſtri, ma ſi conſegnino al Tribunale Supremo, ouero ſi ſugellino, ſcriuendoui ſopra: Scritture, che appartengono al Tribunale del S. Officio, quali neſſuno può aprire, lacerare, brugiare, ò occupare, ſotto le pene impoſte nella Bolla del Beato Pio V. che comincia: Si de protegendis, cautelandoſi à fine, che in vita detti negotij paſſino, come quelli del ſugello Sacramentale, e prouedere in caſo di morte non vadino in potere de' Commiſſarij degli Spogli, Miniſtri della Sedia vacante, ò Cartegiani de' Prelati defonti, i quali per lo più non hauendo molto coſcienza, ò publicano i negotij, ò li conſegnano in mano delle parti per mercede. E queſto baſti per vna breue, e facile iſtruttione.

Per maggior chiarezza ſi pone vna formola di denuncia, cioè le parole della donna ſollecitata.

Per diſgrauio della mia coſcienza, denuncio al Tribunale del Santo Officio, e per eſſa à V. S. ò à V. P. ò à V. R. che viene in nome di Monſignore Illuſtriſſimo, come hauerà da vn Meſe, ch'eſſendo andata à confeſſarmi nella Chieſa di N. N. nella feſtiuità N. 20. del Meſe di Settembre, m'inginocchiai nel Confeſſionario di mano deſtra dell'Altare ſotto il pulpito di detta Chieſa, doue ſtaua aſcoltando le confeſſioni Don, ò Frà N. N. Prete ſecolare, ò Regolare, e mentre ſtaua io in detto Confeſſionario, confeſſando Sacramentalmente i miei peccati, mi diſſe parole diſoneſte, e ſenſuali, e che hauerebbe voluto, ò fece il tal atto, ò dette queſte parole (e ſi narra diſtintamente il fatto) del che ne rimaſi ſcandalizzata. E queſto è quanto occorre.

Interrogata &c. vt melius explicet illa verba (ſe pure foſſero ſtate dette ambigue, ò dubie) e ſeguita, come di ſopra.

Riceuuta la ſcritta relatione, il Prelato auerta di conſeruarla con ogni ſegreto; ſe il caſo ſarà graue, ò vero foſſero più reuelationi contro vn ſteſſo Confeſſore, potrà detto Veſcouo farne copia, auertendo di dare il giuramento, quando aſſume perſona molto graue per far detta copia, e racchiuder gl'atti in vna ſua, che potrà ſcriuere alla Sagra Congregatione del S. Officio di Roma, à fine, che gli ordini, come ſi ha

da

Digitized by Google

An, quibus, & quatenus permittenda ſit lectio Sacrorum Bibliorum vulgaris verſionis? Vide de Ritibus tom. 2. Conſult. 56.

In Miſcellana tom. 2. Conſult. 700. hæc quæſita habentur.

QVAESITO XV.

An, qui venenum cuidam complici propinat nè deueniat in poteſtatem S. Officii, incidat in Conſtitutionem Si de protegendis?

Affirma, ſi in loco delicti Conſtitutio eiuſmodi ſit publicata.

QVAESITO XX.

An Strigis deponentibus, ſe vidiſſe tales, etiam eos nominando, in diabolicis ſuis ludis, & congregationibus, credatur?

Non creditur in præiudicium aliorum.

QVAESITO XXV.

Vir pius ſolitus componere lites, & diſcordias, ad eius notitiam deuenit aſſaſſinium machinari contrà Conſultorem S. Officii, per quem ipſe per ſuas literas monuit, vt ſibi caueret; Verum lethaliter percuſſus dictus Conſultor, dictæ literæ in iudicium exhibitæ, ac ſuper eis examinatus idem vir pius, qui illas recognouit, recuſans tamen detegere factum aſſerit, fuiſſe ſibi commiſſum ſub ſigillo ſecreti naturalis: Dubitatur an poſſit cogi ad veritatem integrè fatendam?

Reſpond. huiuſmodi virum eſſe cogendum ad veritatem fatendam.

QVAESITO XXXIV.

An Prælati Regulares habentes quaſi iuriſdictionem Epiſcopalem, poſſint procedere in cauſa S. Officij contrà ſuos ſubditos ſeculares?

Reſpond, poſſe, dummodò habeant territorium ſeparatum, & exemptum à iuriſdictione Epiſcoporum.

An cum hæreſim abiurantibus diſpenſari poſſit à Summo Pontifice in radice Matrimonii, iam ante abiurationem contracti cum impedimento ſecundi gradus? Vide de Matrimonio tomo 3. Conſult. 63.

An Inquiſitores *hæreticæ prauitatis poſſint habere familiam armatam? Et quæ arma eorum familia deferre poſſit? Ac de aliquibus, quæ fieri poſſint ab Inquiſitoribus cum dicta familia armata*. tomo 4. Conſul. 139.

AFfirmatiuè omninò cum Gloſ. *pen. & fin. in Clem. nolentes de hæret.* ibique Zabarel. *nu. 9.* & Gloſ. 2. *& pen. in cap. ſtatutum Ciuitatis eodem tit. in 6.* Comenſi *in Lucerna Inquiſ. v. Inquiſitorum num. 14.* ac alii, & Pegna *in direct. Inquiſ. par. 3. quæſt. 56. num. 107.* qui addit, Inquiſitores non ſolum dare poſſe licentiam deferendi arma Officialibus deſtinatis ad denunciandum vel capiendum hæreticos, ſed etiam cæteris Miniſtris, qui quauis alia ratione S. Officio inſeruiunt, vt Aduocatis, Notariis, Cuſtodibus, Conſultoribus, & huiuſmodi aliis. Farinac. *de hæreſ. quæſt, 182. tota §. 6.* vbi alii plures. Bordon. *de Inquiſ. cap. 40. n. 24.* Dian. *p. 4. tract. 7. reſol. 31.* & Delbeu. *de Offic. S. Inquiſ. p. 2. dub. 195. ſect. 39. num. 1.*

Probatur per tex. expreſſum *in d. Clem. nolentes §. porrò de hæret.* vbi ità decernitur: *Porrò Inquiſitoribus ipſis diſtrictius inhibemus, vt nec abutantur quomodolibet conceſſione portationis armorum, nec Officiales, niſi ſibi neceſſarios habeant tales, qui ſe conferant ad ſua cum Inquiſitoribus ipſis officia exequenda.*

Ergò non ſolum hic conceditur, ſed etiam confirmatur vſus armorum, cum ſolus abuſus prohibeatur; Notatque Vitalinus *in d. Clem. nu. 24.* permitti vſum armorum Religioſis Inquiſitoribus ratione officii, quia ſuper omnes Chriſtianos, etiam Reges, ac Principes in cauſa fidei merum habent imperium, alias eis denegatur, vt in Clem. *nè in agro §. Nos eorum in fin. de ſtat. Monach.* Quia regulariter cuique prohibitus eſt, *vt in l. vn. C. vt armorum vſus inſcio Principe interd. ſit.*

Dicuntur autem Inquiſitores abuti conceſſione delationis armorum, quandò licentiam concedunt aliquibus, qui actu non inſeruiunt Inquiſitionis Officio. Farinac. *loco citato num. 3. & ſeqq.*

Hinc familiares, ac Miniſtri S. Officij deferre poſſunt arma illa, quæ deferuntur à Curia ſæculari, abſque limitatione, vel ex conceſſione, vel ex tolerantia, ſiuè conniuentia Principum, vel Magiſtratuum ſæcularium, nec poſſunt ſiſti, aut retineri, vel in carcerem condi, vel armis expoliari ob illorum delationem, etiam ſi ſint ex armis interdictis; niſi ab Inquiſitore, qui ſolus eſt Iudex competens in hac materia. Neque comprehenduntur in edicto prohibente armorum delationem, publicato à Gubernatoribus, vel aliis Miniſtris, & Officialibus laicis: Et edictum, quod de dictis familiaribus facit mentionem, reuocari debet, ac publicari aliud edictum contrarium, excipiendo dictos familiares. Quin etiam, non obſtante quacumque legis ciuilis, municipalis, aut alia delationis armorum prohibitione, poſſunt Officiales, & familiares Inquiſitorum quocumque tempore diù, noctùque arma prohibita deferre, vt per Royas *ſingul. 1. n. 8.* Pegna *in direct. d. quæſt. 56. com. 165.* & Farinac. *eadem quæſt. 182. quæſt. 6. num. 91.* Et ipſi Inquiſitores, tam in captura eorum, quam in aliis actibus prò cauſis S. Officii, non ſolum vti poſſunt fa-

S   milia

milia armata, ſed etiam non tenentur notum facere Principibus, aut Magiſtratibus nomen, & cauſam reorum. Et quiſque vocatus ab ipſis ad S.Officium, debet accedere abſque eo, quod petat licentiam ab ipſis Principibus, aut Magiſtratibus.

Etenim poſſunt Inquiſitores ſine Diœceſano capere, ſiſtere, ac tutæ cuſtodiæ tradere, ponendo etiam in compedibus, ac manicis ferreis, prout ſibi viſum fuerit, hæreticos, ac de hæreſi ſuſpectos, vt in *cit. Clem. 1. de hæret. ſub init.* Igitur habere debent familiam armatam per tex. in *l. Illicitus §. qui vniuerſas ff. de Offic. Præſid.* vbi DD. nuncupatim Odofredus, Albericus, & alij: Nam conceſſa iuriſdictione, conceſſa ſunt omnia, quæ ad illam tuendam, atque explicandam ſunt neceſſaria. *l. 2. ff. de iuriſd. omnium Iudic.*

An Principes, vel Magiſtratus ſæculares aſſiſtere poſſint cum Inquiſitoribus in cauſa hæreſis, vel quouis modo ad S. Offic. Inquiſ. ſpectante? Et quid de Equitibus Hieroſolymitanis? tomo. 4. Conſult. 180.

Tenendum eſt, non poſſe permitti, quod laici aſſiſtant cum Inquiſitoribus in cauſis Fidei: Quia laici cauſas Fidei nullo modo poſſunt cognoſcere, ſeque in illas ingerere, cum omninò vtpotè ſpirituales, ſint extrà ſphæram ipſorum, niſi eis id concedatur ex priuilegio Summi Pontificis, & tunc non, vt ferant ſuffragium deciſiuum, ſed ſolum, vt ſint certi, quod iuſtè contrà hæreticos procedatur. Ità Zenard. *in directorio theol par. 1. præc. 1. cap. 7. quæſt. 29.* Et hoc pacto exiſtimat Diana. *par. 4. tr. 8. reſol. 105.* procedere conſuetudinem Venetijs, ac in Statu Veneto introductam, quod Inquiſitori aſſiſtat vnus ex Senatoribus, vt teſtatur Thuanus *lib. 5. hiſt. anno* 1584. & Michael. Rouſel. *de hiſt. Pontific. iuriſd. lib. 6. cap. 4. num. 19.*

Vndè licet Bartol. & alij dicant, quod Iudex laicus non tenetur exequi ſententiam contrà hæreticum, niſi Inquiſitor illi exhibeat proceſſum, vt videatur, an iuſtè, vel iniuſtè proceſſum ſit; nihilominus Abb. in *cap. 1. de offic. Ord.* arguit Bartholum, & ait contrà eum extare textum expreſſum in *cap. vt Inquiſitionis de hæretic. in 6. §. prohibemus* vbi dicitur, quod de crimine hæreſis, cum ſit merè Eccleſiaſticum, quoquo modò Iudex ſæcularis non cognoſcat. Et concinunt Bald. & Caſtr. in *ea l. Magiſtratibus*.

Alijs verò huiuſmodi aſſiſtentia nunquam fuit permiſſa, quinimmò expreſsè denegata Officialibus Helnetiorum Senatui Pedemontano, Duci ipſi Subaudiæ, Senatui Ianuenſi, & aliis; Conceſſa tamen Magno Magiſtro Religionis Hieroſolymitanæ, coram quo cauſa Equitum d. Religionis Inquiſitor tractat in Congregationibus habendis cum aſſiſtentia Epiſcopi: Quia ipſe Magnus Magiſter, Prior Eccleſiæ, & Vicecancellarius habet aſſiſtentiam; tùm in examinibus Equitum præfatæ Religionis, quā in Congregationibus prò expeditione cauſarum dictorum Equitum vigore Breuis Greg. XIII. non tamen ſuas vices poſſunt alijs committere: In Congregationibus verò nullum votum habent, nec conſultiuum, neque deciſiuum, ſed tantum nudam aſſiſtentiam. Imò Inquiſitor cauſas Equitum ſpontè comparentium, poteſt ſine aſſiſtentia expedire, cæteras verò non item, eam in caſu abſolutionis, quam punitionis. Nec mirum: quia ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, ac verè Religioſæ.

De Teſtibus in minori ætate conſtitutis prò cauſis S. Offic. Inquiſ. vbi:

1 *An puer ſeptem, vel octo annorum ob iactatam apud ſuos coætaneos magiam, & nocturnos Sagarum conuentus, apprehendi, & eius confeſſio attendi poſſit?*

2 *Qua pæna affici debeat puer maleficus, ob dictam pueritiam, & adoleſcentiam commiſſa?*

3 *Et qui proximi pubertati dicantur?* tom. 4 Conſult. 193.

Teſtibus decem annorum, vel infrà non defertur iuramentum, ſed monentur de grauitate iuramenti. Impuberes verò, qui nimirum exceſſerunt decennium cum dimidio, admittuntur, imò, & coguntur, ſed ſine iuramento. Quatuordecim verò annorum, ſi ſunt doli capaces, defertur iuramentum de veritate dicenda, quandò examinantur. Eorum autem dictum prodeſt ad indagandum veritatem. Clar. *qu. 24. num. 17.* Et poſitis adminiculis, etiā facit ad torturam. Farinac. *de teſtib. q. 58. nu. 52.* Caren. *par. 3. tit. 5. num. 53.* Et etiam ad pœnam extraordinariam infligendam. Clar. *lib. 5. §. fin. q. 24. verſ. ſciendum eſt tamen in fin.* & alij. Puberes verò poſt 14. annum admittuntur, cum iuramento, & proſunt ad torturam, cum alijs adminiculis. Maiores autem 20. annis in omnibus delictis dicuntur idonei, & omni exceptione maiores *l. in teſtimonium 2. ff. de teſtib.* Farinac. *quæſt. 58. de teſt.* & Caren. *eodem num. 53.*

Quinimmò minores 14. annorum, nec non cuiuſcumque alterius minoris ætatis, dummodò fuerint doli capaces, admitti, imò & ad id cogi, ac torqueri poſſe ait Delbene *de Offic. S. Inquiſ. par. 2. dub. 198. ſect. 1. num. 17. per tex. in leg. de minore in princ. ff. de quæſt.* Nam ſi in crimine læſæ Maieſtatis humanæ id procedit, multò magis in crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ procedere debet, vt per DD. quos ſequitur Farinac. *de hæreſ. qu. 188. num. 75.* & Maſcard. *de prob. lib. 2. concluſ. 462. num. 5.* vbi tamen ſubdit, quod minor deponere debeat cum authoritate tutoris, alias nullius valoris ſic ipſius teſtimonium ex tex. in *l. Clarum C. de auth. præſt.* quamuis id hodiè in praxi non ſeruari teſtetur

idem

Idem Farinac. *loc.cit.q.*54. *num.*24. Verum carcerató in S.Offic.ſolet dari ex regula Curator, vt coram illo ſua dicta ratificet, niſi conſuetudo procedendi ſit contraria.

Quod autem ad primam partem dubij, cenſeo apprehendi poſſe: quia experientia conſtat, etiam pueros in tam tenera ætate à proprijs parentibus peruerſos, & in eiuſmodi deteſtandum delictum præcipitatos fuiſſe, vt teſtatur Mezger *conſ.crim.*7.de puella 12.annorum. Ferdinandus Vizenegger *de ſeruit. dæmon. cap. vlt. num.* 196.Binſeldius *ad.l.*5.*C de malef. & mathem.* Sprenger.*in mall.malef.par.* 2.*q.*1.*c.*13.de puella octenni à Matre ſeducta, Debrius *lib.* 2.*magic.q.* 16. Inter Striges Auenionenſes, vt narrat Mich. Pneumalog.*ſchol.*6.puer captus fuit, qui Iudicibus narrabat, ſe à Patre in Synagogam, (ſic conuentum vocant) deductum, & ibi vidiſſe & multa neſaria, horrenda, itâque contrrrirum muniuiſſe ſignaculo Crucis, & dixiſſe: *Ieſu quid iſtuc rei*? Simulque cum dicto turbam totam diſparuiſſe, & ipſum ſe ſolum ibi deprehendiſſe, poſtridie domum rediſſe, quæ tribus à Synagoga miliaribus aberat, & Patrem ad Iudices detuliſſe; Vndè, & puero in vicinia nomen inditum Maſquellon, hoc eſt paruus ſortiarius, huncque puerum, cum ipſe Michael iſta ſcriberet anno 1582.adhuc Auenioni captiuum fuiſse. Similia narrant, & alij. Impuberes autem doli committendi, & iniuriæ faciendæ capaces eſse crebrò, adeòque etiam capi, & puniri poſse de iure non eſt dubium per tex.in *l.Impuberem ff.de furt.l.excipiuntur*, & ibi DD.*ad Silan.*

Poſsunt igitur Sacri Inquiſitores recipere Impuberes, multò magis quandò ſumus in facto, cuius veritas eſt difficilis probationis, & per alios haberi non poteſt, præſertim ſi non ad inſtantiam alicuius accuſatoris procedant, prout loquitur tex.in *d.l.in teſtimonium ff.de teſt.*Farinac.*conſ.*29.*num.*5.*&* 6.Maſcard.*de prob. vol.* 3.*concluſ.*1246.*num.*3.*&* 7.

Quod ad ſecundam partem dubij, an ſcilicet confeſſioni huius pueri ſtandum ſit, qui fatetur, ſe inunctum vnguento confecto, ex vnguine infantium necatorum, ac deuectum inſediſſe modò baculo, modò ſcopæ, modò tauro, modo hirco, in Montem Veneris, & in arborem Beneuentanam cum alijs Magis, & Sagis veniſse poſt nocturna tripudia, Deum, & Beatiſſimam Virginem abnegaſse, diabolum adoraſse, eique Sacrificium infantium effoſsorum obtuliſse, nefandam libidinem cũ ipſo, & alijs Sagis exercuiſse, & Sagas communione ſumpta ſacram Hoſtiam in ore aſſeruatam, & extractam dæmoni oblatam, coram eo pedibus conculcaſse.

Ratio dubitandi eſt: quia tales pueri ſine aſſiſtentia parentum, vel tutorum, ex quadam inconſideratione, quod ab alijs audiuerunt, effutire, & ſibi attribuendo, irrecuperabile damnũ corporis, & vitæ accerſere poſsent. Confeſſio autem minoris, ac pupilli ſine Tutoris, aut Curatoris auctoritate ipſo Iure non valet, nequè ipſi minori nocet per *l.Clarum C.de auct.præſt.l. in vniuerſis C, qui tut.dari poteſt l. propter C. de adult.*Gomez.*var.reſol.tom.*3.*cap.*1. *nu.*64. Quod eadem etiam ex pari ratione obtinet in confeſſione minoris, habentis adhuc Patrem, nam & illi ad hoc, vt poſteà confeſsus poſſit condemnari, dandus eſt Curator, vel Pater ipſe, vel alius arbitrio Iudicis. Farinac. *de reo confeſ. & conuit.q.*81.*num.*384.

At quia in iudicijs vſus, ac obſeruantia aliud probat, quod videlicet impuberibus, & minoribus nulli Curatores ad litem permittantur, hoc etiam in præſenti caſu non debet attendi; Quamuis enim impuberis confeſſionem ſine auctoritate Tutoris, vel Curatoris non valere, aſserant DD.communiter in *d.l.Clarum*; id tamen eſt intelligendũ de illis, quæ ad veritatem indagandam inſtituuntur, vt ait Bald.in *d.l. auxilium ff.de min.num.*1.Ità in ſimili, ſi accuſationi ſit reſpondendum, vel alijs interrogationibus à Iudice factis, reus per ſe, non per Procuratorem reſpondere debet, non obſtante, quod prò preſente procurator interuenire poſſit.Iul.Clar.*§.fin.q.*32.*v.item verò*.

Hoc autem notandum, quod ſi confeſſiones huiuſmodi puerorũ eſſent incertæ, & ex parte falſæ, factaque inquiſitione minimè verificatæ, de rebus occultis, quæ multa veſtigia poſt ſe relinquunt, ità vt de eis certò conſtare non poſset, tanquam confeſſiones variæ, & incertæ, item non comprobatæ, confitentibus non nocent: Quia ante omnia inquirere debet Iudex, vt ei conſtet de corpore delicti. Vbi igitur non apparet de crimine, quam per confeſſionẽ ipſius Rei, non poteſt Reus ex hac ſola confeſſione condemnari.Clar.*ſent.lib.*5.*d.§.fin.q.*55.*v. poteſt etiam*, & Felin.in *c.at ſi Clerici n.*1.*de iudic.*

Si verò conſtiterit de Equo aliquo, vel alijs animalibus per maleficium, & quidem eo ipſo modo, quem ipſe recens, occiſis, & plura aliæ magiæ indicia concurrant, quod ſcilicet Agnos Dei è collo ſuſpenſos non patiatur, quod conſtrictos, firmiſſimèque annexos mirabili modo ſolueret, & amoueret, quod virgis cæſus ictus non ſentiat, quod notaret, quandò virgæ aqua non communi, ſed benedicta eſſent madefactæ, quodue recenſeret de Magis, & Sagis, earumque conuentibus talia, quæ nullus alius, niſi expertus ſcire poſſet, puero autem ſeptem, vel octo annorum cognita impoſſibilia eſſent & quod in omnibus examinibus conſtanter idem eiſdem circumſtantijs enarret, tunc dicendum eſt, quod confeſſio huius pueri, tam eſſet veriſimilis, vt ei meritò ſtari, & puer prò malefico haberi deberet. Præſertim, quod in delicto tam occulto Iudex non ſemper veſtigia reperire, & benè contingere poſſit, vt malefici voluntatem in vno, alteroque caſu nocendi habeant, mediaque adhibeant, effectus autem conatui ex ſingulari Dei prouidentia non re-

Digitized by Google

ſpondeat, & ſimilia delicta vix aliter, quam ex propria confeſſione innoteſcant.

Quamuis igitur de corpore delicti debeat conſtare in omnibus delictis, antequam Iudex ad inquiſitionem, aut capturam, multò magis ad torturam, & ſententiam definitiuam procedat, vti notant DD. communiter; Nihilominus tamen quandò tale delictum aliquis ſpontè confitetur, quod vel ſola voluntate perficitur, vel in ſe eſt occultiſſimum, & nulla poſt ſe veſtigia relinquit, quale eſt crimen maleficij inter dæmonem, & Sagas, ſoli confeſſioni delinquentis, ad condemnationis effectum ſtatur, Farinac. *loc.cit.num* 26. vbi ait, Lamias eò ipſo, quod dicerent, ſe proceſſiſſe ad ludos, poſſe abſque alio condemnari, quia talia delicta nõ poſſunt per euidentiam facti, ſicut alia, probari. Aliud eſt, ſi faterentur infantes vnum, vel plures ſuis maleficijs occidiſse, tunc enim in his illis non creditur ad condemnandum, niſi verè occiſos eſse conſtet. Nihilominus tamen, ſi diceret aliquis, ſe veneficum eſse, ad ludos proceſſiſſe, Deum abnegaſse, dæmonem adoraſse, infantes occidiſse, damna hominibus intuliſse, & damna illa non appareant, aut homines non repetiantur occiſi, non rectè infertur, maleficium non eſse, & puniri ex eo nullo modo poſse: quia ſunt ſeparata dæmoni homagium præſtitiſse, & hominibus damna dediſſe: quia multi ſunt, qui damna nec hominibus, neque alijs creaturis inferunt, vt venefici, & tamen pęna ordinaria plectuntur, & prò veneficis habentur. Non probat igitur, hoc eſse, quod ab hoc contingit abeſse, Delrius *magic. lib.*5. *ſect.*16. Binsfeld. *ad d.l.*5. *C.de malef. & mathem.*

Ad 3. Dicendum eſt, puberem 12. vel 14. annorum propter magiam vltimo ſupplicio, & non quidem pœna ignis, vel gladij affici poſse, exiſtimo cum Mezger *conſ.crim.*7. *num.*3. & cũ Beſoldo *in theſ.pr.* vbi ait, id præſertim fieri debere in delictis ſpiritualibus, & contrà naturalem humanitatem hominum, qualis eſt apoſtaſia, & expreſſum cum diabolo pactum. Similiter Binsfeldus *fol.*521. Iudicis, inquit, arbitrium poſſe habere locum, an in tam graui crimine in minorem ætatem ſit mortis ſupplicium ſtatuendum, idque debere colligi ex circumſtantijs concurrentibus, & attendi an diu fuerit in tali crimine, an perpetrauerit multa mala, vt ſunt Sodomia, rerum Sacrarum abuſus, & ſimilia. Item, an magna aſtutia ſit præditus, an ſpes conſtantis conuerſionis, & emendationis?

Si igitur in hoc puero magna lenitas, & malitia appareat, nullaque ſpes conſtantis emendationis effulgeat, correctiones, & admonitiones parum extimauit, grauitatem delicti benè intellexit, & apprehendit, poterit ex mente præfatorum Doctorum arbitrium Iudicis ad pœnam gladij extendi. Simile quid in genere tradit Carpzou. *par.*3. *crim.quæſt.*143. *num.*48. & *ſeq.* quod fieri poſſit, vt etiam impuberi ob inſignem, & ſupinam malitiam mortis ſupplicium imponatur, *l. excipiuntur in princ. ff. ad S.C.Silan.* vbi tamen tria requirit. Primum, quod impubes propriè, & mox impleuerit annum 14. Secundum vt malitia delinquentis ſit ſupina, ità vt ætatis defectum ſuppleat, nec correctio aliqua ſperanda. Tertium, vt crimen perpetratum ſit ex atrociſſimis, aut tales circumſtantiæ concurrant, quibus delictum aggrauetur.

Porrò Sagæ non ſolent puniri exilio, nè in regione, in qua non cognoſcuntur, delinquant, ſed collocantur aliquo in loco, vt obſeruari poſſint.

Præuia abiuratione de formali in S.Officio comburuntur à Curia ſæculari.

Percutientes, vel offendentes Sagam aliquam ſub prætextu, quod ſit malefica, puniuntur in S.Officio, etiam ſi id in illius odium non commiſerint.

Carceratæ à Curia ſæculari debent remitti ad S.Officium, prò cauſa apoſtaſiæ, qua cognita, reſtituuntur eidem Curiæ ſæculari debitis pœnis puniendæ.

An Baptizatus inualidè, ſiuè conſcius inualiditatis, ſiuè non, redeundo ad veterem ſectam, ſit dicendus apoſtata? Vbi eſſata varia de apoſtatis à Fide.
tom.4. Conſult.195.

NEgatiuè: Quia, cum apoſtaſia dicat retrocesſionem à fide, quam quis ſemel ingreſſus eſt per Sacramentum baptiſmatis, baptizatus inualidè, ſiuè conſcius inualiditatis fuerit, ſiuè non, quia ſuſcipiens baptiſmum hòc ſe geſſit, ſiuè quia defectus ex parte materiæ, formæ, aut Miniſtri contingerit, redeundo ad veterem ſectam, non recedit à fide: Nam cum baptiſma irritum, non ſit baptiſma, non reddit ſuſcipientem Eccleſiæ ſubditum, & licet aliquandò Eccleſia ſecundum exteriora tantum iudicans, eum poſſit prò apoſtata habere, talem quippè eum debet præſumere, donec conſtet de nullitate baptiſmi, reuera tamen talis non eſt. Nec vllus excuſatur, eò quod ignorantia infantiæ ſuſceperit baptiſma, quod perueniens ad vſum rationis ſuſceptum noluiſſet, aut qui aliquo modo ſuſcipere coactus fuerit: Nam quandò coactio non eſt abſoluta, & in infantem cadere non poteſt, non excuſat, vt declarat Fariuac. *de hæret. quæſt.*38. *num.*140. & definitur *in cap. contrà Chriſtianos de hæret. in* 6. his verbis: *Contra Chriſtianos, qui ad ritum redierunt Iudæorum, tanquam contra hæreticos procedendum, etiam ſi dum erant infantes, aut mortis metu, non tamen abſolutè, aut praciſè coacti, baptizati fuerint.*

Et hinc eſt, quod nè Cathecumenus quidem excommunicatione contrà hæreticos lata, innodari poteſt: Quia licet credulitatem receperit, non tamen fidem in Eccleſiæ manibus, quod ſit per baptiſma fluminis, profeſſus eſt. Suarez *de cenſur. diſp.*21. *ſect.*2. *num.*4.

Pa-

Parerga, ſiuè eſſata varia.

Apoſtatæ à fide ſponte comparentes expediuntur cum penitentiis ſalutaribus, & inhabilitantur ad Dignitates ſuæ Religionis, ſi fuerint Religioſi.

Apoſtata formalis non eſt ille, qui captus à Turcis in infantia, nullam potuerit habere inſtructionem rerum Fidei, licet fateatur credidiſſe, ſectam Mahumetanam eſſe bonam, & ſecundum eam viuentes ſaluari. Ideòque non abiurat, ſed expeditur cum profeſſione fidei, abſolutione a cenſuris ad cautelam, & cum inſtructione.

Volentes ad Fidem Catholicam redire, nihil iis pollicetur, ſed tantum ſuadentur ad comparendum, tractantur vti ſponte comparentes, & cum benignitate.

Capti è triremibus Catholicorum, & reconciliati, remanent poſt reconciliationem liberi, ſi capti ſint in puerili ętate. Secus verò ſi apoſtatauerint in maiori ætate. Iſti autem ſi compareant ſponte, reconciliantur, ſed non acquirunt libertatem.

Filii apoſtatarum ſunt baptizandi, etiam inuitis parentibus, ſiuè nati ſint ante apoſtaſiam, ſiuè poſt illam, & inuiti etiam ad fidem ſunt trahendi, *can. plerique, & can. ſi baptizata de conſecr. dec. 4. & can. Iudæorum* 28. *quæſt.* 1.

Captis in bello, etiam contrà Chriſtianos non permittitur, vt poſſint redimi à Turcis, itaut liberè ſectam Mahumetanam profiteantur, nec ſimpliciter ſunt tenendi captiui, ſed contrà illos proceditur. Si autem velint, reconcilientur, & reſtituuntur ſuo Domino. Si verò nolint, tractantur vt hęretici impęnitentes, & pertinaces.

Qui in minori ętate apoſtatauit, & pyraticam coactus contra Chriſtianos exercuit, poſt abiurationem, prout de iure, libertate donatur.

Exiſtentes in Triremibus Turcarum, pyraticam artem facientes, capti à Triremibus Chriſtianorum cum aliis Turcis, non comprehenduntur in redemptione captiuorum, quam aliquandò concedunt Turcis Domini Triremium, ſed debent abiurare apoſtaſiam, & remanere in captiuitate, niſi quandò capti à Turcis, & abnegauerint, fuerint infantes, vel minores.

Apoſtatæ formales capti damnantur ad carceres perpetuos, vel ad Triremes in perpetuum, non autem ad tempus. Licet eis poſt aliquod tempus, ſi inſtructi dederint ſigna pęnitentię, poterit cum participatione Sacræ Congregationis S.Offic. Inquiſ. fieri aliqua gratia.

Qui non eſt apoſtata formalis, ſed vixit more Turcarum, quatenus non fuerit captus in minori ętate, ac minis, & tormentis id fecerit, ſi maior factus capiatur, dum pyraticam contrà Chriſtianos exerceat, remanet in captiuitate, & condemnatur ad Triremes ad tempus; Si autem pęna commutetur in carcerem, ſemper commutetur in minus tempus.

Apoſtata rediens ad Fidem Chriſtianam, non tenetur abiurare publicè coram infidelibus, ſed ſufficit abiurare in balneo, hoc eſt in captiuorum carcere coram fidelibus, abſtinendo ab actibus infidelitatis, ac deponendo habitum infidelium, quatenus ſit proteſtatiuus falſę Religionis; Si verò ſit ęquiuocus, poteſt illum deferre. Quod ſi ex illius delatione ratione perſonę aliqua oriretur ſuſpicio, tenetur aufugere, cum primum poterit.

Apoſtatę relapſi ſunt deterioris conditionis, quam ipſi hęretici: Nam hæreticis pęnitentibus parcitur, apoſtatis verò nunquam parcitur, ſed vltimo ſupplicio puniuntur, *l. hi qui ſtultam C. de apoſt.*

Qui fidem negat metu mortis; ſed tamen erroribus non credit, licet verè hæreticus non ſit, cum non habeat, neque habuerit errorem in intellectu, iudicio tamen Eccleſię, quæ per exteriora dę interioribus iudicat, hęreticus eſt habendus.

Contrà apoſtatas eodem modo procedendum ab Inquiſitoribus, quo contrà hęreticos, *cap. contra de heret. in 6.*

Apoſtata eſt hęreticus, maximè quandò perſiſtit in ſua noua profeſſione, & illam credit eſſe veram, Non eſt tamen dicendum, quod omnis apoſtata ſit hęreticus, niſi data pertinacia, & omnimoda receſſione à fide Catholica, licet verum ſit, quod omnis hæreticus ſit apoſtata.

Pęnæ apoſtatarum ſunt excommunicatio, infamia, irregularitas, priuatio omnium bonorum, & iurium; & alię pęnę contrà hęreticos ſtatutę.

Prò foro conſcientię non incidit in pœnas iſtas apoſtata ſecundum externum actum tantum, ſine aſſenſu, ſeù errore intellectus, neque continetur *in can. 1. Bullæ Cęnæ Domini*. Vndè eum poſſe abſolui à proprio Confeſſario ab hac tametſi grauiſſima culpa, multi aiunt. Sacra tamen Pœnitentiaria ſolet tales adigere, vt prius abiurent coram S.Officio.

Capti à Triremibus Chriſtianorum ſuper nauibus infidelium, pyraticam exercentium, & pugnantium contrà Chriſtianos, remanent captiui eorum, qui illos capiunt. Inquiſitores tamen debent conficere proceſſum ſuper apoſtaſia, & apoſtatas, vel reconciliare Eccleſiæ, ſi ad pęnitentiam reducantur, iniunctis de iure iniungendis, vel tradere Curiæ ſæculari, ſi pertinaces exiſtant, nec eos conſignare eorum Dominis, niſi habita cautione de illos non manumittendo, ſaltem inconſulta Sac. Congreg. S.Offic.

Qui abnegauit Fidem Catholicam apud ethnicos & poſteà pęnitens, vitam Chriſtianam in occulto ducit, quamuis publicè ob periculum mortis Turcarum, vel ethnicorum ſe eſſe profiteatur, non eſt admittendus ad Sacramenta pęnitentiæ, & Euchariſtiæ.

Exi-

Digitized by Google

Exiſtentes in Triremibus, ſponte comparentes, ac petentes libertatem, non liberantur, ſed ſolum reconciliantur.

An Princeps ſæcularis poſſit punire reum à S. Offic. Inquiſ. iudicialiter iam punitum? tom.5. Conſul.44.

NEgatiuè. Tum quia Princeps ſæcularis non poteſt punire Reum prò delicto, quod non ſpectat ad ſuum forum. Tum quia diuideretur cauſa. Tum quia ſequerentur abſurda, præcipuè, quod maior cederet minori, quod eſt contrà maieſtatem S. Officii, cuius caput eſt Sum. Pontifex. Tum quia eſt contrà praxim S. Inquiſitionis, de qua teſtatur Caſtald. *tom.3. diſt.9. quæſt.7. ar.4. num.3.& 6. ad argum.* Tum quia prò eodem delicto plures pænæ regulariter imponi non poſſunt, & ſemel abſolutus, vel condemnatus non debet amplius accuſari, vel puniri tex. *in l. ſi cui §.iſdem ff.de accuſ. text. notab. in cap.de his extrà eodem tit.* Panorm. Felin. & communiter Canoniſtæ ibidem.

An cauſæ eorum, qui refingunt Officiales S. Officij, cum non ſint, & ſub huiuſmodi prætextu committant aliquod delictum, non ſpectans ad S. Officium, debeant de iure cognoſci à S. Officio priuatiuè quoad omnes alios Iudices? tomo 5. Conſul.64.

AFfirmatiuè. Etenim nemo eſt, qui in re dubitet, eum, qui crimen aliquod committit, non niſi ab illo Iudice poſſe puniri, cui ius dicendi poteſtas competit ratione delicti, quod forum ſortitur per tex. *in l. 1. C. de iuriſd. omn. Iudic. & in auth. qua in prouincia C. vbi de crim.ag.opor.* cum aliis, *& in can.ſi ille 23. quæſt. 4.* qui ait: *ibi vindicetur iniuria, vbi plectibilis eſt orta præſumptio, & in can.ſi peccauerit 2. quæſt.1.* ad quos textus DD.omnes ſuffragantur. Quod præcipuè procedit in hoc caſu, nam cenſetur maieſtatem S.Inquiſitionis offendere, vndè poterit contrà illos procedi, ſi non tanquam offendentes, ſaltem contrà perturbatores S.Officii. Imol. *de offic.deleg.cap.1. ſub init.* Comenſ. *in Lucerna Inquiſ. v. offendens num. 2.* ibique Pegna. Non enim conuenit, quod vnius iuriſdictio offendatur, & alter puniat.

Quod ſanè obtinet, etiam ſi delicta ſub huiuſmodi prætextu commiſſa non ſpectent ad S.Officium. Tum quia regula eſt in quocumque Iudice, ſiuè Ordinario, ſiuè Delegato, vt ipſe cognoſcat, an ſua ſit iuriſdictio, quoties aliquid obiicitur contrà illam, vt docent communiter DD. *in l.preſcriptione C.ſi contrà ius, vel vtil. pub. & in cap. ſuper literis de reſcript.* quos allegat Gaill. *pr.obſ. lib.1. concluſ.34.n.1.* Tum ratione acceſſionis, ſiuè connexionis ad cauſam principalem, ex quo Iudex fit competens ad tex. *in l.ſi quis argentarius §.rationem de edendo*, cum aliis relatis à Barboſ. *ad l. venditor 29. num.185. de iudic.* Colliguntque ex ſtylo S.Inquiſ. quæ ſi ex ſacrilegio prouueniat homicidium, cognoſcit etiam de homicidio.

De Carceribus S. Officii aliqua. Vide de Carceribus, & Carceratis tomo 5. Conſult. 66. num. 23. & ſeqq.

De veſte, vt dicitur, virgine, nempè indumento fœtus naſcentis, poſita ſub mappis ſuper lapide Sacrato Altaris, eiuſque abuſu ad ſortilegia, & de probatione huiuſmodi delicti? tom.6. Conſult.35.

AD triplicem delicti ſpeciem valet hoc referri, nimirum ad ſacrilegium hæreticale perficiendum cum dicta veſte, poſtquam Miſſæ Sacrificium fuiſſet ea celebratum, pacto inito cum demone, perquirendo de eo, quod nec facere, nec cognoſcere poteſt.

Ad ſortilegium non hæreticale abſque pacto expreſſo cum dæmone, id tamen quærendo, quod ille facere, & cognoſcere poteſt, ſicut ex traditis à Martino Delrio *diſq.mag. lib.5.ſect.5.* tradit Farinac. *in pr.quæſt.20. num.84.& de hæreſ. quæſt.181. §.1.ſub num.20.* loquendo de Hoſtia non conſecrata, ſuper qua fuit celebratum Sacrificium Miſſæ, quamuis contrarium ſenſerit Scacc. *de iudic. lib.1. cap.12. num.34.* & Caren. *de mod. proced. in cauſ.offic. tit.12.§.8.n.53.* Specialiter de cute, & veſtimento pueri naſcentis ſuppoſito, & oblato in ſacrificio Miſſæ docet Paul. Ghirland. *de ſortil.quæſt.3.n.20.& 22.* exiſtimans ſacrilegium hoc caſu fieri, cooperante Sacerdote, qui Sacrificio Miſſæ preces nefarias, & inhoneſtas immiſcet, de quorum ſacrilegiorum pænis plenè agit Farinac. *d. quæſt. 181. §.1.num.51. & ſeqq.*

Ad triplicem ſuperſtitionem apponentis d. cutem, ſeu veſtem virginem ſuper Altare, inſcio Sacerdote, ibi celebraturo, quod illa virtutem aſſequatur aduerſus inimicorum arma, vel ad mortem ſubitaneam euitandam, ſeu quid aliud, de quo loquitur Moronus, *reſp.95. num.159. 155.& 192.*

Ad quam autem ſpeciem ex relatis id referendū ſit, inquirendum eſt. Et in primis apponi debet corpus delicti, ſcilicet d.cutis, ſeu veſtis ex notatis à Caren.*d.tit.12.§.20.num.173.* Et de ipſo delicto in genere, nempè de repertione d.cutis ſub mappis ſuper lapide Sacrato Altaris, in quo Miſſæ Sacrificium à Sacerdotibus offertur, debent adeſſe depoſitiones teſtium, qui debent eſſe conteſtes, ac deponere, quod antequam Altare fuerit inſpectum, in eo dicta cutis fuerit reperta, aliàs non iunguntur In iudi-

iudicio criminali , etiam ad faciendum indicium, quod probari debet per duos conteſtes, vt inquiunt Bero *in cap. at ſi Clerici ex n.138. de indic.* qui itȧ concludit ſub *num.139.* Marſil. *in leg. de minore §. plura num.90. alias 115.ff. de quaſt.* Pariſ. *conſ.154. num.26. & ſeq.* aliique plures.

Et quamuis quamplures recenſeantur de auditu ab illo, qui d. cutim appoſuit; attamen, vltrȧ regulam, quod teſtes de auditu alieno nihil probant, Farinac. *de teſt. quaſt.69. cap.1. num.2. cum ſeqq.* eis oberit ſi ſinguli audirent ab vno

Quæ fortius vrgerent, ſi qui d.cutim in Altare appoſuerit non fuerit examinatus, nam teſtes de auditu nullum prorſus indicium faciunt, quandȯ illi, ȧ quibus dicunt audiuiſſe, ſunt in humanis, nec fuerunt examinati. Aym. *de antiq. temp. p.1. n.1.* Menoch. *de arbitr. n.2. cap. 475. n.6. & conſ.98. n.54 vol.1. & conſ.207. nu. 13. vol.3. & conſ.410. n.53. vol.5.* ac alii.

Minus attendenda depoſitio alterius teſtis de confeſſione extraiudiciali, nam vti vnicus nihil probat. Vel ſi eſſet teſtis ulim famulus expulſus ȧ prætenſo reo: nam expulſus præſumitur odioſus expellenti. Bald. in *l. Lucius Titius 90. §. Lucius Titius de legib.2.*

An à ſententia fauore libertatis in materia S. Officij Inquiſ. detur appellatio, & ad quem effectum? tomo 6. Conſul. 42.

AFfirmatiuè, idque ſaltem quoad eff. ctum deuolutiuum: quia ſi in eodem crimine hæreſis ſententia abſolutoria ad fauorem rei inquiſiti, etiam vt innocentis lata, & ſic diffinitiua nunquam tranſit in iudicatum, & proptereȧ ſic abſolutus, poteſt iterum de eadem hæreſi inquiri, & moleſtari, nouis ſuperuenientibus indiciis, Farinac. *de hæreſ. quaſt.185. §.13. num.197.* multȯ magis ab ea ſententia admitti poterit appellatio, vt cognoſcatur, an reus odii, gratiæ, vel amoris, lucri, aut commodi temporalis obtenti ab Inquiſitoribus damnatus, vel liberatus ſit, iuxtȧ Clem. *multorum de hæret.*

Ad ſummum autem dicendum in hac re videtur, quod licet in iis caſibus appellatio denegari videatur; Iudicis tamen officium poteſt implorari, & itȧ per viam querelæ quis comparere coram Iudice Superiore, vt reſcindatur ſententia, vt per Io: Royas *de hæret. ſingul.19. num.7.*

QVidam Regularis profeſſus procurauit irritari ſuam profeſſionem, probando falſis teſtibus, illam emiſiſſe per vim, ac metum, & deindè vxorem duxit. Poſt aliquod tempus comparens ſpontè in S.Officio, confeſſus eſt, ſe validè profeſſum fuiſſe, falſumque eſſe quod de vi, & metu per teſtes probauerat; Quare commiſſa cauſa principali de validitate, vel nullitate Matrimonij ad Sac. Congregationem Conc. iſta cenſuit, præuia ſeparatione Coniugum, vtatur ſuo iure coram Ordinario: Verum quia ex falſis teſtibus vnus tantum viuit, qui nolit ſe retractare, ideòque nequit probare huiuſmodi falſitatem; Supplicat propterea, ſibi concedi vel, vt conuiuat cum dicta vxore, vel vt illa liberetur à vinculo Matrimoniali, nulla facta mentione de muliere, cum non ſit complex falſitatis, & concedere eidem Regulari redditum ad ſuam Religionem. Quæritur:

An ſit annuendum? tom.6. Conſult.43.

IN huiuſmodi caſibus magna cum circumſpectione procedendum eſt; Ego autem cenſeo, nullo modȯ huic ſpontè comparenti inhibendam eſſe cohabitationem cum ſua coniuge, ſed conuiuere debet cum ipſa, donec probetur iudicialiter validitas profeſſionis, atque nullitas Matrimonij: quia pœnitentis confeſſio valet contra ſeipſum, non verȯ contrȧ tertium, *cap.1. de confeſ.* Sanch. *de Matrim. lib.10. diſput.12. num. 50.* Solumque obtinet, vt euitentur pœnæ contrȧ Reos S.Officij ex iure inflictæ, non autem, vt euitentur probationes iudiciales criminum, nequè propriæ confeſſioni credendum eſt in alterius poſſeſſionis præiudicium, vt colligitur ex *cap. Vidua de regul.* Hæc autem mulier eſt in poſſeſſione Matrimonij, ſupponitur enim bona fide cum viro ſoluto illud contraxiſſe, ac proindè non debet ex ipſius ſola comparentis confeſſione eo ſpoliari. Ac inſuper, quia ad diſſoluendum Matrimonium non eſt ſtandum coniugum confeſſioni. *cap. ſuper eo de eo, qui cogn. conſangu.* Et redditur ibi ratio: *quia ſæpè aduerſus Matrimonium, vt illud dirimatur, coniuges inter ſe colluderent.* Quod in hoc caſu valdè ſuſpicor interuenire. Porrȯ ſi ad ſolam ſeparationem thori requiruntur plenæ probationes ex Rot. *deciſ.815.* coram Buratto, multȯ magis requiruntur ad diſſolutionem Matrimonij.

Quare itȧ in hoc caſu procedendum eſſe arbitror. Recepta iudicialiter ſpontanea profeſſi confeſſione, nec circȧ ipſum, nequè eius circȧ vxorem quicquam decernendum eſt, ſed procedendum ad capiendam informationem validitatis

ratis profeſſionis, & interim prohibere ipſi profeſſo, nè debitum Matrimoniale petat, ſed tantum reddat; quia mulier habet ius ad illud petendum, donec non conſtiterit de nullitate ſui Matrimonij, *ex cap. laudabilem, vt lit. pend.* quemadmodum cum polygamis ſpontè comparentibus agendum eſſe docent Caren. *par. 2. tit. 18. §. 3. num* 16. & Garzia *in prax. Hiſpan. S. Offic. fol* 7. Conſtita tamen validitate profeſſionis, tunc procedendum ad declarationem nullitatis Matrimonij ad pœnitentiam ſalutarem ipſi ſpontè comparenti arbitrio Inquiſitorum, & ad illius redditum ad Religionem.

QVidam Monachus Baſilianus Grecus Schiſmaticus ad Triremes damnatus in ditione Latinorum Catholicorum in articulo mortis communicauit in fermento, quod penes ſe conſeruabat, alium pariter Schiſmaticum concaptiuum in eadem Trireme ſuis præciſis verbis: [Mangia il Corpo, & il Sangue di Chriſto.] Quæritur:

An talis communio ſit delictum? Et dato, quod ſit delictum, an ſpectet ad S. Officium, & qua pœna puniendum? tom. *6.* Conſult. 45.

REſpond. id totum pendere ab intentione miniſtrantis huiuſmodi communionem. Ideòque primò interrogandus eſt, vndè habuerit Sacram Euchariſtiam, an ipſe, an ne alius ritè illam confecerit, & ad quem finem illam apud ſe conſeruabat? Si reſpondebit illam retinuiſſe ad malum finem, puniendus eſt pœna contrà abutentes vſu Sacramentorum, nempè contrà hæreticos; Abuti enim Sacramētis ſapit hæreſim. Quare Inquiſitor poteſt punire tales abutentes, quandò abutuntur Sacramento Altaris ad ſortilegia. Gloſ. *v. Saperent, §. ſanè cap. accuſatus de hæret. in* 6. Panorm. *in gloſ. fin. cap. 1. de ſortileg.* Oldrad. *conſ.* 210. & Gemin. *conſ.* 54. Si vero reſpondebit, licere in itinere Euchariſtiam ferre prò Viatico, id aliquandò conceſſum fuit. Cuius rei extat teſtimonium. D. Greg. *Dial. lib. 3. cap. 36. de Maximiano Epiſcopo Syracuſa, & eius Socijs Euchariſtiam ſecum portantibus, dum Mare Adriaticum nauigarent.* Hanc quidem conſuetudinem apud Eccleſiam Orientalem alicubi etiam viguiſſe temporibus Alexandri Papæ III. alibi diximus.

An autem id fateri debeat in tortura, quod ſcilicet non ad malum finem, ſed ad conſeruandum conſuetudinem Orientalium Euchariſtiā in fermento ſecum detulerit prò Viatico? Arbitrio Inquiſitorum remittitur, attentis circumſtantijs perſonæ, & reſponſionibus ſuper interrogatorijs de intentione ſupradicta.

Pariter interrogandus eſt ſuper verbis illis: *N. mangia &c* an ſcilicet credat, eſſe de neceſſitate ſalutis vſus Calicis, nempè Sanguinis Chriſti, & non ſufficere ſolum Corpus, in quo totus Chriſtus continetur. Si rectè non reſponderit, eſt tanquam hæreticus puniendus ex Trid. *ſeſſ. 21. cap. 1. 3. & can. 1.* Verbum *mangia* tolerari poteſt ex inſtitutione Chriſti, qui eodem eſt vſus verbo, cum Apoſtolos communicauit, dicens: *Accipite, & comedite. Matth. cap. 26.*

Deniquè interrogandus eſt: num Schiſmatico impœnitenti Euchariſtiam adminiſtrauerit? Si malè reſponderit, vel malè credat de poteſtate Eccleſiæ, ac vſu Clauium, & quod liceat, etiam Schiſmaticis impœnitentibus Euchariſtiam in articulo mortis præbere, eſt puniendus tanquam hæreticus. Secus autem ſi contrarium reſponderit, & credat, *ex cap. ſuper eo de hæret, in* 6. Suarez *de fid. diſp. 23. ſect. 2. num.* 12. Simanch. *tit. 63. num. 7.*

Atque ex his patet, hanc rem ſpectare ad Sanctum Officium, ſaltem, vt cognoſcat de intentione huius Schiſmatici, & iuxtà eius reſponſiones, ſe ingerat in cauſam.

PAter inſtituit ſuum filium hæredem ſub hac conditione; dummodò ſit abſolutus à Sacra Inquiſitione, ſitque liber ab eius carceribus, in quibus detinetur. Cum autem filius in pœnam, ſiuè pœnitentiam, tanquam hæreticus reconciliatus, ſit damnatus ad Carceres perpetuos S. Inquiſitionis. Quæritur:

An ſit locus hæreditati? tom. *6.* Conſult. 75.

REſpondendum primò, quod cum pœnæ ſint odioſæ non ſunt extendendæ de caſu ad caſum, etiam grauiorem, ſed ſolum locum habent in caſibus, in quibus expreſsè iure cauetur. A iure autem expreſsè cautum non eſt, quod damnatus ad perpetuos carceres ſit incapax hæreditatis. Secundò reſpondetur, quod, cum incapacitas ſuccedendi non oriatur ex pœna, ſiuè pœnitentia ob peccatum hæreſis, ſed ab ipſa hæreſi, vtique ſublata hæreſi per reconciliationem, ac pœnitentiam, tollitur etiam incapacitas.

Reſtat dumtaxat in hoc caſu interpetrari mentem teſtatoris, quæ videtur eſſe, vt eius filius ſit hæres, ſi fuerit abſolutus ab omni hæreſis ſuſpicione, ac liber à carceribus. Quæ cum ſit conditionata, debet impleri in totum: quia conditio eſt de genere indiuiſibilium. *l. Qui duobus, & l. cui fundus ff. de condit. & demonſtr.* Sued. *conſ. 156. num.* 15. Atque adeò videtur dicen-

Digitized by Google

cendum, quod aſſignatis alimentis prò filio, hæreditas deferri debeat hæredi ſubſtituto à Patre, ſiuè condemnatio huiuſmodi ſit in pęnam, ſiuè in pęnitentiam. Potuit quippè Pater in odium hæreſis, & ob infamiam à filio contractam, vt in ſuam familiam diffuſam ex perpetua carceratione in Sancto Officio reddere illum indignum hæreditatis. Carceratio enim cum condemnatione in Sancto Officio infamat. Bordou. *de S. Tribun. S. Offic. cap.12.num.69.& ſeqq.*

1 *An falſus calumniator in materia ad Sanctum Officium ſpectante, veluti ſollicitationes in confeſſione, ſit de hæreſi ſuſpectus, & tanquam talis debeat abiurare, & quomodo?*

2 *Et an gaudeat immunitate Eccleſiæ?*

3 *Et an idem dicendum ſit de teſte deponente falſum in S.Officio, & in materia ad S.Officium ſpectante, vt ſupra?* tom.7.Conſult.37.

AD 1. Negatiuè: Primò, quia ſi eſſet de hæreſi ſuſpectus, deberet puniri pęna hæretici. Sed huiuſmodi falſus calumniator non eſt puniendus pęna hęretici, ſed pœna calumniatoris, vel alia pęna arbitrio Inquiſitorum, vt tradunt Io: Andr. Butr. Card. & Anan. *in cap. penult. de hæret.* ac alij. Secundò, quia B. Pius V. generaliter *in ſua Conſtit.* 5, ſtatuit, vt in omni crimine denunciantes per calumniam pœna talionis puniantur. Solum igitur quoad pęnam, non autem quoad crimen falſus calumniator, & ſuſpectus de hæreſi ſunt æquales, quamuis hæc pęna regulariter hodiè non imponatur, vt per DD. communiter, & nos alibi; Tertiò, quia nullibi cautum reperitur, quod huiuſmodi calumniatores ſint de hæreſi ſuſpecti, & quod tanquam tales debeant abiurare. Extatque decretum Sacræ Congregationis Sancti Officij ſub die 30. Maij 1601. in quo habetur, quod calumniatores, vltrà pœnas corporis afflictiuas, damnentur ad reficiendum damna, expenſas, & intereſſe.

Ad 2. Conſentaneè ad dicta reſpond. gaudere. Priuantur enim immunitate Eccleſiaſtica tum hæretici, tum ſuſpecti de hæreſi. Hic autem falſus calumniator non eſt hæreticus, neque ſuſpectus de hæreſi.

Ad 3. Affirmatiuè: Quia ille teſtis eſt de hæreſi ſuſpectus, qui prius de ſe, vel de alijs hæreſim confeſſus fuerat, poſteà negat, vt *ex cap. literas de præſumpt.* & ibi Canoniſtæ communiter. Hic autem teſtis non eſt huiuſmodi, atque adeò non eſt ſuſpectus de hæreſi. Secundò, quia licet falſi teſtes in crimine hæreſis eadem pœna, qua hæretici, vel ſuſpecti de hæreſi puniendi ſint; non tamen eorum filij, & nepotes redduntur infames, & alijs pœnis obligantur. Eſſent autem eorum filij, & nepotes infames, alijſque pœnis obligarentur, ſi falſi teſtes in crimine hęreſis eſſent hæretici, vel de hæreſi ſuſpecti. Tertiò: quia non deponit falſum, occultando hæreſim, ſed illam reclamando, atque adeò non offendit Diuinam Maieſtatem, ſed humanam. Hæreticus autem, vel ſuſpectus de hæreſi eſt, qui offendit Diuinam Maieſtatem, vel eius fidem. Et hinc eſt, quod contrà teſtem falſum crimen hæreſis deponentem, non proceditur tanquam in fautorem, ſecus autem contrà teſtem falsò hæreſim occultantem, in quem poteſt proceſſus formari de crimine fautoriç, & tanquam fautor hæreticorum, atque adeò tanquam de hæreſi ſuſpectus damnari, non quidem ob præciſam falſitatem, ſed potius ob fauorem, auxilium hæretico præſtitum. Caſtropal. *tom.1.tr.4.diſp.1.pun.15.§.6. nu.* 11. Reperio tamen. Quod N. qui contrà N. falſum depoſuit in Sancto Officio, dat ſupplicem libellum, in quo reuocat, tanquam falſa ea, quæ denunciauerat, & fuit decretum, vt examinetur, & retineatur.

1 *An iuramentum præſtitum teſtibus in fine eorum examinis ſufficiat ad validitatem examinis, etiam in S. Officio? Et quatenus negatiuè.*

2 *An ſaltem faciat aliquale indicium, ità vt Reus ſpontè comparens poſt dictum examen gaudeat beneficio ſpontè comparentis, tanquam non legitimè præuentus? Et*

3 *An ſufficiat, quod repetitus cum iuramento in principio ratificauerit primum examen?* to.7. Conſult 42.

AD 1. Communis ſententia eſt, examen non valere, niſi antequam teſtes examinentur, hoc illis iuramentum deferatur per tex. *in l. iuſiurandi* his verbis *iuſiurandi religione teſtes priuſquam perhibeant teſtimonium iamdudum arctari præcipimus. C. de teſtibus, & per tex. in dicto cap. de teſtibus in cau. in primis 2. quæſt.* 1. ac alibi. Id, quod communiter à DD. concludi teſtatur Felin. *in d. cap. de teſtib. d. nu.* 5. ibique Abb. & Bald. *in cap. fraternitatis eodem tit.* ac alij alibi. Quam ſtylus, & obſeruatio confirmauit, & veriorem appellat Rota in *Bononien. fideicommiſſi de Victorijs* coram Scgobienſi 5. Maij 1655. *num.* 36.

Ratio autem, quam adducunt Salicet. *in d. l. iuſiurandi*, Abb. *in d. cap. de teſtib.* & alij, illa eſt; quia ſi teſtis prius iurat poſteà deponit, præſumitur, quod timore iuramenti non dicat falſum, nec eſt aliqua cauſa impellendi illum ad falſum dicendum. Sed quandò teſtis prius depoſuit, & poſteà dicitur ei, quod iuret, ſuſpectum eſt eius teſtimonium: Quia præſumitur, quod timore infamiæ, & erubeſcentiæ, tunc non diceret contrarium eius, quod dixit non iuratus, ſi conuinceretur de mendacio, vt per Io: Andr. Bart. Bald. & alios apud Felin. *in dicto cap. de teſtib. num.* 9. Ità alij.

Ad 2. Reſpond. nullum facere indicium. Primò: quia huiuſmodi teſtes habentur, ac ſi eſſent examinati ſine iuramento. Teſtes autem examinati ſine iuramento nullum faciunt indicium. Abb. *c. cam olim in 3. not. Gloſ. in cap. ſicut*

de ſent.excomm. Crauet. *ad Veſtr. lib. 6. cap.11. num.28.* ac alij. Et in materia S.Offic. Locat. *d.56.* Deindè quia Teſtes examinati ſine iuramento æquiparantur teſtibus examinatis ſine citatione partis, vt notat Bald.*in auth hodie in princ.C.de iur.calumn.*& poſt eum Decius *in cap. in nomine Domini num.31.de teſtib.*Teſtes autem examinati ſine citatione partis nullum faciunt indicium, ne leue quidem.

Solum ergò faciunt aliqualem præſumptionem, quæ ſufficit ad informandam conſcientiam Iudicis, Ripa, Decian. & alij relati à Guazzin.*d.defenſ.14. cap.3. num.13.* vbi tradit quid hoc operetur, ad adminiculum, vt per Coccin.*deciſ.173.num.4.*

Ad 3. Reſpond. quod repetitio dupliciter conſiderari poteſt. Vno modo, quatenus deſeruiat defectu examinis, veluti quandò Teſtes volunt, ſe declarare, aut Iudex quærit, vt magis ſe explicent. Altero modo quatenus deſeruit legitimationi proceſſus, & hoc modo deſcribitur, quod ſit noua teſtium ſuper iiſdem examinatio. Farinac.*quæſt.66.nu.307.* & Bertazzol.*conſ.70.num.30.*

Ideòque cum prima examinatio fuerit nulliter, quod Teſtes, recepta, & nihil contrà Reum probet, cum fuerit habita, teſtibus non iuratis, meritò primum examen ſupplementum per repetitionem non recipit. *l. ſed ſi manente ff.de precar.* Quia defectus non probationis, eſt defectus à principio inhærens examini, & eſt in eſſentialibus, & idcircò eſt, ac ſi non fuerit facta. Viuius *opin. 911.* & Franc. *deciſ.686.* ac alij.

An excommunicatus in Tribunali Sancti Officij vigore Conſtitutionis B.Pij V. Si de protegendis, *& inſordeſcens in dicta excommunicatione per annum, poſſit audiri per procuratorem &c.?* Vide de Cenſuris tom.7.Conſult.57.

An crimen reuelationis confeſſionis ſpectet ad S. Officium? Quomodo probetur? Et qua pœna &c. Vide de Sigill.Confeſs.tom.7.Conſult.54.

An concubitus Iudæi cum Chriſtiana, vel è contrà ſpectet ad Sanctum Officium priuatiuè &c.? Vide de Iudæis tom.7.Conſult.69.

1 *An ſpontè denunciantes in Sancto Officio tam contrà alios, quam contra complices per turbam deponentes, aliquo modo afficiant eoſdem complices, vel irritent totum proceſſum?*

2 *An Fiſcus examinando eoſdem complices, nominatos a ſupradictis denunciatoribus, procedere valeat contrà eos, qui in eodem proceſſu per præuentionem ſegrauauerunt?* tom.7. Conſult.84.

AD 1. Reſpond. nullo modo eiuſmodi denunciantes afficere ſuos complices, ſed irritum reddere totum proceſſum: Nam denunciatores in Sancto Officio habentur in numero teſtium. Teſtes autem per turbam examinati non probant per tex.*in cap.Inquiſition: §.1. de accuſ.& in l.nullam C. de teſtib.* habeturque expreſsè *in cap. Venerabilis 52.*ibi: *Examinare ſigillatim curetis cum ea diligentia, quæ ſolet, & debet in receptione teſtium adhiberi.* Ibiq; Gloſ. *de teſtib.*cuius diſpoſitionem ſequuti ſunt communiter DD.nominatim Fagnan.*num.5.*& Io: And. exponens verbum *ſigillatim* hoc eſt, ait, quod non duo, vel plures ſimul, ſed vnuſquiſque teſtis de per ſe ſecretò in examine audiatur.

Ad 2. Affirmatiuè: quia id non eſt legitimatio primi proceſſus per declarationem, ſed nouum examen, atque adeò nouus proceſſus, in quo caſu poteſt Iudex denuò interrogare, ac denuò teſtes audire ad magis ſpecificè deponendum per ea, quæ proportionabiliter dicit Bald.*in l.vinum num.10.ff.ſi certum pet.* Quia culpa Iudicis fuit, illos ſic inſimul, ac turmatim recipere, ac proindè poteſt errorem corrigere, non ſolum in repetitione, illos denuò ſeparatim audiendo. *cap. clamor de teſtib.* & præcipuè ſi materia, ſuper qua depoſuerunt denunciantes fuerit clara, ſecus ſi fuerit ea ſe obſcura, & non benè ab ipſis intellecta, vt per Bald.*ibidem.* Sed multò magis in nouo examine, & in nouo proceſſu.

An, & quatenus Regulares abiurantes de leui in S.Officio Inquiſ.reddantur inhabiles ad gradus, & Dignitates Religionis? Vbi non vulgò aliqua effata de abiuratione, de abiurante, deque Regularibus ad materiam S. Inquiſitionis pertinentia, ac de Miſſionarijs. tom.8. Conſult.62.

HOdie tenendum eſt, huiuſmodi Regulares abiurantes, etiam de leui reddi inhabiles ad omnes Religionis ſuæ gradus, & officia per decretum Vrbani VIII. editum in Congregatione S.Offic.Inquiſ.die 1.Octob. 1626. Et ità tenent poſt hoc decretum Peyrin. *in Conſtit.2.*Pauli V. *§.2.num.29.* Carena *p.3.tit. 12.§.4.num.14.*Piſtachius *de ſuperſtit. p.2. c.25. num.78.*ac alij. Cum igitur id exprimatur in ſupradicto decreto, non eſt amplius dubitandum, ſed parendum.

Effata de abiuratione.

Abiuratio de violenti non datur, niſi in caſu capitali cum contumacia, & reducitur ad abiurationem de vehementi, neque in Sancto Officio eſt amplius in vſu.

Abiuratio de leui imponitur minori decem, & octo annorum, qui alias propter delictum abiurare debuerat de vehementi.

Abiuratio minuitur tortura.

Non imponitur ijs, qui traduntur Curiæ ſæculari.

Abiuratio de vehementi non declarat quempiam hæreticum, neque impedit, quominus Dignitates conſequatur. Neque reddit abiurantem

inha-

inhabilem ad beneficia, nequè efficit illum irregularem. Si verò extet aliquod ſtatutum particulare, ne quis de aliquo crimine ſuſpectus admittatur ad Canonicatum, vel ad Beneficia, vel ad Dignitates, id quidem eſſet ex vi Statuti, non abiurationis.

Abiurationi publicæ intereſſentibus conceditur Indulgentia.

Super tabulato, vulgò *palco* abiurationis Iudex ſæcularis non ſedet cum Iudicibus, & Officialibus Sancti Officij, ſed ſeparatim.

Publicè abiurans non producatur alio habitu indutus, niſi ſuo ſolito, licet ſit relapſus, aut tradatur Curiæ ſæculari.

Siuè abiuret de formali, ſiuè de vehementi, tenet candelam accenſam in manu.

Abiurans tanquam hæreticus formalis, non admittitur ad officia publica, & honores, & admiſſus, remouetur; niſi doceat de diſpenſatione.

Abiurans de formali debet geſtare habitellum, niſi ſit ſpontè comparens.

Abiurans de formali, & poſteà habilitatus ad Beneficia, Canonicatus, Dignitates, poteſt obtinere Canonicatum in Cathedrali, non obſtante Statuto prohibente, ne quis de aliquo crimine ſuſpectus, aut læſæ Maieſtatis, vel alias leuis opinionis eligatur in Canonicatum.

Si de leui abiurauerit, poteſt ei permitti audire Confeſſiones, niſi aliud ei obſtiterit impedimentum, vel niſi in ſententia fuerit ſuſpenſus, aut propter delictum in confeſſione commiſſum fuerit pœnitentiatus.

Qui pluries abiurauit de formali ſub ficto nomine ob lucrum, eſt fuſtigandus.

Qui abiurauit de vehementi non eſt hæreticus formalis, cum iterum debeat abiurare de vehementi.

Regulares venientes ad Vrbem ſine obedientia ſuorum Superiorum prò denunciando in Sancto Officio, quamprimum examinantur, & ſi nihil pertinens ad Sanctum Officium, aut minus depoſuerint, detinentur in pœnam per ſex Menſes in Carceribus Sancti Officij: Illi verò, qui vagantur ſub prætextu deponendi, in carceres conijciuntur, & ſic puniti remittuntur obedientiæ ſuorum Superiorum.

Regularium Miſſiones in Regnum Iaponicum fiunt à Generalibus Ordinum, & qui mittuntur præmonentur in Luſitania, deindè Goæ, & deindè proficiſcuntur in Iaponem, nec faciunt iter per Indias Occidentales, nec ab aliquo accipiunt iter, quod facere debent.

Regulares accedentes ad Indias per Inſulas Philippinas tenentur obſeruare Breue Pontificum, hoc eſt, quod fiat iter per Luſitaniam. Contrà verò hoc Breue conceditur licentia eundi per aliam viam, ſed tamen tenentur ſeruare iter, ipſis præſcribendum à Rege Hiſpaniarum.

Epiſcopus Iaponi non poteſt aſſignare Prouincijs ſibi benè viſis Regulares accedentes ad prędicandum Euangelium in illis partibus, vt occurratur diſcordijs, nequè habere ſuper eis iuriſdictionem, ſed illæ Regiones viſitandæ ſunt ab alio Epiſcopo vicino.

Superiores Regulares non poſſunt contrà ſuos ſubditos inquiſitos de cauſis ad Sanctum Officium ſpectantibus procedere, iuxtà Conſtitutionem Pauli V. quæ incip. *Romanus Pontifex*, alioquin incidunt in pœnas in illa contentas.

Regulares non poſſunt adire Monaſteria Monialium ad illas alloquendum, etiam ſi ſint Vicarij Sancti Officij; dummodò non agatur de re ad Sanctum Officium pertinente ſine licentia Epiſcopi, vel Sac.Congreg. Regul.

Regulares non poſſunt ſuccedere ad partes Vallis Tellinæ abſque licentia Epiſcopi Comenſis.

Quicumque Regulares quorumuis, etiam Mendicantium Ordinum, qui pro tempore ad Officium S.Rom. Inquiſitionis prò quocumque fidei negotio recurrerint, ſeù confugerint, vel in eo teſtimonium veritatis perhibuerint, aut alias quomodolibet denunciauerint, nequaquam à ſuis Superioribus per quinquennium continuum à die recurſus, ſeù denunciationis huiuſmodi moleſtari, vel ex quacumque cauſa, vel quæſito colore pœnitentiari poſſunt, niſi prius ab ipſis Superioribus de illorum cauſa, vel exceſſibus prætenſis, ac de debitis proptereà pœnis, ſeù pœnitentijs eiſdem imponendis Eminentiſſimi Cardinales Inquiſitores certiores facti fuerint, & ab ipſis deſuper reſponſum. Verum id non videtur eſſe amplius in vſu.

In Regularium cauſis pertinentibus ad S. Officium, in quibus de validitate, ſeù inualiditate profeſſionis agi contingerit, Epiſcopi, ſeù Inquiſitores cauſam nullitatis, ſeù inualiditatis profeſſionis abſque interuentu Superiorum eorumque Regularium, & alias non ſeruata forma à Sac.Conc.Trid. præſcripta, cognoſcere, & iudicare poſſunt, ac valent.

Prælati Regulares, alijque habentes quaſi iuriſdictionem Epiſcopalem poſſunt procedere in cauſis Sancti Officij contrà ſuos ſubditos ſęculares, dummodò habeant territorium ſeparatum, & exemptum à iuriſdictione Epiſcoporum.

Regulares tenentur poſt receptas denunciationes, certiorem reddere S.Inquiſitionem ſub pœnis ac cenſuris *in dicta Conſtit. Romanus Pontifex*, contentis.

Regulares Superiores contrà ſuos Subditos morantes in locis, in quibus hæreſes impunè graſſantur, & in quibus non exercetur per Ordinarium, vel Inquiſitorem S. Officij procedere poſſunt.

Regulares publicantes Indulgentias ſine licentia Ordinariorum, vel excedentes modum in illis publicandis, puniuntur ab Ordinarijs.

Regulares cuiuſcumque Religionis admitti poſſunt ad adminiſtrandam curam animarum, durante neceſſitate Sacerdotum Sæcularium.

Regulariũ Superiores curent, nè Confeſſarij Monialium ſibi ſubiectarum concionentur in lo-

co, vbi audiant eatum confeſſiones.

Superiores Regulares tenentur ex Conuentibus ſoluere alimenta ſuis Subditis carceratis. Quod ſi Conuentus ſint ità pauperes, vt nequeant eiuſmodi expenſas ſoluere, illas ſoluere debent Prouinciæ, ſin minus Religio. Qui verò non habent proprios redditus, viuuntque ex eleemoſynis, eas ſoluere non tenentur. Curent tamen Inquiſitores in huiuſmodi caſibus, vt Conuentus, vel Prouinciæ ſubminiſtrent carceratis dietim victum, vel expenſas cibarias. Quod verò ad proceſſus, & alia acta, nihil exigendum, ſed de ſuo Sanctum Officium ſoluere debet.

Superiores Ordinum tenentur quolibet anno publico documento docere Sac. Congregationem ſe publicaſſe decretum Conſtitutionum ſpectantium ad S. Officium; Sufficit tamen, quod fides publicationis præſentent Inquiſitori, cui ſubiacent. Illud verò tenentur publicare in Capitulis Generalibus, & Prouincialibus; non autem particularibus. Fides publicationis huiuſmodi vltrà montes exhibere debent Nuncijs Apoſtolicis; Sufficit ſubſcriptio Superioris Conuentus, & duorum teſtium.

Regulares retinentes ſcripta ſortilega damnantur ad Triremes per decennium, priuantur voce actiua, & paſſiua, & abiurant, iuxta facti qualitatem; itàut ad talem pœnam incluſiuè damnari poſſit plus, minuſuè, iuxtà delictorum, perſonarum, ac temporum, ſcandalique reſultantis, & aliarum circumſtantiarum qualitatem, dummodò talis pœna non excedatur.

Regulares inſeruientes Sancto Officio, dum ſunt in actuali ſeruitio occupati, ſunt exempti à Choro.

Regularium Superiores tenentur reſtituere habitum ſuis Subditis habilitatis ex gratia Sacræ Congregationis à Triremibus, non obſtante decreto Capitulari prohibente, nè amplius recipiantur ad Religionem ij, qui ad Triremes fuerunt damnati. Quod quidem non habet locum in hoc caſu.

Ieſuitæ poſſunt in Hiſpania, & Luſitania imprimere libros, abſque illorum miſſione ad Vrbem, vt reuideantur, dummodò non tractent de gratia efficaci, & de alijs controuerſijs huius temporis in materia iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, nec aduerſentur doctrinę D. Thomæ, vel etiam ſit dubium, an ſit ſecundum illius doctrinam.

Non habent amplius facultatem abſoluendi ab hæreſi in foro conſcientiæ huiuſmodi enim facultatem à Greg. XIII. ipſis conceſſam reuocauit Sixtus V.

Neque habent facultatem abſoluendi eos, qui non ſatisfaciunt S. Officio.

Morantes in Regno Synarum poſſunt vti alba in parte anteriori aperta, & planeta, etiam ab vno latere aperta.

An Inquiſitores Apoſtolici poſſint abſoluere ſuos familiares, ſeù Officiales ab excommunicatione incurſa vigore Can. Si quis ſuadente, *vel pertineat priuatiuè ad Epiſcopos, quandò nimirum percuſſio eſt leuis, vel mediocris? Et quid ſi ſit enormis?* Vide de Cenſur. to. 8. Conſ. 74.

Titius ſponte comparens in S. Officio Inquiſitionis confitetur, ſe in Carceribus per vim, & metum duxiſſe in Matrimonium Bertam coram Parocho, & teſtibus, facta prius ſecretò coram alio Notario proteſtatione de huiuſmodi violentia, eaque ſtante, non intendere Matrimonium verè contrahere. Deindè, relicta Berta, & contrà eandem introducto iudicio, ſed non terminato per ſententiam ſuper nullitate primi Matrimonij, contraxiſſe aliud Matrimonium coram Parocho, & teſtibus cum Fauſta. Poſtmodum redeundo ad Bertam, illam proditoriè occidiſſe, vt libentius frueretur ſecundò Matrimonio cum Fauſta contracto. Quæritur:

1 *An abſoluendus ſit à ſola polygamia, tanquam à delicto ſpectante ad Sanctum Officium, vel etiam ab homicidio, occaſione d. polygamiæ commiſſo?*

2 *An denuò contrahere debeat validè Matrimonium cum Fauſta, & interim debeant dicti Coniuges ſeparari?* tom. 8. Conſult. 76.

Ad 1. Reſpond. abſoluendum eſſe, etiam ab homicidio: Nam Sanctum Officium cognoſcere poteſt, non ſolum de cauſa hæreſis, ſed etiam de omnibus connexis, dependentibus, & incidentibus illius, vt per Eymer *par. 3. direct. num. 37*, ibique Pegn. *com. 10. verſ. In prædictis omnibus*. Decian. *in tr. crim. lib. 5. cap. 22. nu. 12.* & alij paſſim, quos ſequitur Farinac. *de hæreſ. q. 186. num. 26*: Quia conceſſa iuriſdictione, & cognitione cauſæ principalis conceduntur emergentia, ſeù incidentia connexa, acceſſoria, & dependentia ab illa, per tex. in *leg. Nulli, &* l. *quoties C. de Iudic. l. 1. C de Ordin. cognit.* & in Clem. *diſpendioſam eodem tit.* & docent communiter DD. præſertim Aretin. *conſ. 83.* Dec. *in cap. Paſtoralis de appell. num. 4.* & nos alibi. Hinc cum N. carceratus expeditus in S. Officio Anconæ, ſub bona fide vocatus acceſſiſſet ad Gubernatorem, qui illum carcerari mandauit, Sanctiſſimus dixit, quod ſi eius cauſa habet aliquam etiam leuem, & minimam depen-

dependentiam à S Officio, liberè dimittatur à Gubernatore, vt ſub die 22. Februarij 1618. & fuit excarceratus die 1. Martij eiuſdem anni.

Ad 2. Solet in eiuſmodi caſibus diſpenſari, vt denuò, ſeruata forma Conc. Trid. Matrimonium contrahere valeant, & interim ſeparentur, cum clauſula, dummodò neuter defunctæ necem machinatus fuerit, vt diſpenſatum fuit à Sanctiſſimo ſub die 25. Iul. 1624. & 9. Martij 1623. ac alibi ſępius. In hoc autem caſu Bertæ necem vir machinatus eſt. Et ideò non eſt ità facilè cum ipſo diſpenſandum.

An Conſtitutio B. Pij V. de non audiendis cōdemnatis, in contumaciam, elapſo anno à die condemnationis, locum habeat etiam in Tribunali S. Officii, maximè verò in ijs cauſis, quæ ad fidem non pertinent?
tom. 8. Conſul. 82.

NOn puto: Nam Pius V. in ea Conſtitutione, quæ incipit: *Dudum* data Idibus Septembris Pontificatus ſui anno 6. ſolum declarans literas Pij IV. eadem ſuper re datas, ait, in ijs comprehendi contumaces, tam ſpontè comparentes, quam etiam intrà tempus ſex Menſium definitum à Pio IV, & à ſe prorogatum ad annum. Pius autem IV. in ſuis literis incip. *Licet Dudum* 12. Kal. Iunij anno ſui Pont. etiam 6. vt patet ex earum proemio, ex quo habetur cauſa finalis, & mens diſponentis *l. 1. ff. ad Maced.* cum vulgò alijs per Rot. coram, Ludouiſ. *dec.* 531. *num.* 5. declarat, ſe ea, quæ ad ſalubrem temporalis ditionis, Apoſtolicæ Sedis directionem, & prò Cam. Apoſtolicæ indemnitate prudenter ordinata comperijt, vt illibata, firmaque perpetuò ſubſiſtant, &c. roborare. Et in alijs etiam de eadem re, quæ incipit: *Et ſi cuncta* 10. April. 1562. etiam in proemio d. Pius IV. narrat, ſe prouidere velle cauſis criminalibus, ſeù mixtis, Fiſcum, & Cameram Apoſtolicam quomodolibet concernentibus, in quibus Rei condemnati contingerit, &c. deindè ſub §. 9. contumaces, vt infrà ſex Menſes ſe conſtituant, diſponit; Vndè cum conſtet Pium IV. fuiſſe contemplatum regimen dumtaxat temporale Sedis Apoſtolicæ, illiuſque Cameræ indemnitatem, non autem Sanctæ Inquiſitionis, pręfatæ Conſtitutiones non ſe extendunt ad Officium Sanctæ Inquiſitionis.

Hinc iuxtà veriorem ſententiam explicantem *cap. cum contumacia de heret. in 6.* Reus in S. Officio non auditur expleto anno quoad hoc, vt bona recuperet, niſi vel de eius innocentia, vel de iuſto impedimento conſtiterit. Auditur verò quoad excuſandum crimen, & probandam innocentiam quocumque tempore, etiam ſi terminus illi aſſignatus fuerit elapſus. Gloſ. communiter recepta in *cap. excommunicamus §. qui autem v. condemnentur de heret.* per tex. *in l. annus ff. de requir. reiſ.* Simanch. *de Cathol. inſtit. tit. 2. num. 20. & tit. 14. num. 10.* Sanchez. *in decal. lib. 2. cap. 20. num. 28.* Farinac. *de hæreſ. qu. 185. §. 7. num. 103. 106 & ſeqq.* alijque.

Quarè nè id de d. Conſtitutione B. Pij V. aſſeratur, dicendum, eam ſtrictè eſſe accipiendam & ità, vt, vel non procedat in Tribunali S. Officij, quod videtur ſentire Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 96. num. 34.* Vel ad ſummum, quod tantum procedat quoad bona, non autem quoad pœnam hæreſis, vel alterius delicti, ſed in pœnam contumaciæ, Nihilò tamen minus, ſi cauſæ huiuſmodi fidem non reſpiciunt, remittendæ ſunt ad ſuos Iudices.

An Miniſtri Cameræ Apoſtolicæ exequi poſſint manu regia contrà debitores Cameræ conductores bonorum Cameralium, ſi dicti debitores ſint Officiales S. Officij, ex illis, qui gaudent priuilegio fori, abſq; Exequatur Inquiſitionis?
to. 8. Conſ. 83.

AFfirmatiuè. Ità declaratum inuenio in ſimili ferè caſu ab eadem Sac. Congregatione ſub eodem anno 1630 *fol.* 170. quæ ſcripſit Inquiſitori Peruſiæ, quod in exequendis mandatis Auditoris Cameræ contrà familiares S. Officij non impediat iuſtitiam, Quod confirmatur ex decreto Vrb. VIII. qui de voto Eminentiſſimorum mandauit, ſcribi omnibus Inquiſitoribus, vt in cauſis familiarium, & Officialium S. Offic. ad illud tamen non ſpectantibus, tam ciuilibus, quam criminalibus, actiuè, & paſſiuè, non ſe ingerant, ſed illarum cognitionem ſuis Iuribus competentibus, Ordinarijs relinquant, ſed ſolum incumbant cauſis competentibus ad S. Fidem, aut ab ea dependentibus, iuxtà diſpoſitionem Sac. Canonum, & Conſtit. Apoſtolicarum, excepta tamen cognitione cauſarum Officialium, & familiarum, qui aliquo modo delinquunt in Officio ſibi commiſſo. Et caſu quo habeant aliquid releuans in contrarium, certiorent vnà cum rationibus, vt conſiderari poſſint. Ità ſub anno 1631 *fol.* 40. Sed hoc non fuit obſeruatum, neque nunc obſeruatur. Hinc tenendum eſt, negatiuam ſententiam pręualere, cum agatur de Officialibus, qui gaudent priuilegio fori: Nam huiuſmodi conductio non ponit ſubiectionem in exempto, atque adeò non dat alteri iuriſdictionem.

1 *An Regulari Miniſtro S. Officij decedenti extrà Clauſtra, dum iter agebat ex vno ad alium Conuentum, obedientia ſui Superioris, faciendum ſit Spolium? Et quatenus.*

2 *An à Superiore ſuæ Religionis, vel ab Inquiſitore, cuius erat Miniſter?* tom. 8. Conſult. 85. Ac vide Conſul. 113. eiuſdem tomi, & tractatus.

Re-

RESpon. ad vtrumque. Certum eſt, quod ſi Regularis decederet extrà Monaſterium cum licentia ſui Superioris, vel ſine ea, ſiuè vt appoſtata, ſiuè, vt fugitiuus, ſiuè vt eiectus, & extrà illud moreretur, & in eius bonis ab ipſo vndecumque. & quomodocumque acquiſitis hodie ſuccederet per Spolium Camera Apoſtolica ex Conſtit. 43. Greg XIII. quæ incipit: *Officij noſtri*, in quam à die mortis, non ſolum dominium, ſed & poſſeſſio transfertur. Quicquid dicendum ſit de iure communi, de quo alij, nominatim Cãpan. in *diuerſ. iur. rubr.* 12. *c.* 15. *nu.* 9. Rodriq. *tom.* 1. *quæſt. reg.* 30. *ar.* 29. 1600. alijque.

Ideò tenendum eſt, non eſſe faciendum Spolium. Vndè Regulari decedenti intrà Monaſterium, vel extrà, ſed caſu fortuito, vt in præſenti, nemo, propriè loquendo ſuccedit: quia nihil habenti non ſucceditur. Regularis autem nihil habet: quia quod habet eſt Monaſterij, ac proindè non poteſt Monaſterium id de nouo acquirere per ſucceſionem: quia res ſemel mea, amplius mea fieri non poteſt. Et ità cenſuit S. Cong. Epiſc. & Regul. in *Vercellenſi* 11. April, & 30. Iun. 1604.

Non obſtat, quod erat Miniſter S. Officij: quia cum non fuerit omninò exemptus à Religione, erat ei ſubditus, non ſecus, ac cęteri. Hinc reſoluit Sac. Congreg. S. Officij 30. Nouembris 1596. quod Inquiſitores eorumque Vicarij ſunt ſubiecti Cuſtodibus Conuentuum in ijs, quæ ſpectant ad diſciplinam Regularem, eoſque venerari tenentur, ideò bona quæ ad ipſum pertinent, debent pertinere ad Monaſterium. In tantum autem efficitur ius ipſius Monaſterij, in quantum Regularis ſubijcitur Monaſterio, & eſt membrum illius; Vndè cum per officium huiuſmodi non fuerit abſolutus à iugo regularis obſeruantiæ, ſed communicabat cum Religione, erat adhuc membrum illius; & ideò ad illud pertinent eius bona. Atque ità declarauit Sac. Congreg. S. Officij 6. Febr. ac 29. Martij 1608. his verbis: *Inquiſitorum bona non ſpectantium ad S. Officium poſt eorum obitum diuiduntur iuxtà Conſtitutiones Religionis*. Et clarius ſub die 18. Ianuar. 1616. prò Inquiſitore Ariminenſi, qui extrà Monaſterium deceſſit, hunc in modum: *Inquiſitores, licet decedant extrà Clauſtra, non ſubiacent Spolio, quod fit à Camera Apoſtolica, ideòque ordinatur Theſaurario, nè Fratres moleſtet*. Et meritò quidem, eſſet enim hoc miniſterium odioſum Religionibus;

An Inquiſitores S. Officij procedere poſſint, ac debeant ad cenſuras contrà Iudices, ac Miniſtros laicos, qui furantem pyxidem cum particulis conſecratis, non confeſſum, neque conuictum, in termino octo horarũ ſuſpendere fecerunt altis furcis in platea eiuſdẽ Eccleſiæ, in qua ſacrilegium commiſſum fuit, turbãtes iuriſdictionem S. Tribunalis prætendentis huiuſmodi cauſas ad ſe ſpectare priuatiuè quoad omnes alios? to. 8. Conſ. 86. Ac vide t. 4. Conſ. 111.

ET qoamuis videatur nimis durum procedere ad cenſuras quid aliud expediat Sacro Tribunali prò repellenda huiuſmodi iniuria iam cognita, & nè tranſeat in exemplum, tanto magis, quod propè d. Eccleſiam appendere fecerunt Caput, & Manum d. Sacrilegi, & in loco, vbi ceciderunt pyxis, & particulæ conſtruxerunt memoriam lapideam pręfati ſacrilegi ſcęleris, in qua ſculpſerunt pyxidem conopæo coopertam cum expreſſione particularum Sacramentalium in ea exiſtentium.

An hoc crimen ſpectet ad S. Officium, cum Sac. Congreg. modò negauit, modò affirmauit? Negauit in eo, qui particulas ſumendo conſumpſit, & pyxidem furatus fuit, illumque remiſit Ordinario, vt ſeuerè puniat, & mittat ad Triremes per decennium 1. Iulij 1604. Alium pariter remiſit Ordinario, vt ſi quid ſpectans ad S. Officium repererit, certiorem reddat, 5. Auguſti eiuſdem anni. Affirmauit verò, Reumque damnauit ad carceres, & ad reficiendum Ornatum Tabernaculi, ac pyxidem Sanctiſſimi Sacramenti 29. Decembr. 1605. In alium, qui pyxidem pariter cum particulis furatus fuit, ſcripſit Archiepiſcopo Conſentino, vt faciat ſibi conſignari carceratum à Curia ſęculari, illumque examinet prò ſpectantibus ad S. Officium, ac faciat abiurare 29. Septembris 1605. Alias ordinauit Inquiſitori Florentiæ, vt in Carceres quendam conijciat, qui Tabernaculum furatus fuit, vbi aſſeruabatur Euchariſtia 8. Aprilis 1588. Alias dixit, quod eiuſmodi furtum puniatur in S. Officio, & Rei abiurent, iuxtà qualitatem reſponſionum, vt in literis 17. Maij 1607. & 31. Iul. eiuſdem anni. Vndè qui furatus fuit pixidem cum particulis abiurauit de vehementi, & punitus fuit à Sancto Officio 4. Auguſti 1611. Alius interrogatus quid fecerit de particulis, ſuper intentione damnatus eſt ad Triremes per ſeptennium 20. Febr. 1620. Iterumque dixit 20. Martij 1618. furtum pyxidis ſpectare vnà cum particulis conſecratis, quas in puteum proiecit, ductus fuit ad S. Officium Vrbis. Tandem Inquiſitor Mutinæ conſuluit: An cauſa furti pixidis Sanctiſſimi Sacramenti cum Oſtenſorio, & Hoſtia Sacra ſpectet ad Sanctum Officiũ? Fuit reſponſum, ſpectare. Verum ſi Curia Epiſcopalis pręuenit illius cognitionem, ei relinquat, cum Ordinarius ſua authoritate ordinaria poteſt procedere in huiuſmodi cauſis, vt 1640. *fol.* 132.

Ex quibus clarè colligitur, furtum pyxidis cum par-

particulis Euchariſticis, ſpectare priuatiuè ad Iudicem Eccleſiaſticum, ſiuè ad S. Officium, non quidem priuatiuè quoad Ordinarium, ſed cumulatiuè, vel præuentiuè, nullo autem modo ad Iudices ſæculares: Ratio autem eſt; quia ex eiuſmodi furto, ſiuè ex facto ipſo oritur ſuſpicio, quod fur malè ſentiat de Sacramento Euchariſtiæ. Siuè enim dicatur cum Martino Delrio *diſquiſ. magic. lib.5. ſect.15. §. Axioma primum*, factum hæreticale eſſe illud, quod, quamuis non ſit hæreſis, quia pertinet ad enunciationem intellectus; attamen quaſi materialiter enunciat hæreſim, ſeù eſt materia, circà quam intellectus errat, Siuè dicatur cum Scoto *in tract. de hæreſ.* factum hæreticale eſſe illud, quod aliqui hæretici laudarunt, vel non eſſe peccatum affirmarunt; Semper quidem hoc factum furandi Pyxidem cum Sanctiſſimis particulis erit factum hæreticale. In vtroque enim caſu certum eſt de fide, non licere Chriſtianis furari pyxidem, & Sacras Hoſtias proijcere, & qui contrarium aſſereret, eſſet hæreticus reputandus. Hinc licet à ſacrilegio, & & à blaſphemia hæreticali poſſet abeſſe praua intentio, attenditur nihilominus illud factum, vel dictum, quod ſapit hæreſim. Nec Iudices ſæculares in hiſce criminibus difficultatem faciunt, quia pertinent ad Inquiſitores priuatiuè vt per Sanfelic. *dec.233. per tot.* & Prorex ipſe Neapolis ſub die 16. Iul. 1609. inſtitit apud Sanctiſſimum, vt declararet huiuſmodi crimen ſpectare ad S.Officium,

Atque hinc eiuſmodi Iudices ſæculares, eorumque Miniſtri, qui Epiſcopi, vel Inquiſitoris Iudicis ſententiam, ſeù proceſſum ſuper intentione huiuſmodi rei directè, vel indirectè impedire præſumpſerunt, vel ſe eis oppoſuerunt, excommunicationis mucrone ſunt percuſſi in *cap. vt Inquiſitionis 18. de hæret. in 6.* quæ eſt latæ ſententiæ, vt notant ibi Barboſ. & Tiraquel. *in l. ſi vnquam num.72 v. reuertatur C. de reuoc. donat. & cap. 14. Bullæ Cœnę* excommunicantur Iudices laici ſe interponentes in cauſarum ſpiritualium, aut illis annexarum cognitione. Quodque ex eo vel manifeſtè patet, quia Reo, nè Inquiſitori, vel Ordinario tradatur, defenſiones, & exceptiones legitimas, ac tempus ad illas probandas aptum, & ſufficiens omninò denegarunt contra ius naturæ, vt colligitur ex Clem. *Paſtoralis §. Cæterum de ſent. & re iud.* & tradunt DD. communiter apud Calder. *in tract. de hæret. rubr. de mater. proceſſ. num.3.* Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 17. num. 5. & alij. Ex quo videtur indirectè impediuiſſe proceſſum Inquiſitoris, ac proindè incidiſſe in cenſuras allegatas.

Ad repellendum igitur quoad fieri poteſt à Sacro Tribunali, hanc iniuriam, licet opus eſſet grauiſſimis remedijs, ſatis tamen hiſce difficillimis temporibus eſſe puto, vt deleto monumento illo marmoreo, vnà cum actis cauſæ, vel ſaltem facta declaratione, hæc omnia nomine ac iuſſu S.Officii facta fuiſſe, ac prævia abſolutione, ſaltem ad cautelam, item & monitione, expediantur. Siquidem impedientes Inquiſitores per cenſuras monendi ſunt, vt deſiſtant, inuocato etiam brachio ſæculari, *cap. vt Officium §. compeſcendi de hæret. in 6.* & notant ibi Gloſ. quam ſequuntur Canoniſtæ communiter.

1 *An Princeps ſæcularis poſſit edicto ſuo prohibere, nè quis faciat incantationes ſuperſtitioſas cum inuocatione dæmonum tacita, vel expreſſa, vulgò inciarmaturas ad hoc, vt arma inimicorum non noceant, ſub pęna mortis, vltrà pęnas Eccleſiaſticorum in iis, quæ ad ipſos Iudices Eccleſiaſticos pertinent?*

2 *Quid faciendum de huiuſmodi edicto iam publicato?*

3 *An Epiſcopus potuerit publicare ſimile edictum ſub pœnis arbitrariis tam delinquentibus, quam non reuelantibus, vel ipſi Epiſcopo, vel S. Inquiſitioni, & vlterius concedere Indulgentias 40. dierum, tam denunciantibus, quam cooperantibus ad extirpationem huiuſmodi delinquentium?* tom.8. Conſult.87.

AD 1. & 2. Dico, poſſe Principem huiuſmodi edictum condere; Quia ſolum auget, ac promouet procedendi, ac puniendi modum, quem obſeruat Eccleſia, & non cedit in Eccleſiaſticæ iuriſdictionis detrimentum, ſed potius in illius augmentum. Quapropter laicorum ſtatuta, vel decreta pœnas per ius Canonicum hæreticis impoſitas augentia, vel ab Eccleſiaſticis Iudicibus impoſitas obſeruari mandantia, firma, & valida eſſe, diſertè probat Decian. *tract. crim. lib.5. cap.35. num.2.* & alii communiter, quos ſequitur Farinac. *de hæreſ. quæſt.186. nu.157.* nuncupatim Pegna *par.3. direct. quæſt. 86. com. 135. verſ. de Principibus ſæcularibus, ac verſ. ſeqq.* docens, id non eſſe intromittere ſe de crimine, ſed fauere potius Eccleſiæ, & incrementum fidei procurare: Nam per huiuſmodi ſtatuta, & edicta non auferunt proprijs Iudicibus, videlicet Epiſcopis, & Inquiſitoribus iuriſdictionem, ſed eam potius amplificant, iuuant, & amplius promouent, id quod eſſe debet Principum ſęcularium proprium, & peculiare munus, vt grauiter docuit Conrad. Brun. *lib.3 de hæret. cap.9. & 10. & verſ. Poſtrema* ſubdit, quod Roman. Pontifices Principum ſæcularium leges, & decreta aduerſus hæreticos, & ſuſpectos varijs temporibus edita, non modò non ſuſtulerunt, aut abrogarunt, imò confirmarunt, & inuiolabiliter cuſtodiri iuſſerunt, vt conſtat ex multis Pontificum reſcriptis apud ipſum omninò videndum,

Duo tamen, animaduertenda ſunt. Primum eſt grauitas pęnæ, nimirum pęna capitalis, quæ in edicto pro hoc crimine eſt impoſita. Quod etiam obſeruauit Pegna *loco citato §. Illud tamen*, mouens nè dum huiuſmodi pęnæ augentur contrà hæreticos, aliquid committatur iniu-

Digitized by Google

iniuſtum, incautum, aut contrà Ius, & rationem: Nam fauor fidei non tribuit hanc facultatem, ſtatimque ſubdit: Itáque cauendum eſt, nè dum ex vna parte fidei propagationem nituntur afferre, ex alia eius detrimentum inducant. Hinc, cum Senatus Mediolanenſis publicaſſet edictum contrà exercentes, vel exerceri curantes maleficia, ſcriptum fuit Inquiſitori, vt videat vnà cum Archiepiſcopo, nè aliquid ponatur in edicto præiudiciale S.Officio, & curet reddere capacem Senatum, non eſſe locum pœnæ vltimi ſupplicij, ac prouideret, nè ſequatur effectus, vt ex epiſtola data 14.Maij 1620.

Ad 3. Affirmatiuè. Etenim Epiſcopus poteſt procedere in crimine ſuperſtitionum, vt ex Bulla Sixti V. *contrà ſacrilegos*, potuit, ac debuit vti alternatiua illa de reuelandis Reis ſibi, vel Inquiſitori, vt ex pluribus declarationibus Sacræ Congregationis S.Officii, præſertim, quia huius criminis cognitio ſpectat ad Epiſcopum cumulatiuè ad Inquiſitores, vt ex dicta Bulla Sixti. Ac tandem quoad Indulgentiam non deeſſet Epiſcopo poteſtas Ordinaria, vt ex *cap. Quod autem. Cap. cum ex eo, & cap. noſtro de pœnit. & remiſſ.* Neque cauſa, quæ eſt grauis, publica, & Eccleſiæ Catholicæ vtilis, atque adeò ſufficiens *per d. cap. cum ex eo in fin.* vbi permittitur Epiſcopis conceſſio Indulgentiæ 40.dierum in quocumque caſu, in quo eis cauſa ſufficiens occurrit.

An deturpantes, violantes, vel percutientes Sacras Imagines, puniri debeant priuatiuè quoad Iudices laicos in S.Officio? Vbi quid de Iudæis hoc ipſum committentibus? tom. 8. Conſult. 89.

TEnendum eſt, huiuſmodi Reos puniendos in S.Officio priuatiuè quoad Iudices ſæculares. Ità decreuit Vrb.VIII. 12. Nou. 1625. Ratio eſt, quia ſunt vehementer ſuſpecti de hæreſi; Præſumuntur enim malè ſentire de cultu Sacrarum Imaginum, & de Canonizatione Sanctorum cum Caluiniſtis, ac Luteranis damnatis à Sacro Concilio Tridentino *ſeſſ.*25. ac cenſentur agere contrà definitionem Conc. Niceni *act.*7. quod definiuit, Imagines colendas eſſe. Et contrarium aſſerere, aut ſentire hæreticum eſt, vt probant Repert.Inquiſit. *v. hæreticus*, Simanch. *de Cathol. inſtit. tit* 33. *rub. de Imag. num.*1. *& ſeqq.* ac alii, dicunturque hæretici præſumpti. Hæreſis autem crimen eſt merè Eccleſiaſticum per tex. *in cap. vt Inquiſitionis §. Prohibemus de hæret. in* 6. vt alibi dictum eſt.

Confirmatur; Si quis enim verbo diceret, Imagines Sanctorum non eſſe venerandas, certè, quod proferret blaſphemiam hæreticalem, atque adeò puniendum in S. Officio priuatiuè quoa Iudices laicos. At qui actus contumelioſus in ſacras Imagines, eſt grauius delictum, quam blaſphemia ore prolata: Nam contemnens Statuam Principis punitur tanquam Reus læſę maieſtatis, *l. qui ſtatuas, & l. famoſi ff. ad l.maieſt.* At illum contemnens verbis, vel non punitur *l.*1.*C.ſi quis Imperatori maledix.* quandoquidem facta maiorem vim habent, quam verba *l.Paulus ff. rem ratam haberi*. Et facere facto plus eſt, quam verbo *cap. dilecti.*52.*de appell.* vbi Gloſ. & alii.

Comprobatur ex rebus iudicatis. Cum enim quidam nouiter conuerſus Imaginem B. Marię Virginis fregiſſet, is prima ſententia condemnatus fuit ad amputationem manus, & ad ſuſpenſionem in furca, cumque ab illa appellaſſet ad Regiam Pincianam Cancellariam, iuſſu Dominorum, cauſa hæc fuit remiſſa ad Inquiſitores, teſtibus Carena *de offic.* S. *Inquiſ. par.*2. *tit.*7. *nu.*42. Azened. *lib.*1.*tit.*1. *l.*3.*n.*7.*& ſeqq.* addente, hanc remiſſionem iuſtiſſimè fuiſſe factam, cum de hoc crimine ſoli Inquiſitores poſſint cognoſcere, ac Lezanæ *conſul.* 38.*n.*39. Bononię tres Rei, qui pluries Sacras Imagines conſpurcarunt, fuerunt brachio ſæculari traditi ſub anno 1623. Lezan. *num.*41. apud quem alii. Ac Romæ 14. Ianuarii 1557. Blaſphemus, qui euaginato gladio, Crucifixi, & B.Virginis Imaginem percuſſit, manſit quinque diebus feſtis, lingua prius perforata, præ foribus Eccleſiarum S.Mariæ ſuper Mineruam S. Laurentii in Damaſo, S. Marię de Pace, SS Apoſtolorum, & S.Auguſtini, & poſteà fuit miſſus ad Triremes perpetuas.

Quod autem ſpectat ad Iudæos deturpantes, vel percutientes, vel corrumpentes Sacras Imagines, puniendos eſſe à Iudice Eccleſiaſtico, vbi crimen eſt merè Eccleſiaſticum. Vbi eſt mixtum eſt locus præuentioni. Ità cenſuerunt Calder. *conſ.*2. *de Iuda.* Bald. *conſ.* 315. *lib.*1. ac alii. Vbi verò crimen eſt de comprehenſis in Conſt.70.Greg.XIII.quę incipit *Antiqua Iudæorum*, in qua includuntur caſus, qui ſunt contrà Fidem, vel poſſunt in eius contemptum committi, illius cognitio ſpectat ad Inquiſitorem hæreticę prauitatis, aut corrumpentes Sacras Imagines delinquunt contrà fidem Catholicam, & in eius contemptum committunt. Atque adeò puniendi ſunt in S.Officio.

1 *An Notarius, vel alius Miniſter S. Officij ex ijs, qui gaudent priuilegio fori, ex dicto priuilegio ſuperueniente, poſſit declinare iuriſdictionem Epiſcopi, coram quo introductum erat iudicium Ciuile, & per multos annos diſcuſſum ante priuilegium S.Officii?*

2 *An mandatum Epiſcopi executum contrà dictum Notarium realiter, vel etiam perſonaliter poſt ſuſceptum officium, nulla facta proteſtatione in actis ſuperuenta exemptionis, ſit nullum, & reuocandum à S.Tribunali?* tom.8. Conſult.90.

AD

Digitized by Google

AD 1. Affirmatiuè: Quia cum fiat mutatio ſtatus, fit etiam mutatio Tribunalis, ad quod pertinent cauſę omnes emergentes poſt mutationem ſtatus ſuper ea, quę tradunt DD. *in cap.1.de oblig.ad ratioc.* Io:Andr.Butr.& alii, Quia per mutationem ſtatus ponitur obſtaculum, nè Epiſcopus, aliuſue Iudex tueri poſſit ſuam ſententiam.

Ad 2. Etiam affirmatiuè: Quia eſt implicatum ius S.Officii; Vndè licet quiſque poſſit renunciare proprio iuri, & priuilegio, iuxtà *cap.de terra de priuil.* Quandò tamen implicat ius Eccleſię, aut Superioris, non poteſt ipſi renunciari, iuxtà cap. *cum tempore de arbitr.* & docent communiter, Innoc. *in cap.accedentibus de priuil.* Felin. *in cap.cum dilecta de reſcrip.* Abb. *in cap.ſignificaſti nu.*11. *de for. comp.* ac Rota *deciſ.*273. *num.*3. *par.*4. *rec.* Et proindè non valent ea, quę facta ſunt contrà priuilegium, quod concernit vtilitatem publicam, *cap.cum ſuper de eſſic. deleg.* Priuilegium autem fori conceſſum Miniſtris S. Officii eſt ob publicam vtilitatem, & in fauorem Eccleſiæ. Hinc quidam Eugubinus, qui exequutus fuit mandatum ciuile contrà familiarem S.Officii abſque licentia Inquiſitoris, fuit monitus, vt in poſterum abſtineat 1641. licet huiuſmodi Notarius nullam fecerit proteſtationem in actis ſuę ſuperuenientis exemptionis, ſicque videatur renunciaſſe ſuo priuilegio. Cum tamen non potuerit ex dictis; Ideò non ſolum mandatum contrà ipſum executum eſt nullum, ſed etiam ipſe Notarius meretur puniri, vel priuatione priuilegij, vel alijs pœnis arbitrarijs.

1 *An damnati ad Triremes in Tribunali S.Officij, ſiuè in perpetuum, ſiuè ad tempus, ſiat degradandi?*

2 *An degradatio debeat eſſe actualis, ſiuè verbalis, ſiuè nullo modo facienda ſit? Vbi curſim recenſentur caſus, in quibus infertur pęna degradationis?* tom.8 Conſult.91.

AD 1. Affirmatiuè, ſi condemnantur propter crimen hæreſis. Sic Doctores loquentes de damnatis ad perpetuos carceres, præſertim Pegna *in directl. par.*3. *com.*46. *num.*202. *lit. F. §. & conſequenter*, vbi ſubdit, ſic deciſum fuiſſe ab Vrbano IV. in quodam reſcripto, quod ibi refert. Probatur ex *cap.*1. *de hæret.in* 6. & docent ibi Gloſ. *ſub init.* Archid. *in* 2. Gemin. *num.* 3. & Franch. *num.*2. ac etiam ex Conſtitutione Alexand.IV. apud Pegnam *loc.cit.* & in ſpecie de damnatis ad perpetuas Triremes affirmant Pegna *d. num.* 202. Campeg. ad Zanchin. *de hæret.cap.*2.*lit.G.v.pænas*, & alij.

Si verò damnatur ob aliud crimen, quam ob crimen hæreſis, probabilius aliqui cum Franch. *in eodem cap.num.*2. negant, itàut Clericus debeat tantum degradari, quando condemnatur ad perpetuos carceres, vel ad perpetuas Triremes ob crimen hæreſis, non autem ob alia crimina.

Ad 2. Tenendum eſt, eos, qui ad perpetuum carcerem, vel in perpetuum ad Triremes condemnantur, non eſſe ſolitum actualiter degradari, ſed regulariter cum illis diſpenſari ſolet, vt verbaliter tantum degradentur. Ità teſtatur idem Pegna, non ſolum de praxi, ſed etiam de benignitate Sanctiſſimi Tribunalis laudabiliter introducta. Quod multò magis aſſerendum eſt de damnatis ad tempus.

Fauent huic ſententiæ declarationes Sac.Congregationis eiuſdem S.Officii, quæ ſic ſe habent: Degradatio actualis aliquandò imponitur ijs, qui ad Triremes perpetuas damnantur 25.Maij 1552. & 13. Aprilis 1595. Interdum tamen damnati ad tempus fuerunt etiam degradati 20.Nouembris 1553. & 31.Aug.1600. & 15. Aprilis 1595. De ſtylo tamen ſolent magis verbaliter, quam actualiter degradati, etiam qui damnantur in perpetuum, vt 14. Februarij 1613. Vndè Sanctiſſimus dixit, non eſſe in caſu, quod rei actualiter degradentur, etiam ſi ageretur de damnato ad Triremes in perpetuum, niſi puniantur vltimo ſupplicio, vt 25.Iun.1613. Quandòque verò tales fuerunt condemnati ſimpliciter abſque alia degradatione, vt patet luculenter pluribus exemplis ſub 5. Iunij 1625. Hinc ad exequendam pœnam Triremium ad tempus non eſſe neceſſariam degradationem nè verbalem quidem, etſi non in maretijs S.Tribunalis, cenſuit Sacra Congregatio Epiſc. in *Agrigentina* 12. Ianuarij 1604. Ad perpetuam verò requiritur degradatio ſolum verbalis à Pio V. *Conſt.*5. *Cum primum Apoſtolatus* §. 10. quæ eſt contrà blaſphemos tam ſimplices, quam hæreticales: quia generaliter loquitur. Ratio autem illa eſſe videtur, quia dum in iure imponitur pœna depoſitionis, ſiuè degradationis, & nil aliud exprimitur, intelligi debet de verbali. Henriq. *lib.*13. *de excom.cap.*55. *num.*5. Diaz. *in pr. cap.* 148. *num.* 4. paſſimque alij. In pœnalibus namque, & odioſis mitiorem, & benigniorem partem amplecti debemus. In hoc autem caſu non exprimitur, & ideò intelligendum eſt de verbali.

Clericum autem hæreticum eſſe degradandum, quandò traditur Curiæ ſeculari firmant Clar. *in §. fin. quæſt.*36. *n.*35. Couar. *in pr. quæſt.*32. *num.*2. aliique multi, ac tandem ex Conſtitutione Innoc. IV. & Nicolai III. incip. *Nouerit Vniuerſitas §. damnati*, & ex Conſtitutione Martini V. *inter cunctas* §. *ſimiliter Clerici*.

Porrò degradationem realem meretur crimen hæreſis, læſę Maieſtatis, vexationis in S.Officium latæ per modos expreſſos à Pio V. *Conſt.* 83. *Si de protegendis*, falſificationis litterarum Apoſtolicarum, ac ſigilli Regii, conſpirationis in proprium Epiſcopum, homicidij, præſertim qualificati per inſidias, induſtriam, ſeu proditionem, patricidium, fratricidium,

V com-

combuſtionis Eccleſiarum, aſſaſſinij, ſodomiæ ſæpius exercitæ, præcipuè quandò quis eſt incorrigibilis. Verum Clericus, qui falſificauit ſigillum Regium, licet degradetur, non tamen traditur Curię ſæculari, ſed ei caracter imprimitur, quo inter alios cognoſcatur, ac mittitur in exilium extrà Prouinciam, *cap. Ad audientiam 3. de crim.falſ.* Item monetarij, qui aureas, vel argenteas tondere, vel fabricare, colorare, vel alias adulterare, ſeù etiam quomodolibet adulteratas ſcienter erogare, aut exponere præſumunt. Vrb. VIII. *Conſt.* 75. *In ſuprema* §. 3. Sacerdos ſiuè ſęcularis, ſiuè Regularis propter carnale ſacrilegium cum Moniali perpetratum, maximè frequentatum, actualiter degradandus eſt, & ad perpetuas Triremes tranſmitti, ità mandante Greg. XIII. & declaratione Sacrę Congregationis Epiſc.in *Salernitana* 12. Decembris 1583. & in vna *Aquileia* 31. Mart.1618. Sic quoque non ordinatus celebrans, vel Sacram Confeſſionem audiens, realiter ab Ordinibus, ſi quos habet, eſt degradandus, dummodò ſit major 20. annis. Vrb.VIII. *Conſt.79.Apoſtolatus officium*: Si tamen abſolutionem non eſt impertitus, quidam arbitrantur, mitius puniendum, vt per Dian. *par.4.tract.7.reſol.*11.*&* 12. Idem dicendum de abortu fætus animati, & ſollicitantium in confeſſione, ſi delicti qualitas id exegerit. Aſtrologi, etiam Iudiciarij, qui de ſtatu Reipublicę Chriſtianę, vel ſuper vita, aut morte Romani Pontificis, aut conſanguineorum eius vſque ad tertium gradum iudicia facere audent, & eos de huiuſmodi rebus conſulentes actualiter degradandi. Vrb. VIII. *Conſt.* 113, *Inſcrutabilis*.

Verbalem verò degradationem meretur adulterium, concubinatus poſt monitionem perſeuerans, ſtuprum, inceſtus, furtum, periurium, homicidium dolosè perpetratum, ſiuè mediatè, ſiuè immediatè, reuelatio confeſſionis, delictum, quo Parochus permittit proprium Parochianum decedere ſine baptiſmo, aliaque maxima, & atrocia, quæ inferunt irregularitatem. Qui celebrat, aut celebrari mandat, aut conſulit Miſſas defunctorum prò viuentibus, vt moriantur. Videndi Conar.*pr.quaſt.*32.Farinac, *lib.*1.*quaſt.*8.*num.*47.57. *&* 58. Diaz. *in pr.crim.can.cap.*97.*num.*4.& ibi Salzed. *& in addit cap.*139.Garz.*de nobilit.gloſ.*9.*n.*29.

Depoſitio autem, ſeù degradatio verbalis triplex eſt. Prima, qua quis priuatur in perpetuum officio, & beneficio Eccleſiaſtico, non tamen priuilegio Clericali, ſcilicet fori, Canonis, & bonorum. Huius forma habetur *in cap. veritatis in fin.de dol. & contum.* & docent communiter Canoniſtę *in cap.at ſi Clerici de iudic.* Diaz.*in pr.cap.*138.*num.*1. ac alij.

Secunda ſpecies depoſitionis verbalis eſt illa, quę propriè dicitur degradatio verbalis præparatoria ad degradationem actualem, & deponit Clericum ab omni Ordine, & Beneficio, & ab omni priuilegio Clericali, & requirit certum conſenſum Prçlatorum, ſeù Eccleſiaſticorum perſonarum, de qua *in cap. Nouiſſimus de verb. ſignif. cap.*2.*de pęn.in* 6. & Trid. *ſeſſ.*13. *cap.*4. *de refor.* Et hęc pœna ſemper requirit ſententiam ſpecialem ferendam.

Tertia ſpecies depoſitionis verbalis eſt abſoluta, & totalis. Participat enim de vtraque ſupradicta, ſiquidem priuat omni quocumque priuilegio Clericali, & non exigit vlterius depoſitionem actualem, ſed ipſa eſt actualis depoſitio, ſeù declaratio virtualiter, & æquiualenter ſeù fictione iuris, vt ait Menoch.*caſ.num.*415.*n.*27.Carrer. *in prax.tit. de degrad. num.*13.Et hęc pœna frequenter in iure etiam reperitur latæ ſententię, vt de Clerico procurante abortum fætus animati, effectu ſequuto eſt Conſt. Sixti V. & Gregor. XIII. & tradit Farinac.*quaſt.crim.*122. *&* 151. De Clerico aſſaſſino eſt *cap.*1.*de homic.in* 6. ac de communi teſtatur Farinac. *quaſt.*123.*num.*13. De Clerico ſpoliante eligendum in Papatum eſt decretum Conc. Conſtantienſis celebrati anno 1415. *ſeſſ.* 14. ac de alijs alibi.

Prædictas autem pœnas depoſitionis verbalis ſententiæ latæ ex ipſo iure incurſas non ligare in foro conſcientiæ ante declaratoriam cum communi, ac probabiliori ſententia docent Henriq. *lib.*14.*cap.*5.*num.*1.*in comm.lit.F.& lib.*13.*cap.*59.*num.*2. Auil *par.*7.*diſp.*4.*dub.*7.§.*Circà quam*, ac alij. Reliqua verò vide, quæ alibi diximus, præcipuè de Diſpenſatione, de Cenſuris, &c.

Quot, quaſque pęnas incurrat Religioſus laicus profeſſus latinus, qui dimittens habitum Regularem, ab Epiſcopo Græco ſchiſmatico ſe facit græco ritu ordinari? Et reuerſus ad Religionem quomodò ſit tractandus? Vide de Regularibus tomo 8, Conſult. 92.

An Patentati exempti, ſiuè Priuilegiati S.Officij, hoc eſt Officiales, qui gaudent priuilegio fori actiuè; & paſſiuè, quales ſunt Vicarius, Notarius, Fiſcalis, Baroncellus, Cuſtos Carcerum, & ſimiles Miniſtri neceſſarii S.Officio, gaudeant quoad onera communitatiua exemptione Eccleſiaſticorum, vel eorum Colonorum, vel Militum, vel familiæ armatæ Epiſcoporum? tomo 8. Conſult. 94.

Puto, gaudere poſſe exemptione Eccleſiaſticorum: Nam licet regulariter perſonæ Eccleſiaſticæ ſint illæ, quæ Ordinibus Eccleſiaſticis ordinatæ ſunt, vel Dei obſequio ſpecialiter mancipatæ in Religione, vt per Alter.*tom* 1.*de cenſur.lib.*5.*diſp.*16. *cap.*1. Impropriè tamen iſti Officiales dici poſſunt perſonæ Eccleſiaſticæ: quia ſunt addicti ſeruitio S.R.E. ſic quoq; famulos Eccleſiaſticorum dici poſſe perſonas Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiaſticas probat Io: And.apud Sperell.*deciſ.129.num.41.* Et tamen certum eſt, maius ſeruitium præſtari ab hiſce Officialibus, qui inſeruiunt Sedi Apoſtolicæ, quam à Clericorum famulis, qui ſolis Clericis inſeruiunt, vt propterea non abs re dici etiam poſſit, quod gaudeant tanquam familiares Sum.Pontificis, cui in rebus ad Sedem Apoſtolicam ſpectantem inſeruiunt.

Nec mirum videri debet, quod eum non ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, gaudere poſſint priuilegijs Eccleſiaſticorum. Nam licet idem non ſit gaudere quempiam priuilegijs Eccleſiaſticis, & eſse perſonam Eccleſiaſticam; poteſt tamen eſse, quod priuilegium exemptionis fori, atque etiam Canonis, Eccleſiaſticis de iure competens, ſpeciali priuilegio, vel alia de cauſa alicui communicetur, qui tamen ob id non ſit propriè dicendus perſona Eccleſiaſtica.

Præſertim, cum hi Officiales gaudeant priuilegio fori tam actiuè, quam paſſiuè. Regulariter enim ſub priuilegio fori comprehenditur etiam priuilegium Immunitatis ab omnibus oneribus inſtar Eccleſiaſticorum, ità vt, qui dicitur gaudere, vel non priuilegio fori, ille etiam cenſendus ſit gaudere; vel non priuilegio Immunitatis, niſi aliter ſpecialiter diſponatur.

Ex hoc videtur conformis declarationibus Sac. Congregationis Sancti Offic. Nam de Notario S.Officij ſub die 12.Iul.1600.declarauit, illum eſse exemptum à collectis etiam extraordinarijs. Et 29. Auguſti eiuſdem anni eſse exemptum à ſolutione onerum, etiam extraordinariorum. Et 10.Ianuar.1591.fuit ſcriptum Inquiſitori Melitæ, Officiales, & Miniſtros Sancti Officij eſse exemptos ab impoſitionibus, & oneribus. Ac 16. Ianuar.1631. fuit ex ordine Sum.Pontificis notificatum per Eminentiſſimos Commiſsarios Cameræ Apoſtolicæ, & Gabellarij, quod non ſolum Sanctum Officium, ſed etiam eius Officiales, ac Miniſtri ſunt exempti à ſolutione datiorum, & gabellarum.

Cæterum conſiderandum eſse, an expediat declarare ſpeciatim, quod gaudeant ad inſtar Eccleſiaſticorum, vel Militum, vel familiæ armatæ Epiſcoporum? Satis enim eſset generaliter reſpondere, quod gaudeant exemptione ab oneribus perſonalibus, & gabellarum, durante ſeruitio, vel officio, aut quod ſtandum ſit communi conſuetudini, nè Principes conquerantur.

1 *An Edictum Inquiſitionis publicatum in eius ingreſſu ad Inquiſitionem ſub nomine proprio, & dignitatis, obliget poſt deputationem noui Inquiſitoris, qui huiuſmodi edictum non renouauit, præter conſuetudinem Inquiſitorum prædeceſſorum, qui dictum Edictum in Officij ingreſſu renouare ſolent?*

2 *An neceſſarium ſit nouum Edictum publicare, vel magis expediat illud differre ad opportuniorem commoditatem, nè ex intempeſtiua publicatione Edicti ſcandalum oriatur in populo, vel etiam impedimentum à Principe laico, è quo veriſimiliter timeri poteſt?*

3 *An potius expediat nouum Edictum publicare Romę à Generali Inquiſitore, quod afficiat omnes Inquiſitores, vel ex aliqua cauſa, vel etiam ex obliuione, aut negligentia publicare omittentes?* tom.8.Conſult.95.

AD 1. Affirmatiuè: Quoniam Edicta Inquiſitorum, cum ferantur authoritate Apoſtolica, non habent minorem vim, quam leges Canonicæ. Atqui leges ſunt perpetuæ, niſi expreſsè reuocentur. *l. cum eorum, C. de ſent.& interloc.l.Ariani, C.de hæret.* Felin.*in cap. licet num.1.de offic.deleg* Et quamuis videantur eſse præcepta ab homine; tamen quia Tribunal, à quo procedunt, eſt perpetuum; ideò per modum legis perpetuò durant, ſcilicet vſque ad promulgationem aliorum Edictorum, ſicuti de Bulla Cęnæ Domini dici ſolet. Suarez *de fid.diſp.20.ſect.4.num.11.* Faundez *de præcep. Eccleſ.p.2.lib.4.cap.3.num.31.* alijue. Vndè caſu quo Inquiſitores aliquandò forent negligentes in edictis promulgandis, adhuc fieri debere denunciationem ex vi priorum Edictorum, tradunt DD.communiter, quos ſequitur Dian.*par.4 tract.5.reſol.27.* Quia cauſa edicti, nimirum, vt fides Catholica conſeruetur pura ab hæreſibus, eſt perpetua. Ergò ad remedium Edicti: Tum quia huiuſmodi Edictum formaliter ſolet eſſe collectio Eccleſiaſticarum Conſtitutionum contrà hæreticam prauitatem. Sed iſtæ ſunt perpetuæ. Ergò & edicta Inquiſitorum. Tandem quia Edicta, & Conſtitutiones in re, & perpetuitate non differunt, ſed ſolum in materia, & perſonis; Nam Conſtitutio vniuerſalis eſt, & Supremi Legiſlatoris. Edictum verò eſt inferioris, & materiæ particularis, vt per ſcribentes *in tit.de Conſtit.ſub init.& in C.de edict.D.Adriani toll.* Nec vis facienda eſt in verbo *Edictum*: quia confunditur cum Conſtitutione, & Statutis, *arg: cap.* Nè *aliqui de hæret. in 6.* Caren.*p.2.ti.9 n.34.* vbi alij.

Neque obſtat contraria conſuetudo: quia eſt irrationabilis, cum tendat contrà publicam vtilitatem animarum, ac Fidei Catholicæ. Et ideò non poteſt præualere, *cap. fin. de conſuet.* vbi DD.

Ad 2. Non eſſe neceſſarium nouum Edictum publicare. Tum ex dictis: Tum quia, licet Inquiſitores particulares ex negligentia, vel alio capite non publicarent Edictum; adhuc adeſſet obligatio, de hæreticis, ſeù de hæreſi ſuſpectis S. Officio propalandis vigore generalis præcepti à Sac.Congregatione Supremæ Inquiſitionis emanati ſub die 3. Ianuar. 1623. quod refert Peyrinus *tom. 2. ad Conſtitut. 9. Pauli V.num.27.* & ex eo Trimar *diſp.4.de ſolli-*

*cit.num.*23.ac Dian.*loc.cit.reſol.*41. docentes illud eſſe perpetuum.

Ad 3. Videtur expedire: Tum ex ſuperius relata præcepto generali Supremæ Inquiſitionis. Tum ab exemplo: Nam Vrb.VIII. ad præſeruanda iura Sedis Apoſtolicæ, & inferiorum Eccleſiarum, perſonarumque Eccleſiaſticarum à quibuſcumque præiudicialibus, edidit grauiſſimam Conſtitutionem, incip. *Rom. Pontifex* 5. Iun. 1641. Atque ità occurreretur Inquiſitorum negligentijs, Principum expoſtulationibus, animarum periculis, & S.Tribunalis præiudicijs.

An præuentus à ſolo dicto ſocij criminis, in quo obijt, abſque tamen purgatione maculæ, gaudeat priuilegio ſponte comparentium in cauſa ſpectante ad S. Officium, non tamen in materia Fidei? tom.8. Conſult.96.

CEnſeo non gaudere: quia priuilegium ſponte comparentium conceditur tantum in materia fidei, vt ex Conſtitutione Iulij III. *de reuocatione hæreticorum ad Sacroſ. R.E. gremium* edita ſub anno 1550.apud Pegn. & ex Conſtitutione Bitterenſe *cap.*2.Hic autem non agitur de materia Fidei, atque adeò non poteſt ad eam extendi priuilegium ſponte comparentium. Præſertim, quia is dicitur ſponte confiteri, qui venit non vocatus, aut qui vocatus, nulla præcedente interrogatione confitetur, vt per Farinac. *quæſt.* 1. *cap.* 5. *vſque ad num.*180.

Quare cum hic comparens fuerit præuentus ex ſocij criminis depoſitione, quæ in exceptis ſufficit ad inquirendum, vt per Clar. *quæſt.*21. *num.*5.& Farinac.*quæſt.*43.*num.*130.Et inquiſitus, atque interrogatus, confeſſus fuerit delictum, debet puniri pœna de iure illi debita: quia tamen agitur de delicto proueniente ex cauſa fidei, licet præuentus, nondum forſan vocatus ſponte comparuerit,& faſſus eſt; Ideò poterit mitius haberi,& condemnari ad pęnam extraordinariam arbitrio Inquiſitorum. Mitius enim agendum eſt cum ſponte confeſſis, quam cum conuictis. *cap.Presbyterorum* 50.*diſt.* Gloſ. communiter recepta *in cap. de hoc verbo extr. de Simon.* vbi Hoſtien. & ibi Panorm. *num.*6.

An Carceratis in S. Officio ob crimen hæreſis concedi debeat Confeſſarius, ac miniſtrari Eucharistia? tom.8.Conſult.97.*Item vide* de Carcer. tom.5. Conſult.66.de Immunit.tom.6.Conſult.27.*Ac demum de Eucharistia* tom.9. Conſult.91.

DIſtinguas. Aut ſunt ſani, aut infirmi. Si ſunt ſani, non eſt eis concedendus Confeſſarius, niſi poſt eorum confeſſionem iudicialem. Simanch *de Cathol. Inſtit.tit.*16. *num.*30. ac DD.quos ſequitur Piaſecan *prax.Epiſc.p.*2. *cap.*4.*ar.*6.*num.*7.& inſtructio Toletana ſub anno 1561.*cap.*71. quia cum pendente inquiſitione reputentur hæretici, videntur indigni tanta benignitate, & conſolatione. Et hanc ſententiam iuxtà ſtylum amplexa eſt Sac. Congreg. S.Offic. quæ ſæpè cenſuit, Carceratos in S.Offic.pendente eorum cauſa, non poſſe percipere Sacramenta, vt ſub die 23. Decemb. 1619. & ſub die 12. Mart. 1556. cenſuit, carceratos quandò ſunt in confeſſis, poſſe confiteri, & abſolui in foro conſcientiæ, ac ſumere Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. Conceſſit nihilominus aliquandò Sanctiſſimus, vt Confeſſarij poſſint huiuſmodi carceratos abſoluere in foro conſcientiæ, vt ſub 21.Decemb. 1601. Fuit tamen denegata hæc facultas abſoluendi eos ab hæreſi 23.Nouemb.1616.

Si verò ità ſint infirmi, vt verſentur in mortis periculo, debet eis concedi Confeſſarius, etiam ante eorum iudicialem confeſſionem: quia cum per tempus non liceat eos iudicialiter examinare, & reconciliare, ſi verè contriti, ac parati ſunt obedire mandatis Eccleſiæ, erunt ſacramentaliter abſoluendi, vt per Conc.Arauſican.1.*cap.*2. his verbis: *Hæreticos in mortis diſcrimine poſitos, ſi Catholici eſſe deſiderent, ſi deſit Epiſcopus, à Presbyteris cum Chriſmate, & benedictione conſignari placet.* In tali enim caſu nullam eſſe reſeruationem, omneſque Sacerdotes poſſe quoſcumque pęnitentes abſoluere à quibuſuis peccatis, & cenſuris decreuit Conc. Trid.*ſeſſ.*14.*cap.*7. *de caſ. reſer.* docentque DD. communiter, ac reſoluit Sac. Congr, S. Offic. vt ex ſeqq.

Carceratis Sancti Officij, qui facta ſuorum criminum confeſſione, nondum tamen publicata ſententia, in mortis periculum incidunt, poteſt adminiſtrari Euchariſtia, ſi illam petant, per modum Viatici, & oſtendant ſigna pęnitentię. 14.Decembr.1617.

Carcerati in Sancto Officio, ſtante eorum aduerſa valetudine, conceditur Confeſſarius, qui eos abſoluat in foro conſcientiæ. 23.Febr.1627.

1 *An Bulla* B.*Pij V.* Si de protegendis, *habeat locum in iis, qui ſine fractura carceris* S. *Officii, ſed clauibus adulterinis, non odio Fidei, ſed pretio eduxerunt è Carcere de hæreſi vehementer ſuſpectum, non tamen confeſſum, neq; conuictum?*

2 *Sin minus qua pœna ſint puniendi tam extrahentes, vt ſupra, quam mandantes, claues adulterinas conficientes ſcienter, earumue confectioni ſcienter cooperantes, contrà quos proceditur in contumacia?*

3 *Qua pœna ſit puniendus ſupradictus hæreticus iudaizans, qui, vt ſupra fugit è carcere, & adhuc eſt contumax, & fugitiuus?*

4 *Qua pœna ſit puniendus, qui nedum mandauit dictam extractionem, ſed etiam occidi proditorè dictum extrahentem, contrà quem proceditur in contumaciam?*

5 *Qua*

5 *Qua pęna ſint puniendi Mandatarij prędicti homicidij, qui illud perpetrarunt, nedum proditoriè, ſed etiam mediante pecunia, & ſunt in fortijs S.Officii?* tom.8. Conſult.98.

AD 1. Cenſeo habere locum: Tum quia hi frangunt Carcerem S. Officij, ſub quibus etiam intelligitur aperiens clauibus adulterinis, aut ſubreptis Cuſtodi, vel alteri. Bordon. *de S.Tribun.cap.29.num.21.* Tum quia ex dicta Bulla ſatis eſt, quod id fiat in cauſa fidei, quod reſpicit, non ſolum crimen hæreſis formalis, ſed etiam inducens ſuſpicionem hæreſis, ſed ſuſpicio, & quodcumque aliud ſpectans ad alterutrum, cum non ſolum hæreſis, ſed ſuſpicio, & quodcumque aliud contrarium opponatur Sanctæ Fidei, ex quo dicitur tractari cauſa Fidei, vt ex Zenardo tradit Caren. *p.2. tit.13. num.67.* Tum denique: quia ſic in ſimili declarauit Sac.Cong.S.Officij, in qua propoſito dubio: An incidat in pœnas Bullæ *Si de protegendis*, qui è manibus birruariorum arripuit Carceratum ob pecuniam? Die 10. Decemb. 1644. decreuit coram Sanctiſſimo, quod incideri, ſed tamen ex benignitate Sanctiſſimi fuit damnatus ad Triremes. Eò enim ipſo, quod id fit ex pecunia, inducitur contemptus, ac dolus. Præſertim, quia cum eadem Bulla lata fuerit ob publicam vtilitatem, latè interpretanda ſit, vt per DD. quos ſequitur Ricc. *tom.1.deciſ.74. num.4.* Quoniam verò verba dictæ Bullæ videntur eſſe conſpicua, ibi: *Nemo autem expurgationem habere, aut cauſam vllam proponere, vel prætendere poſſit, quin tantum nefas in contemptum, & odium* S. *Inquiſitionis Officii admiſerit, niſi contrarium per claras probationes docuerit ſe feciſſe*. Ideò pęnas in ea contentas non poſſunt Inquiſitores inferre in quoſcumque, ſed ſolum in eos, qui, quæ continentur illa, commiſerint ex odio, & contemptu S.Inquiſitionis, ſecus ſi ex alia cauſa, v. gr. ex precibus, precio, conſanguinitate, amicitia, &c. & ex ea cauſa ſe id feciſſe per claras probationes demonſtret, vt Farinac. *de hæreſ. quæſt.* 182.*num.*80. Soui, *in aphoriſ.lib.1.cap.28.num.9.* & Score. in Bull. Pontif. *Epit.*106. *theor.*278. Ideò puniri poſſunt pœnis extraordinariis, nimirum pecuniariis, carceris, Triremium, exilio ac ſimilibus, iuxta grauitatem delicti, & conditionem perſonarum.

Ad 2. Si id commiſerint in contemptum, & odium S. Inquiſitionis, puniendi ſunt pœnis contentis in dicta Bulla, alias pœna arbitraria.

Ad 3. Videtur puniendus pœna apoſtatæ à fide, ſcilicet excommunicatione, infamia, irregularitate, priuatione omnium bonorum, & iurium, & alijs pœnis contrà hęreticos ſtatutis, vt de communi teſtatur Sanch. *lib. 2. in decal. cap.7.num.*18. & tradunt Canoniſtæ *in cap 1.de apoſt.* & facit decretum Pauli IV. ſub die vltima Aprilis 1556. & quę circà hanc materiam diſcuſſa fuere 26. Auguſti 1627. Sed quia carceres ipſe non fregerat, & in eis detinebatur propter ſolam ſuſpicionem hæreſis, ideò non habetur prò conuicto, ſed excommunicatur, ſi in termino ſibi aſſignato ad ipſos Carceres non redierit, & ſi per annum excommunicationem ſuſtinuerit, tanquam hæreticus punietur, *cap.Contumacia de hæret.in 6.*

Si autem erat conuictus, dato quod fugerit, oſtio aperto, citari debet ad ſententiam audiendam, & ſi non comparuerit, condemnabitur vt pertinax, & impęnitens.

Ad 4. & 5. Si hoc fecerit in offenſam S. Officij, ſunt puniendi, ſi ſecus trahendi ſimpliciter brachio ſęculari, vel damnandi ad Triremes in perpetuum.

An, & quatenus Græci Schiſmatici poſſint fieri captiui, ac ſuis bonis ſpoliari à Chriſtianis, præſertim à triremibus Religionis Hieroſòlymitanæ? Vide de Hæreticis tom.8.Conſult.99.

An caſus ſententiæ, quæ tantum declarat, Inquiſitionem S.Officij non eſſe Iudicem competentem, comprehendantur in Conſtitutione 22. B. Pij V. incip. Inter multiplices? tom.8. Conſul.118.

NEgatiuè: quia non ſumus in ſententia abſolutoria Rei, ſed in ſententia, quæ declarat Inquiſitionem non eſſe Iudicem competentem in cauſa: Tum etiam quia Conſtitutio loquitur tantum de ſententijs abſolutorijs, etiam ex capite innocentiæ, nec non de declarationibus ad fauorem Rei, quibus præceſſit canonica purgatio. Atque adeò decidendus eſt hic caſus iuxta diſpoſitionem iuris communis. Ius autem commune diſponit, quod quandò Iudex declaratus eſt incompetens, non poteſt amplius reaſſumere ſuam iuriſdictionem in eadem cauſa, ſi Iudex eſt delegatus, DD. *in l.quot. iunt. ff. de re iudic. & in cap. Cum ceſſante de appellat.*

An teſtes ſingulares in tempore, & loco tantum, concordantes tamen in ſpecie, & ſecta hæreſis, ſufficienter probent? tom.8. Conſult. 110.

TEenendum eſt tanquam certum, teſtes ſingulares non ſufficere ad probandum crimen hæreſis, eamque in nullo vnquam caſu ſufficienter probare, nec poſſe aliquem ex vi teſtificationis ipſorum iuſtè condemnari ad pęnam ordinariam. Iaſ. *in l.admonendi nu.*256. *ff. de iur. iur.* Iacob. *in l. ob carmen §.fin. num.*18. *ff. de teſtib.* Io: Andr. *in cap.officium §.1.de hæret. in 6.* alijque communiter.

Probatur primò ex regula generali iuris communis, à quo teſtes ſingulares repelluntur, vt in

cap.

Digitized by Google

cap. licet cauſam de probat. in cap. cum Eccleſia Sutrina §. nos igitur de cauſ. poſſ. ac alibi.

Deinde probatur: quia teſtes ſingulares ſe habent, ac ſi omninò eſſent vnus tantum, vt docent DD. communiter, quos ſequitur Farinac. *quæſt. 64. de teſtib. num. 34.* Quia cum non conueniant in eo, quod deponunt, reuera vnus eſt tantum, qui deponit. Teſtis autem vnius non computatur, ſed ſe habet, ac ſi non eſſet in ordine ad ſententiam: quia illi contraponitur negatio rei, *cap. in omni negotio, & cap. veniens ad nos de teſtib.* ac DD. apud Farinac. *q. 63. de teſtib num. 1. & 7.* Id quod potiori iure locum habere debet in crimine hæreſis, in quo debent probationes eſſe luce meridiana clariores, *cap. ſciant cuncti 2. quæſt. vlt.* Simanch. *de Cathol. Inſtit. 50. num. 21. & tit. 51. num. 2.* Farinac. *in pr. quæſt. 86. de reo confeſſo n. 6.* vbi alij.

Poſtremò probatur: quia vnus teſtis non ſufficit ad condemnandum aliquem de hæreſi, ſicut nec de quolibet alio crimine quia non facit plenam probationem. Ergò nec multi teſtes ſingulares: quia ſinguli faciunt imperfectam probationem. Ex probationibus autem pluribus imperfectis non fit vna perfecta, quandò non poſſunt coniungi in conteſtationem, iuxtà regulam iuris, quę non proſunt ſingula, nec multa iuuant, *l. ſancimus §. ſi quis autem C. de donat. & l. vſura C. de vſur.* Farinac. cum aliis *in pr. quæſt. 86. num. 72. & ſeqq. & quæſt. 187. de hæreſ. §. 1. num. 7.*

Itaque ſtatuere, quod ſufficiant prò pęna ordinaria teſtes ſingulares quoad ſubſtantiam hęreſis, vel alterius delicti eſt contrà leges Ciuiles, Canonicas, & Diuinas. Statuere verò, quod prò pœna ordinaria, vbi praxi receptum eſt, ſufficiant teſtes ſingulares, in tempore, & loco, dumtaxat, concordantes tamen, ſiuè conteſtes in ſpecie hæreſis eſt iuxta praxim, ac conſuetudinem Luſitanam, approbatam à Paulo III. & à Sacra Congregatione S. Officii. Vbi verò non extat talis conſuetudo, eſt procedendum ad pęnam extraordinariam arbitrio Inquiſitorum.

An Officiales, qui gaudent priuilegio fori S. Officij ſint exempti à Tribunali Reueren. Fabricæ S. Petri prò executione legatorum piorum, vel ſaltem recurrendum ſit ad Inquiſitorem, vt ſubſcribat primam citationem dumtaxat, quemadmodum in dicto Tribunali S. Officii cum alijs exemptis obſeruatur. t. 8. Conſul. 112.

CEnſeo, huiuſmodi Officiales eſſe exemptos à Tribunali Reuerendæ Fabricę S. Petri: Quia licet Pontifices, præcipuè Clem. VIII. concedant dicto Tribunali ampliſſimas facultates, ipſum tamen non poteſt illas extendere vltrà conceſſa, præſertim quoad exemptos, id enim non ſolum vergeret in pręiudicium Romanę Sedis, cuius intereſt, quod nemo manus apponat in ſibi immediatè ſubiectos, *cap. cum tempore de arbitr. & cap. cum olim §. nos igitur de priuil.* Verum etiam in pręiudicium fidei Catholicę: quia quodammodò ſaltem indirectè, Officiales retardari poſſent per alienos Iudices ab exercitio officij, contrà intentionem Summorum Pontificum: Quare, niſi Summus Pontifex declaret, ſe velle, quod etiam Officiales S. Officij ſubijciantur quoad legata pia Tribunali Reu. Fabricę, ij cenſendi ſunt exempti. Et ità declaratum fuit à Sacra Congregatione S. Officii ſub anno 1639. ſcilicet. *Inquiſitor Bononiæ reddat computa Commiſſario Fabricæ hæreditatis N. cum non poſſit ipſe vti priuilegia S. Officij, dum ſimpliciter, vti adminiſtrator, & non vti Inquiſitor cogitur à dicto Commiſſario.*

Quo in loco notanda eſt diſtinctio illa, vti ſimplicis adminiſtratoris, & vti Inquiſitoris, vel Officialis. In omnem tamen euentum manuteneri debet S. Officium in poſſeſſione ſubſcribendi per Inquiſitorem primam citationem, de qua poſſeſſione conſtat ex ſequenti decreto S. Tribunalis 2. Septembris 1632.

In cauſis ciuilibus introducendis contrà patentatos S. Officii Inquiſitor ſubſcribat primam citationem tantum, vel Tribunal Fabricæ petat licentiam à Sacra Congregatione S. Officii citandi eius Officiales, & obtenta, regiſtretur in actis cauſæ.

An in Breui Greg. XIII. prò S. Officio Inquiſ. Taurinenſis, in quo omnia, & ſingula ſpolia per Regulares quaſcumque perſonas extrà Monaſteria degentes in toto dominio tam Subaudiæ, quam Pedemontium ad Cameram Apoſtolicam pertinentia, in neceſſitates perpetuas eiuſdem S. Officii donantur & applicantur, ſint comprehenſi Regulares, qui degunt, vti Parochi in Eccleſijs vnitis ſuis Monaſterijs, extrà tamen clauſtra poſitis, ibique, vel alibi præuia licentia ſuorum Superiorum è dicta Eccleſia Parochiali cauſa infirmitatis diſcedentes occumbunt? tom. 8. Conſult. 113. ac vide ſuprà Conſult. 45. & 85.

ESſe comprehenſos iam declarauit obſeruatio: Nam Spolia Regularium decedentium Taurini extrà clauſtra per Breue Gregor. XIII. S. Officio dictę Ciuitatis fuerunt ſępius applicata, & licet quandòque dictum fuerit, debere applicari prò expenſis Miſſionum Capuccinorum Subaudię, & Vallis Tunonis, tamen perceptis neceſſitatibus S. Officii denuò fuerunt illi applicata; Vndè ſpolium Curati Ordinis Ciſtercienſis fuit applicatum eidem S. Officio. Ex quibus apparet obſeruatio dictę Conſtitutionis Greg. XIII. quæ videtur loqui de Regularibus extrà clauſtra degentibus, etiam de licentia ſuorum Superiorum, & obſeruatio Breuis eiuſdem Pontificis prò S. Offic. Taurinenſi, in quo comprehenduntur quęcumque perſonę extrà Monaſteria degentes, ac de-

ce-

cedentes extrà ipſa Monaſteria, atque adeò huiuſmodi Parochi, qui verè degunt extrà clauſtra, & extrà illa moriuntur, idque fauore S.Officii, hoc eſt fidei, & vt Superiorum Regularium fraudes euitentur, qui poſſunt confingere licentias permanendi ſuos Subditos Regulares extrà Clauſtra, atque eludere præfatas Conſtitutiones.

1 *An teſtes, qui admittuntur* ex cap.in fide. fauorem de hæret.in 6.*probent prò pœna ordinaria contrà reos negatiuos?*

2 *Et quatenus negatiuè, quem gradum probationis faciant? Et*

3 *An* in d.cap. *comprehendantur etiam ſuſpecti de hæreſi?* tom.8.Conſult.119.

DE 1. ac 2. Tractant DD. paſſim, præ cœteris verò Io: Royas *tot.ſingul.* 188.*incip.Teſtis criminoſus*, Farinac. *de hæret. quæſt.*188.*num.*83. Diao.p.4.*tract.*8.*reſol.*123.ac alii.

Tota igitur difficultas verſatur circà 3. dubium, de quo puto comprehendi in *d.cap.etiam ſuſpectos de hæreſi*, & ratione expreſſa *in d.textu*,ſcilicet *in fidei fauorem*. Ratio enim in l.expreſſa eſt cauſa finalis, & non impulſiua ipſius legis per Gloſ. *ſingul. in l.cum tale §falſam ff.de cond. & demonſtr.* quam ibi notabilem ait Bald, In fidei autem fauorem non ſolum inquiritur contrà hæreticos, ſed etiam contrà ſuſpectos de hæreſi, cum eorum delictum ob ſuſpicionem hæreſis, quam generat, contrariatur fidei, ac perindè ſpectat ad iuriſdictionem conceſſam Inquiſitoribus *ex cap. Accuſatus* §. *ſanè de hæret. in* 6.

Quod ſic confirmo.In citato textu Pontifex concedit, vt teſtes inhabiles admittantur præſertim in defectu aliarum probationum contrà hæreticos, &c. dictio autem *Præſertim* eſt ampliatiua, & denotat, huiuſmodi teſtes in omni negotio Inquiſitionis hæreticè eſſe admittendos, atque adeò etiam contrà ſuſpectos de hæreſi, *ſed præſertim, & maximè contrà hæreticos.*

1 *An mandatarius delicti, non ſpectantis ad fidem, incurſus in pœnas Bullæ* Si de protegendis, *& ideò tradendus Curiæ ſæculari, mortuus, ſit etiam igne comburendus?*

2 *An idem, antequam conſignetur* Curiæ *ſæculari debeat abiurare?*

3 *An* Mandatarius *eiuſdem delicti, & cum ſupradicto ſocius, qui ob aliquas circumſtantias, damnatur ad Triremes perpetuas, abiurare debeat?* tom.8.Conſult.123.

AD 1. Cenſeo, non eſſe mortuum igne comburendum. Deſumitur ex verbis dictæ Bullæ *Si de protegendis*, vbi habetur, quod delinquēs in eam ſæcularis Iudicis arbitrio relinquatur, qui de eo illas ipſas pœnas exigat, quæ damnatis primo capite dictæ legis per conſtitutiones legitimas irrogantur. Damnatis tamen primo capite dictæ legis quoad genus mortis non irrogatur poſt mortem combuſtio, ſed tantum mors ipſa naturalis per tex. expreſſum *in l.quiſquis.C.ad l Iul.Maieſt.* ibi: *gladio feriuntur*, à qua lege dicta Bulla eſt deſumpta; Vndè cum in dicta Bulla non caueatur, quod prò delictis in ea contentis ſit reus igne comburendus, quo in caſu vſus obtinuit, vt prius capite plectatur, quam comburatur, Clar. *in pr.§. fin. q.*99.*n.*7. cum Couarruuia. Et obſeruati etiam in relapſis verè pœnitentibus teſtis eſt Simanch. *de hæret.cap.*55.*num.*13.Idque, vt euitetur periculum, nè propter lentum, & atrox genus mortis condemnatus fortè in deſperationem inducatur. Quicquid de hæreticis impœnitentibus puniendis viuo comburio, ideò non videtur in hoc caſu,quod delinquens in dictam Bullam, poſt mortem naturalem, qua plectendus eſt, ſit etiam igne comburendus ex Conſt.Federici Imperatoris incip.*Inconſutilem*,eſtque apud Pegn. & tradunt Hoſt. in *Sum. de hæret.§.qua pœna feriatur num.*9.Abb.*in cap. Excommunicamus* 1. *de hæret. in princ.* ac alii.

Ad 2. Negatiuè; Quia cum in abiuratione debeat interuenire iuramentum, cuius forma habetur in *cap.quoties* 1.*quæſt.*7. *& in cap. Ego Berengarius de conſer.d.* 2. itaut pœnitens iure iurando promittere debeat,ſe ſemper Fidem Catholicam profeſſurum, & nunquam, etiam ad hæreſim rediturum, vt per DD.quos ſequitur Simanch.*de Cathol.inſtit.tit.* 1.*num.*4.non habet locum in eo,qui traditur Curiæ Sæculari, cum poſt mortem,mox executioni demandandam, nequè ad hæreſim redire, ac proindè eſſet iuramentum inane; Hinc abiurationem non imponi iis,qui traduntur Curiæ Sæculari declarauit Sac.Congreg. S. Officij 5. Iunij 1603. & 5.Martij 1609.& 24 Febr.1611.

Ad 3.Affirmatiuè: Tum quia in eo habet locum iuramentū ſuperius relatum: Tum quia rei ſupradictæ Bullæ ſunt ſuſpecti vehementer de hæreſi.Dian.*p.*4.*tr.*7.*reſol.*13.& Bord.*de S.Tribun. cap.*29.*num.*34. qui notat cum Pegna,& ex eo Farinac.prò qualitate huius ſuſpicionis conſiderandas eſſe circumſtantias perſonæ offendentis, quo ſine, in odium ne S. Officij, an amore conſanguineorum, & odio ſpeciali in perſonam offenſam ex alio motiuo, quam quod eſt Miniſter, vel Officialis S. Inquiſitionis. Iuxtà ergò qualitatem ſuſpicionis cogendus eſt abiurare. Et de damnato ad perpetuas Triremes iuſſo abiurare, extat exemplū in eo, qui filiam propriam cognouit, ei dicendo non eſſe peccatum,ſed teneri exequi voluntatem Patris. Quo in caſu abiurauit de formali, & damnatus fuit ad Triremes in perpetuum abſque ſpe gratiæ 10.Ianuar.1619.

Digitized by Google

1 *An priuilegium, quod Inquiſitores, & eorum Notarij habent ab Vrb.IV. quod non poſſint excommunicari à quibuſuis delegatis, & inferioribus Summo Pontifice, extendi poſſit ad alios Miniſtros, & Officiales S.Officij, & præcipuè ad Conſultores nominatim Portugalliæ, qui habent Officium perpetuum, cum voto deciſiuo, & ſubſcribunt ſententijs?*

2 *An ſibi præiudicauerit d. Conſultor, conſentiendo in iuriſdictionem alicuius Tribunalis, ſiuè Rotæ, ſiuè Auditoris Cameræ?*

3 *An Inquiſitor potuerit ſibi ius dicere, & reuocare cenſuras promulgatas à Delegato Apoſtolico?*

4 *An Nuncius Apoſtolicus in gradu appellationis, ſeù recurſus poſſit procedere in eius cauſis?* tom.8.Conſult.129.

AD 1. Sac.Congreg.S.Officij die 3.Februar. 1609. & 11. eiuſdem cenſuit excommunicari poſſe inſeruientes S.Officio ob non ſolutionem penſionum, non obſtante d. Bulla Vrbani IV.incipien. *nè Inquiſitionis negotium*, & ità ſignificatum fuit Auditori Cameræ Apoſtolicæ. Idemque cenſuit ſub die 13. Iannar. 1676. vbi negatiuè reſpondit, & præſertim mota ratione, quia Conſultores non ſunt Miniſtri neceſſarij, adeò vt ſine ipſis Officium S.Inquiſitionis exerceri non poſſit. Secus autem dicendum de Inquiſitoribus, & Notarijs, ſine quibus dictum officium exerceri nequit, & ideò iſtorum tantum, & non aliorum Miniſtrorum, qui non ſunt adeò neceſſarii, conſideratio habita fuit à Summis Pont. in d. Priuilegio, quod proindè non eſt ad alios extendendum.

Ad 2. Negatiuè reſpondit eadem Sac. Congreg. d.die 13.Ianuarii 1676. idque conſequenter ad primum dubium.

Ad 3. Affirmatiuè: Quia Inquiſitores tantum Iuriſdictionem habent in ordine ad cauſas tum criminales, tum ciuiles ſuorum Officialium priuatiuè, & alii Iudices non poſſunt ſe intromittere in illis iudicandis. Roy. *ſing.* 181. Param. *de orig. S. Inquiſit. lib.3. q.6. num.*27. & alii communiter. Et ità etiam declarauit eadem Sac.Congreg. d.die 13.Iannar.1676.

Ad 4. Etiam negatiuè, Cum non appareat inter priuilegia Nuncij Apoſtolici, vt etiam contrà Miniſtros, & Officiales S. Inquiſitionis poſſit procedere. Quarè fauore fidei, ne in officio impediantur, abſque expreſſa Rom.Pontificis facultate, faciente de hoc priuilegio mentionem, ac illud reuocante, nullus cuiuſuis auctoritatis, aut poteſtatis exiſtat, poteſt in huiuſmodi Miniſtros, & Officiales procedere Pegn. d. *comm.7. lit.* C. In his tamen caſibus cauſæ vertentes inter Inquiſitores, ſiuè Miniſtros, ſiuè Officiales S. Officii, & alios auocantur per Sanctiſſimum ab aliis Tribunalibus, & committuntur alicui ex Eminentiſſimis Card. generalibus Inquiſitoribus, quemadmodum fuit auocata cauſa vertens inter Inquiſitores Portugalliæ, & Antonium Rodriquez per Sanctiſſimum à Rota, & commiſſa Eminentiſſimo Cardinali Veroſpio vni, ex generalibus Cardinalibus Inquiſitoribus 31. Mart. 1630. Videatur tamen quid declarauit d.die 13.Ianuar.1676.

Quomodò ſit expediendus, qui ſe accuſat, non præuentus ab aliquo indicio, vſum fuiſſe ſortilegiis qualificatis ad amorem, ſi interrogatus ſuper intentione, nolit reſpondere? tom. 8. Conſult.130.

CEnſeo, vel eſſe torquendum, vel eſſe condemnandum ad aliquam pœnam extraordinariam: quia tales comparentes, vt ſponte comparentium beneficio gaudeant debent plenè, tam de ſe, quam de aliis confiteri, alias habendi ſunt tanquam diminuti confitentes, vt habetur ex Conc. Bitterenſe 2. ibi: *Intrà quem terminum venientes, pœnitentes, & dicentes, plenam de ſe, & de aliis veritatem, habeant impunitatem*: Quia autem nolit interrogatus reſpondere ſuper intentione, plenam de ſe veritatem non dicit, atque adeò impunitatem habere non debet, cum confeſſio ſit dimidiata non integra.

1 *An damnatus in contumaciam ad pœnas Conſtitutionis:* Si de protegendis, *& in ſpecie excommunicationis, ſi per annum inſorduerit in excommunicatione, ſit declarandus hæreticus ad terminos* Cap. Excommunicamus 1. de hæret.?

2 An *pœna damnati velut hæretici extendatur ad pœnas omnes hæreticorum, & præcipuè combuſtionis eius ſtatua, vel figura?*

3 An *in citatione noua ſententiæ condemnatoriæ ad pœnas hæreticorum offerendus ſit Saluuſconductus prò pœnis in priori Sententia contentis?* tom.8.Conſult.134.

AD 1. Reſp. eſſe damnandum velut hæreticum. Probatur ex *auth. Gazaros C. de hæret.* ibi: *Ità quod ſi ſic per annum permanſerint, ex tunc omnes tanquam hæreticos condemnamus*, traditque Gloſ. *in cap.* excommunicamus 1. *de hæret. v. Condemnentur in 6.* vbi ait: Ex eo, quod quis in excommunicatione propter crimen hæreſis permanſerit per annum, inducitur vehementiſſima ſuſpicio, quod is ſit hæreticus, quod ſequitur Hoſtien. *ibi num.2. & ſeqq. & in Sum. de hæret. §. qualiter num.*4. Anchar. *num.*4. aliique Canoniſtæ communiter, extatque ſingularis deciſio Capellæ Toloſanæ 365. Ratio autem eſſe poteſt, quia ſufficiens eſt præſumptio, & probatio, eum eſſe hæreticum, tum ex ipſa ſuſpicione hæreſis, cuius cauſa expreſſim ab Inquiſitoribus ad iudicium vocatus eſt. Tum ex declaratione iudicii, *arg. cap. nullus de præſump.* Tum ex animo rebelli perſiſtendi in excommunicatione per annum in quo caſu ſatis eſt, quod expreſſim fuerit vocatus, vt de ſu-

dif-

Digitized by Google

ſpicione hæreſis, ſeù de rebus fidei reſponderet.

Ad 2. Affirmatiuè. Pegna *d.com.49. §. rerum*, ac Simanch. apud ipſum. Idque nè ſententia fruſtrà lata eſſe videatur, & vt timor alijs incutiatur.

Ad 3. Etiam affirmatiuè: Nam qui in cauſa fidei fuit excommunicatus, & elapſo anno, poſteà ſe præſentat coram Inquiſitore, non ſolum debet, ſi non dum fuerit declaratus hæreticus, admitti ad reſpondendum in ea cauſa, ob quam citatus, & excommunicatus fuit, vt per Salzed. *cap.116 num.12.* Pegn. *d.p.3.com.174.* ac alios; Verum etiam debet admitti, ſi compareat poſtquam fuit declaratus hæreticus, vel eius Statua, ſeù Imago combuſta. Carthar. Salzed. Pegn. Simanch. Decian. *loc.cit.* Et ideò poterit offerri Saluuſconductus, cum illa tamen clauſula communi: *Iuſtitia ſemper ſalua.*

1 *An ad inquirendum ſpecialiter contrà Epiſcopum, ipſumque conſtituendum inter reos, requirantur teſtes omni exceptione maiores; prout ad condemnandum Epiſcopum requiruntur?*

2 *An teſtes dicantur omni exceptione maiores, cum nec fateantur delictum, ex quo ſocij criminis, nec periuri videantur?*

3 *An prædicti teſtes examinati coram Epiſcopo tanquam Inquiſitore, purgari debeant à maculis mediante tortura?*

4 *An potius procedendum ſit ad vlteriora contrà eoſdem teſtes, eoſque torquendos, ad eruendam veritatem, à quo fuerint ſubornati, cum præſumendum ſit prò eo, quod ſcripſit Notarius coram Iudice Epiſcopo, maximè quia vnus teſtis concurrit cum eis?* tom. 8. Conſult. 136.

AD 1. Puto non requiri ad inquirendum contrà Epiſcopum teſtes omni exceptione maiores per tex. *in cap. in fidei fauorem de hæret. in 6.* in quo conceditur, quod admitti poſſint teſtes, alias inhabiles à teſtimonio ferendo, cum Iudex procedit via Inquiſitionis, vti conſtat ex illis verbis textus: *In negotio Inquiſitionis*: quia Inquiſitio eſt fauorabilis, ex tex. in *cap.ſi quis Epiſcopus 2.quæſt.7.*

Ad 2. Negatiuè, cum videantur falſi, ac periuri, præſumaturque fuiſſe corruptos, & ſubornatos, cum potuerint alloqui cum parte, Bald. *in l.ſi vnus §.illud num.1.ff de pact.* Bertaz. *conſ. 156.num.13.* Farinac. *conſ.130. num.9.* ac alij. Et huiuſmodi variatio, cum ſit materia criminis, & ſic odioſa, debet probari concludenter per alios teſtes, quam per eos, qui dicunt fuiſſe ab Epiſcopo ſeductos, *cap. ſicut à nobis de teſtib.* Felin. *in cap.cum in tua n.7.de teſtib.* Farinac. *conſ.* 82. *num.*10. *& quæſt.* 45. *num.* 1. *& ſeq.* aliique.

Ad 3. & 4. Cenſeo procedendum potius eſſe ad vlteriora contrà eoſdem teſtes, eoſdem torquendum ad eruendam veritatem: Nam in cauſa hæreſis, in qua teſtis in prima depoſitione dixit vnum contrà Reum, in ſecunda dixit alterum prò Reo, in quo caſu, tanquam ſpeciale in materia hæreſis, ſtandum eſt illi dicto, quod eſt contrà Rotam. *cap. Accuſatus §. licet.* Conar. *var.reſol.lib.2.cap.13. num.19.*

An Milites Catholici, qui deficiunt in Regiones hæreticas ad hæreticorum exercitium, & poſteà à Militibus Principis Catholici intercepti reducuntur ad Regiones Catholicas, & tunc quandòque confugiunt ad loca ſacra, gaudeant Immunitate Eccleſiaſtica? Vide de Immunit. tom. 8. Conſult. 137.

1 *An Clericus Mandatarius Sancti Officii, qui gaudet priuilegio fori S. Tribunalis actiuè, & paſſiuè, poſſit in cauſis criminalibus non ſpectantibus ad Sanctum Officium abſolui à proprio Epiſcopo, inſcio dictum Clericum eſſe Officialem S. Tribunalis?*

2 *Quatenus verè fuerit abſolutus, an carcerari poſſit ab Inquiſitore, ad effectum procedendi contrà ipſum prò eodem delicto, de quo iam fuit ab Epiſcopo abſolutus?*

3 *An Epiſcopus procedere poterit ad cenſuras contrà Birruarios Sancti Officii, qui dictum Clericum carceribus manciparunt, & contrà Cuſtodem carcerum, qui eum detinet, niſi dictum Clericum, vt ſuprà abſolutum, dimittant è carceribus?* tom. 8. Conſult. 138.

AD 1. Negatiuè: Tum ex generali ferè conſuetudine: Tum quia Inquiſitores, & Epiſcopi quoad priuilegia æquiparantur. Gratian. *diſcept.340.num.35.& diſcept.341.num.11.to.2.* Royas *de hæret p.2. num.* 409. Epiſcopi autem cognoſcunt cauſas ſuorum familiarium etiam in delictis communibus commiſſis extrà eorum officium, vt probaui *tom.* 1. *Conſult.* 81. *num.* 7. Neque ſuffragatur ignorantia: quia illa non tribuit iuriſdictionem, ſed tantum excuſat à pœnis, quas quiſque incurrit, vſurpando aliquam iuriſdictionem.

Ad 2. Conſentaneè ad dicta reſpondetur affirmatiuè: quia ſubijcitur iuriſdictioni Inquiſitoris, qui eſt Iudex competens ſuorum familiarium, etiam quoad delicta ab hæreſi diuerſa. Narbon. *tom.2.in 3.par.recopil.lib.4. tit.1.leg.20. gloſ.22.* Sicque Inquiſitores iuriſdictionem habent reſpectu ſuorum familiarium, & Officialium priuatiuè, non ſolum in cauſis fidei, ſed etiam in cauſis criminalibus, itàut alij Iudices non poſſint ſe ingerere in illis iudicandis; Solum verò poterunt capere delinquentes, at illos captos tenentur remittere Inquiſitoribus. Simanch. *de Cathol. inſtit.tit.41. rubr. de Miniſtr. num.19.& ſeqq.* Paramum *de orig. S.Inquiſit. lib. 3.quæſt 6.num.27.* Royas *ſing.* 101. & Farinac. *quæſt* 186.

Ad 3. Etiam negatiuè. Sequitur ex dictis: quia cum cenſuræ ſint actus iuriſdictionis, non poſſunt valere, niſi habeant fundamentum in iuriſdi-

riſdictione. *cap. 1. §. neque de refor.* Epiſcopus autem nullam habet iuriſdictionem circà exemptos S. Officii, atque adeò non poteſt circà ipſos exercere actus iuriſdictionis, & ſi exerceat, nulli ſunt, defectu iuriſdictionis, qui eſt defectus omnium maximus quoad annullationem actus. Curt. Pariſ. Menoch. & alii quos ſequitur Vant. *de null. tit. de nullit. def. iuriſ. num. 1 & ſeq.*

An plures Teſtes ſingulares ſingularitate adminiculatiua, non habentes, ſeù habentes exceptiones correi atis, vel alias legales, probent? Vel quem gradum probationis faciant in materia hæreſis, vel apoſtaſiæ, ſi prædicti Teſtes non fuerint repetiti, vel repetiti, Reo non citato, vel ſi citato, denegata eidem facultate dandi interrogatoria, etiam ſi in eo Tribunali exiſtet conſuetudo non repetendi Teſtes? to. 8. Conſult. 141.

RESpond. Teſtes huiuſmodi probare, non tamen plenè, ſed tantum ſemiplenè. Caccial. *in l. admonendi num. 86. num. 92. ff. de iurauit.* Gabriel. *tit. de teſtib. lib. 1. concl. 1. num. 5.* qui alios citat, ac alij. Rationes alibi adduximus.

Præcipuè, quia ſunt participes criminis, qui licet admittantur in crimine hæreſis per tex. *in cap. in fidei fauorem de hæret. in 6.* non tamen ſunt integri, & propterea ad condemnandum non ſufficiunt. Aretin. *in cap. fin. de teſtib. ad fin.* Palac. *in rub. de hæreſ. §. vlt.* aliique communiter: Quia licet fauore fidei Teſtes alias inhabiles ad teſtificandum admittuntur, admittuntur tamen, vt ſemper ſubiecti falſitatis dicendæ periculo, quod cum ſit intrinſecum, per admiſſionem purgari non poteſt. Ac præcipuè, quia non ſunt repetiti, nec reus citatus, nec ipſi data facultas dandi interrogatoria, quibus veritas amplius inueſtiganda ſit, vt per Pegn. *p. 2. directo. com. 19. ad tex in cap. Veritatis de dol. & contum.* Simanch. Royas, Genuen. Bobadilla, & DD. communiter, quos etiam ſequitur Farinac, *d. quæſt. 188. num. 22.*

Quas pœnas incurrat Chriſtianus, negans animæ rationalis immortalitatem, vel de illa dubitans? tom. 8. Conſult. 152.

CErtiſſima fide tenendum eſt, animam rationalem immortalem eſſe, & tanquam fidei proximum id habere non ex gratia, aut ſola Dei voluntate, ſed ex natura, id probare poſſumus innumeris penè teſtimonijs Sacræ Scripturæ, ex quibus pauca hæc, vt expreſſiora ſufficiant. Eccleſiaſtes 12. *Ibit homo in domum æternitatis ſuæ*, & poſt pauca *Reuertatur puluis in terram ſuam, vndè erat, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.* Et *in lib. Sapientiæ à cap. 2. vſque ad 5.* clariſſimè dicitur, animas cum corporibus non interire, ſiuè piorum, vel impiorum hominum ſint, & alibi paſſim. Eandem veritatem decernit Eccleſia in Conc. Viennēſi, & refertur in Clem. 2. *de Summ. Trin. & fid. Cathol. §. porrò,* quam efficaciter confirmat communis conſenſus SS. Patrum, ex quibus nullus vnquam de immortalitate animæ dubitauit; D. Auguſt. *Ep. 3. ad Voluſianum: Quis nunc eſt extremus idiota, vel quæ mulierculà, quæ immortalitatem animæ non credat? Vitamque poſt mortem futuram?* Et quidem ſcriptum eſt: *Credo Carnis reſurrectionem:* Quomodò reſurget corpus ſine anima? Quouè modo erit anima, ſi non erit? Eſt enim Deus viuorum, non mortuorum. Chriſtianus igitur non credens, vel negans animæ immortalitatem, vel de illa dubitans incurrit pœnas in hæreticos inflictas. quia definitum eſt ab Eccleſia, animam eſſe immortalem, & humani corporis formam. Definita autem ab Eccleſia non ſunt in dubium reuocanda. *can. Maiores 24. quæſt. 5.* D. Thu. *p. 1. quæſt. 37. art. 4.* Et dubius in fide infidelis eſt. *cap. 1. de hæret.*

Vndè qui dubitauit, ac dixit in via Ariſtotelis, animam eſſe mortalem, abiurauit de vehementi, & fuit dictum, quod nulla ipſi irrogaretur iniuria, ſi etiam abiuraret de formali, die 8. Auguſti 1607. Apage igitur hos animæ carnifices.

An Reus extractus ob Eccleſia, tanquam hæreticus, vel ſuſpectus de hæreſi iuſſu S. Officij Inquiſ. in quo expeditus, conſignatus deindè fuit à dicto S. Officio Curiæ Auditoris Cameræ Apoſtolicæ, vti Reus cuiuſdam homicidii, reſtituendus ſit Eccleſiæ, à qua fuit extractus, illiuſque immunitate gaudeat? Vide de Immunitate tom. 9. Conſult. 10.

An omnibus, tam relapſis, quam aliis de hæreſis crimine pœnitentibus, & Curiæ ſeculari tradendis, danda ſint Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharſtiæ. Et quid de Sacramento Extremæ Vnctionis. Vide de Euchar. tom. 9. Conſult. 91. *Et præcipuè in eius paregra* in fin. num. 35. & ſeqq. Item tom. 8. Conſult. 97. & de Carceratis to. 5, Conſult. 66. Ac iterum de Immun, tom. 6. Conſult. 27.

De Saluoconductu concedendo Hæreticis. Vide de Saluoconductu. tom. 10. Conſult. 67.

Alia vide de Hæreſi, ac alibi,

Digitized by Google

DE ORATORIIS PRIVATIS.

De Oratoriis priuatis quæſtiones ferè omnes diſſoluuntur; Vbi prius de nominibus locorum, quæ à Chriſtianis ad conuentus publicos, ac priuatos ſunt extructa; Deque origine, ac progreſſu Sacellorum, ſeù Capellarum, & id genus alijs. tom. 6. Conſul. 98.

LOcum illum, in quem, mox poſt Chriſti aſcenſionem conuenerunt Apoſtoli, Lucas *Act.* 1. vocat Cœnaculum.

Tertullianus, qui vicinus fuit Apoſtolorum temporibus loca publicorum congreſſuum ſua ætate dicit, fuiſſe ſimplices Domos, & ædes in edito ſitas *init. lib. contrà Valentinianos*.

Euſebius *lib.* 7. *cap.* 15. cœtuum loca Eccleſias vocat.

Fuit hic loquendi mos in primis vſitatus ſæculo quinto à nato Chriſto, vt nimirum Eccleſiæ nomen pró ipſo etiam Templo vſurparent. Itá etiam Eucherius *lib.* 2 *in Geneſ. cap.* 16. Sydonius *Ep. ad Heſperium*, ac alij.

Fuit hæc impropriè, ac figuratè per metonymiam, qua contentum prò continente ponitur. Eſt enim Eccleſia vox Græca, ſed recepta à Latinis, ſignificatque cœtum, communionem, vel concionem. Itá D. Lucas quoq; hoc vocabulo vſus legitur. *Act.* 19. vbi dicit: *Erat concio confuſa*.

Vſitatiſſimum etiam fuit in primitiua Eccleſia hæc loca *Oratoria* appellare à primaria actione, quæ in ijs peragebatur. Euſeb. *lib.* 8. *cap.* 2. Sacrat. *lib.* 5. alijque.

Vocarunt etiam *Dominica*, ſeù *Cyriaca*, Euſeb. *lib.* 9. *cap.* 10. Ruffin. *lib.* 1. *cap.* 3. *à Domino*, ſcilicet, ſeu Chriſto, cui conſecrabantur, & quod in ijs Domino Ieſu Chriſto ſeruiretur.

Martyrij vocabulum, quo loca quædam cœtuum publicorum appellari conſueuerunt, Conſtantini tempore vſurpari cœpit. Sozomen. *lib.* 2. *cap.* 26. Progreſſu temporis illa tantum Templa ſic appellabantur, in quibus erant ſepulchra, & Monumenta Martyrum, aut quæ in Martyrum honorem fuerunt ædificata.

Hinc obiter notandum, Martyrium, & Confeſſionem non idem eſſe, ſed magis hæc ſignificatio, vt locus ille ſub Altari potius intelligeretur, vbi Martyrum Corpora condita eſſent, idque indè, quod Apocal. *cap.* 6 legitur: *Vidi ſub Altare animas interfectorum propter Verbum Dei, & propter teſtimonium, quod habebant.*

Baſilicæ quoq; appellatio poſt Conſtantini Magni tempora frequens eſſe cœpit apud Nazianzenum, Ambroſium, & alios. Baſilica autem principio dicta fuit domus ampla, & ſpatioſa cauſarum cognitioni deſtinata.

Huiuſmodi locorum nomen poſt annum Domini 300. translatum eſt ad ædes ſacras.

Meminit etiam locorum, in quæ conuenerunt priſci fideles Epiſtola Concilij Antiocheni contrà Paulum Samoſatenum, & *Domos Dei* apud Euſeb. *lib.* 7. *cap.* 30.

Romæ quoque præter ſupradicta nomina Tituli, Paræciæ, ac Diaconiæ appellabantur, de quibus Panuinius *in append. ad Platinam*.

Tituli dicebantur, nimirum qui illi Presbyter adſcriberetur, ab eo nomen, titulumque acciperet. Baron. *in ſuis annot. ad Martyrol. Rom.*

Paræcia, ſiuè Parochia idem eſt, quod Titulus ſcilicet Sacra Ædes, vbi animarum cura à Presbyteris ageretur, qui Parochi dicti ſunt, ideſt Curati. Paræcia autem dicitur accolatum, ſiuè accolatum conuentus. D. Auguſt. *lib.* 14. *de Ciuit. Dei*.

Diaconiæ à Diaconis dictæ ſunt. Erant hæ publicæ pauperum Hoſpitales Domus, quæ Oratoria, & Sacella adiuncta habebant, in quibus à Patre Diaconiæ, ſiuè Diacono egenis neceſſaria adminiſtrabantur.

Antequam verò in honorem Sanctorum Templa extructa, & dedicata fuiſſent, Parochiales tantum Eccleſiæ, & Cathedralia Templa extiterunt.

Huiuſmodi verò Oratoria, ſed potius Sacella progreſſu temporis Capellas vocare cœperunt, de cuius rei origine, & cauſa. Durand. *in ration. Diuin. lib.* 2 *cap.* 10. itá ſcribit: *Antiquitus Reges Franciæ ad bellum procedentes Capam Beati Martini Epiſcopi Turonenſis ſecum portabant, quæ ſub quodam territorio ſeruabatur, quod ab ipſa Capa, ſeù Cappa dictum fuit Cappella, & Clerici, in quorum cuſtodia ea Capella fuit, indè Cappellani dicebantur; Vndè poſteà ad cunctos Sacerdotes nomen illud in quibuſdam regionibus peruenit. Sunt item, qui dicant, quod antiquitus factæ ſint in expeditionibus ædiculæ, ſeù domunculæ in tentorio pellibus caprarum tectæ, in quibus Miſſa celebrata ſint.* Et indè Capellæ nomen à Capris videlicet ſumptum eſſe.

Fuiſſe autem ab initio has Capellas, nihil aliud, quam Oratoria, hoc eſt orationis domus, nec habuiſſe Sacerdotes, qui Miſſas ibi celebrarent.

Tandem etiam in priuatis ædibus Sacella, ſeù Capellas ædificarunt contrà Ethnicorum conſuetudinem.

Concedere licentiam celebrandi in priuatis Oratorijs ſpectat ad ſolum Summum Pontificem; Vndè Epiſcopi poſt Conc. Trid. non poſſunt illam concedere. Ex facultate verò delegata aliqui concedere illam poſſunt. Deſumitur ex Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *in decret. de ſeru. & euit. in celebr. Miſſ.* Quod etiam confirmatur ex decreto Sac. Congregationis eiuſdem Conc. iuſſu Pauli V. edito ſub die 10. Mart. 1655.

Requiritur autem ex verbis priuilegij, quod Oratorium priuatum ſit decens, muro extructo, & ornato, ab omnibus domeſticis vſibus liberum, atque adeò ſegregatum quoad conſtructionem à cęteris locis, quæ inſeruiunt prò habitatione familiæ, & domeſticis vſibus. Debetque adeſſe Altarę cum omni ornatu neceſſariò ad celebrandam Miſſam. Nimirum Altare lapideum conſecratum ab Epiſcopo loci, ſaltem prò illa parte, ſuper quam reponitur Calix, & patena, & cum tanta longitudine, & latitudine, vt Calicem, & patenam, vel eorum maiorem partem capere poſſit. Quod Altare non poteſt conſtrui ex talco, gypſo, ferro, auro, argento, aut alio ſimili metallo abſque Summ. Pontificis diſpenſatione: quia hoc pertinet ad publicum ritum offerendi Sacrificiũ, & ſtatuitur *in cap. Altaria de conſecr. d. 1.* Reliquiæ verò non ſunt de ſubſtantia conſecrationis Altaris, nulloque modo reponi poteſt Euchariſtia; Eſtque neceſſariò cooperiendum tribus mappis, ſeù tobaltis ex lino, vel ex canape, vel ex goſſipio quoad eam partem, quæ tegit Menſam Altaris, ab Epiſcopo, vel alio habente poteſtatem benedictis, ſuperiori ſaltem oblonga, quæ vſque ad terram pertingat, duobus alijs breuioribus, vel vna duplicata; Partes verò, quę deuoluuntur ſuper terram poſsunt eſse ſericæ, & auro intextæ, vel alia quauis decenti materia. Crux, & alicuius Sancti Imago pendens ſuper ipſum Altare, Miſſale, Candelabra ſaltem duo cum candelis cereis accenſis, apparatus neceſsarius prò Sacerdore, Miniſtro, & tota functione Miſsę. Qui ornatus debet continere quandam ſpecialem decentiam in ordine ſuo, nempè ſpecialem qualitatem, ac maiorem nitorem, quam in Eccleſijs. Non requiritur, quod ſit ſeparatum per quartum murum, ſed ità, vt ſaltem tela ab vno ad aliud latus extenſa claudi poſſit, quod praxi approbatur, ſufficitque ſi Cubiculum ſit amplum, illud diuidi in duas partes pariter ligneo, licet non pertingat ad fornicem Cubiculi, etſi hoc minus ſit decens. Nam ſufficit, quod locus Oratorij ſit ſeiunctus à loco deſtinato prò domeſticis vſibus. Si verò ad partem Cubiculi ſeiunctam ab Oratorio pateret ingreſsus per ipſum Oratorium, non debet tolerari: quia tunc Oratorium inſeruiret prò ingreſsu, atque adeò prò aliquo domeſtico vſu. Poteſt tamen permitti, ſi dicta pars Cubiculi inſeruiret prò habitatione alicuius Clerici inſeruientis Oratorio. Quod ſi ſuper Oratorium adeſset aliquod Cubiculum, non prohibetur in eo ſterni lectum ad dormiendum, licet magis congruat reuerentię, quod non ſternatur; quia reuera non eſt dormire in Oratorio, nec per id tollitur, quin remaneat Oratorium liberum à domeſticis actibus, cum non Oratorium, ſeù Cubiculum ſuprà Oratorium inſeruiat vſui domeſtico. Poteſt tamen ipſum Oratorium in aliquo caſu fortuito, non duraturo, inſeruire prò aliquo vſu domeſtico, cum etiam in Eccleſia conſecrata ex cauſa neceſſitatis permittatur dormire, comedere, negotiari, & aliquandò etiam copula inter Coniuges, vt per Sanchez *lib. 9. de matrim. diſp. 15. num. 12.* Quia cum agatur de vna, aut altera vice, non fit, quin Oratorium remaneat liberum ab vſibus domeſticis. Si verò neceſſitas duret aliquo tempore, non videtur tunc id poſſe habere locum: quia in conceſſione requiritur, quod locus Oratorii ſit liber ab omnibus vſibus domeſticis.

Poſſunt tamen huiuſmodi Oratoria conuerti ad vſus domeſticos: quia non ſunt loca ſacra, nec benedicta, nec permanenter dedicata prò cultu Diuino, ſed ſunt merè profana, vt proindè neceſſarium ſit priuilegium, vt poſſit in ipſis Miſſa celebrari. Et ideò non eſt neceſſaria aliqua licentia, vt conuertantur ad vſus profanos, ſed ſufficit, quod priuilegiatus nolit amplius vti priuilegio in tali loco. Quod ſi priuilegiatus vti vellet priuilegio in alio loco, aut etiam iterum in illo, erit neceſſaria noua approbatio Ordinarii: quia prò vſu priuilegii eſt neceſſaria approbatio Ordinarii per modum conditionis, & ideò prò nouo vſu priuilegii, qualis eſt quandò mutatur locus, aut reaſſumitur.

Oratorium igitur ab Ordinario loci, in quo erigitur, viſitari, & approbari debet, vt iudicet an in eo decenter offerri poſſit Sacrificium, prò qua viſitatione nulla poteſt exigi procuratio, ſecluſa legitima conſuetudine, illudque viſitare amplius poteſt vltrà primam vicem, vt cognoſcat, an manuteneatur in eo ſtatu, in quo debet eſſe, vt in ipſo poſſit celebrari: Quarè non ſolum Epiſcopus, ſed quicumque alius, qui in locis exemptis habet iuriſdictionem Ordinariam, poterit exequtioni mandare huiuſmodi priuilegium: quia venit appellatione Ordinarii. Abb. *in cap. vt forma n. 6. de ſent. excom.* & Cochier. *de iuriſd. Ord. in exemp. par. 1. quæſt. 1. n. 9.* Qui Ordinarius poteſt alteri committere vices ſuas: Nam hęc viſitatio, & approbatio non committitur Ordinariis, tanquam delegatis, ſed iure proprio exercenda: nam eis committitur tanquam Ordinariis: Conc. Trid. *ſeſſ. 22. in d. decreto de ſeru. & vitan.*

Non poteſt tamen Ordinarius directè, vel indirectè impedire, nè iuxtà tenorem priuilegii celebretur in priuatis Oratoriis: quia non poteſt impedire, neque alterare conceſſiones Summi Pontificis; Vndè tenetur ſub graui peccato approbare Oratoria priuata, ſi concurrant conditiones requiſitæ in litteris conceſſionis: Nam iniuriam inferret parti, & Summo Pont. ſi impediret gratiam ab ipſo illi conceſſam. Non ſequuta verò approbatione Ordinarii, etiam ſi iniuſtè denegetur, non videtur vllo pacto poſſe celebrari Miſſam in Oratorio: quia obſtat clauſula: *Per Ordinarium loci prius viſitando, & approbando.*

Quarè neceſſarium erit recurrere ad Superiorem

nem-

nempè ad Archiepiſcopum, qui poterit, cauſa cagnita, cogere Epiſcopum ad approbandum, vel ſi recuſet, poterit ipſe deputare, qui approbet, aut ad Summum Pontificem, qui poterit alteri committere viſitationem, & approbationem Oratorij, ac punire etiam Ordinarium, quod iniuſtè denegauerit approbationem, & noluerit exequi gratiam ab ipſo conceſſam.

Et quoniam in pleriſque litteris conceſſionis Oratorii priuati ſolet apponi clauſula: *Ac de ipſius Ordinarii licentia, eius arbitrio duratura*. Ideò per talem licentiam non importat aliud, quam conſenſum, quo conſentit, gratiam Summi Pontificis executioni demandari, non reddit gratiam à mera voluntate Ordinarij dependentem: quia arbitrium non importat meram, & liberam voluntatem, ſed arbitrium regulatum, quod eſt arbitrium boni viri, atque adeò iuri conforme ad tex. *in l. in perſonam* §. *Generaliter ff. de reg. iur.* Ex quo fit, quòd non poſſit Ordinarius reuocare licentiam Oratorij priuati, niſi ex cauſa graui, & quæ concernat vſum dicti Oratorii, qualis eſſet, ſi non manuteneretur cum requiſitis, & conditionibus, cum quibus fuit approbatum, ſi irreperet aliquis abuſus, præſertim in celebrando, vt ſi celebrarentur plures Miſſæ, quam conceduntur, aut ſi celebraretur ijs diebus, in quibus non indulgetur celebrari, & nulla ſubeſſet rationabilis cauſa celebrandi, aut quid ſimile.

Non eſt autem neceſſaria Ordinarij licentia in ſcriptis, ſed ſufficiunt litteræ conceſſionis, quibus ipſe permiſerit executionem: quia ipſe non concedit licentiam, cum non poſſit, ſed ſolum dat executionem.

Nobilitas verò ex parte Matris ſufficit ad comprobandam narratiuam conceſſionis expreſſam illis verbis: *Qui, vt aſſeris, de nobili genere procreatus exiſtit*: Quia deſcendentes ex fœminis dicuntur eſſe de genere, & parentela. Rota coram Duran. dec. 8. *num. 7.*

Ac ità quidem, vt etiam ſufficiat nobilitas ex priuilegio, præſertim, ſi in ſupplicatione expreſſum tantum ſit, quod Orator ſit nobilis. Bald. *in l. iuſtè poſſidetis num. 3. ff. de probat.* Mier. *de maior. par. 1. quæſt. 51. num. 4.* ac alij: quia clauſula *de nobili genere procreatus exiſtit*, non ponitur taxatiuè, ſed demonſtratiuè.

Accedit, quod nobilis ex priuilegio fruitur omnibus prærogatiuis, ac præeminentijs, quibus fruitur nobilis ex ſanguine. Garz. *de nobilit. gloſ. 5. num. 3. & 4.* Maſtril. *d. l. 3. cap. 10. num. 105.* atque fruitur etiam iſta prærogatiua, vt ſit capax Oratorij priuati.

Poterit quoque Comitiſſa vidua frui Oratorio conceſſo cum clauſula: *Quia Vaſallis præes, & iuriſdictionem habes*, eò quod ità expoſitum fuit Pontifici, dum viueret maritus, qui tamen mortuus eſt antequam gratia concederetur: quia quandò fuit Pontifici expoſitum, quod præeſſet Vaſallis, & iuriſdictionem haberet, non fuit expoſitum, tanquam id haberet ex propria perſona, ſed ſolum ratione perſonæ ſui mariti, & talis expreſſio fuit in eum finem vt notificaretur Pontifici dignitas, & prærogatiua mulieris, cuius intuitu Pontifex concederet priuatum Oratorium, & proindè Pontifex reſpiciens ad mulieris dignitatem indulſit petitioni. Eadem enim dignitas, & prærogatiua, quam habebat Comitiſſa, viuente viro, retinet etiam in viduitate, defuncto viro, & etiam per tex. *in l. fin. C. de incol. lib. 10. & l. filij libertorum* §. *vidua ff. ad municip.* ac alibi, traduntque communiter Afflict. *ad Conſt. Neapol. lib. 2. rubr. 31. num. 17.* Decian. *conſ. 33. num. 9. lib. 1.* ac alij.

Vndè ſi dicta Comitiſſa nuberet viro non decorato aliquo titulo, trahente ſecum iuriſdictionem, ſtante prædicta clauſula, extingueretur priuilegium prædicti Oratorii: quia per huiuſmodi nuptias amitteret prærogatiuam dignitatis, vt habetur ex textibus allegatis.

Porrò priuilegium conceſſionis Oratorij priuati eſt merè perſonale, non autem mixtum ex perſonale, & locali: quia verba priuilegij referuntur immediatè ad perſonam, & per ſe primò, & principaliter, nullo autem pacto ad locum ex illis verbis: *Te ſpecialibus fauoribus proſequi volentes, &c.* Atque hinc eſt, quod priuilegium tanquam perſonale, ac priuilegiato inhærens, non tranſeat, ſed cum ipſo ſemper extinguatur, *ad regul. l. in omnibus ff. de reg. iur. & cap. priuilegium de reg. iur. in 6.*

Mortuo tamen Summo Pontifice concedente, non ceſſat priuilegium Oratorij priuati, neque ceſſat mortuo Epiſcopo, quandò continuatio priuilegij ab eius licentia dependet: quia hoc priuilegium, ſeu gratia eſt planè ſortita ſuum effectum ante mortem Principis, vt ſupponimus. DD. communiter apud Sanch. *lib. 8. de matrim. diſp. 28. num. 64.*

Quarè ſi litteræ conceſſionis Oratorij priuati non mandantur exequutioni per inſtitutionem, & approbationem Oratorij ante mortem concedentis, poterunt ſequuta morte, mandari exequutioni: quia non continent gratiam faciendam, ſed gratiam factam. Sanch. *lib. 8. diſp. 26. num. 87.*

Quandò autem in priuilegio Oratorij priuati conceſſo Matri, adeſt clauſula: *Tibi, vt quandò dicta N. à domo prædicta abſit, durante abſentia huiuſmodi, Miſſam in dicto Oratorio in tua, & familiæ tuæ præſentia celebrari facere liberè, & licitè poſſis*. Si Mater mortua ſit, non poteſt filia vti eodem priuilegio: quia per dictam clauſulam non extenditur priuilegium abſolutè ad filiam, ſed tantum prò caſu, in quo Mater eſt abſens. *l. ſi non ſortem* §. *libertas, ff. de condit. indeb.*

Mutans verò habitationem intrà eandem Ciuitatem, vtitur in noua habitatione priuilegio Oratorij priuati: quia priuilegium eſt perſonale, atque adeò ſequitur perſonam, vt conſtat

ex

ex illis verbis: *Vt in priuato Oratorio domus tuæ ſolitæ habitationis*.

Idemque dicendum, ſi priuilegiatus mutet habitationem de loco ad locum intrà eandem Diœceſim per eandem rationem. Eſt tamen neceſſaria approbario Ordinarij: quia ex hac mutatione poteſt irripere aliquod indecens.

Stante autem clauſula: *Vt in priuato Domus tuæ Ciuitatis N.* ſeù, *vt in priuato Domus tuæ Diœceſis N.* Si verba iſta poſita ſint reſtrictiuè, & taxatiuè, quæ referant priuilegium ad locum, ac proindè ipſum reſtringunt ad locum, transferens habitationem ab vna ad aliam Diœceſim, non trahit ſecum priuilegium Oratorij priuati; Quamuis enim priuilegium ſit perſonale, & ſequatur perſonam, poteſt tamen à concedente reſtringi ad certum locum, & operari, vt perſona cenſeatur tantum priuilegiata in illo loco. Secus ſi non adſint verba illa taxatiua.

Poteſt quoque priuilegiatus, tam in Ciuitate, quam in Ruri, dum ibi commoratur, vti Oratorio priuato, ita tamen, vt interim non vtatur eo, quod eſt in Ciuitate: Nam verba concesſionis coarctant facultatem faciendi celebrare in priuato Oratorio ad ſolitam habitationem priuilegiati, & habent implicitam taxatiuam talis habitationis. *cap. cum Eccleſia Sutrina* §. *pars Canonicorum de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Bartol. *in l. 1. num. 1. ff. ſi quis ius dic. non obtemp.*

Quod ſi plures familiæ habitent in domo diuiſa in plures partes, poteſt prò qualibet locum habere priuilegium Oratorij priuati. Nomine autem partis, intelligi debet pars talis, quæ habeat Cubicula, & alia loca prò officinis, & alijs domeſticis vſibus ſufficientia prò habitatione familiæ, itàut in qualibet parte ſint ea, quæ regulariter requiruntur prò conſtituenda vera domo, nihilque officiet, quod habeant ingreſſum communem, atrium commune, & aulam principalem communem per tex. *in l. ſi quis duas,* §. *ſi quis partem ff. communia præd.*

Ex quibus infertur, quod ſi domus pluribus ſolarijs conſtet, nempe ſuperiori, & inferiori, & in ipſis conſtituantur diuerſæ habitationes, in quibus habitent diuerſæ familiæ, erunt diuerſæ domus, iuxtà diuerſitatem ſolariorum, ſiuè domus ſuperioris, & inferioris, vulgò *appartamenti di ſopra, e di ſotto*. Caſtr. *in l. ſi quis duo* §. *ſi quis partem in fin. ff communia prædior.* Caualcan. *decis. 19. num. 52. 54. & 61. p. 2.* ac alij.

Non poteſt tamen idem Oratorium inſeruire pluribus priuilegiatis, etiam ſi ſitum ſit in loco pertinente communiter ad omnes, ex illa clauſula, *vt in priuato domus tuæ ſolitæ habitationis Oratorio &c.*

Nec Dominus Palatij locator poteſt vti Oratorio ſito in parte locata: quia non eſt Oratorium ſuæ ſolitæ habitationis, ſed conductoris.

Ceſſante primo priuilegio, incipit valere ſecundo loco impetratum prò eadem domo: quia priuilegium non conſumitur vnica vice, ſed habet tractum temporis ſucceſſiuum.

Porro in his Oratorijs non poteſt celebrari pluſquam vna Miſſa ſingulis diebus, vt conſtat ex illa clauſula, *vnam Miſſam prò vnoquoque die*, quæ apponitur in literis priuilegij. Marchin. *de Sacram. Ord. tr. 3. p. 3. cap. 9. num. 9.* Tambur. *opuſc. de Sacrif. Miſſ. lib. 1 cap. 4.* §. *4. num. 19.* qui addit, eſſe peccatum mortale celebrare plures Miſſas.

Neque Regulares celebrare poſſunt in Oratorijs priuatis Miſſas, vltrà conceſſam virtute priuilegiorum, quatenus ſaltem poſſunt celebrare in quocumque decenti loco cum Altari viatico: quia celebratio in priuatis Oratorijs eſt de iure communi prohibita. *cap. Tabernaculum, & cap. Vnicuique de conſecrat. d. 1.*

Nè ratione quidem priuilegij Bullæ Cruciatæ celebrari poſſunt plures Miſſæ in Oratorijs priuatis: Nam Priuilegium Cruciatæ concedit ſub alternatiua, ſeù diſiunctiuè, vt priuilegiati poſſint vel per ſeipſos celebrare in priuato Oratorio, ſi ſint Sacerdotes, vel per alios, ſi non ſint Sacerdotes.

Ratione tamen conſuetudinis, quæ ità interpretata ſit priuilegium, licet celebrare eadem die plures Miſſas: quia priuilegium recipit interpretationem à conſuetudine. *cap. Quod dilectio de conſangu. & affin.* Rot. *decis. 29. num. 2. par. 3. recent.*

Neque per Bullam Cruciatæ conceditur facultas Oratorii priuati; Trull. *lib. 1. in Bull. Cruc.* §. *1. dub. 4. num. 7.* & Mend. *ibid. disp. 16. cap. 1. num. 8.* qui volunt, quod facultas celebrandi in Oratorio priuato ſupponat Oratorium iam conceſſum, & approbatum.

Id, quod certum eſt poſt Conc. Trid. *in decret. de ſeru. & euit. in celebr. Miſſ. ſeſſ. 22.* Nam ità declarauit Sac. Cong. eiuſdem Conc. iuſſu Pont. Pauli V. in litteris circularibus ad omnes Epiſcopos ſub die 10. Mart. 1615.

Dies autem, in quibus celebrari non poteſt in priuatis Oratorijs ex eorum litteris conceſſionis partim conſtat quinam excipiantur, & partim remanet ſub dubio ex illa clauſula: *Ac Paſchatis Reſurrectionis, Pentecoſtes, & Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti; necnon alijs ſolemnioribus anni feſtis exceptis*. Quod pertinet ad Paſcha Reſurrectionis, & Pentecoſtes intelligitur tantum exceptus primus dies. Garz. *in Summ. v. Oratorium num. 3.* & alij. Et obſeruatio ità interpretata eſt.

Quod autem pertinet ad ſolemniores dies feſtos, per eos intelligi Epiphaniam, Annunciationẽ, Aſſumptionem B. Virginis, feſtum Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum. Sac. Rit. Cong. declarauit ſub die 17. Nouemb. 1607. teſte Gauanto *in Rubr. Miſſal. p. 1. tit. 20. cap. 5. verſ. Sciendum quoque eſt* quod ſequitur Quintanaduegna, Tambur. Bard. & alij.

Quod autem ad feriam quintam, & Sabbathum ma-

maioris hebdomadæ, cum excipiantur dies feſti ſolemniores, ſiquidem dies non videntur excepti, quia non ſunt dies feſti, ac præſertim, quia non recenſentur inter ſolemniores in præfata declaratione *Sac.*Congreg.

Neque virtute Bullæ Cruciatæ celebrari poſſunt Miſſæ in Oratorijs priuatis diebus feſtis exceptis: quia licet ipſi dies non excipiantur in priuilegio Bullæ; remanent tamen ex natura rei aliqui dies excepti ex ijs, in quibus tenetur quiſque audire Miſſam; Quare poterit Epiſcopus prohibere, nè aliquis celebret, vel audiat Miſſam in Oratorio priuato diebus ſolemnioribus, non obſtante priuilegio generali Bullæ Cruciatæ.

Facultas verò conceſſa per dictam Bullam Cruciatæ non habet locum in alieno Oratorio, ſed tantum in Oratorio propriæ domus: quia hæc facultas conceditur tantum illis, qui eam obtinuerint ab Epiſcopo, & Commiſſario, vt declarant illa verba Bullæ: *Qui facultatem ad id ab infrádictis Epiſcopo, & Commiſſario habuerint.*

Idem dicendum de Regularibus, vt non poſſint celebrare in dictis Oratorijs in diebus feſtis exceptis, ex ſupra dictis.

Non autem eſt neceſſaria licentia Parochi, neque quoad ſæculares, neque quoad Regulares Sacerdotes, vt in priuatis Oratorijs celebrare poſſint; Siquidem neque ad ipſum ſpectat dare huiuſmodi licentiam, neque circà executionem licentiæ conceſſę à Pontifice habet aliquod ius, neque eſt neceſſaria ex diſpoſitione Pontificis, qui ſolum requirit licentiam Ordinarij quoad Sacerdotes ſæculares, & ſuorum Superiorum quoad Regulares, vt conſtat ex illis verbis: *Per quemcumque Sacerdotem ab eodem Ordinario approbatum ſæcularem, ſeù de ſuorum Superiorum licentia Regularem.*

Nequeunt tamen Regulares celebrare in his Oratoriis contrà voluntatem ſuorum Superiorum, non ſolum quia conceditur dependenter ab eorundem licentia, ſed etiam quia ratione voti obedientiæ ſubiecti ſunt ipſorum voluntati.

Quod verò ad Sacerdotes ſæculares non requiritur ſpecialis licentia Ordinarij, ſed ſufficit generalis celebrandi, vt conſtat ex praxi: quia dicta clauſula eſt appoſita nè priuilegiati poſſint facere celebrare per quemcumque Sacerdotem exterum, & qui non habet licentiam celebrandi.

Per priuilegium autem priuati Oratorij nullum præiudicium inferri poteſt iuribus Parochialibus, ex illa clauſula: *Sine tamen quorumcumque iurium Parochialium præiudicio.* Iura autem Parochialia, non ſolum ſunt decimæ, primitiæ, & alię oblationes, ſed etiam ea, quæ ſpectant ad Sacramentorum adminiſtrationem, & ius ſepeliendi.

Neque in priuatis Oratorijs miniſtrari poteſt Euchariſtia: quia pertinet ad iuriſdictionem, cum ſit actus paſcendi proprias oues, ex Conc. Carthag. 1. *can.* 7. & Conc. Meliuitano *can.* 18. Quod etiam locum habet in Regularibus.

Minuſque Bullæ Cruciatæ virtute conceditur, quod recipi poſſit Euchariſtia à quocumque Sacerdote, qui alias non poſſit hoc Sacramentum miniſtrare; Sed conceditur ſolum, vt recipi poſſit tempore interdicti. Henriq. *lib.* 7. *Summ. cap.* 13. *num.* 4. aliique.

Excipitur item abſolutè in dicta Bulla Cruciatæ dies Paſchatis, in quo non poteſt ſumi in Oratorio priuato Euchariſtia, & non tantum in ordine ad communionem Paſchalem. Trullench. *in d. Bull. Cruc. lib.* 1 *ſ.* 3. *dub.* 7. *n.* 8.

Si verò contingat, quod habens Oratorium priuatum non poſſit ex legitima cauſa adire Eccleſiam prò præcepto communionis Paſchalis adimplendo, non poterit, ſicut putat Quintaduegna *tom.* 1. *ſing. tract.* 7. *ſing.* 33. *nu.* 4. adimplere præceptum in priuato Oratorio, petita licentia Parochi, & denegata, licet habeat Bullam Cruciatæ.

Porrò appellatione familiæ, quę in priuatis Oratorijs poteſt audire Miſſam, veniunt ij, qui conſtituunt vnicam domum, quatenus domus comprehendit perſonas, non ſolum coniunctas Domino, & cum ipſo conuiuentes, ſed etiam omnes alias neceſſarias prò ſeruitijs. Tuſc. *lit. F. concluſ.* 72. *num.* 11. 27. & 30. Vndè vt quis veniat ſub nomine familiæ requiritur, quod viuat expenſis Domini, & ſit ipſi coniunctus, ſeù pertineat ad ipſum ſumere ratione parentelę, ſiuè ratione ſeruitii, ac proindè ſit verè familiaris, ſi alias ſit perſona extranea.

Vndè in ordine ad audiendam Miſſam in Oratoriis priuatis virtute priuilegii veniunt Vxor priuilegiati, filii, nurus, gener, & quicumque alii, qui priuilegiato coniuncti ſunt, & ſimul habitant, atque commenſales ſunt. Inſuper veniunt ſerui omnes, ac ſeruę inſeruientes prędictis, aut perſonaliter, aut in communi ſeruitio Domus: quia ſunt perſonę neceſſarię ad complementum familię.

Si quis autem accedat, vt inſeruiat infirmo, vel vt tanquam propinquus illi aſſiſtat, ſatisfaciet pręcepto audiendo Miſsam in priuato Oratorio illius domus: nam hoc ſufficit, vt fiat familiaris, inſeruit enim actu. Aut ſi non aſſiſtat, exercet munus eorum, qui ſunt de familia, ac proindè habetur tanquam vnus de familia. Etiamſi in litteris conceſſionis adſit clauſula: *In præſentia tuorum hoſpitum*: quia id non fundatur in hoſpitio, ſed in ſeruitio aſſiſtentię.

Ii etiam, qui in ſeruitio Domini manentes, degunt ruri extrà Ciuitatem, vt vacent negotiis ruralibus, quales ſunt Villici, quandò veniunt ad Vrbem, poſsunt ſatisfacere pręcepto audiendi Miſsam in Oratorio priuato Domini priuilegiati: nam ſunt familiares, *ex d. cap. ſicut nobis.*

Quod autem ad Capellanum, quando contingit in Oratorio celebrare, non poteſt ſatisfacere pręcepto audiendi Miſsam in Oratorio illius,

cuius

Digitized by Google

cuius eſt Capellanus, ſi ſalarium tantum percipiat prò celebrando, abſque eo, quod in celebratione inſeruiat Domino, ſed habet tantom onus celebrandi Miſsam. Tunc enim eſt in ſeruitio Domini, & cum recipiat ſalarium, viuit expenſis illius.

Qui non exigit, quod ſibi prò victu aſſignatum eſt, poteſt gaudere priuilegio, & ſatisfacere pręcepto audiendi Miſsam in priuato Oratorio ſui Domini: quia non officit familiaritati non exigere quod ſibi aſſignatum eſt prò victu.

Poteſt quoque in Oratorijs priuatis celebrari Miſsa, pręſente ſola familia, licet non ſit pręſens Dominus. Hoc autem deſumitur ex coniunctione *Et*, qua familia coniungitur cum Domino, dum in conceſſione dicitur *In tua, & tua familia &c.*

Quod autem ad hoſpites, quamuis non in omnibus, in pluribus tamen conceſſionibus ſolet apponi clauſula: *Nec non in hoſpitium tuorum nobilium præſentia*, qui poſsunt intereſse Miſſę, & ſatisfacere pręcepto: Quare duplex conditio debet concurrere, nempè, quod ſit hoſpes, & quod ſit nobilis. Hoſpitum autem appellatione veniunt ii, qui domi commorantur tanquam extranei, recepti à Domino, qui quidem ſunt commenſales, ſed ex occaſione temporanea, & ad certum tempus; Non autem requiritur nobilitas ex genere. Tambur. *opuſc. de Sacrif. Miſſ. lib. 1. cap. 4. §. 4. num 32.*

Et hoc priuilegium extenditur etiam ad hoſpitem vnius diei, vt cum quis inuitatur ad prandium. Pelliz. *in man. tom. 2. tr. 8. cap. 2. ſect. 2. qu. 13.* Tambur. *loc. cit. nu. 33.* Quia reuera hi quoque ſunt hoſpites.

Quandò autem conſanguinei vocantur ad participandum priuilegio audiendi Miſsam in Oratorio priuato, ſolet apponi clauſula: *In conſanguineorum præſentia*; nomine conſanguineorum veniunt omnes deſcendentes, & aſcendentes, recti, & tranſuerſales, agnati, & cognati in quocumque gradu.

Spurii autem, ſi ſint nati ex certo Patre, de quo conſtat, ceſsat ratio, ob quam de iure ciuili non habeantur prò conſanguineis. *l. ſi ſpurius*: Vndè cum ab eodem ſanguine proueniant, inſpecto iure naturę, verè conſanguinei, & prò talibus in iure Canonico habentur. Bart. *in l. pronunciatio §. familia in fin. & in l. Tutelas num. 4. ff. de capien. domin.* Abb. *in cap. nonnulli §. ſunt & alij de reſcrip.* Et ideò quoad dictum priuilegium veniunt quoque ii, etiam ſi ſint fęminæ.

Habitantes verò in domo priuilegiati, ſi viuant propriis expenſis, nullo modo comprehenduntur ſub nomine familię priuilegiatę, ad effectum gaudendi dicto priuilegio. Bard. *in Bull. Cruc. p. 2. tract. 2. cap. 2. ſect. 2. num. 4.*

Seruę, pediſſequę comitantes, ac famuli comitantes, qui non habitant cum Dominis, quos comitantur, nec viuunt abſolutè expenſis eorum, quamuis recipiant aliquam mercedem, prò illo exhibito comitatu, non poſſunt admitti ad gaudendum priuilegio pręfato. Lopez *in inſtr. cap. 6 de claus.* Trull. *lib. 1. in Bull. Cruc. § 1. dub. 5. num. 2.* Quia non ſunt de familia, ad quam extenditur priuilegium.

Audientes verò Miſsam in priuato Oratorio, niſi ſint ex priuilegiatis, non ſatisfaciunt pręcepto, vt conuincitur ex dicta clauſula: *Volumus, &c.*

Habens Bullam Cruciatę minimè ſatisfacit pręcepto audiendi Miſsam in priuato Oratorio: Quia Bulla non concedit abſolutè celebrare, aut celebrari facere in priuato Oratorio, ſed tanto ijs, qui ad id facultatem habuerint ab Epiſcopo, & Commiſſario.

Oratorium priuatum non gaudet immunitate, vt tradidi *tom. 1.* quia non eſt locus ſacer.

Hinc luxurians in priuato Oratorio non committit ſacrilegium. Sanch. *lib. 9. de Matrim. diſp. 15. num. 39.* Leand. *de Sacram. tract. 5. diſp. 8. §. 4. quæſt. 25.* quia ad conſtituendum ſacrilegium requiritur ſpecialis ratio malitię, ac deformitatis, quę conſiſtit in violatione rei ſacrę per irreuerentiam. Theologi communiter cum D. Tho. *2. 2. quæſt. 99. art. 1. & 2. in corp.* nequè ergò ſunt capacia pollutionis.

Per priuilegium Bullæ Cruciatæ conceditur duntaxat integra hora in anticipanda celebratione reſpectu horæ conſuetæ, & integra hora in poſtponenda. Narr. *in Bull. Cruc.* & Palau *p. 4. op. mor. tract. 25. pun. 6. num. 10.*

In Oratorio priuato non poſſunt acquiri Indulgentiæ, quæ conceduntur in Bulla Cruciatæ, illam habentibus, nempè Indulgentiæ Stationum Almæ Vrbis Romæ: Nam Bulla Cruciatæ abſolutè requirit, quod viſitentur quinque Eccleſiæ, ſeù Altaria, quinquies viſitetur eadem Eccleſia. Si verò ibi nulla ſit Eccleſia, atque adeò nec publicum Altare, in tali caſu ex coniectura mente Sum. Pontificis, probabile eſt, quod poſſint in priuato Oratorio huiuſmodi Indulgentiæ acquiri.

Priuilegium denique Bullæ Cruciatæ circà Oratoria priuata fuiſſe ſublatum per Concil. Trid. & decretum Sacræ Congregationis iuſſu Pauli V. emanatum, certum omninò eſt. Atq; ità in hac ſpecie, teſte Fagnano, declarauit Sacra Congregatio Conc. 14. Nouemb. 1648. ad preces Archiepiſcopi Calaritani.

Porrò differentia inter Oratorium, & Eccleſiam ſecundum Innoc. *in cap. auctoritate*, & alios Canoniſtas, ibi, illa eſt, quod Eccleſia dicitur, vbi ſtatuta eſt certa dos prò Sacerdote, & Clericis ibi inſeruientibus, & prò alijs Eccleſiæ neceſſitatibus. can. *nemo de conſecr. d. 1. & cap. ſicut de conſecr. Eccleſ. vel Altar.* Oratorium verò dicitur, quod non eſt dotatum, nequè eſt ædificatum ad Miſſam celebrandam, ſed tantummodò ad orandum. can. *vnicuique de conſecr. d. 1. & auth. vt nullus fabr. Orat. Dom. §. 1.* Vndè in huiuſmodi Oratorijs non poſſunt teneri, aut pulſari Campanæ. cap. *patentibus de priuil.* Nec gaudent immun. Eccleſ. vt ſupra.

De

Digitized by Google

De Oratorijs tum priuatis, tum publicis, & quomodò ab Eccleſia ſecernantur planè in can.vnicuique. & can.Clericos, & can. ſiquis de conſecr. d. 1. Panorm. in cap.fin. de cenſibus in d.cap. Parentibus de priuil. Frider. de Sen. conſ. 130. Dec. conſ. 148. Fagnan. loc. cit. Et nos alibi fusè.

DE ORDINE, ET ORDINATIONE.

An Prior Commendatarius, cui cura animarum incumbit, exercenda tamen per Vicarium perpetuum, teneatur ad ſacros Ordines ſe promouere? Vide de Parocho tom.1.Conſult.19.

An Epiſcopus vigore commiſſionis Apoſtolicæ poſſit cum abſenti diſpenſare ad Ordines ſuſcipiendos, vt in caſu poſito? Vide de Diſpenſat. tom. 1. Conſult. 20.

An ex eo, quia Ordinatio fiat inter Miſſarum ſolemnia, dicatur Miſſa ſolemnis? Vide de Miſſæ Sacrif. tom.1.Conſult.37. ibi 36.

An in ſuſcipiendis minoribus Ordinibus ſit permiſſa variatio, ità vt, qui ab Epiſcopo originis, ſeù domicilij tonſura, aut altero ex Minoribus Ordinibus initiatus fuit, poſſit ad alium Ordinem Minorem ab Epiſcopo Beneficij promoueri?
An ſit permiſſa variatio in aſcenſu ab Accolythatu ad Subdiaconatum?
An ſit permiſſa Subdiacono in promotione ad Diaconatum, vel Diacono in promotione ad Sacerdotium? tom.1.Conſult.38.ibi 37.

Tenendum, variationem præfatam eſſe licitam. Zypæus in Conſult.Can.lib.1 tit.de ætat. et quali.Ordin.Conſult.3.Pirhing.in 3.par.D.Tho. quæſt.vn.de Sacram. Ord. dub. 14. num.136. Et Henriq.lib.10. cap. 22. num. 1. Quia hic adeſt cauſa, propter quam aliquis ſufficienter cenſeatur ſubijci Epiſcopo, vt ab eo poſſit Ordines recipere, ſicut habetur ex cap.cum nullus, vbi Pontifex vult, non ſolum ratione originis, ſed etiam ratione domicilij, & beneficij; ergò illę ſufficient, quamuis aliquis propter eas non ſortiatur domicilium. Dian.par.4.tract.4. reſol.51.& par. 6. tract. 7. reſol 35. Et declarauit Sacra Congregatio Conc. tempore Card. Alciati, & 20.Mai 1594. Quod etiam cenſuit in vna Fundana die 27.Febr.1666. per hæc verba: Sacra &c. reſpondit, eſſe licitum, dummodò non in fraudem. Secus autem cenſeo, quandò Beneficium eſſet tenuiſſimi redditus: quia cenſeretur procuratum in fraudem, vt declarauit eadem Sac. Congregat. 28.Nouemb. in vna Venetiarum.

An ſuſcipimus habitum Clericalem in fraudem laicæ iurisdictionis, gaudeat priuilegio fori? Vde de Immunitate tom.1.Conſult.103.

Quidam acceſſit ad Presbyteratus Ordinem, & viſum eſt ſibi, Epiſcopum non protuliſſe ſuper ſe, imò & ſuper alios ſufficienter verba ſubſtantialia primæ formæ, nimirum: [Accipe poteſtatem celebrandi &c.] ac propterea abſque formidine de oppoſito, non eſſe ordinatum; Vndè cogitauit accedere iterum ad Ordinationem cũ intentione non recipiendi ſecundam poteſtatem, nempè remittendi peccata. Acceſſit, & ex maxima anguſtia ille quieuit corpore, & quieuit tali actu, & dum nil cogitaret, Epiſcopus protulit verba ſecundæ formæ, ſcilicet: [Accipe Spiritum Sanctum, & quorum remiſeris peccata, &c.] Illum autem actum contrarium non reuocauit, neque reſumpſit voluntatem recipiendi illam ſecundam poteſtatem. Quæritur:

An ſaltem ſub conditione ad recipiendam ſecundam poteſtatem accedere poſſit, ac debeat ad Ordinationem, maximè, quia ſecundum ſuum ſtatum talem poteſtatem exercere debebit?
An verò poſſit tuta conſcientia etiam illam ſecundam poteſtatem, alijs concurrentibus, exercere? to.1. Conſult. 121.

Sac.Congreg.Conc.26. Septemb.1665.in caſu propoſito reſoluit, ac declarauit, Sacramentum Ordinis huiuſmodi reiterandum eſſe ſub conditione.

Ratio autem eſt: Quia ſecundum leges caritatis, & iuſtitiæ tenemur euitare graue damnum ſpirituale noſtrum, & proximi ſub peccato lethali, atque adeò etiam adhibere ea media, ad illud euitandum, quæ ſunt in noſtra poteſtate; Cum autem in noſtra poteſtate ſit, vt ſupponimus, ſequi certitudinem, quæ eſt medium congruum, atque neceſſarium ad euitandum damnum,

num, vtique tenemur eadem obligatione illam ſequi. Quod præcipuè ſeruandum eſt in iis Sacramentis, quæ afferunt neceſſarium remedium ad ſalutem. Card. de Lugo *reſponſ. moral lib.1.num.11.* & idem habet *dub.33.n.3.* Fagnan. Michael. Angel. Ricc. & alij.

An ſit annuendum Magiſtratibus laicis, vt promouendi ad ſtatum Clericalem deſcribantur in Actis Curia ſacularis? Vide de Immunitate tom.1, Conſult.129.

An Clerici ritus Graci in Italia commorantes debeant ad Ordines Sacros admitti abſque ſufficienti titulo Beneficij, ſeù Patrimonij? Vide de Patrimonio tom.1. Conſult.318.

An liceat Epiſcopo conferre eodem die quartum Ordinem Minorem, & Ordinem Subdiaconatus? Et quid ſi dictos Ordines ſuſcipiens in ijs miniſtrauerit? tom.1. Conſult. 319.

RESp. Non licere, & ſi Ordinatus miniſtrauerit, eſſe locum diſpenſationi, ſaltem ad cautelam. Ità declarauit Sac. Cong. Conc. in vna *Rauellen.* 12. Nouemb. 1650. *ad cap. 11. ſeſſ. 23. de refor.* Et praxis Pœnitentiariæ ſe habet, quod ſic ordinatus ſit irregularis ex cap. 2. *de eo, qui furtiuè Ordines ſuſcepit*, vbi Gloſ. 5. *de noſtra licentia.* Panotm. *num.1.* & tradit Tolet. *in Summ. lib.1. cap.71. num.1.* ac Leo *in prax. pœnit. par.3. de irregul. §. ex crim. fol. mihi* 350. Quamuis alij velint, quod ſuſpenſionem incurrat.

An reprobatus à proprio Epiſcopo ad Ordines Sacros, & litteris dimiſſorialibus Metropolitani ordinatus à quodam Epiſcopo Titulari, ſit validè promotus? Et an Epiſcopus Diœceſanus poſſit illum diſpenſare ab irregularitate ob id contracta? tom.1. Conſult.343.

RESp. Fuiſſe malè promotum, cum litteras dimiſſoriales Archiepiſcopus concedere non potuerit, ſed concedendæ fuiſſent à ſuo Ordinario ex traditis à Gauanto *in manual. Epiſc. v. Archiepiſcopus num. 28. & ſeq.* & Quaranta *eodem v. nu. 30. & 33.* Quod videtur etiam diſpoſitum à Trid. *in cap.1. ſeſſ.14. Nulla contrà ipſius voluntatem conceſſa licentia de ſe promouendo &c. ſuffragetur, &c.* Quæ verba intelligenda eſſe, etiam de licentia Metropolitani declaratum fuiſſe à Sacra Congregatione tradit ibidem Farinac. *in ſuis Gloſſis*; Vndè ab irregularitate per eundem ex hac cauſa incurſa Apoſtolica diſpenſatione indigere videtur, ex Syluestro *in v. diſpenſatio ſub num.12.*

An Clericus prouiſus de Beneficio, quod dubitabatur ſpectare ad Pontificem prò collatione, poſſit ad Ordines promoueri? tom.1. Conſult.384.

RESp. Licere ex hoc capite. Et ità etiam cenſuit Sac. Cong. Conc. in vna *Rauellen.* 19. Mart. *ad cap.1. ſeſſ.23. de refor.*

An annus, qui intercedere debet ab vna ad aliam ſuſceptionem Ordinis, debeat eſſe naturalis, an verò Eccleſiaſticus? tom.1. Conſult.388.

RESp. Sufficere annum Eccleſiaſticum. Ità Sac. Congreg. Conc. in vna *Ceruien.* 16. Nouemb. 1652. *ad cap.13. ſeſſ.23. de refor.* Et ità etiam declaraſſe Sixtum V. teſtatur Sac. Cong. Epiſc. in vna *Carpen.* 6. Decemb. 1588. & in vna *Caſenaten.* die 15. April. 1597.

An Regulares de licentia ſuorum Superiorum poſſint recipere Ordines, etiam ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi non exiſtant Monaſteria, in quibus Ordinandi degunt? to.1. Conſult.390.

POſſe, quandò Epiſcopus eſt impeditus. Ità cenſuit Sac. Cong. Conc. in vna *Regularium* 16. Nouemb. 1652. *ad cap.8. ſeſſ.23. de Regular.*

An Regulares, qui ob occupata, deuaſtata, vel combuſta ab hæreticis propria Monaſteria, ſe conferunt ad aliam Ciuitatem, poſſint ordinari ad titulum paupertatis, etiam ſi careant Monaſterijs, & Conuentibus, præſertim, ſi huiuſmodi Regulares ſint in Ordine Subdiaconali, vel Diaconali iam conſtituti? tom. 1. Conſult. 408.

NOn poſſe; quia carent Conuentu in illa Diœceſi Sac. Congregat. Conc. 14. Auguſti 1648.

An, Epiſcopo per Sedem Apoſtolicam notoriè ſuſpenſo, poſſint illius ſubditi cum litteris dimiſſorialibus Capituli Eccleſiæ Cathedralis validè Ordines recipere ab Epiſcopo viciniori? tom.1. Conſult.423.

AFfirmatiuè, ſi declaratus fuerit ſuſpenſus per declarationem: nam etiam ſi eſſet notorium quatuor, vel quinque perſonis non ſufficeret. Sac. Congr. Conc. in vna *Flandriæ* 15. Nouemb. 1653. *ad cap.10. ſeſſ.7. de refor.*

TRes Clerici à ſuo Epiſcopo reprobati in examine ad Ordines Sacros, fuerunt abſque dimiſſorijs ipſius Epiſcopi ad eoſdem Ordines

ſacros,

Digitized by Google

ſacros ab Epiſcopo alterius Diœceſis promoti, vnus ad titulum beneficij eadem die promotionis erecti redditus ſcutorum 20. cum onere Miſſarum. Alij duo ad titulum Capellaniarum redditus ſcutorum 40. ab eodem Epiſcopo alienæ Diœceſis collatarum per duos dies ante promotionem ad dictos Ordines; Cumque qroprius Epiſcopus prætendat, tam dictum Epiſcopum ordinantem, quam Clericos ordinatos incidiſſe in pœnas expreſſas [in cap. 8. ſeſſ. 23. de refor.] innouante [cap. 2. & 3. de temp. Ord. in 6.] Ideò quæritur:

An verè incurrerint? tom. 1. Conſult. 424.

AFfirmatiuè. Sac. Cong. Conc. in vna *Sarzanen.* ſeù *Brugnaten.* 4. Aug. 1654. ad d. cap. Conc.

At vide fuſius *tom. 3 Conſult. 13. num. 1. & ſeqq. hoc eodem tract.* Ac *de Immunit. tom. pariter 1. Conſult. 103. tom. 2, Conſult. 66. & iterum tom. 3. Conſult. 8. ac tom. 6. Conſult. 17.*

De Ordinibus collatis ab Abbate non benedicto. Vide de Abbate tom. 1. Conſult. 364. & 365. 366. ac tom. 4. Conſult. 158.

An Nuncii Apoſtolici poſſint Ordines conferre in aliena Diœceſi? Vide de Nuncijs tom. 2. Conſult. 1.

An ſuſcipiens primam tonſuram ab alieno Epiſcopo abſque dimiſſorialibus proprii Ordinarii, & in fraudem fori laicalis, ac munerum eorum, priuetur priuilegio fori? Vbi multa etiam de aliis Ordinibus omninò videnda prò præſenti materia. Vide de Immun. tom. 2. Conſult. 66. & tom. 6. Conſult. 17.

An Epiſcopus, qui ordinando, per alium ipſis Ordinandis faciebat porrigere materiam, quam poſtquam tetigerant, ipſe proferebat verba, dicendo: Accipe poteſtatem conficiendi Sacrificium &c. *rectè, ac ritè ſe gerebat in hoc munere?* tom. 2. Conſult. 70. Miſcell. quæſit. 14.

NEgatiuè; quare Epiſcopus acriter eſt monendus, & huiuſmodi ordinati iterum ordinandi ſecretò, & ſub conditione. Quod ſi hæc publica ſunt, indèque ortum ſcandalum publicè reiterentur. Hucuſque D. Pignatellus.

[Additio Compendiatoris ad eundem.

Auellino. Al Veſcouo. Illuſtre, e Reuerendiſſimo Signore come fratello. *Nel riferirſi auanti Noſtro Signore il caſo, che con lettere del Sig. Cardinal' Areiueſcouo di Beneuento, ſi è inteſo eſſer à V.S. occorſo nelle collationi degl' Ordini Sagri col porgerſi à gl' Ordinandi la materia dal Maſtro delle Cerimonie, mentre veniua da lei proferita la forma dell' Ordine, eſſendoſi rappreſentate le reordinationi da lei per ciò fatte, come da Sua Eminenza extrà tempora, la Santità Sua col parere di queſti miei Eminentiſſimi Colleghi Signori Cardinali Generali Inquiſitori per cautela de' reordinati, e de' reordinanti rilaſcia loro la ſoſpenſione, da eſſi forſe incorſa, & anco à cautela, diſpenſa con li medemi in vtroque foro, & à qualunque effetto ſopra l'irregolarità, ch' haueſſero incorſa per hauer miniſtrato ne' ſuoi ordini, e quanto à quelli, che reſtaſſero con pretenſione di dauerſi per tal cauſa riordinare, la Santità Sua in tanto, che quì fra' Conſultori Teologi, e Canoniſti ſarà il dubio con più accuratezza, e maturità conſiderato per l'opportuna riſolutione, non vuole, che da loro venga innouata coſa alcuna, e Dio la proſperi. Roma 13. Luglio* 1697. *Di V.S come fratello. Il Card. Cibo.*

Et re maturè perpenſa, Sac. Congreg. S. Officij Inquiſit. fer. 5. die 8 Auguſti eiuſdem anni decreuit, quoad ſupradictos reordinatos eſſe prudenter illuc vſque actum, quoad alios verò, qui iterum ordinati non fuerant, eſſe reordinandos ſub conditione ad formam Pontificalis Rom. non ſeruatis tamen interſtitijs, & extrà tempora, habilitando, & diſpenſando forſan inhabiles ad quæcumque Beneficia, & Dignitates, etiam Curata, ac exercitiũ Ordinum, & abſolui mandauit eoſdem ab irregularitate ex exercitio Ordinum forſan contracta; Eandemque facultatem conceſſit Eminentiſſimo Archiepiſcopo Beneuentano, non ſolum prò ſuis ſubditis, ſed etiam vt valeret eandem facultatem communicare alijs Epiſcopis. Et ità adamuſſim obſeruatum quoad omnia fuit.]

De Ordine quoad litteras dimiſſoriales aliqua. Vide de Immunit. tom. 3. Conſult. 8.

1 *An Epiſcopus Clericum ratione originis, vel domicilij altero Epiſcopo ſubditum, poſſit ratione beneficii, quod in Diœceſi ſua obtinet, ad Sacros Ordines, promouere quamuis beneficium ipſum ad congruam ſuſtentationem ſufficiens non ſit, poſito tamen, quod dictus Clericus ad titulum ſufficientis patrimonij ordinetur?*

2 *An Ordinandus ratione beneficii indigeat litteris teſtimonialibus Ordinariis originis, vel domicilii de vita, & moribus, aliiſque requiſitis, vel ſatis ſit de illis conſtare Epiſcopo ordinanti per informationem in ſuo Tribunali legitimè aſſumptam?* tom. 2. Conſult. 13.

Quoad 1. Dubium vide etiam *tom. 1. Conſult. 424.*

SIt regula quoad vtrumque dubium: Epiſcopus Diœceſanus poteſt ordinare ſine alterius licentia habentem in ſua Diœceſi beneficium, vel dimiſſorias illi concedere, vt ab alio Epiſcopo ordinetur. Ità Gloſ. *in cap. cum nullus de temp. ordin. in 6.* vbi Io: Andr. *ſub princ.* Archid. Anchar.& Butr. *num.*1. Gemin. *num.*5. *& ſeqq* ac multi alii.

Quoniam habens in Diœceſi beneficium, ibi reſidet, quandiù illud poſſidet, fitque Diœceſanus, ac Ciuis, contrahitque domicilium, Barthol. *in l.hæres abſens §.proindè ff.de iudic.& l.*1.*num.*13.*ff.de nunc.* Abb.*in cap. poſtulaſti de for. comp.* Campan. *num.*17.Boer.*dec.*206.*num.*20. ac alii. Idque etiam ſi Beneficiatus actu abeſſet à loco beneficii quia neceſſitas iuris reſidendi facit ſortiri domicilium. Panorm. & Butr. in *d.cap.poſtulaſti num.*4. *de for.comp.* Imò id locum habet, etiam ſi beneficium non requirat reſidentiam, nequè in illo reſideat, nequè in illius Diœceſi, cum tex.*in d.cap. cum nullus* ſimpliciter loquatur. Ità DD.*ad d.tex.* Add. ad Quar. *v.Ordo* Ricc. *in prax. for. Eccleſ.reſol.*258. Vgol. *d.cap.*26.§.3.

Quod quidem procedit, etiam ſi Beneficium ſit tenuè, imò tenuiſſimum: Nam quamuis verum ſit, quod ad titulum beneficij tenuis non poſſit quis ordinari ex Trid. *ſeſſ.*21.*cap.*2. *de refor.* non tamen ex hoc habetur, quod habens beneficium, etiam tenuiſſimum in Diœceſi, non ſit Diœceſanus, atque ſubiectus Epiſcopo Diœceſis, ac proindè, quod non poſſit ab eo ordinari ad titulum patrimonij, & beneficii ſimul ex rationibus allatis. In iure autem, quæ de beneficio diſponuntur, locum habent in quocumque beneficio, etiam tenuiſſimo, itàut, quod decernitur in Tridentino *ſeſſ.* 23. *cap.*6. *de refor.* ſcilicet, Clericum poſſidentem beneficium gaudere priuilegio fori, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, comprobetur in quocumque beneficio. Nauar. *de hor.canon. cap.*21. *num.*11. Azor. *par.*1. *lib.*10. *cap.*3. aliique. Et communiter, ſi Ordinarius adiiceret beneficio tenui patrimonium ſufficiens, poſſit ab eo Epiſcopo ordinari, vt per Vgol. Ric. & alios cum Campan. *n.*12. qui etiam fatetur, Epiſcopum, qui conferret Ordines ſubdito ratione tenuis beneficii, & non habenti ſupplementum patrimonii, non incurrere pœnam contrà promouentem alienum ſubditum, ſed aduerſus promouentem abſque ſufficienti titulo.

Si tamen Epiſcopus conferret beneficium extero in fraudem, vt illi conferat Ordines, non poſſet ei Ordines conferre, iuxtà Piaſec. *in pr.Epiſ. par.*1.*cap.*1. Ric. *reſol.*262. & alios. Minuſque poſſet quis ordinari ab Epiſcopo beneficii, quandò eſſet tenuiſſimum, ratione præſumptę fraudis, Barboſ. *par.* 2. *alleg.* 3. *num.*45. Campan. *d.cap.*8.*num.*12. qui etiam refert à Sacra Congregatione Concilii reſponſum fuiſſe, promotum ab alieno Epiſcopo ratione beneficii tenuiſſimi eſſe malè promotum, ipſumque proptereà ſuſpenſum ab executione, & Ordinatorem à collatione per annum. Quod autem non auſim credere, niſi adfuerit fraus.

Quale autem ſit beneficium tenuiſſimum? Sotus *de iuſt.lib.*10. *quæſt.*5. *ar.*3. ait, eſſe illud, quod non attingit ducatos octo, quod placuit Barboſæ *d.num.*45. Auctor verò praxis Epiſc. *v.beneficium §.*3.*par.*1.& Piaſec. *in pr.cap.*1.*nu.*10. volunt eſſe reditus annui quatuor ducatorum, quibus adhærent alii, adeò vt vſque ad ducatos ſeptem incluſiuè dicatur tenue.

Imò Garz. *de benefic.par.*4. *cap.*4.*num.*3. id extendit ad beneficium manuale, & ad nutum amouibile, nam licet ad illius titulum quis promoueri non poſſit, vt tradunt communiter DD. ratione tamen illius, poterit ad alium titulum ordinari ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi eſt beneficium, vt docent Gemin. & Franch. *in d. cap. cum nullus*, aliique. Ampliantque vt locum obtineat, etiam ſi non habeat beneficium in titulum, ſed in Commendam perpetuam ad vtilitatem Commendatarii. Nam iſta reputatur titulus Canonicus, ſiuè habet vim tituli. Garz.*loc.cit.num.*19. Barboſ. *par.*2.*alleg.* 4.*n.*50. ac alii.

Item ampliant, vt locum habeat, ſiuè ſit beneficium, propter quod recipit Ordinem, ſiuè non, cum tex. *in d. cap. cum nullus* generaliter, & indiſtinctè loquatur, vt ait Gloſ. *ibi v.Eccleſiaſticum.* Vndè ſi beneficium haberet certum Ordinem annexum, puta Subdiaconatus, poterit ab eodem Epiſcopo ratione talis beneficii, etiam ad alios Ordines promoueri. Vgol. *de poteſt.Epiſc. d.cap.*26. §.3. Barb *eodem arg.par.*2. *alleg.*4.*n.*50.& Ric.*in d.pr.reſol.*258 *n.*2.

Ac tandem inquiunt, non ſolum poſſe eum ordinare Epiſcopum beneficii, ſed etiam cum eo diſpenſare in interſtitiis, & in illegitimitate ad Ordines minores. Garz. *cap.*5. *num.* 14. & Barb. *cit.num.*454. Nam cum ſit illius ſubditus ratione beneficii quoad Ordines, eſt quoque ſubditus quoad omnia concernentia dictos Ordines, & illis annexa, iuxtà *l.*2. *ff. de iuriſd. omn.iud.*

Obſeruat tamen Garz. *d.par.*2. *cap.*4. *n.*15. quod Epiſcopus, in cuius Diœceſi eſt beneficium, poteſt ordinare, vel dare litteras dimiſſorias, etiam ſi beneficium eſſet ſubiectum alteri Epiſcopo quoad collationem.

Notandum item eſt, quod ad hunc effectum requiritur poſſeſſio pacifica beneficij, itàut non ſufficiat ſola collatio, ſeù titulus: Nam ad hoc, vt quis efficiatur de foro, neceſſarium eſt, quod habeat beneficium cum effectu, iuxtà Trid. *ſeſſ.* 11. *cap.*2.*de refor.* Ricc. *d. reſol.* 258. Nouar.*n.*20. & alii.

Atque ita cenſuit Sacra Congregatio Conc. cum alias, tum nouiſſimè in vna *Caſtrenſi Ordinum* ſub die 24.Martii 1668. *ad cap.*8. *et cap.*13. *ſeſſ.* 23. *de refor.* quæ cum ſibi propoſita fuiſſent hęc eadem dubia, ad 1.cap. reſpondit affirmatiuè,

niſi

niſi adſit frans, & ad 2. etiam affirmatiuè, iuſſitque dari declarationem. Nam ſufficit, quod promouendus ſit notus ordinanti, vt illum ordinare poſſit, etiam ſine litteris teſtimonialibus. Ciarlin. *in controu. for. cap 46. nu.* 24. & Gratian. *diſcep.420. num.1.et* 2. Quæ teſtimoniales ſemper debent concedi ab eo, qui eſt melius edoctus de vita, & moribus ordinandi, itàut ſi quis nullius Diœceſis ſit ordinandus, licet dimiſſorias ab Epiſcopo viciniori accipiat, tamen teſtimoniales dantur à Prælato inferiori, tanquam melius edocto. Nouar. *in Sum. Bull. tomo* 1. *tit. de ordin. extr. temp.num.6.*

Obtinens autem litteras, ſeù priuilegium à Sede Apoſtolica, vt promoueri poſſit à quocumque Antiſtite Catholico, ſeù alias ab Epiſcopo non ſuo, non poteſt vti tali indulto, niſi habeat commendatitias ſui Ordinarii. Si ſecus fiat, ordinans à collatione Ordinum per annum, & ordinatus à ſuſceptorum Ordinum executione, quandiù Ordinario promoti videbitur expedire, eſt ſuſpenſus *ex loco citato*. Itàque in iſto caſu non requiruntur dimiſſoriæ, ſed ſolum Commendatitiæ, proprii Ordinarii. Tolet.*lib. cap.*49. §.*quarta* Quaranta *v.Ordo* §.*ſuſpenſionis pœnam*, ac alii. Quod limitat Tolet. *loc. alleg.* cum declaratione Sacræ Congregationis, vt non habeat locum in collatione primæ tonſuræ: quia hoc loco non continetur Ordinum appellatione.

De Ordinatione Græcorum, & Latinorum, vbi ad id genus effata varia, veluti Canones. tom.3.Conſult.6.Item vide tom.5. Conſult.61.

IN *cap.cum ſecundum de temp.ordin.*Latini à Græcis, & Græci à Latinis ordinari non debent, ritum ſuum mutando, ſed quiſque ritum ſuum custodire debet; Vndè neque poteſt Epiſcopus Latinus ſuo ſubdito Clerico Latino licentiam dare, vt ordinetur à Græco Epiſcopo ritu græco, ſed ſolum ritu latino, *cap.quod tranſlationem de temp.ord.*Abb. *in d.cap.cum ſecundum,* Azor. *tom.2.lib.3. cap.48. quæſt.14.* Alias ordinatus non recipit Ordinis executionem, vt colligitur ex *d. cap. quod translationem*, videlicet eſt ipſo facto ſuſpenſus.

Imò neque ipſe Epiſcopus Latinus habens ſub ſe Græcos ſubditos, poteſt eos græco ritu ordinare, ſed tantum latinè Latinus ordinare poteſt. & prò Græcis debet habere Epiſcopus Vicarium græci ritus, qui eos græco ritu ordinet, *vt cap.quoniam de offic.Iud. ord.*Alias enim, qui ordinatur contrà ritum ordinantis, vel ordinati, eſt ipſo iure ſuſpenſus. Maiol.*lib.3. cap.32.num.1. & lib.4 cap.32. num.2.*

Si tamen Græcus laicus mutet domicilium ad Eccleſiam Latinam ſe transferendo, vel ipſe Græcus ſubditus Epiſcopi Latini conſentiat tranſire ad ritum latinum, & latinè à Latino Epiſcopo ordinari, id fieri poterit, ſed non ordinabitur in Sacris, niſi promittat, & voueat caſtitatem, ſaltem implicitè. Quod ſi vxorem habeat, non poterit à Latino ſic ordinari, niſi cum vxoris conſenſu voueat continentiam. Gloſ.*in d.cap.quoniam, & cap.Nicena* 31.*d.*Imola *in cap. cum olim num. 6. de Cler. coniug.* Alias ordinatus erit irregularis. Latinus verò laicus non poteſt, etiam mutando domicilium, ſe transferre ad ritum græcum, & ordinari à Græco ad titulum Eccleſiæ græcæ, etiam cum conſenſu ſui Epiſcopi Latini: Quia id ius Canonicum, ſeù Pontifex non permittit, Vndè ſi vxorem habeat, & ſic in Sacris ordinetur à Græco, non poterit vti Matrimonio ſecundum veriorem ſententiam. Hoſt. *in d. cap. Quod translationem*, vbi Abb. *num.* 3. & Cardin. §. *Quæro in eo.*

Græci ordinati ab Epiſcopis Schiſmaticis, aliàs ritè ordinati, ſeruata debita forma, recipiunt quidem Ordinem, ſed non exequutionem. Proindè ordinati ab Epiſcopis Schiſmaticis, correcti, vel emendati, reconciliandi ſunt, & abſoluendi cum pœnitentijs ſalutaribus, dummodò errores, vel ſaltem ſchiſma ordinatoris abiurent in iudicio, vel publicè, vel ſecretò prò qualitate facti. In Ordinibus autem aliàs per eos ritè ſuſcepeis, miniſtrare non permittantur, niſi cum ipſis ſuper irregularitate, huiuſmodi occaſione contracta, auctoritate S.Sedis Apoſtolicæ fuerit diſpenſatum.

Non ſunt admittendi Epiſcopi Schiſmatici ſiuè prò Ordinibus, ſiuè prò alijs Sacramentis conferendis, ſed detinendi donec S.Sedes Apoſtolica conſulatur, & reſponſum habeatur.

Græci ſine literis dimiſſorijs Epiſcopi Latini Diœceſani ad ſacros Ordines promoti, ſuſpenſi ſunt. Et ſi ſuſpenſi ſuis Ordinibus adminiſtrauerint, efficiuntur irregulares, ſicut & Latini; Super huiuſmodi autem, & ſimilibus irragularitatibus diſpenſandi facultas à S.Sede obtinenda eſt.

Si Epiſcopus Latinus Græcum aliquem ordinare voluerit, qui à Presbytero Græco in baptiſmo chriſmate in fronte de facto fuerit conſignatus, debet illum antea confirmare, ſaltem ſub conditione.

Presbyteri Vidui habitum deferre debent diuerſum ab alijs.

Epiſcopus Græcus non poteſt ordinare in Eccleſia Latina ſecundum ſuum ritum, neque Vicarius id ei concedere. Sac.Cong.Epiſc. in vna *Tranen.* 22. Ianuar. 1602. Eadem tamen Sac. Cong.in vna *Meſſanenſi* 5.Septemb.1606. conceſſit cuidam Epiſcopo Græco facultatem ordinandi Græcos ſuæ Diœceſis, & celebrandi tunc Pontificaliter.

Et Vrb VIII. ad relationem Sacræ Congregationis conceſſit, vt quidam Græci Diœceſis Montis Regalis in Sicilia ordinari poſſent cum dimiſſorijs Vicarii Capitularis Montis Regalis ab Epiſcopo Coronenſi Græco Melitæ reſideu-

Digitized by Google

dente, accedente conſenſu Epiſcopi Meliteuſis, faciente tamen expeditionem huiuſmodi facultatis Congregatione S.Offic.15.Maii 1632.

Romæ verò ex Conſtit.34.Clem.VIII.quæ incip. *Sanctiſſimus*, reſidet Epiſcopus Gręcus, qui ordinat Gręcos Catholicos Gręco ritu. Et ex Conſtitutione Vrb. VIII. prò regimine Collegii Gręcorum: *Curet Protector Collegii ſpecialiter deputatus, vt Græcus aliquis ex Oriente Græco ritu conſecratus Epiſcopus Romæ ſit ad diuina officia, atque ordinationes ritu Gręco in Eccleſia Sancti Athanaſii peragendas, quique ea ad cęremonias, & ritus Orientalis Eccleſię faciunt, docere Alumnos poſſit, & ipſe per omnia ſeruet. Qui tamen nullum ius in Collegium, aut in Eccleſiam habeat, atq; ad nutum amoueri à Protectore poſſit.*

Gręci laici in Italia ſumunt Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie, quod ab Ordinariis eſt prohibitum.

Non poſſunt Itali Gręci prohiberi, nè Sacerdotes in Baptiſmo conferant Sacramentum Confirmationis, iuxtà Breue Pauli III.& Pij V.

Græci Albanenſes morantes in Sicilia non indigent confirmatione ſuorum priuilegiorum à Leone X.& Paulo III.conceſſorum.

Circà obſeruationem feſtorum Eccleſię Latinę obſeruare debent inſtructionem Clem.VIII.

Gręci ordinati ab Epiſcopo ſchiſmatico habilitantur ad executionem ſuorum Ordinum in ritu Gręco tantum.

Cum adſcriptis ſeruitio Eccleſiæ Græcæ, quę fuit redacta ad ritum latinum, diſpenſat Papa, vt poſſint ſeruire iuxtà ritum latinum; non tamen poſſunt amplius redire ad gręcum.

Gręci Itali ad Ordines ſacros promouendi debent accedere Romam, vt promoueantur ab Epiſcopo ad id deputato, & licentia ſuſcipiendi Ordines ab alijs Epiſcopis eſt eis deneganda.

Presbyteri Græci prohibentur latino more, & Latini ritu gręco, & alia diuina officia celebrare, ex Conſtitutione Pij V. *Prouidentia*, vbi reuocantur omnia priuilegia conceſſa in contrarium.

Gręci Orientales non admittuntur ad celebrationem Miſſarum, niſi habeant ſeptem Ordines, ſintque ordinati ab Epiſcopo Gręco, communionem cum Sede Apoſtolica habente. Ex Conſtitutione autem Innoc. IV. incipiente *Sub Catholicę profeſſionis fidei*, Epiſcopi Gręci de cętero ſeptem Ordines ſecundum morem Eccleſię Romanę conferre tenentur.

Epiſcopi Gręci non poſſunt in Dięceſibus aliorum Epiſcopotum exercere Pontificalia, niſi de ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicę, & facto prius verbo in Sacra Congregatione coram Sanctiſſimo.

Gręci non ſunt permittendi orare prò Epiſcopo ſchiſmatico, eorum ordinante, ſed debent orare prò Summo Pont. & eorum legitimo Epiſcopo, Prò Schiſmaticis autem tantum eſt orandum, vt conuertantur.

Sunt tolerandi, ſi abſoluant pœnitentes forma conſueta in Eccleſia Occidentali, ſcilicet: *Gratia Sancti Spiritus per meam humilitatem habeat abſolutum, & liberatum*. Vel ità. *Beatiſſime Rex per me humilem, indignum ſeruum tuum remitte ſeruo tuo &c.*

Ijs, ſi fieri poteſt, non permittatur, vt laicis adminiſtrent Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie. Quoad vinum verò benedictum ſolitum dari infirmis poſt ſumptionem corporis, non ſunt reprehendendi.

Licet in conferendo baptiſmo, vt faciant trinam aquæ aſperſionem, dum dicunt; *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.*

Illiterati, ſicuti Latini non ſunt promouendi ad Ordines. Promoti verò non ſunt ſuſpendendi.

Non licet eis curam animarum Latinorum gerere, nec munus Parochi exercere.

Cum Gręcis ordinatis ad Ordines ſacros ab Epiſcopo Schiſmatico diſpenſatur ſuper irregularitate, pręuia fidei profeſſione.

Græcis Diaconis volentibus ordinari ad ritum latinum denegatur licentia.

Catholici Gręci ſuſcipientes Ordines ab Epiſcopo Schiſmatico, ignorantes eſſe Schiſmaticum, expediuntur cum profeſſione fidei.

Ordinati ab Epiſcopo Schiſmatico, celebrantes, ſunt ſuſpenſi, & irregulares, & diſpenſatio eſt Sedi Apoſtolicę reſeruata.

Græcorum filii, qui Matrem Latinam habent, & more latinorum viuunt, vt Patribus obſequantur, permittitur ſumptio Euchariſtiæ ſecundum ritum græcum, vt videtur eſſe deciſum in Inſtructione Græcorum editam per Clementem VIII.illis verbis: *Proles ſequitur Patris ritum, niſi præualuerit Mater latina*, & propterea cum Mater in educatione liberorum videatur præualere, deberent filii ſeruare ritum latinum, etiam in ſumenda Euchariſtia, ad quod ſunt perſuadendi Patres, non cogendi, ſicut nec ipſi filii, ſi velint in ritu græco, dummodò ſit probatus ab Eccleſia, viuere, ſunt impediendi, ſecus ſi velint partim græcè, & partim latinè viuere.

Vxores Græcorum, quamuis eorum more baptizatæ ſecundum inſtructionem Clem. VIII. debent retinere latinum ritum, ſi in reliquis ipſi latinè viuunt, vt conformentur cum propropriis viris.

Græci ſeruantes ritum latinum non debent audire Miſſam, & ſumere Euchariſtiam more Græcorum, & quem ritum elegerint, debent perfectè obſeruare.

Græci Catholici in defectum Sacerdotum gręcorum poſſunt iuxtà ritum latinum confiteri ſacramentaliter, & Sacram Euchariſtiam ſumere.

Græcis habitantibus inter Latinos nõ permittitur

vſus

vſus carnium die Sabbathi. Habitantibus verò in Villis, & Terris ſeparatim abſq; Latinis, non prohibetur eſus carnium, iuxtà eorum ritum.

Græci Itali cogendi ad obſeruantiam Kalendarii Gregoriani.

Non poſſunt Græci ſuſcipere Ordines ab Epiſcopo ſchiſmatico, ſed potius à Latino, & ſic ordinati poſſunt permitti, vt celebrent ritu græco.

Cum mulier græca, mortuo eius viro Presbytero, diſpenſatur, vt cum alio contrahere poſſit, non obſtante Græcorum conſuetudine, quod relicta Presbyteri alteri nubere non poſſit.

Nequeunt ob inopiam tritici in pane ordeaceo conſecrare.

Denegatur Græcis Presbyteris facultas audiendi Confeſſiones Latinorum.

Denegatur facultas gręcis Presbyteris celebrandi Miſsam lingua græca cum conſecratione in azimis, ſecundum ritum latinum.

Cum Græcis, qui ſuſceperint Ordines minores ritu græco diſpenſatur, vt ad Ordines ſacros ritu latino promoueantur, dummodò omnes quatuor Ordines Minores, iuxtà ritum latinum ſuſceperint, vel ſi quemquam omiſerint, ſuppleant.

Presbyteris gręcis poteſt concedi licentia celebrandi Miſsam ritu græco. Vbique Itali græci prohibentur exercere exorciſmos.

Contrà Græcos, qui poſtquam tranſierunt ad ritum latinum, redeunt ad ritum gręcum, ſi non reuertantur ad ritum latinum, grauibus pœnis procedendum eſt:

Nullatenus debent Græcis aſſignari Eccleſię Latinorum, vt in illis celębrent ritu græco.

Cum eo, qui à ritu latino tranſit ad ritum græcum, non diſpenſatur, vt in ritu græco manere poſſit.

Sacerdos ritu latino contrahens Matrimonium cum muliere ritus græci, præuiis examine, abiuratione, & reaſsumptione habitus Clericalis, reconciliatur.

Diaconus ritus Græci habilitatur ad ſuſcipiendum Presbyteratus Ordinem ritu latino, dummodò amplius non redeat ad ritum gręcum.

Cum ijs, qui ſunt ritus latini non diſpenſatur ad ſeruanda ieiunia ritus gręci.

Cum Græcis primam tonſuram more latino ſuſcipientibus diſpenſatur, vt poſſint ad omnes alios Ordines, etiam Sacros, & Presbyteratum ritu gręco promoueri.

Sacerdotes Catholici Rutheni poſsunt in caſu neceſſitatis, & deuotionis in Eccleſia Catholicorum ritus latini Altaribus, Calicibus, & veſtibus ſacris eorundem Catholicorum vti, & Miſsam celebrare, ritu tamen Rutheno, ac etiam Sacerdotes Catholici in Eccleſijs Ruthenorum non ſchiſmaticorum celebrare, ritu tamen latino, ſecluſo ab vtraque parte omni ſcandalo.

Sacerdotes Rutheni non Schiſmatici poſsunt confiteri Sacerdoti Catholico ritus latini, & è contrà, in caſu tamen neceſſitatis, & ſeruata forma inſtructionis editæ ſuper ritibus Græcorum.

Sacerdotes Rutheni adminiſtrant laicis Ruthenis Sacramentum Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie.

Ruthenis, qui morantur in Italia, poteſt concedi licentia celebrandi Miſſam ſecundum ſuum ritum, recognitis prius Miſsalibus.

De Clerico minori, qui falſis fidibus ætatis obtinuit Parochialem, & promoto extra tempora ad Ordines ſacros, in quibus curam animarum exercuit, Vide de Parocho tom.4. Conſult.40.

1 *An Archidiaconus, siuè prima Dignitas debeat vocari ad examen Ordinandorum?*

2 *An, & quomodò Archidiaconus de ignotorum sibi ſufficientia publicè teſtari queat? Vbi eius officia ad id iam neglecta reuocantur in vſum. Qua ratione antiquus ille Eccleſiarum ſplendor reuiuiſcere poterit, & aſperſa* Eccleſiaſticis *gradibus contumelia detegi?*

3 *An idem Archidiaconus euocari debeat ad examen per concurſum Parochiatium?*

Vbi parerga de Sac. Ordinibus. tom.4. Conſult.181.

AD 1. Affirmatiuè per tex. *in cap. noſtrum 9. in cap. ad hæc de offic. Archid.* Campanil. *in diuerſ. iur. diſp. 3. num.* 17. Quaranta *in Sum. v. Ordo,* vbi habetur, quod officium Archidiaconi eſt Ordinandos primum examinare, & inquirere, an habeant ſufficientem titulum, & poſteà illos præſentare Epiſcopo ordinanti ex iuribus deductis.

Cum igitur Archidiaconus teſtari debeat de qualitate Ordinandorum Epiſcopo ordinanti, cum iuxta Pontificale Clem. VIII. ab illo interrogatur: *Scis iſtos dignos eſſe?* Ex qua atteſtatione peccat mortaliter, ſi prò indignis, & ignotis teſtaretur. *cap. vnic. de ſcrutinio,* non poterit hoc peccatum euitari, niſi examini interſit.

Et ſanè, vt aliquid de officijs Archidiaconi in explorandis, vel commendandis Ordinum candidatis, quæ temporibus noſtris nimis neglecta ſunt, aſſeramus. notant Chriſoſt. *lib. 2. de Sacerd. cap.* 4. eam fidem, quæ à vulgi opinione facta eſt, non eſſe præcipuum ſignum, aut vnicum, quo qui ordinandi ſunt, debeant approbari. Conſultò itaque egit Eccleſia, quæ & quorundam occulta teſtimonia expoſuit, vt vulgi famam per quoſdam examinari præcipit.

Archidiaconi igitur eniti debent, vt quantum fieri poteſt per ſeipſos omnium Ordinandorum mores, vitamque cognoſcant. Sunt enim ex ijs Diaconis, qui ſecundum Euariſtum *ep.* 1. & habetur *in can. Diaconi diſt.* 93. quaſi oculi videntur Epiſcopi, & ſecundum S. Clementem *ep. 1. ad Iacob. Fratr. Domini,* cui conſentit Anaclet. *ep. 1.* & Trid. *ſeſſ. 24. de refor. cap.* 12. Sunt Epi-

ſcopi

ſcopi oculi oberrantes, & circuminſtrantes, vt referant ad Epiſcopum. Ij ſunt, qui cum reliqui Diaconi oculorum ſymbolo deſignentur, ipſi potiori titulo totus oculus cenſendi ſunt, vt argumentatur Iſidor. Peluſiota *ep.29. lib.1.* Cum ergò oculi ipſi ſint Epiſcoporum, quod Epiſcopi per ſeipſos ob negotiorum multitudinem præſtare non poſſunt, hoc ipſi exequi debent, vt omnes, qui ad Clerum deſtinantur, vel iam Clero inſcripti ſunt, habeant benè notos. Quod facilè præſtabunt primò, ſi inter viſitandum à quibuslibet Sacerdotibus petant, an Clericum ſecum habeant, de cuius ingenio, indole, & moribus plenius inſtruantur. Secundò, ſi eorum, qui ad Clerum aſpirant, vitam per ſeipſos explorent, indolem expendant, ingenium tentent, & à viris fide dignis de eorum vita, ac moribus leui ſaltem cognitione imbuantur. Tertiò, ſi ex præſcripto Concil. Prouincialis Mediolanenſis ſub S. Carolo *tit. quæ ad Sacram. ord. adminiſtr. pertin.* primi omnium, tam ſecularium, quam Regularium, qui aliquem Ordinem aſſumpſerint, nomina, locum etiam, & tempus, quo ordinati fuerint, confecto ad id ſpeciatim libro, deſcripta habeant.

Ad 2. Quamquam Archidiaconus Epiſcopali examini præſens minimè ipſe fuerit, aliis fortè negotiis detentus, quamquam etiam plures offerri Epiſcopo Ordinandos contingerit, vt ferè ſemper contingit, vel alterius Diœceſis, qui cum litteris, vt aiunt, dimiſſorijs ad Ordines admitti ſolent, vel alterius Archidiaconatus, quorum nec vitam exploratam, nec mores cognitos, nec doctrinam compertam habere poteſt; poteſt tamen tuta conſcientia de eorum moribus, & eruditione teſtari, tum quod aliorum teſtari, tum quod aliorum teſtimonio inniti, ac fidere queat, tum quod de vniuſcuiuſque probitate, ac pietate præſumere debeat, quandiù nempè contrarium ei non apparuerit. Si enim certa ſcientia alicuius inſufficientiam, vel defectum teneat, obligatur eum Epiſcopo prodere, qui rem diſcutiat, & examinet, cuius Epiſcopi ſententiæ, niſi acquieſcat, vix à temeritate immunis habebitur, niſi fortè intolerabilem ipſa errorem contineat. Doctrinam hanc haurire poſſumus ex Innocentij III. decreto *in cap. vn. de ſeru. in ordin. facien.* qui eam expreſſius tradit, dum prædictæ quæſtioni reſpondet.

Ad 3. Negatiuè. Cum enim in Sacra Congregatione Concil. quæſitum eſſet: an facultas de iure antiquo competens Archidiacono examinandi, nedum promouendos ad Sacros Ordines, ſed etiam inſtituendos in Eccleſijs, vt habet *in cap. ad hæc de offic. Archid.* ſit ſublata per Conc. Trid. diſpoſitionem, quæ habetur *ſeſſ. 24. cap. 18.* vbi quoad Eccleſias Parochiales hoc munus demandatur Examinatoribus electis in Synodo, Secundò quatenus ſit derogatum prærogatiuæ Archidiaconi, vt non poſſit ſolus hæc facere, an ſaltem debeat interuenire cum Examinatoribus, licet ipſe non ſit vnus ex deputatis in Synodo? Sacra Congregatio ad 1. cenſuit, Concilium priuaſſe Archidiaconum ſua facultate examinandi. Ad 2. reſp. non debere, niſi ſit vnus ex deputatis in Synodo.

Parerga. Ordinati ab Epiſcopo falſo declarantur non ordinati, ſuntque iterum ordinandi, & interim remanent inhabiles ad ſuſcipiendos Ordines, debentque prò rehabilitatione, & diſpenſatione recurrere ad Sedem Apoſtolicam, nec poſſunt in Ordinibus ſuſceptis miniſtrare, ac celebrare.

Ad Ordines Sacros, & Presbyteratum ordinati cum materia porrecta per alium, non autem per Epiſcopum cum prolatione formæ verbis generalibus: *Accipite, &c.* ſunt nulliter ordinati. Quare à quocumque Epiſcopo habente auctoritatem, poſſunt ordinari ſecretò extrà tempora, & temporum interſtitiis non ſeruatis. Quod ſi id publicum fuerit, indèque ortum ſcandalum, publicè reiterentur.

Ordinati ab Epiſcopo ſchiſmatico non poſſunt in Ordinibus ſuſceptis miniſtrare, niſi obtenta diſpenſatione Apoſtolica.

Ordinati à prætenſo Epiſcopo, iterum prævio examine ſub idoneitate, ordinandi ſunt ſub conditione ab Epiſcopo viciniori, concurrentibus debitis requiſitis. Qui Epiſcopus poteſt etiam ſub conditione conferre Sacramentum Confirmationis ijs, qui confirmati fuerunt ab eodem prætenſo Epiſcopo.

Contrà vxoratum, qui ſe promoueri facit ad Ordinem Subdiaconatus proceditur in Sancto Officio.

Promotus per ſaltum poteſt torqueri in S. Officio ſuper intentione. Quod ſi nihil reſultet, remittendus ad ſuum Ordinarium, vt puniatur & conſcientiæ ſuæ conſulat.

An Epiſcopus melius faciat, ſi ad Sacros Ordines promoueat pauperes, quam diuites?
tomo 4. Cònſult. 182.

RESP. omnes quotquot idoneos repererit ſiuè pauperes illi ſint, ſiuè diuites. Conſultò tamen, ac maturè Conc. Mediolan. 2. *decret. 27. cum trib. ſeqq.* pauperes præſertim à Parochis ad Sacra Miniſteria properandos monet: Nam & Chriſtus *Luc. 6.* pauperes ad Apoſtolatum promouit, ignobilia, & contemptibilia mundi eligens, vt fortia quæque confunderet *1. Cor.* Eaque Euangelicæ legis nota eſt. *Luc. 7.* ſinè quod pauperes euangelizentur. Vndè etiam primis Eccleſiæ temporibus, vel ſoli, vel ſaltem plures pauperes Cleri Catalogo inſerebantur. Extat ſiquidem lex Magni Conſtantini Imperatoris *l. 3. C. Theodoſ. de Epiſ. & Cler.* nullum deinceps inſtruendum idoneis facultatibus, atque obeundis publicè muneribus opportunum ad Clericorum nomen, obſequiumque con-

confugere, ſed eos de cœtero in cœterorum dumtaxat locum Clericorum ſubrogari, qui fortuna tenues, neque mnoeribus ciuilibus teneantur obſtricti. Ideòque non temerè fortè ſuſpicabimur, Eccleſiam, quæ pauperum ſanguine plantata eſt, quæ eorundem ſudoribus coaluit, quæ laboribus adoleuit, primum iuuentutis illius vigorem vix recuperare poſſe, niſi pauperes quoque, ſed vrbanè, & religioſè inſtituti ad Clericalis Ordinis luxati ruinas reſarciendas requirantur. Maximè verò, cum non iam ad Vrbium, ac populoſarum Ciuitatum culturam, ſed ad viliorem, & ignobilium Oppidorum inſtructionem Clericorum multitudo, vel induſtria deſiderari videatur; nam paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis, *Thren.*4 Diuites autem huius Mundi ſaturati ſunt, nec tam pane Chriſti, præbituro alioquì delicias Regibus, ſaginantur, quam onerantur *Geneſ.* 49. Quis autem corruptis nunc Eccleſiæ moribns ex diuitibus huius Mundi, ac ſapientibus in Vicis illis, atque ignobilibus Oppidis ad paruulos, pauperesque in fide nutriendos, niſi paruulus, & ex paupere familia adſtringi ſe patitur? Quis niſi in paupere domo educatus huic ſe officio Eccleſiaſtico addici ſinit, ex quo non niſi tenua emolumenta decerpantur? At his præſertim officijs reperiendi ſunt, qui deſungantur, pinguiores enim redditus, officia, beneficiaq; cum plures ambiant, facilius eſt ex pluribus magis idoneos, ſi lubeat, ſeligere, deſeri autem eas Eccleſias, quæ ſunt tenuioris redditus, nec tamen minoris momenti, neceſſum eſt, niſi pauperes aliqui ad Sacros Ordines gerendos præparentur.

Non itàque ſpectanda eſt in promouendis facultas, ſed mens, non adiumenta fortunæ, ſed ornamenta animi. Lege Baronium ad annum 1673. vbi de Gregorio VII. natalibus, paupertate, ac moribus agit.

An Epiſcopus, qui etiam ex indulto Apoſtolico, quod vocant extrà tempora, *facultatem habet ordinandi Petrum in tribus feſtis diebus, valeat die Dominico ipſum Petrum in Diaconum ordinare, quem præcedenti die Sabbathi ad Subdiaconatum promouerat? Et ſic ordinatus in quas pœnas incurrat?* tomo 4. Conſult. 228. ac vide tom. 6. Conſult. 78.

SVppoſita diſpoſitione Innocentij III. relata *in cap. litteras veſtras de temp. ord.* vbi dicitur, non licere Epiſcopo aliquem præcedenti Sabbatho à ſe ordinatum in Diaconum, ſequenti die Dominico continuato ieiunio in Presbyterum ordinare. Ac etiam ſuppoſito, quod Ordines Sacri ſolum conferendi ſunt in Sabbatho 4. temporum, aut Sabbatho Sancto ante Dominicam Paſſionis *Can. quo die, can. vlt.* 75. *d. cap. Eo de temp. ord.* Triden. *ſeſſ.* 23. *cap.* 8. Negatiuè reſpondetur.

Nam dicta diſpoſitio procedit, etiam ſi continuato ieiunio naturali ab Epiſcopo, & ab Ordinandis duobus diebus duos Sacros Ordines conferat. Salzed. ad Diaz, *cap.* 25. *lit.* C. & Barb. *in d. cap. litteras num.* 2. cum aliis Doctoribus.

Quare Epiſcopus hoc modo ordinans eſt ipſo iure ſuſpenſus à collatione illorum Ordinum, quos ſic contulit. ideſt vtriuſque Sacri, ſecundum multorum ſententiam *per d. cap. litteras*. Maiol. *lib* 3. *cap.* 24. *num.* 13. Barb. *ibi num.* 4. cum alijs. Recipiens verò ſic duos Sacros Ordines ſecundum magis communem eſt ſuſpenſus ad executione poſterius recepti tantum *d. cap. litterar.* Maiol. *lib.* 3. *cap.* 24. *nn.* 13. Nauar. *cap.* 25. *num.* 71. & alii. At vide melius *d. to.* 6.

1 *An laici Græci in Italia poſſint ritè promoueri ad primam tonſuram, et conſequenter ad Minores Ordines ab Epiſcopis Latinis ritu græco, vigore aſſertæ eorum conſuetudinis?*

2 *An Græci promoti ab Epiſcopis Latinis ad primam tonſuram ritu latino, poſſint ſubindè ad ritum Græcum tranſire?*

3 *Quo ritu cenſeri debeant Græci ab Epiſcopo Latino ordinati?*

4 *An in ritu græco conferatur prima tonſura ſeorſim à Lectoratu, & Ordinibus Minoribus?* tomo 5. Conſult. 61. ac vide tomo 3. Conſult. 60. huius tractatus.

AD 1. Negatiuè per tex. *in cap. cum ſecundum* 9. *de temp. ord.* Azor. *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 48. *q.* 14. & nos *tom.* 3. *Conſult.* 59. *num.* 1. & 2. Quia implicat, quod Epiſcopus Latinus poſſit ritu græco promouere Græcos, præcipuè quia in ritu græco non confertur tonſura, niſi ſimul cum Lectoratu, Epiſcopus autem Latinus non ſolum confere tonſuram ritu græco contrà morem Græcorum, ſecundum quem vel ſeorſim, vel coniunctim confertur cum Lectoratu ab Epiſcopis Græcis, vel conferunt altera die minores poſt iam collatam primam tonſuram, quod implicat fieri ritu græco à Latinis Epiſcopis.

His accedunt aliæ rationes, quas diximus to. 3. Conſult. 60. vt ſuprà citatum eſt.

Ad 2. Negatiuè, prout alias declaratum fuit à Sacra Congregatione S. Officij in *Hydruntina* 16. Martii 1644. & in *Larinenſi*, ac *Sypontina* 7. Iul. 1677. Nam Græci taliter promoti ab Epiſcopo Latino, ſi tranſeant ad ritum græcum abſque diſpenſatione Apoſtolica, ſuſpenſionem incurrunt executionis Ordinum. Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 32. *num.* 2. & nos *ad Conſult.* 59. *num.* 1. *et* 54.

Ad 3. Cenſendus eſſe illius ritus, cuius Eccleſiæ ſeruitio ſunt adſcripti, vt elicitur ex dicta declaratione S. Officii 4. Iul. 1613.

Ad 4. Negatiuè: Hallier. *de Sacram. Ord. par.* 2. *in*

Digitized by Google

append. ad ſect. de to nſur. Cler. ar.2.§.1.n.2. ibi: *Graci Eccleſiaſtica tonſura ritum cum Lectoris collatione confundunt.* Clarius Morinus *de Sacram. Ord.exerc.* 15.*de tonſur. Cler.cap.4. n.1. decretal.* vbi refert verba Eulogij, ſiuè Ritualis Græcorum, & conſtat ex Eulogio illuſtrato à Iacobo Goat. *fol.* 235. atque colligitur ex Bulla Innoc.IV. §.19. decernentis, omnes quatuor minores Ordines conferri debere Græcis ſecundum morem Eccleſiæ Romanæ, abrogato eorum ritu, cuius vigore ſolum Lectoratum olim accipiebant, omiſſis tribus alijs minoribus.

Quare præpoſitis infraſcriptis dubijs in Sacra Congregatione Conc.

1 *An ſiulicet, ſuſcepta prima tonſura latino ritu, poſſit quis inſigniri minoribus Ordinibus ritu græco, & ſic an validè, ac licitè Ordinatus?*

2 *An poſſit contrahere Matrimonium tanquam Clericus Græcus?*

Sacra Congrega. in Hydruntina *die* 21.*Maij* 1584. *reſpondit ad 1.negatiuè, & Oratorem eſſe validè, ſed non licitè ordinatum, ideòque ſuſpenſum ab exercitio Ordinum, & inhabilem ad alios ſuſcipiendum.*

Ad 2. Negatiuè.

An Regulares, qui nullitatis ſuæ profeſſionis conſcii, ſe ad Sacros Ordines promoueri faciunt, incidant in pœnas Conſtitutionis B.Pij V.incip. Romanus Pontifex? *Vbi plura initio diſcutiuntur de Ordinibus Sacris collatis, ſeù receptis ſine titulo legitimo beneficii, vel patrimonii, vel penſionis vel Religioſæ paupertatis.* tom.5. Conſult.77. Item quoad Beneficium in Patrimonium vide tomo 9. Conſult. 189. à num. 69. vſque ad 78. Et quoad pœnas contrà Ordinantes, & Ordinatos à num.92. vſque ad 159.

EX Conc. Chalcedonenſe *cap.6.de quo in C.neminem 70.d.* eos, qui abſolutè ordinantur, idest ſine titulo, vt ibi exponunt Glol.& DD. decreuit S.Synodus, *vacuam habere manus impoſitionem, & tale factum non valere ad iniuriam Ordinantis. Et in C. Sanctorum 70. d.* ex Conc. Vrb.II. *Sanctorum Canonum ſtatutis conſona ſanctione decernimus, vt ſine titulo facta ordinatio irrita habeatur:* Vndè ex hoc textu aliqui putant, Ordinatum ſine titulo eſſe ipſo facto irregularem. Sed communis ſententia docet per verba præmiſſa inferri ſuſpenſionem latæ ſententiæ, quam violantes efficiuntur irregulares. Nauar.*in man.cap.27. num.*245. Sayr. *lib.4.de cenſur. cap.14. num.*16. ac alij. At communis ſententia docet, requiri hic titulum beneficij, vel patrimonij ſufficientis. Suarez.*num.*2.

At *in cap. cum ſecundum Apoſtolum de præb.* Innocen.III. correxit Canones ſupradictos, benignius agere cupiens, ſtatuitque, prædictos ſine titulo Ordinatos non eſſe ſuſpenſos, ſeù non eſſe irritam ordinationem, ſed illis tandiù per Ordinantes, vel ſucceſſores eorum prouideri debere de ſuſtentatione, donec beneficia conſequantur. Quod etiam decernitur *in cap. Accepimus de ætat. & qualit.* Et quamuis videatur, quod ſucceſſor non debeat luere pœnas ſui prædeceſſoris, hoc tamen non habet locum, quia non fit in punitionem, ſed ad tollendum opprobrium Cleri, vt inquit Gloſ.in *d.cap.Cum ſecundum v.ſucceſſores:* Nam cederet in opprobrium Cleri, ſi quis Clericorum cogeretur aliquo vili modo ſibi victum quærere, addit etiam quod Eccleſia punitur: quia non reſiſtit Ordinanti, quod tamen non placet. Vbi eſt enim iſta Eccleſia, quæ poſſit, ac debeat reſiſtere? Ratio ergò eſt: quia bona Eccleſiæ ſunt prò alimentis Miniſtrorum, ideòque eò ipſo, quod quis factus eſt Miniſter, debet de bonis ipſius ſuſtentari, & ità communiter illum textum intelligi à Doctoribus teſtatur Suarez *loc. citato num.6.cum alleg.*

Epiſcopum verò non poſſe excipere de inhabilitate contrà eos, quos ipſe ordinauit, ſed tantum contrà Ordinatos à ſuis prædeceſſoribus, tradit Gloſ.*in d.cap.cum ſecundum v.licet*, & habetur ex *d.cap.Accepimus.*

Quod ſi Epiſcopus non examinauit Ordinatum, ſed commiſit alteri examen, nempè Vicario, vel Archidiacono, alijſque Examinatoribus, teneri eos; qui examinauerunt, docet Gloſſa *in d. cap. cum ſecundum v. ſucceſſores*, quem ſequuntur Quaranta *v. obligatio Epiſcopi*, Marchin.*de Sacram.Ord.tract.2.par.6.cap.7.diffcul.4.* quia negligenter ſe geſſerunt, & ſi non habeant vndè alant, teneri Epiſcopum. Verum id difficultatem patitur: Nam de iure debet ipſis prouideri de beneficio competenti, hoc autem non poteſt præſtari ab alio, quam ab Epiſcopo. Deindè obligatio tranſit ad ſucceſſorem Epiſcopum, quamuis ipſe negligens non fuerit, *d.cap.Accepimus, & cap.ſecundum.* Quod ſatis declarat, quod obligatio eſt penes Epiſcopum. Et ſi ratio habeatur culpæ, eſt in culpa Epiſcopus quoque, quod Miniſtris negligentibus committat examen: Nam per ordinationem acquirunt ius, vt ſuſtententur de patrimonio Eccleſiæ, ac proindè obligatio ſubminiſtrandi alimenta, aut prouidendi de beneficio eſt penes illum, apud quem eſt adminiſtratio Patrimonij Eccleſiæ.

Quod verò ſpectat ad ſubminiſtrationem alimentorum, Epiſcopus ſtatim tenetur in conſcientia illa ſubminiſtrare abſque eo, quod contrà ipſum intentetur aliqua actio: quia ſtatim ac conſtat de Ordine, compelli poteſt Epiſcopus ad alendum, donec prouideat de beneficio *d.cap.Accepimus.*

Quod procedit, etiam ſi habeat aliundè viuat: Nam vnicuique reddendum eſt, quod eſt de ſuo iure, ſiuè indigeat, ſiuè non indigeat.

Idem quoque dicendum eſt in caſu, quo Summus Pontifex concedit, vt quis poſſit à quocumque

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopo ordinaci, nempè quod ſubminiſtraee neceſſaria alimenta taliter ordinato ſine titulo pertineat ad proprium Epiſcopum Ordinati. Proprius autem Epiſcopus intelligitur ille, qui debet concedere dimiſſorias Ordinando; Nam Sum.Pont.concedendo,vt quis oedinari poſſit à quocumque Epiſcopo, ſolum tollit impedimentum, quod obſtare poteſt, nè poſſit ordinari, non autem habilitat prò ſuſcipiendo Ordine, ſed ſupponit, pròut de iuee habilitatum, aut habilitandum.

Sed Trid. *ſeſſ.21.cap.2.de reform.* ſtatnit, vt nullus Clericus ad Sacros promoueatur, niſi prius legitimè conſtiterit, eum beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens pacificè poſſidere; ad patrimonij autem, vel penſionis Eccleſiaſticæ titulum ordinari non poſſint, niſi quos Epiſcopus iudicauerit prò Eccleſiarum ſuarum neceſſitate, vel commoditate, conſtito tamen prius de tali titulo, eiuſque ſufficientia, & Canonum antiquorum pœnas ſuper his innouauit; Vndè ex hoc Trid.decreto aliqui dicunt ſolum innouari pœnas *d.cap. cum ſecundum* Tolet. *lib.*1. *cap.*48.Sayr.*lib.4.cap.14.num.16.*Gutier. *pract. quæſt. lib.2. cap.65. num.*11. ac alij. Sed verior ſententia ex ſtylo Curiæ, & S. Pœnitentiariæ eecepta eſt, quæ diſtinguit,atque aſſerit,omnes d.Conſtitutiones, & Canones innouari reſpectiuè, ſcilicet; Quod ſi ordinatus quis fuerit ad Sac.Ordines ſine titulo beneficij, vel patrimonij, vel penſionis,ſciente Epiſcopo, ſeu Epiſcopi culpa, ſolum in hoc caſu innouata eſt pœna *d.cap. cum ſecundum*, vt ſcilicet Epiſcopus teneatur ad alimenta, ipſe verò ordinatus non eſt ſuſpenſus; Si autem Ordinatus fuit ipſe ſolus in culpa, quia finxit titulum per falſa inſtrumenta, tunc ipſe ſolus pœnas incurrit, nimirum ſuſpenſionis ex *d.cap. Sanctorum*. Et ità tenet Sanch. *opuſc.lib.7.cap.1. dub.35. num.12.* cum Nauarro, & Salzedo, & eam probabiliorem. & in praxi receptam ait Reginal. *lib.* 32.*tract.2.num.72.* cum alijs.

Hæc autem ſuſpenſio relaxari nequit, donec ità promotus aſſequatur ſufficientem, & legitimum titulum prò congrua ſui ſuſtentatione, durante enim cauſa ſuſpenſionis, debet durare & ſuſpenſio, *arg.legis ſemper in ciuitate 5.§. negotiationes ff.de iur. immunit.* Et etiam ſi non relaxetur ſuſpenſio quoad Ordines exercendos, reabilitari tamen poteſt quoad beneficia conſequenda, remouendo ſuſpenſionis cauſam, quæ eſt defectus tituli. Remoueri autem nequit, niſi mediante conſecutione beneficij, vel patrimonij.

Patrimonij autem appellatione ſtrictè, & in ſuo primeuo ſignificatu intelligitur res patris, ſeu hæreditas, quæ à patre prouenit filio, *leg.quantitas* 72. Extenditur tamen, & communiter accipitur, atque intelligitur prò omnibus rebus, & bonis, quæ vndecumque obuenerunt alicui, & ſic capitur pro ſubſtantia, & facultate illius, *leg.munera 2.& leg quantum* 10. vbi Gloſ. *C.de numer.patrim.lib.*10.

In eo duas conditiones præcipuas requirit Sac. Conc. Trid. Prima eſt, vt illud, quod prò patrimonio exhibetur verè, hoc eſt actualiter, & cum pleno iure actualiter poſſideatur à promouendo. Secunda vt ſit conſtitutum in re fructifera; quia ſatis eſſe debet ad vitam ſuſtentandam.

Ex donatione conſtitutum efficitur irreuocabile poſt ſuſceptos ſacros Ordines: nam donatio facta eſt ob cauſam oneroſam, ſcilicet ob Matrimonium ſpirituale, reſpicitque tertiam perſonam, nempè Epiſcopum ordinantem, qui enim non ordinaſſet, niſi ſub ſpe donationis irreuocabilis, & aliter tenebatur illum alere. Salzed. ad Diaz.*cap.*18. *num.*17. Mantic. *lib.5. recopil.tit.6.lib.1.gloſ.9.num.*8. ac alij.

Idem quoque tenendum eſt de reſignatione beneficij, ad cuius titulum fuit ordinatus, etiam ex cauſa permutationis, non facta mentione d.qualitatis, videlicet, quod fuerit ad illius titulum ordinatus. Talis enim reſignatio, & permutatio eſt ipſo iure nulla, obſtante d. decreto Concil. cuius diſpoſitio non poteſt per æquipollens adimpleri, vt diximus, & reſoluit Rota in *Aretina Plebis* 4. Decemb.1600. coram Millino, & in *Mutinenſi Canonicatus* 19. Nouemb.1602.coram Licta.

Conſtitutum verò à Matre ex integra eius dote, nullitee conſtituitur, ſiuè quia Mulier non poteſt remanere indotata, quamuis alienatio neceſſaria, & priuilegiata ſit, vt latè Merlin. *de pignor.lib.2.tit.1.quæſt.18. à num.12. & ſeqq.* ſiuè quia concernit præiudicium aliorum filiorum Rot.*dec.420.num.1.par.1.rec.*

Præterea *in cap. Per tuas 37. de Simon.* Si quis rogauit Eccleſiæ Rectorem, vt eum ad Eccleſiæ ſuæ titulum præſentaret, vt ordinari poſſet firmiter promittens nunquam in Eccleſia ſua aliquam petere portionem, ad eum titulum ordinatus eſt ſuſpenſus, vt non poſſit in ſic ſuſceptis miniſtrare, nequè ad ſuperiores aſcendere, donec cum eo diſpenſetur. Et *cap. penult. de Simon.* Si quis aliquem ordinauerit, vel ad Ordinem præſentauerit, promiſſionem, vel iuramentum ab eo recipiens, quod ſuper promiſſione ſua non inquietabit eum, Ordinator à collatione, præſentator ab executione Ordinum per triennium,& Ordinatus abſolutè, ſeu tali fiduciario titulo ab ordine ſic ſuſcepto, donec à Sede Apoſtolica diſpenſationem meruerit obtinere, nouerint ſe ſuſpenſos. Has pœnas innouatas eſſe à Trid. *ſeſſ.21.cap.2. de refor.* Henriq.*lib.13.cap.37.num.2.* & Auil. *par.2. diſput.2.dub.5.concl.1.*

Non dicitur fictum, vel fiduciarium patrimonium ex eo, quod in inſtrumento adſit conditio, vt bona reuerti debeant ad donatorem, caſu quo ordinatus fuerit prouiſus de ſufficienti beneficio Eccleſiaſtico, vt declarauit Sac.Congreg. Epiſc. in *Carpenſi* 6.Decembr.1588. ibi: Carpenſi Archiepiſcopo. *La clauſula, che ſuole apporſi nelle donationi, che ſogliono farſi a Chierici*

per titelo ad ordinarſi, cioè che la coſa donata debba ritornare al donante ogni volta, che il promoſſo conſeguiſca beneficio, ò altro titolo, è valida, e non vitia la donatione. Vel conſequatur alia bona ſibi ad ſuam congruam ſuſtentationem ſufficientia. Eadem Sac. Congr. in *Eugubina* 22. Maij 1590. dummodò ſit tot certorum redditnum ad vitam ſuper certis bonis, donec ſit ſufficienter prouiſus. Eadem Sac. Congreg. in eadem *Eugubina* 1. April. 1596. Idque non obſtante, quod bona ſint ſita in aliena Diœceſi. Eadem Sac. Congr. in *Leodienſi* 6. Mart. 1600. Et quod Patri, vel Fratribus donantibus nihil remaneat prò eorum victu, dummodò donatio ſit realis, firma, legitimè facta, & tot bonorum, vt fructus aſcendat ad taxam in illa Diœceſi firmatam. Eadem Sac. Congr. in *Aretina* 10. April, 1590. Quæ tamen aſſignatio non ceſſat per prouiſionem amouibilem. Eadem Sac. Congr. in *Brixienſi*. 26. Ianuar. 1616. Ità quidem, vt pœnæ ſolum habeant locum, quandò conſtat, donationem fictè factam fuiſſe, ſecus ſi dubitetur tantum, ſed non plenè conconſtet: quia in dubio iudicandum eſt in fauorem actus, & ſtatus Eccleſiaſtici. Bonac. *tom. 3. diſp. 3. quæſt. 1. pun. 8. num. 8.*

Patrimonium verò hypothecis ſubiectum perindè eſt ac ſi eſſet falſum: Nam ordinatus non poterit ex illis bonis ſuſtentari, ſi creditor de ijs ſibi ſatisfieri voluerit: quia tranſierunt cum onere hypothecæ. Bonac. *loc. cit. num.* 16. & declarauit Sac. Congr. Epiſc. in *Vgentina* 6. Octob. 1617. Id tamen non obtinet, quandò bona hypothecata, vel emphiteutica, deductis oneribus, ſufficiunt ad congruam ſuſtentationem. Eadem Sac. Congr. in Fauentina 9. Maij 1614. & Sac. Congr. Conc. ſæpius, quæ etiam die 2. Iunij 1629. cenſuit, poſſe ſuper cenſibus perpetuis cohærentibus rei immobili, & cum legitimis cautionibus, & dummodò proprietas cenſus ſit talis ſummæ, vt in caſu reſtitutionis, & conuerſionis in bona ſtabilia, vel loca montium non vacabilia, annui reditus decenti ſuſtentationi promotorum ſufficiant, quodque in caſu huiuſmodi reſtitutionis cenſuum debitores teneantur pretium deponere penes ędem ſacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum inueſtiendi in alijs cenſibus eiuſdem qualitatis, vel in bonis ſtabilibus, vel in locis montium non vacabilibus, ad quod inueſtimentum faciendum teneantur ipſi ordinati ſub pœna ſuſpenſionis. Minuſque procedit quandò donator, vel aſſignator patrimonij alias hypothecati promiſit euictionem, & habet alia bona libera, ex quibus eam præſtare poteſt; quia tunc ratio ceſſat, & multò magis quandò ipſa bona donata, vel aſſignata, deductis oneribus realibus, ſufficiunt promotis ad ſuſtentationem. Ita etiam declarauit Sac. Congreg. Epiſc. in *Fauentina* 9. Maij 1614.

Et quamuis aliqui velint, quod poſſit quis promoueri ad ſacros Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines ad titulum beneficij, cuius fructus lucrari non poteſt, niſi poſt ſuſceptum Presbyteratus Ordinem, quod cum primis ſentit Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 19. *num.* 29. Attamen hæc doctrina, eiuſque obſeruantia in iure non ſubſiſtit; quia ſic promotus multis modis à ſuſcipiendo Sacerdotio poſſet impediri, & ità contra intentionem Sac. Conc. ad mendicandum cogeretur; Ideòque hanc doctrinam repudiauit Sac. Cong. Conc in *Vicenſi* 26. Sept. 1623. Poterit tamen propter talem ſpem ordinari cum patrimonio minori ſolito, vt cenſuit Sac. Cong. Epiſc. in *Comenſi* 12. Nouemb. 1597. Vel etiam cum patrimonio ſufficienti aſſignato, donec ad Presbyteratus Ordinem promotus fuerit, vt cenſuit Sac. Cong. Conc. in eadem *Vicenſi* modò relata. Ita etiam non eſt admittenda doctrina Dianæ *par.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 48. *de promoto ad titulum fideiuſſionis alimentorum*: Nam Sac. Cong. hunc titulum non admittit, licet promiſſio ſit in tuto poſita ſuper bonis ſtabilibus. Sed requirit patrimonium rei certæ, de cuius fructibus poſſit ordinatus liberè diſponere. Ità etiam cenſuit 6. Iunij 1589.

Multòque minus ad titulum annuæ præſtationis ſub hypotheca omnium bonorum, vt declarauit Sac. Cong. Conc. 12. Ianuar. 1619. Vel ſalarij præſtandi per Communitatem. Eadem Sac. Cong. in *Stabienſi* 28. Octobr. 1613. Secus autem ſi ſalarium ſit certum, ſufficiens, & irreuocabile, ac ſub vera, efficacique bonorum obligatione debeatur Eadem Sac. Cong. in *Laudenſi* 12. Decembr. 1615. Vel ſaltem vſuſfructus ſufficientis ad congruam ſuſtentationem. Sac. Cong. Epiſc. in *Senenſi* 15. Febr. 1595. Etiam ſi ſit ſufficiens coniunctim cum beneficio, non autem diuiſim, ſi adſit neceſſitas, vel vtilitas Eccleſię. Eedem Sac. Cong. in *Compſana* 30. Iun. 1593. Ac in vna *Melphitana* 17. Sept. 1647. & Sac. Cong. Conc. in *Iſclanenſi*, ac alibi ſæpius. Sicut etiam de eo, qui habet patrimonium, vel beneficium per ſe ſufficiens, ſed benè ſufficiens iunctis diſtributionibus quotidianis, cenſuit eadem Sac. Cong. Epiſc. in *Senenſi* in hunc modum:

Archiepiſcopo: Congreg. Epiſc. habita ſententia Congregationis Conc. decreuit, Clericum poſſe promoueri ad Ordines Sacros, etiam Presbyteratus ex redditibus beneficij per ſe ad ſuſtentationem inſufficientis, cum redditibus patrimonij itidem inſufficientis, modò ſimul coniunctis, ipſi alimenta commodè ſuppeditentur, & Archiepiſcopus illum duxerit ordinandum prò neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ.

Idem cenſuit in *Veronensi* 6. Decemb. 1636. At non ità, ſi cum beneficio, aut patrimonio inſufficienti iungantur eleemoſynæ, anniuerſaria, ſalaria Confraternitatum, aliaque emolumenta, quæ ex celebratione Miſſarum, & exercitio Sacrorum Ordinum, ſi ad eos promoueantur, habebunt, vel ſi Epiſcopus obliget ſe ex fructibus Menſæ ſupplere, quod deerit. Vndè Sac. Con-

Congreg.Epiſc. in *Felitrana* 20.Febr.1590. ità Epiſcopo reſcripſit:

La Santità di Noſtro Signore, e la Congregatione hanno approuato il penſiero di V. S. in volere ordinare i Chierici à titolo della Menſa di coteſta Catedrale per la careſtia, che hà di Sacerdoti, non potendo per la pouertà de' patrimonij, e de' beneficij, come già ſcriſſe, prouedere alli biſogni della Dioceſe altrimente, hà ben detto S.B. che quando V. S. hauerà da prouedere à qualche Parochiale, ò al ſeruitio d'altre Chieſe, debba dare auuiſo de' caſi particolari, che non glie ſi mancarà dalla Santità ſua d'opportuno ſuffragio; Fra tanto s'aiuti à rimediare nel meglior modo, che può. E Dio la proſperi.

Vel ſi poſſit licitè habere reliquum ex honeſto aliquo artificio, puta muſicę, grammaticæ, picturę, Ità etiam cenſuit Sac.Cong.Conc.

Ij verò, qui ad titulum Maſſæ communis in Eccleſijs receptitijs promouentur, licitè promoueri poſſunt, ſi hæ conditiones concurrant; Quod reditus ſint fundati ſuper rebus ſtabilibus, & tutis, quod numerus participantium ſit certus, & pars cuique contingens tanta, quę ſufficiat ad congruam ſuſtentationem; quod taliter ordinati intelligantur obligati illi Eccleſię, tanquam Beneficiati eiuſdem, quod permitti poſſint ad celebrandum, licet patrimonium amiſerint per antiqua debita, quod iis ſufficiens, ſeù congrua pars negari non poſſit, donec vixerint, modò velint inſeruire, quod illis detur ad inſtar diſtributionum quotidianarum, etiam quandò ſunt impediti ſeruire ſine propria culpa, puta propter infirmitatem &c. Secus ſi voluntariè abſint, etiam ſtudiorum cauſa. Ità de mandato Clem. VIII. ſepius reſcripſit Sac.Cong.Epiſc. præſertim in *Capntaquenſi* 20. Febr. 1601. in *Guardienſi* 17. Sept. 1591. in *Lanellenſi* 25. Ianuar. 1593. in *Bitettenſi* 18. Octob. 1594. in *Brundiſina* 12. Septemb. 1598. In *Compſana* 8. Iunij 1593. & in *Melphitana* 27. Septemb. eiuſdem anni, in *Larinenſi* 3. Ianuar. 1594. & in *Auerſana* 2. Iulij 1562. Extatque hac de re decretum Sixti V. die 28. Febr. 1590. huius tenoris:

Che non oſtante la di lui Coſtitutione, e ſenza incorrere le pene contenute in quella, i Veſcoui poſſano promouere i Chierici aſcritti alla participatione della Maſſa commune di qualche Chieſa, purche queſti tali reſtino obligati al ſeruitio, e la participatione conſiſta in frutti di beni ſtabili, & redditi certi, e ſicuri, e baſtanti per la congrua ſuſtentatione. Con queſto però, che ſi preſcriua vn numero proportionato all'entrate, il quale non ſi ecceda, e li promouendi per il tempo, che tarderanno à participare della Maſſa, habbino aſſicuratione per gl'alimenti con publico contratto.

Idem ſæpè cenſuit Sac.Cong. Conc. præſertim in *Melphitenſi Ordinationis* 26. Auguſti 1661.

Idem quoque dicendum eſt de promoto ad titulum Coadiutorię, ſi tantum interim indè percipiat, quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiat: quia hic non minus beneficiatus eſt, titulumq; habet, ac mittitur in poſſeſſionem, quam coadiutus; Sanch. *opuſc. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 35. *num.* 4.

Vicaria verò temporalis, omniaque alia beneficia manualia non ſunt legitimi tituli, vt poſſit quis ad ſac. Ordines promoueri: quia titulus neceſſarius ad Ordines debet eſſe perpetuus ex Trid. At Vicaria perpetua legitimus titulus eſt, quia comprehenditur ſub diſpoſitionibus de beneficio loquentibus, tex. *in cap. Conſtitutus,* ibique Abb. *cap. Michael. de fil. Presbyter. cap. poſtulaſti de reſcript.* ac alij alibi; Seruari tamen debet conſuetudo, ſiuè ſtatutum ſeruitij biennalis prò quolibet Ordine ſacro, antequam Ordinatus participet de fructibus, vt cenſuit Sac. Cong. Epiſc. in *Andrienſi* 10. April. 1620. & 4. Maij 1621. Non tamen promoueri quis poteſt ad titulum Seminarii Sac. Cong. Epiſc. in *Bononienſi* 1. Septemb. 1571. quæ ità declarauit:

Clerici Seminarij non poſſunt promoueri ad aliquem Ordinem Sacrum ad titulum ipſius Seminarij, niſi prò ſeruitio beneficij vniti Seminario, & tunc cum aſſignatione certi annui redditus; Vndè ſic promoti viuere honeſtè poſſint, & prædicta aſſignatio ceſſare debebit, poſtquam ipſe aliundè prouiſus fuerit de congrua ſuſtentatione.

Neque Doctor Inſignis Vniuerſitatis titulo Doctoratus, de quo ſuſpicio non poſſit eſſe, quod mendicare cogatur, vt declarauit Sac. Congr. Epiſc. in *Vulturarienſi* 6. Octob. 1597. in *Oſtunenſi* 3. Iul. 1601. Hinc Sac. Cong. Conc. ſub die 13. Septemb. 1637. noluit concedere licentiam alienandi ſuum patrimonium D. Auguſtino Barboſæ noto ex voluminibus editis viro, vt æs alienum, quod contraxerat, ſoluere poſſet: Nam Conc. Trid. expreſsè petit pacificam beneficii poſſeſſionem, & patrimonium verè ab eis poſſideri; graduatus autem ſolam ſpem habet, quæ multis modis impediri poteſt.

Similia habentur in reſolutione trium dubiorum per Sacram Congregationem Epiſc. & Regul. facta prò Epiſcopo Aretino ſub Sixto V. quæ ſunt huiuſmodi:

E' ſtata eſpoſto in Congregatione vn memoriale di V.S. con conſulta di quattro dubij, delli quali eſſendoſi fatta relatione à Sua Beatitudine, col parere di queſti miei Illuſtriſſimi Signori, per riſolutione le dico in queſta qual tanta, che s'è degnata la Santità Sua riſpondere.

Sopra il primo. Se il Veſcouo ordinante i Chierici d'altra Dioceſe, hauendo fede de' requiſiti per lettere patenti de' loro Veſcoui, ſia obligato di far' altra diligenza, che d'eſſaminargli quanto all' idoneità; Si dice eſſer mente di Sua Beatitudine, che gl'Ordinarij habbino da fare con i Sudditi, che gli dimandaranno le Dimiſſorie, la debita diligenza ſopra tutti i requiſiti, che conforme al Concilio, e Sac. Can. debbano concorrere negl' ordinandi, e coſtandogli di eſſi nell'iſteſſe lettere Dimiſſoriali, che concederanno, habbiano da farne fede ſopra le coſcienze loro, & in queſto caſo con ſimili Dimiſſorie il Veſcouo ordinante non habbia da fare altra diligenza.

ne'ſudetti requiſiti, eccettoche nell'eſſame ſopra la ſufficiente letteratura.

Sopra il ſecondo. Se ſia valida la conſuetudine d'alcuni luoghi, doue è ſolito per careſtia de' Sacerdoti promouerſi ad Ordini ſacri quei, che ſopra i beni d'altri hanno aſſicuratione del vitto, e coſe neceſſario con cautione certa, ſenza hauer altro titolo, ò patrimonio, e ſe ne' luoghi poueri ſi potrà dire patrimonio ſufficiente quello, che renderà 25. ſcudi d'entrata ogn'anno. Si dice quanto al primo capo, che la Santità Sua non approua queſta tal conſuetudine, volendo, che il patrimonio, à titolo del quale l'ordinando deue promouerſi, ſia coſa certa de' frutti, della quale poſſa diſporre liberamente, e però prohibiſce l'oſſeruanza di eſſa in tutto, e per tutto; Quanto al ſecondo capo ſi laſcia all'arbitrio dell' Ordinario il giudicare la ſufficienza del patrimonio per la diuerſità de' luoghi, potendo in vno eſſer baſtante. quel, ch' in altro non ſarà, purche ſi auuertiſca, che i beni ſiano proprij dell' Ordinando, ſicuri dalle ſimulationi de' contratti, & altre, che in ſimil caſo da amici, e parenti ſi ſoglion fare.

Sopra il terzo. Se l'anno, che dee interporſi dalla promotione dell'vno all'altro Ordine Sagro, debba eſſer di 12. Meſi compiti, ò pure baſto, che ſiano paſſati i quattro interſtitii, i quali alle volte per la varietà delle feſte mobili occorrono, prima, che finiſca il duodecimo Meſe? Hà detto Sua Beatitudine, che ſi deue attendere il corſo di quattro interſtitii, e non del tempo di 12. Meſi compiti.

Nunc reſpondetur ad quæſtionem ex Conſtitutione Beati Pij V. 75. *Romanus Pontif.* ſupradictæ pœnæ latæ à iure communi, & à Conc. Trid. innouatæ contrà Clericos ſæculares in Sacris ordinatis ſine titulo, ſeù ficto titulo beneficij, ſeù patrimonij, ſeù penſionis, extenſæ ſunt contrà Clericos Religioſos non profeſſos, & alios Clericos ſæculares more Religioſorum in aliqua Congregatione viuentes, in qua non fiat profeſſio propriè dicta, itàut vel promoueri debeant ad titulum Religioſæ paupertatis, ideſt profeſſionis validæ, & propriè dictæ, vel ad titulum beneficij, vel patrimonij, vel penſionis, & inſuper ſtatuit, vt Epiſcopi, qui prædictos Religioſos, ſeù Religioſorum more viuentes abſque aliquo ex prædictis titulis ordinauerit, ſententiam ſuſpenſionis per annum à collatione talium Ordinum ipſo facto incurrat. Ipſi verò promoti contrà hanc Conſtitutionem careant eorundem Ordinum executione, vt miniſtrare non poſſint, ideſt, vt ſuſpenſionis ſententiam ipſo facto incurrant, quod ſi hanc ſuſpenſionem miniſtrando violauerint, priuilegiis, exemptionibus, immunitatibus, & aliis gratiis conceſſis priuari eos decernit, & vt irregularitatem incurrant, & alias pœnas in dicto decreto Conc. Trid. contentas, à quibus cenſuris, & pœnis à ſolo Romano Pontifice abſolui poſſint.

Atque ex his aſſero, quod hæc Conſtitutio procedit, non ſolum de prædictis perſonis ſi non emiſerint propriè dictam profeſſionem, ſed etiam ſi eam emiſerint, ſed irritam. Ità Garz. *de Benef. par. 2. cap. 5. num. 12.* Item procedit contrà Ordinatos cum dubio de validitate profeſſionis, ſi verè reperiatur nulla, vel irrita. Garz. *ibi.* cum Rot. Rom. Vndè ſi profeſſio erat nulla, & inualida duo reperiuntur in iſta profeſſione exceſſus; vnus eſt, quod promotus fuit abſque litteris dimiſſoriis ſui Ordinarii, videlicet Epiſcopi loci originis, vel domicilii, vel beneficii, qui ſolummodò poſſunt concedere litteras dimiſſorias ſuis ſubditis, *ad cap. Nullus* 3. Superiores autem Religionum in profeſſos tantum habent huiuſmodi iuriſdictionem Ordinariam. *cap. ſuper 9. cap. ſignificatum 11. de Regular. cap. Ad aures 5. de temp. Ord.* Quare die 28. Febr. 1594. Card. Mattheius vti ponens in Sac. Cong. Conc. retulit hoc decretum:

De mandato fel. recor. Sixti V. fuerunt auditi Procuratores Ordinum ſuper declaratione facta à fel. rec. Greg. XIII. ſuper eo, quod Regulares teneantur recipere Ordines Sacros, vel dimiſſorias ab Epiſcopis, in quorum Diœceſibus ſunt Monaſteria, in quibus ipſi tunc degunt, & idem Sixtus dixit, Regulares poſſe concedere dimiſſorias ad Epiſcopum Diœceſanum, qui ſi abfuerit, ad quemcumque, dummodò ab Epiſcopo, qui Ordines contulerit, examinentur quoad doctrinam.

Ergò non profeſſis non poſſunt concedere dimiſſorias ad Ordines, atque adeò ſi promotus non eſt verè profeſſus, debet promoueri cum litteris dimiſſoriis ſui Epiſcopi, & non Prælati Religionis, & aliter promotus malè eſt promotus ex Conc. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 8. de refor.*

Alter exceſſus eſt, quod fuit promotus ad titulum fictum ſuæ Religionis, cuius non eſt profeſſus. Titulus enim Religionis non ſuffragatur non profeſſo, & ideò volens canonicè promoueri ad Sac. Ordines, debet exhibere ſufficiens patrimonium, vel beneficium eo modò, quo Clerici ſæculares tenentur exhibere, vt declarauit, & decreuit Pius V. ex Conſtitutione.

Ideòque qui ſciens, ſuam profeſſionem eſſe inualidam, ſe promoueri facit, ordinatur ſine titulo, ac proindè non ſolum peccat mortaliter, quia facit contrà ius commune, cum ad Sac. Ordines aſcendat abſque vllo titulo patrimonii, beneficii, aut profeſſionis validæ, ac propriè dictæ, ſed etiam manet ſuſpenſus. Sayr. *lib. 4. de cenſur. cap. 13. num. 14.* aliique.

Hoc tamen primò non procedit contrà emittentes tria vota ſubſtantialia Religionis ſimplicia in Societate Ieſu: quia iſti ſunt verè Religioſi ex Conſtitut. Greg. XIII. cum declaratione Sac. Congregationis apud Garz. *loc. cit. num.* 13. & Sanch. *opuſc. lib. 7. cap. 1. dub. 35. num. 9.*

Secundò, non procedit contrà eum, qui putabat bona fide, ſuam profeſſionem validam eſſe, aut ſciens eſſe nullam propter iuſtam cauſam, Superioribus volentibus, cum promoueri, non eſt auſus detegere nullitatem ratione ſcandali, aut damni grauis imminentis, nec poterat effuge.

Digitized by Google

fugere ſine ſcandalo. Sanch. *de Matrim. lib.7. diſp.37.num.43.* cum Nauarro.

QVidam Apoſtolicum Indultum ad Sacros Ordines extrà legitima tempora ſuſcipiendos obtinuit, ſolita verborum formula conceptum, nempè: [Et ſubindè ad Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines tribus Dominicis, ſeù alijs feſtis diebus continuis, vel interpoſitis, etiam extrà tempora à iure ſtatuta, Apoſtolica authoritate concedere, & indulgere &c.] Itaque cum Epiſcopus die Sabbathi quatuor temporum Subdiaconatu initiauit, proxima verò die Dominica Diaconatu, ſubſequenti verò altera die Dominica Sacerdotium eidem contulit; Nunc quæritur:

An iſte ritè ordinatus fuerit? tom.6. Conſult. 78. ac vide tom.4. Conſult.328.

TEnendum eſt, ritè ordinatum fuiſse. Gloſ. *in l. eius Militis §. Militia ff. de Teſtam. Milit.* Nam quandò quis poteſt dupliciter rem agere, nempè ſecundum ius commune, & ex priuilegio abſque ſolemnitatibus iuris communis, quocumque modo eam agit, validè, ac ritè agit, nempè ſiuè de iure communi, ſiuè de Iure priuilegiatiuo, vt habet Gloſ. *ibi v. Quocumque modo*. Qui antem habet indultum ſuſcipiendi Ordines ſine ſolemnitatibus iuris communis, poteſt vtroque modo illos ſuſcipere; Nam ius commune ſemper illi aſſiſtit, & poteſt Indulto non vti. Et rurſus poteſt redire ad Indultum: quia durat, donec durat poteſtas ſuſcipiendi Ordines, cum ſit in ordine ad ipſam, vt habetur etiam ex *d.l. eius Militis, §. Militia*.

Quod adeò verum eſt, vt etiam ſi non conſtet, quod ordinatus voluerit vti Indulto, debet ordinatio ritè ſuſtineri, tanquam de iure ſpeciali priuilegiatiuo facta, Imò etiam ſi voluiſset de iure communi ordinari, & deficeret aliqua ſolemnitas, deberet quoque ſuſtineri ordinatio de ſpeciali iure per text. *in l. ſimiles ff. de Teſtam.*

Confirmatur: quia diſpenſatio cum ſit relaxatio obligationis legis, non tollit diſpenſatio vſum iuris communis, ſi eo velit vti, alias non eſset gratia, ſed grauamen.

An Epiſcopus in Eccleſiis Parochialibus exemptis tempore Viſitationis, poſſit, etiam inuitis Regularibus, conferre Sacros Ordines, ac Chriſma, aliaque Pontificalia exercere? Vide de Regular. tom.7. Conſult.7.

An ad Epiſcopum pertineat concedere Dimiſſorias prò ordinandis Clericis Eccleſiarum Parochialium Regularium ſæculariżatarum &c. Vide de Regular.tom.7.Conſult.8.

An Clericus, qui de homicidio inquiſitus, indicia tortura diluit, durante nihilominus communi exiſtimatione populi, illum prò homicida reputantis, cenſendus ſit irregularis, vt promoueri nequeat? Vide de Irregular.tom.7. Conſult.19.

An filius legitimus ſuppoſitus illegitimus, vt in caſu poſito, poſſit aſcendere ad Sac. Ordines? Vide de Irregular.tom.7.Conſult.40.

An Eunuchi ad Sacros Ordines admitti poſſint? Vbi de mutilatione, ac diſpenſatione ab ipſa paruula. Et quid quod ad eorum Matrimonia? tom.7.Conſult.66.

EVnuchi ad Ordines non admittuntur, niſi morbi cauſa ſit, aut violentia aliena factum. Probatur 1. ex can.1. Conc. Niceni, & refertur in *C.Si quis à Medicis d.55.* Can. *Apoſtolicus*, quē citat Conc.Nicenum eſt 21. Itaque genus hoc irregularitatis, etiam longè ante Nicenam Synodum ſumpſit exordia, eamque ſtabiliunt Apoſtolorum Canones 21. & 22. Nec differt ab huiuſmodi mandato Apoſtolico, quod *Deut.23.num.1. Non intrabit Eunuchus*, inquit, *attritis, vel amputatis teſticulis in Eccleſiam Domini.* Illa *in Eccleſiam* puto, etiam ſi naturæ vitium, aut hominum iniuria factum fuerit, nihilominus fuiſse in lege præſcriptum, ne Sacerdotio fungerentur. At in noua de voluntaria abſciſſione agitur qualem experiri voluit Origenes, qui ab Alexandrino Epiſcopo Demetrius ea de cauſa fuit depoſitus. Euſeb. *lib.6.cap.7.& 17.*

Secundò: quia irregularitatem incurrunt mutilantes membra alteri, vel ſibi, aut maiorem partem membri voluntariè, aut culpabiliter eodem modo, ſicut occidens, *vt c. ſi Euangelia 55.d.cap.1.de Cler.pugn.in duel.c. vlt.de homic. in 6.de Cenſur.* Clem. *vn.eod.tit.* & ibi Gloſ. *v. Mutilat.* Sayr. *lib.6.de cenſur. cap.15. num.5.* Molin. *tract.3.diſp.69.num.2.* ac alii: Nam in hoc caſu maior criminis deformitas apparet, quam ſi vnum, aut alterum digitum, aut membri partem alteri quis abſciderit. Ac etiam in permittente ſe caſtrari ob quamcumque cauſam, etiam cauſa cantus, quicquid dixerit Paſqualig. *in ſuis deciſion. moral.* contrà quem inuehitur Raynaudus *peculiari libello contrà Paſqualigum puerorum emaſculatorem*, excepta

tantum

Digitized by Google

tantum cauſa neceſſitatis ob ęgritudinem, *d.can.ſi quis ægritudine* 55. *d.cap ſignificauit*, ac alibi. Menoch.*de arbitr.caſ.* 57c. *num.* 14. Sayr. *de cenſuris lib.6 cap.7.num.*14.ac alij.

Cur autem tantopere caſtrationem Canones deteſtentur, cauſę quamplures ſunt. Primò: quia magno vitæ periculo ea mutilatio peragitur, ideoque tales, vt homicidæ ſui ipſius habentur. Deindè quia vigor etiam mentis interſit, & malignitas quędam, puſillitaſque accedit, quia corpora detriora fiunt. Id quod in bellicis quoque cernimus. Tertiò, nè ſic quidem tentatio vitatur, neque voluptatum voluntas exauditur. Quartò, erat etiam vetitum ciuilibus legibus Epiphan.*har* 6. Iuſtin. *orat. ad Anton.* Quintò, contumelioſum erat tot virginibus, & continentibus ſi caſtitas ferro quęrenda Chriſtianis, non de gratia Domini crederetur. Sextò. Miniſtri Cybeles, aliique acuta ſilice ſibi pondera demebant, vt ille loquitur, & crudeli, ſtolidaque ſuperſtitione dæmoni ſeruiebant, alii plumbi, & cicutæ frigore continentiam breuem mentiebantur. Itaque noluit illis Eccleſia ſuos ſimiles vel eſſe, vel videri, memor, continentiam eſſe donum Dei, quod ſeruata operis Dei integritate, nos auctori ſuo conſecraret.

An autem id procedat etiam ſi delictum ſit occultum, affirmant Gloſ.*in cap. fin. de corp. vit.* Sayr.*lib.* 7. *num.*12. Suarez *diſp.* 51. *de irregul. ſect.2.num.7.&* 8.& alii, multi quorum ſententia eſt magis communis.

An debilitans membrum alicui, v. gr. excęcando oculum, illo tamen integrè remanente, aut claudum reddendo, non abſcindendo crura, efficiatur irregularis? Diſtinguendum cenſeo, quod ſi talis ſit debilitatio, vt indè poſteà neceſſè ſit venire ad truncationem, erit debilitans irregularis. Suar.*diſp.*44.*ſect.2.num.*11.

Dubius verò de mutilatione an debeat ſe cenſere irregularem? Communis affirmat apud Sayr. *lib.6.cap.2.num.*16.Reginald.*lib.*30. *num.*12.

Diſpenſare autem ſuper irregularitate ex mutilatione, ſi caſus ſit occultus, poteſt Epiſcopus, etiam ſi ſit voluntaria mutilatio. Si tamen ex delicto ſit, vigore Conc.Trid.*ſeſſ.*24.*c.*6 Garz. *par.7.cap.*11. *num.*29. Si autem ſit publica voluntaria, non poteſt Epiſcopus diſpenſare ad recipiendos Ordines, vel beneficium Curatum obtinendum, poteſt Epiſcopus diſpenſare ex iure communi, vt ex magis recepta. Garz.*num.* 26.*&* 29. Niſi quandò quis ſeipſum mutilauit, aut ſua culpa ab alio mutilatus eſt, & membrum non eſt occultum, ſed notoria mutilatio, tunc enim ſolus Papa diſpenſat. cap. *ſignificauit de corp.vit.*Couar,*in Clem. ſi furioſus par,* 1. *num.*7.Molin.*d.diſp.*70.*in fin.tract.*3. aliique. Si autem ſit occultum membrum, ſeu non parens omnibus, tunc Epiſcopus diſpenſare poteſt, vt miniſtret in ſuſceptis, excepto Altaris miniſterio. Auil.*par.* 7. *diſp.* 3. *dub.* 2. *concl.*2. cum Angelo Syluest. Tabien. & aliis.

Quod verò ad eorum Matrimonia. Si Eunuchus, ſiuè ſpado, ſiuè caſtratus careat vtroque teſticulo, quia defecti ſibi fuerunt, non poteſt contrahere Matrimonium.*arg. l ſeruus,* §. *& ſi puerum,ff.de l.Aquil* Bart.*in l. ſi is, qui prò empt. ff.de vſucap.*& ponit Addit. & Abb. *in cap. quod ſedem de frig.& malefic.*

Aut Spado non eſt caſtratus, & tunc, aut non erigit, nec poteſt emittere ſemen, & ſimiliter non poteſt contrahere propter naturale impedimentum; Abb.*in d. cap. quod ſedem propè fin. & in cap.conſultationi num.2.eodem tit.*

Aut poteſt erigere, & emittere ſemen, ſed non ad generationem, & in hoc caſu eſt controuerſia inter Doctores: Nam D.Tho:*in 4 ſent. diſp.*34.*quæſt.*1,*art.*2.tenet, quod ſi eſſet tanta in impotentem frigiditas, quod impediret ad generandum ſolum, ſed non ad coeundum, tunc teneret Matrimonium: quia hoc eſt ei in remedium, cum non poſſit eſſe naturale perpetuum impedimentum, quem ſequitur Bart. Bell.*in addit.ad Abb.in rub.de frig. & malefic.* & facit cap. *laudabilem eodem tit. in prima par.* vbi videtur ſufficere coitus ad validitatem Matrimonij.

In contrarium facit ratio, quam allegat Abb. *in d.cap.quod ſedem in fin.* quia ex quo non poteſt generare, poteſt vxor dicere: *Ego volo eſſe Mater*, & eam ſequitur Syluest. *in Summ.v.Matrimonium* 8.*quæſt.*16.quam dicunt eſſe communiorem opinionem. eamque tenet Goffred.*in Summ.ſub num.5.eodem tit.* Sed ibidem Nauarr. tenet, eum, qui ſectus ſit, & vtroque teſte caret, non poſſe contrahere. Et ità diſponit Sixtus V. ſuo Breui edito 26. Iun. 1587. directo Epiſcopo Nouatienſi. Igitur non amplius dubitandum.

An ſuſceptio Sacrorum Ordinum ex metu reuerentiali concurrentibus minis, ſit irrita? tom.7. Conſult. 77.

AFfirma: quia huiuſmodi metus ſemper excludit conſenſum ex *l.nihil ff. de reg. iur.* Innoc. *in cap. cauſa num.* 1. *in fin.* & ibi Io:Andr. *num.*3.Butr.*num.*10.& alij, quos in ſpecie ſuſceptionis Sacrorum Ordinum refert, ac ſequitur Rota *deciſ.*1386. *num.*3. *& deciſ.*1199. *num* 6. coram Pegn. Sicuti huiuſmodi metus reuerentialis vnà cum minis regulariter ſufficit ad inualiditatem Matrimonij ſpiritualis, ſcilicet profeſſionis religioſę, quę liberam voluntatem, & plenam libertatem requirit, ex quo voluntarios Milites aſſumpſit Deus, & coactos Diabolus, vt inquit Gloſ.*in cap.Abbas de his, quæ met. cauſ.*Butr.*in cap.Nullus num.*2. *&* 10. alijque, & articulo maturè diſcuſſo, firmauit Rota *deciſ.*590.*num.*2.*&* 3.*& deciſ.*720.*num.*3. coram Merlino cum alijs in *Melitana nullitatis profeſſionis*, ac alibi ſæpè.

Ad hunc autem metum probandum admittuntur, non ſolum teſtes ſingulares, ſed etiam indicia,

& conie-

Digitized by Google

& coniecturæ, cum agatur de rebus fieri ſolitis intrà domeſticos parietes. Alex. *conſ.58. num.6.lib.3.*Pariſ.*conſ.60. num.* 20.*lib.4.*aliique.

Neque ſufficit, quod poſteà conſentiat, quia abſentibus Miniſtro, materia, & forma, conſenſus de nouo adhibitus Ordinationem reuocare non poteſt, & characterem animæ imprimere. Ideòque talis, vel denuò ordinandus, vel ab Eccleſia prò non ordinato declarandus. In quo caſu, ſi caſtitatem non vouerit, ſolutus eſt ab eius obſeruantia, ac poteſt nubere. Si verò Ordinationi quidem conſenſerit, ſed caſtitatem vouere minimè intenderit, quin potius animo voluctatus fuerit, non tenetur quidem ex voto ad caſtitatem ſeruandam: quia nullum emiſit; Attamen, quia Eccleſia præſumit, metum leuem non fuiſſe huius momenti, vt niſi volentem ad Sacros Ordines adigeret, ideò huiuſmodi hominem ad caſtitatem ſeruandam obligat, teneturque ordinatus Eccleſiæ præſumptioni ſe conformem exhibere, & caſtitatem, quam non vouit, vouere, ad quam etiam abſque voto, communi Eccleſiæ lege, tenentur, quæ omnes Ordinationi conſentientes, niſi graui metu ad conſenſum adacti fuerint ad eius obſeruantionem conſtringit.

Ordinans verò inuitum, ideſt iniuſto metu compulſum, eſt ſuſpenſus per annum à celebratione Miſſarum *cap.1.d.74.*Henriq.*lib.13.cap.38. num.3.*

Reliqua ad rem vide de Monial.*tom.9.Conſul.*182.

An Abbates poſſint ſecularibus Subditis dimiſſorias ad Ordines concedere? Vide de Abbat. tom. 8. Conſult.59.

Quid de promoto ad Sacros Ordines poſt contractum Matrimonium? Quid de ad Minores Ordines? Vide de Matrim. tom.8.Conſult.63.

De quodam Iudæo conuerſo quoad Ordines, & Matrimonium. Vide de Iudæis tom.8.Conſult.77.

An Matrimonium Græcorum poſt ſuſceptos Sac. Ordines *ſit validum?* Vide de Matrim. tom.8.Conſult.81.

Quot, quaſque pœnas incurrat Religioſus laicus, profeſſus Latinus, qui dimittens habitum regularem, ab Epiſcopo Græco ſchiſmatico ſe facit Græco ritu ordinari? Et reuerſus ad Religionem quomodò ſit tractandus? Vide de Regular. tom. 8. Conſult.92.

An licitè quis promoueri poſſit ad Sacros Ordines ab Epiſcopo originis ſui Patris? tom. 8. Conſult.122.& tom.9.Conſult.189. præcipuè à num.44. vſque ad 53.

AFfirmatiuè. Probatur ex vnica quidem, ſed vrgentiſſima ratione: Quia duplex eſt origo, naturalis altera, altera ex priuilegio Patris, & ideò poteſt quiſque variare ab vna ad aliam originem; Vnde licet origo naturalis ſit vna, & nemo habere poſſit duas origines naturales, non repugnat tamen, quod quis habeat duas origines, vnam naturalem, & alteram ex priuilegio. Et in hanc ſententiam viſa eſt inclinaſſe Sacram Congregationem Conc. in *Bituntina* 17. Septemb. 1675. licet dictum fuerit *Dilata*. Debet tamen ſic Ordinatus conſulere conſcientiæ ſuæ, an id ſine fraude fecerit. Hanc tamen ſententiam de ordinando, & ante factum non ità facilè auſim amplecti, ſed prævalere dicerem originem naturalem origini ex priuilegio Patris.

QVidam ità confeſſus eſt: Quamquam ego eſſem in tali fide, quod Deus non eſſet; nihilominus propter alios meos fines decreui Presbyteratus Ordinem ſuſcipere, cum mihi videretur ſub hoc prætextu id excuſationi mihi eſſe quoad homines, nè vindictam ſumerem de occiſione mei Patris. Et conſtans in ſupradicta atheiſmi credulitate, Minores, ac Maiores omnes Ordines ſuſcepi. Et quamuis interdum crederem, eſſe Deum, attamen cogitans res mundanas, earumque gubernationem non ſatisfactus ſecundum meam intelligentiam, perſeuerabam in mea ſolita credulitate, quod non eſſet Deus, quodque Ordines à me ſuſcepti non eſſent Sacramentum, ſed res fictitiæ, vel caſu factæ, in nullo pretio illos habens. Et poſtquam Sacerdotium ſuſcepi, celebraui, non credens conficere Sacrificium, neque Sacramentum, Quæritur;

An in hoc caſu fuerit impreſſus character, & ſit iſte validè ordinatus? Cum videatur non habuiſſe intentionem Sacros Ordines ſuſcipiendi? tom.8.Conſult.131.

REſp. Huiuſmodi Sacerdotem fuiſſe validè ordinatum, atque adeò characterem fuiſſe impreſſum. Primo, quia conſtat de eius intentione ex illis verbis: *Nihilominus propter aliquos meos fines decreui Presbyteratus Ordinem*

Digitized by Google

ſuſcipere. Quæ intentio ſufficit, ſi fuerit virtualis, non reuocata, iuxtà Theologos *in 4. ſent. & cap. Maiores de Baptiſm.* Et ſuper hoc, cum fuerit actus eius merè internus, poterit interrogari, & ipſi ſoli fides adhibenda eſt quoad hoc, & maximè quia iurare poteſt, ſuam intentionem, & voluntatem ità fuiſſe, vt ſuis verbis ſuperius allatis ſe explicat. Quod ſi adhuc remanent aliquod dubium, poterit Sacramentum Ordinis huiuſmodi reiterari ſub conditione, vt in caſu ſimili cenſuit Sac. Cong. Conc. 26. Septemb. 1665. apud me *to. 1. Conſult. 120. num. 9.*

Secundò quia certum eſt ad valorem Sacramenti, nec fidem, nec bonam aliquam diſpoſitionem in ſuſcipiente requiri, vt ex communi Theologorum docet Suarez *ad 3. par. D. Tho. diſp. 24. quæſt. 68. ſect. 2. & diſput. 14 ſect. 2.* & colligitur *ex cap. maiores de bapt. & cap. de Iuda 45. diſt.* Nam, vt ait Suarez, non eſt neceſsè, quod voluntas ſuſcipiendi Baptiſmum, vel Sacros Ordines ſit in ſe ſupernaturalis, poteſt enim ex aliquo motiuo humano, vel naturali procedere, & ideò non eſt neceſsè vt fundetur in fide ſupernaturali, ſed in quadam humana credulitate, quam poteſt habere hæreticus; Vndè interdum poteſt eſſe voluntas, quæ ad valorem Baptiſmi, vel Ordinis ſufficiat abſque vlla credulitate Baptiſmi, vel Ordinis, ſolum ſub quadam ratione confuſa faciendi, vel ſuſcipiendi id, quod Chriſtiani faciunt, vel ſuſcipiunt, quicquid illud ſit, quam voluntatem poteſt quis habere, etiam ſi priuata opinione credat, totum id nullius valoris, vel momenti eſſe: quia hæc veritas non pendet ex ſola rei natura, ſed ex inſtitutione, à qua eſt totum eſſe Sacramenti, Conſtat autem ex vſu, & traditione Eccleſię hanc fuiſſe Chriſti inſtitutionem. Sicque recta fides baptizati, vel ordinati non requiritur ex neceſſitate ad Baptiſmum, vel Ordinem. dummodò adſint ćętera, quæ ſunt de neceſſitate Sacramenti. Non enim Sacramentum perficitur per iuſtitiam hominis dantis, vel ſuſcipientis Baptiſmum, vel Ordinem, ſed per virtutem Dei, vt docet expreſsè D. Tho. *d. 3. par. quæſt. 68. ar. 8.* Eſtque ſententia SS. Patrum apud Suarez. *d. diſp. 14. ſect. 2.* nominatim D. Gregorij *lib. 9. regiſtr. ep. 62.*

An, qui fecit diuortium, poſſit ad Sacros Ordines aſcendere, vt in caſu poſito? Vide de Adulterio tomo 8. Conſult. 133.

An Græci in ſuſceptione Sacrorum Ordinum teneantur obſeruare tempora, & interſtitia Eccleſiæ Latinæ? tom. 8. Conſult. 135.

AFfirmatiuè, ſaltem quoad Græcos degentes in Italia: Nam vt alias dixi, Eccleſia Gręca vigore vnionis tenetur recipere leges Apoſtolicas, etiam in his, quæ ſpectant ad ius humanum, vt proindè in profeſſione fidei Gręcorum iuſſu Greg. XIII. edita apud Thomam de Ieſu *in tract. de proc. ſal. omn. gent. lib. 6. pag. 219.* leguntur hęc verba: *Inſuper profiteor, ac recipio alia omnia, quæ ex decretis Sacræ Oecumenicæ generalis Synodi Tridentini Sacroſ. Rom. & Apoſtolica Eccleſia, etiam vltrà contenta in ſupradicto fidei Symbolo profitenda, ac recipienda propoſuit, atque præſcripſit, Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & Conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector, &c.*

Et quia nullam Græci habebant rationem ętatis in Sacris Ordinibus tradendis, cum ipſi pueros quadrimos, vel quinquimos promouerent ad Sacros Ordines, Ideò ſapienter Eccleſia *diſt. 77. & 78.* in Ordinandis, non ſolum vſum rationis requirit, ſed perfectam magis, minuſue ętatem prò Ordinum varietate, idque tum ratione characteris, qui cum ſit poteſtas exercendi, conferendique, quę ad Dei cultum pertinent, tradi non debet, niſi in ea ętate, quæ huius poteſtatis exercendæ ſit capax, tum ratione annexi voti caſtitatis, quo nullus, niſi ſciens, & volens debet obſtringi. Itàque in 6. Synodo Conſtantinopolitana *cap. 14. & 15.* ſtatuitur, nè Diaconus ante 25. annum creetur, nec Subdiaconus ante 20. nec Presbyter ante 30. Quæ tempora, licet variè mutata ſint, Inducendi tamen ſunt Græci, vt Tridentini Conc. tempora obſeruent *ſeſſ. 23. cap. 12.* dummodò intelligatur, Ordines ante vſum rationis valere ex communi ſententia Theologorum *in 4. ſentent. dec. 25.*

Quare licet hodie Græci in Ordinibus conferendis non ſeruent tempora, neque interſtitia, hæc tamen conſuetudo magis corruptela, & abuſus recentiorum Schiſmaticorum eſſe videtur, cum ſit contrà Canones Synodi Nicenæ, & Sardicenſis, *& 6. ac 8.* vt latè probat Leo Allatius *in tract. de ætat. & interſtit.* Et hinc eſt, quod Clerici ritus Græci in Italia commorantes, non obſtante contraria conſuetudine, non debent admitti ad Ordines abſque ſufficienti titulo beneficij, ſeù patrimonii, iuxtà diſpoſitionem Conc. Trid. vt reſpondit eius Sacra Congregatio in vna *Siciliæ* 17. Nou. 1650. *ad cap. 2. ſeſſ. 21. de refor.* reuocando declarationes Sacræ Congregationis Epiſc.

De Epiſcopo proprio prò Ordinibus multa tam antiquitus, quam his temporibus. tom. 9. Conſult. 189. Item vide tomo 8. Conſu. 122.

CErtum omninò eſt, Clericos quoſcumque alicui Eccleſiæ adſcriptos, ab alio poſteà Epiſcopo ordinari olim minimè poſſe. Canones enim antiqui expreſsè id prohibent, tum etiam Summorum Pontificum. Ex Canonibus eſt Concilij I. Niceni *can. 16. can. Sardienſis 15.* ac aliorum.

Et incipiendo à 4. ſeculo Pont. Iulius *ep. 3. cap. 6.* ex Niceno legem iſtam adducit, quem ſecutus

Syri-

Digitized by Google

Syricius *Epiſt.4. cap.6. ad Africanos*, alijue.

Quinto Sęculo Innoc. I. *Epiſt.2. ad Vitric. can.7.* Syricii Canonem iiſdem quibus ille verbis exprimit, his ſolum additis, *niſi eius Epiſcopus precibus exoratus concedere voluerit*. Quibus litterarum dimiſſorialium comprobatur, & alij.

Sexto Sęculo Synodus Valentina 1. *can.6.* in Hiſpania tempore Summi Pontificis Hormiſdæ Aruernenſis quinta *can.* 5. ſub Vigilio Papa Bracharenſis 1. *can.26.* ac aliæ.

Septimo Sęculo Concilium Cabilonenſe tempore Martini Papæ 11. *can.* 13. Toletanum 13. *can.* 11. Synodus quoque ſexta in Trullo habita circà finem huius ſæculi, vel initium ſequentis *can.17.*

Octauo Sęculo decretum legimus in Concil. Romano primo ſub Zacharia *can.11.* Inter capitula quoque ab Adriano Papa tradita Agilrammo Mediomatricę Vrbis Epiſcopo illud reperimus, quod à Iulio I. excerptum dici poteſt *Epiſt.2.* ac alibi.

Nono Sęculo ſub Carolo Magno eiuſque filio Ludouico Pio varia Concilia habita ſunt, quę eandem diſciplinam firmarunt. Omitto Arelatenſe ſextum *cap.* 24. Maguntiacum *cap.* 31. alioſque.

Idipſum in ſubſequentibus Sęculis ſtatutum, ac obſeruatum eſt, Gregor. enim VII. in quodam Conc. Rom. *cap.24.* pręcepit, *vt ordinati ab alio, quam a proprio ſuo Epiſcopo non recipiantur*, qui pariter in Concilio Romano quinto ordinationes, quę ab his, ad quos pertinent, non comprobantur, infirmas, & irritas diiudicauit. Idem ſtatuit Vrb.II. ac alii.

Epiſcopi quoque originis aliquam habiṭam fuiſſe rationem plura oſtendunt Conc. Carthaginenſe primum tempore Iulii Papę celebratum *can.5.* relatum *in can. Primatus diſt.71.* id expreſſit proponente Primato, ſeù Priuato Epiſcopo Vegeſeliano, & idem alia Concilia.

His adiicimus de quibuſdam ex remotis Prouincijs venientibus non ordinandis, neque in Clerum coaptandis vetera Summorum Pontificum decreta Sylueſtri I. in Synodo Romana Pręſidentis *can.1. diſt.98* & Anaſtaſij I. ad Epiſcopos Galliæ, & Germaniæ *epiſt. 1. cap.2. Can. tranſmarini eadem diſt. de tranſmarinis hominibus non ordinandis.*

Obſeruandum hic autem eſt, Epiſcopum originis, eum ordinarié exiſtimatum ab antiquis, non qui Epiſcopus eſſet loci, à quo quis ordinandus eſſet, ſed in cuius quis Diœceſi ſpirituali regenerationis lauacro in Eccleſiam receptus foret, vt patet. Primum ex Conc. Eliberitano *cap.24.* relato *in can. vlt. diſt.98.* diſerté id explicante.

Alterum argumentum petitur ex Concil. Carthaginenſi 3. *can.44.* ex Africano *can.* 28. & ex alijs.

Tertium argumentum petitur ex S. Paulino Nolano Epiſcopo, quod habetur *in Epiſtola* ... 47.

Verum non ſemper Epiſcopi originis, ſiué loci, in quo quis baptizatus eſſet, ſiuè in quo natus habitam fuiſſe rationem, tum Concilij Arauſicani primi *Can.* 8. oſtendit, tum exempla plurima demonſtrant; Concilium quidem Arauſicanum, poſtquam de non promouendo Clerico alterius Diœceſis ſine conſenſu Epiſcopi ſui legem confirmauit, laicos aliarum Diœceſum ordinari permittit *Can.9.*

Innumera verò exempla hanc conſuetudinem oſtendunt. Vt enim taceamus Origenis Alexandrini, & Alexandrie baptizati, & Paulini Patria Burdegalenſis, & à Delphino Epiſcopo Burdegalenſi baptizati, quorum hic à Lampio Epiſcopo Barcinonenſi, ille ab Epiſcopis Paleſtinæ Presbyter ordinatus eſt.

Martinus Sabariæ in Pannonia natus, quem ex verbis Sulpitii Seueri *in vit. S. Martini cap.2. & cap.4.* ac alii innumeri.

Religioſius ergò, & accuratius, nè quem vllus Epiſcopus ab alio Epiſcopo conſecratum, ſibique per Ordinationem vendicatum, & alligatum, & altiorem gradum promouere auderet.

Clemens igitur IV. qui 13. ſæculo Rom Sedem tenuit hoc præſertim cauiſſe videtur, nè quis in aliena patria ordinaretur. Ea ſiquidem decretali Epiſtola, qua vetat, Vltramontanum vllum ab Italia Epiſcopis Clericum ordinari ſine Summi Pontificis, aut Epiſcopi, de cuius Diœceſi originem traxerit, ſpeciali licentia, ac permiſſione, cui decreto repugnantes Ordinandos, ſine ſpe diſpenſationis ſuſpenſos declarat, Ordinatos vero pœnitentia condigna puniendos præcipit, ea inquam, decretali periculum oſtendit, quod ex Ordinationibus quorumcumque ex aliena Dięceſi prouenit.

Ab his quoque temporibus, quibus Clerici ſuis Eccleſijs minus addicti, ſuorumque Epiſcoporum imperio minus obtemperantes eſſe cæperunt, relaxari cępit hęc ex parte Eccleſiaſtica diſciplina. Primumque Epiſcopis conceſſum, vt familiares ſuos ordinare poſſent. Gloſſa *v. figmento in cap. eos, qui de temp. Ord. in 6.* quam conſuetudinem primò Conc. Trid. *ſeſſ.14. de refor cap.2.* ad Ordinarium Epiſcopum reſtrinxit, non ad Titularem ampliari voluit. Secundò duas alias conditiones apponit, primum, vt trienniò Clericum, quem ordinare quis aggreditur, ſecum habuerit, alteram, vt beneficium vacans ſtatim ei conferat *ſeſſ.23. cap.9.* Quod locum habet tam in maioribus, quam in minoribus Ordinibus, etiam in prima tonſura, ac illum ad alium Epiſcopum poteſt dimittere, iuxtà *cap.3. d. ſeſſ.* Triennium autem cum Epiſcopo dicitur commoraſſe etiam is, qui per triennium cum Epiſcopo, à quo ordinatur, antequam Epiſcopus crearetur, eſt commoratus. Ille verò, qui in Diœceſi non vltrà annum permanſit, ſi Epiſcopus beneficium conferat, cum ratione dicti beneficij Epiſcopi ſubditus efficiatur *d. cap. cum nullus de temp. Ordin.*

Digitized by Google

in6. hoc decretum non obſtante declarauit Sacra Congregatio. Vndè Paris *de reſignat.lib.4. quæſt 2.num.91.* ait, quod decretum Conc. Tridentini *d.cap.9.* ſub die 14. April.1575. à Sacra Congregatione fuit ampliatum, vt procedat, ſi familiari dederit ſufficiens patrimonium.

Et ex Sacra Congregatione ſtatim, ſine interuallo, in continenti beneficium conferri debet; Vndè etiam ſi Epiſcopus ordinet familiarem non ſibi ſubditum in prima tonſura, qui per triennium, & eò amplius ſecum fuit commoratus, huic decreto non ſatisfacit per beneficij collationem intrà annum. Si verò ante tempus Ordinationis, nullo ad hoc habito reſpectu, talem familiarem de beneficio prouidit, aliud dum illum ordinat, conferre non tenetur.

Notandum hic, quod quicumque per 10. annos ſiuè in Curia, ſiuè alibi reſiderit, vel alias ſecundum iuris diſpoſitionem domicilium contraxerit, poteſt ibidem à Vicario Sanctiſſimi, ſiuè ab Ordinario loci de licentia Sanctiſſimi ordinari. Familiares verò, ſiuè Officiales Papæ, ac familiares Cardinalium, etiam ſi Cardinales non habitaſſent Romæ, atque etiam Epiſcoporum in Curia reſidentium, qui ſaltem per triennium habitauerint in Vrbe, cum illis poſſint de licentia ipſorum Dominorum à Vicario Sanctiſſimi promoueri, dum tamen ſupradicti omnes ſufficientem titulum; & alia habeant à iure requiſita.

Epiſcopus autem ordinando familiarem ſuum virtute huius decreti nequit ſuper interſtitijs diſpenſare. Nauar. *conſ.27. de temp. Ord. par.1.* Cenſuitque Sacra Congregatio Conc. die 16. Iunij, Epiſcopum cum familiari ſuo illegitimo, qui ſecum per triennium fuerit commoratus, non poſſe diſpenſare, vt ad Minores Ordines promoueatur, nec minus ſi illegitimus fuerit, poterit diſpenſare ad beneficium: Quia hoc decretum non concedit Epiſcopis aliam facultatem, niſi quoad Ordines. Nauar. *conſ.18. eiuſdem tit.* Sufficitque, vt familiaris, qui vult ordinari ab Epiſcopo non ſuo, inſeruiuerit Ordinanti per triennium, licet Ordinans non fuerit toto triennio Epiſcopus, ita declarauit Sacra Congregatio in *Brugnatenſi*. Item *Hieracenſi* hoc decretum habere locum dixit, etiam in maioribus Ordinibus, & vtroque caſu eſt opus collatione beneficij.

At prima difficultas eſt: Vtrum hoc tempore, qui oriundus eſt ex vno loco, baptizatus verò in alio, ab Epiſcopo poſterioris loci Clericus inſtitui, & ordinari *poſſit*? Rebuff. *in tract. de pacif.poſſ.num* 217. Gonzal. *ad reg.8. Cancel.gloſ. 9.§.1.à num.*105. & alij, id licere cenſent, quorum opinio veteris iuris authoritati, vt ex prædictis conſtat, maximè innititur. Contraria tamen ſententia magis conſentit. Et quamuis iſte caſus iam rarus ſit, vbi tamen accidit, ad Epiſcopum natiuitatis recurri ſolet. Vtraque verò opinio probabilis eſt.

Altera difficultas eſt: Vtrum originis Patris, vel aliorum quorundam haberi poſſit ratio, vbi de Epiſcopo originis, & de Ordinibus ſuſcipiendis agitur? Communis opinio Doctorum eſt. Primò quidem adiri poſſe Epiſcopum loci, in quo Pater natus eſt. Panorm. *in d.cap.cum nullus.* Nauar. *conſ.19.de temp.Ordin* ac alij paſſim: quia ius ciuile indicat locum originis eum eſſe filio, in quo Pater eius natus eſt. Vulp. *lib.2. opin. & l.aſſumptio ff.de munic.*

Secundò haberi etiam poſſe rationem originis; Nam, vt ait Neratius *in l.eius qui ff.ad munic.* Eius qui Patrem non habet, prima origo à Matre: Tum etiam in ijs, qui domicilium Matris elegerunt, vt lex Philippi *in d.l.filios*, oſtendit.

Tertiò quinimmò etiam in Libertinis ordinandis, ſi quandò hos ordinari conceſſum ſit, originem Patronorum attendi poſſe, Authores aliqui aſſerunt. Vgol. *de poteſt. Epiſc. cap.26 §.1.poſt num.4* & alij eò quod in iure earum Ciuitatum eſſe cenſeantur, quarum ſunt, qui manumiſerunt, *leg.1.ff. ad municip. & leg. ſi vt proponis C.de municip.* Couar. *de ſponſal. par.2. cap.7.§.1.num.15.* Ricc. *reſol.257.num.5.*

Quartò conſentiunt tamen originis Aui nullam haberi rationem, cum iura loquantur tantum de Patre Io:Andr. *in cit.cap.1. de vſur. v.alienigenas*: nam omnibus inquirendus eſſet ager Damaſcenus, vbi natus eſt Adam.

Reliqua ad hac rem. Vide *tom.8.cit.Conſul.*122.

Quod verò ad Epiſcopum domicilij attinet, non reperio vllum antiquum Canonum, quo ab Epiſcopo domicilij licuerit ſacræ Ordinationis munus ſuſcipere; niſi fortè Canones Concilij Arauſicani primi *cap.8. & 9.* ſuperius relati prò poteſtate, quam habent Epiſcopi ordinandi ſuos familiares, hac adducantur. At reperio varia exempla, quibus Epiſcopus domicilij iure Ordinationis fruitur, potituſque fuerit, quorum plura ſuperius adduximus, aliqua alia hic adiungimus.

Euagrius à Nazianzeno, cum Conſtantinopoli moraretur Diaconus Ordinatus. Idem cum in Ægyptum rediiſſet, ibique domicilium fixiſſet, à Theophilo Alexandrino ad Epiſcopatum electus eſt. Socrat. *lib.6 cap.*18. Heros S.Martini diſcipulus, & ab eo in Clerum Turonenſem electus cum Arelatem veniſſet, ibique domicilium fixiſſet, Arelatenſis Epiſcopus factus eſt. *Proſp. in chron.* & Sigon. *de imper. Occid.ad an.*412. ac alia exempla.

Bonifacius VIII. Epiſcopo domicilij ordinandi ius conceſſiſſe legimus, qui Epiſcopum domicilij definit, in cuius Diœceſi habet quis, licet alibi natus fuerit, domicilium. Eaque Bonifacij Conſtitutio antiquiori iuri videtur eſſe conformis.

Ex quibus deducitur, quamuis Clem.IV. cit. ſuperius Conſtitutione *in cap.1.de temp.Ordin.in 6.* quæ vetat, Vltramontanum ab Italis Epiſcopis ordinari, nullam mentionem fecerit Epiſcopi domicilij, ſed dumtaxat excipiat licen-

tiam,

tiam ab Epiſcopo originis, vel beneficij obtentam; Nihilominus poſſe aliquem Vltramontanum, qui in Italia domicilium fixerit, ab Epiſcopo Italiæ ordinari, tradunt Barboſa *par.2.de offic. & poteſt.Epiſc. alleg.4. nu.27.* Nauar.*conſ 3.in 2.edit.de temp.Ord.* Non enim id vetat Clem.IV. Ex eó enim, quó quis domicilium in Italia acquiſiuerit, deſinit Vltramontanus haberi, quia Italus ab incolatu dici poteſt.

At maius dubium eſt; Vtrum ab Epiſcopo domicilij dimiſſorias habens, ab Italo ordinari queat: Nam lex, quę ſolum nominat Epiſcopos originis, & beneficij pró ijs dimiſſorijs dandis, videtur Epiſcopum domicilij excludere. Sed quid ſi Epiſcopum domicilij omittat ſolum, non excludat. Omittit autem, quod difficilè in duobus locis domicilium contrahatur, *l.eius qui §.Celſus ff. ad municip.* nec facilè pręſumatur Vltramontanus in Italia degere, qui domicilium ab origine ſua diuerſum habens, ab alieno Epiſcopo ordinari petat. Verum tutius aliquibus videtur, & probabilius negantem partem amplecti, & ab ijs ſolis quos Canon.Clemen.IV. nominat, fateri in eo caſu literas dimiſsorias concedi poſſe. Pró affirmante parte ſtat Nauar *loc.cit.* at nos de hoc infrá. cum de pœnis agemus.

Ex quibus omnibus variæ quæſtiones dirimi poſſunt circá Epiſcopum domicilij. Prima eſt: An liceat impuberi apud exteros nato, & fortè ibidem educato, qui paruo tempore ob ſtudia, ad quæ alibi miſſus eſt, paterna in domo verſatus fuerit, ab Epiſcopo paterni domicilij Clericalem tonſuram accipere? Affirmat Nauar. *conſ 3.de temp.Ord.* nec immeritò. Nam cum impubes capax non ſit contrahendi domicilium, ad quod perpetuò in aliquo loco manendi intentio firma requiritur non poteſt ipſe domicilium eligere, ac proindè domicilio paterno addicitur, ſicut Seruus, aut Libertus domicilio Dominorum, ac Patronorum: Nam vt loquitur Apoſt. *ad Galat.* 4. *Quanto tempore hęres paruulus eſt nihil differt à ſeruo*.

Altera eſt: An idem de pubere dici debet? Cui quæſtioni cum eodem Nauarro ibidem, adhibita diſtinctione, reſpondendum eſt. Vel enim filius poſtquam ad pubertatem peruenit, paternum ſibi domicilium elegit, intenditque perpetuò cum Patre habitare, in quo caſu ex propria ſua intentione idem habet domicilium, quod Pater, etiam ſi à paterna domo, vel ob ſtudia, vel aliam ob cauſam diutiſſimè abfuerit, *ex cap.fin.de paroc.* Quia nempè ſemper ad paternum domicilium reuertendi animum habuit, ideóque, ſtatim atque ad paternam domum rediit, eius Epiſcopo ſubditus fuit, à quo ordinari potuit. Si verò aliud à paterna domo domicilium ſibi elegerit, quod quidem leges à nobis citatæ ei concedunt, ab Epiſcopo domicilij paterni ordinari non potuit.

Tertia difficultas eſt: An Officiales Regiæ domus, vel Regni, Comites, item Conſiſtoriales, ac Iudices, qui Comitatui Regio addicti ex officio ſuo videntur, ab Epiſcopo Regiæ Vrbis ordinari poſſint? Affirmans ſententia pró vtriſque probabilis eſt. Pró prioribus quidem, quia ſi Senatores ea lege ciuili domicilium in Vrbe retinent, quidni ſimiliter, & ij, quos enumerauimus, in Vrbe Regia domicilium habere dicantur? Quod ſi in Vrbe Regia domicilium habent, quidni ab eius Epiſcopo ordinari poſſint? Pró poſterioribus verò quia cum Barones, eorumque filij feudo addicti ſint, ex ipſorum feudorum conditione, in eo retinere videntur domicilium, ſicut Libertini Patronorum domicilium ſequuntur. Ergò & ab Epiſcopo huius loci poterunt ordinari.

Quarta eſt: Quantum temporis requiratur, vt domicilium alicubi contrahatur? Reſp. nullum ad id certum tempus neceſſariò præſcriptum eſſe: Quia per quamcumque manſionem, cum animo in aliquo loco perpetuò manendi, vel momento contrahitur domicilium, Franch.*in d.cap.cum nullus de temp. Ordin.in 6.* Nauar.*conſ. 2.in 2.edit. eodem tit.*

De externis facilè quiſque ſuſpicari poteſt, eos, ſi in alieno loco poſtulent ordinari, patriam fugere, in qua nati ſunt, vt facilius Ordinatoribus imponant, ſuaque crimina, & impedimenta Canonica, quibus fortè irretiuntur, occultent, quemadmodum admonet Clem.IV, *in cap. ſæpè contingit de temp. Ordin.in 6.* Cauendum eſt, nè quis aliquo figmento, ac prætenſo in fraudem domicilio, ab alieno Parochię Epiſcopo ordinetur, quod pœna etiam in Ordinatos conſtituta puniendum cenſuit Gregor.X. *in cap. eos qui eodem tit. in 6.* Itáque adhibendæ ſunt aliquæ coniecturæ, antequam quis audeat alienæ Parochiæ hominem, qui breui tempore alicubi commoratus fuerit, ordinare.

Quoad Epiſcopum beneficii, præter ea, quæ hic afferuntur, ſatis dictum eſt, *tomo 5. Conſult.77.*

A' quocumque autem Epiſcopo Ordines ſuſcipiantur optandum eſt, neminem ad Ordines recipi, niſi certæ Eccleſiæ adſcriptum, in qua ſuis fungantur muneribus; Neminem ad altiores gradus promoueri, niſi qui de inferioribus ex Trid.*ſeſſ.23.de refor.cap.5.* in eadem, cui adſcriptus eſt, Eccleſia, ritè, ac laudabiliter à ſe exercitijs teſtimonium attuliſſet, niſi fortè aliqui ſtudiorum cauſa abſentes, & Epiſcopi ſui præſcripto, in Collegio, Seminario, vel aliqua Eccleſia miniſtrarent. Quo caſu ad Epiſcopum, à quo ad ſtudia eundi licentia concedatur, & in aliquo Collegio, Seminario, vel Eccleſia miniſtrandi obligatio imponetur, ad quam denique eorum miniſteriorum ritè geſtorum, Ordinatio ſpectabit.

An laicus, cui à proprio Epiſcopo denegata fuit prima tonſura, poſſit ſuſcipere ipſam tonſuram, vel obtinere dimiſſorias ab Ordinario alterius Diœceſis, coram quo ipſe laicus præſen-

ſentatua fuit ad beneficium Eccleſiaſticum?

Sacra, &c. die 2.Ianuar.1658. reſpondit, non poſſe. Idipſum declarauit in *Auerſana*, ſiuè *Caſertana* 26.Septembris 1693.

Quoad pœnam, tam contrà Ordinantes, quam Ordinatos ab Epiſcopo non proprio dictum eſt in eodem tom.5. Conſult.77. vltrà ea, quæ hic ponuntur.

Circà Ordinatos autem à Romano Pontifice hæc obſeruanda ſunt. Primum ſpeciatim prohiberi, nè Ordinati ab ipſo, ab alio poſteà Epiſcopo ad altiores Ordines promoueri poſſint. Greg.Magn. Epiſt. ad Heliam Abbatem Iſauriæ *lib.4.Epiſt.30.*

Sed notat Henriquez *lib.10.cap.25.num.5.* eum, qui à Summo Pontifice fuerit ordinatus, ſi ab alio poſteà de eius licentia aliquem Ordinem acceperit, ad Superiores, quibus caret, poſteà abſque vlla petita licentia, promoueri poſſe.

Secundò obſeruandum eſt, quoſdam à Summo Pontifice ordinatos fuiſſe honoris tantum cauſa, non tamen ad aliquam Eccleſiam Vrbis Romæ, quod inſtantibus Illuſtribus viris, aut exigentibus Ordinandi meritis, aliquandò contingebat, vt exemplo Ordinationis Ruſtici à Pelagio, ſiuè Gelaſio ad preces Theodori perſpicuum eſt, ac aliorum; Illos verò, qui honoris tantum cauſa à Summo Pontifice, ordinati eſſent, quamuis Eccleſiæ Romanæ Clerici, in quibuſdam cenſerentur, & ob dignitatem Ordinantis quibuſdam prærogatiuis gauderent; attamen obtenta à Sum. Pontifice diſcedendi licentia, quoad cętera, Epiſcopis ſuis ſubditos fuiſſe manifeſtum eſt ex litteris Innocen.III.ad Epiſcopum Florentinum *in cap. per tuas de maior.& obed.*

Et deniquè obſeruandum eſt, Clericum à Summo Pontifice ordinatum priuilegio frui Clericorum Eccleſiæ Romanæ, vt non, niſi ex plurium teſtium relatione damnari poſſit. *Can. Præſul.2. quæſt.4.* Quod etiam priuilegium ex dictis notat. Aliam verò prærogatiuam nobis alia Gloſſa proponit in *cap. cum diſtribuendis*, quod nempè inuiti ordinari non poſſint. Sed ſi ab alio poſteà ad ſuperiorem Ordinem promoueatur, priuilegium amittit, vt docet Henriquez ſupra, ad quod proindè amittendum, cum nemo cogi poſſit, ſequitur, nec inuitum eum, qui à Summo Pontifice ordinatus fuerit, ad ſuperiores Ordines euehi poſſe.

An tempus, quod requiritur. in aſſequendis officijs, muneribus, ac Dignitatibus Eccleſiaſticis, tam Regularibus, quam ſæcularibus, debeat eſſe completum? Vide de Regularibus tomo 10. Conſult.11.

FVit ad Seminarium Ciuitatis Catholicę admiſſus Olympius ex Patria hæretica, cuius Seminarij alumni ex priuilegio Apoſtolico promoueri poſſunt, etiam ad Sacros Ordines abſque litteris dimiſſorijs proprij Epiſcopi. Ab eo, poſt quadriennium, finitis ſtudijs, dimiſſus, adijt aliam Ciuitatem Catholicam alterius Diœceſis, à cuius Epiſcopo poſt biennium petijt promoueri ad Sacros Ordines, ac ſimul prouideri aliquo beneficio Curato, emiſſa prius declaratione, velle in ea perpetuò permanere, & reipſa Epiſcopus ad dictos Ordines eum promouit. Quęritur:

An hic Epiſcopus incurrerit pœnam aliquam?
tomo 10. Conſult. 13.

NON incurriſſe pœnas aliquas in Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.23. cap.8.de refor. & in cap.3.de temp.Ord.in 6.* contentas exiſtimo. Licet enim ex diſpoſitione dictorum iurium non poſſit Epiſcopus Ordines conferre Clericis exteris ſub pœnis ibidem inflictis, abſque litteris dimiſſorijs proprij Ordinarij, id tamen non procedit in hoc caſu: Quia dum propria Diœceſis fuit ab hæreticis occupata, potuit proindè hic Olympius promoueri ad Sacros Ordines ab alio Epiſcopo, in cuius Diœceſi permanet. Tex. *in can.Clericus 4 dec.71.* vbi Gloſ.*verſ. ex neceſſitate propè fin.* Archid.*poſt init.* ac alij.

Nullaque ſubeſt difficultas, cum dictus Olympius in Ciuitate Epiſcopi Ordinantis per biennium habitauerit, & illius domicilium elegerit, præuia expreſſa declaratione ibidem perpetuò habitandi, ac morandi, quo caſu indiſtinctè aliquis ordinari poteſt ab Epiſcopo domicilij ſic electi, Vgolin. *de Epiſcop.cap.36.* §.2. Barboſ.*eodem tract.par.2.alleg.4.num.26.& 40.in fin.*& alij.

Nec obſtat, quod non interceſſit habitatio decennalis, & tranſlatio maioris partis bonorum: Nam hęc ſunt neceſſaria, quandò non adeſt declaratio expreſſa contrahendi domicilium, illudque eſt dubium, Gaill. *lib.2.obſer. 35.num.2.* Menoch. *de arbitr.caſ.86. num.2.* ac Rot.*dec.150.n.7.diuerſ.p.2.& in rec.dec.188.nu. 2.p.2.& dec.52.n.5.par.5.*

Eòque magis, cum dictus Olympius, qui talem declarationem fecit, habuerit animum aſſequendi beneficium Curatum in dicta Diœceſi, requirens reſidentiam perpetuam, ex quo eli-
citur

Digitized by Google

citur coniectura perpetuò ibi habitandi, Doctores alleg.

Quæ ſine dubio procedunt quoad Epiſcopum, qui tanquam exiſtens in bona fide, habuit iuſtam cauſam ordinandi dictum Olympium, qui domicilium in eius Diœceſi elegerat; Vnde ſtante bona fide, nulla ſuſpenſionis cenſura ligatus remanſit, Nauar. *conſ.40. in non. de temp.Ordin.*Sayr.*d ec.62.eodem tit.*& alij.

Et vide ad rem *tom. 9.* præcipuè *Conſult. 189. eodem tract.*

An, & quatenus requiratur titulus ad Sacros Ordines, non modò in Clericis ſecularibus, ſed etiam in Regularibus? Et quid de Religioſis Societatis Ieſu? tomo 10. Conſult. 92. Vide etiam de Immunitate tomo 3. Conſult. 2. Item de Patrimonio Clerici to. 4. Conſult. 142. ac præcipuè hoc eodem tract. de Ordine tom. 5. Conſul. 77.

PReter dicta in citat. Conſultationibus, certum eſt ad Sacros Ordines neminem ſine titulo promoueri poſſe, vt patet ex *Can.neminem dec. 70. ex can. Sanctorum eadem dec. 70.* qui eſt deſumptus ex Concilio Chalcedonenſi *act.15. can.6.in can.non licet de preb. in cap.Epiſcopus eodem tit.in cap.tuis eodem tit.*

Hoc ipſum decernitur in Concilio Tridentino *ſeſſ.21.cap.2.de refor.*Imò olim non poterat quis ad minores Ordines promoueri ſine titulo, vt ſentiunt Gloſ, *in d.can.neminem dec. 70. & in cap.2. de preb. & cap. Epiſcopus eodem*, Nauar. *conſ.14.n.1.de temp.Ordin.*

Porrò Sac.Conc.Trid. *cit.cap.2.*loquitur ſolum de Clericis ſecularibus, non autem de Religioſis profeſſis, vt patet ex illis verbis: *Nè quis deinceps Clericus ſecularis*, vt etiam loquitur Conſtitutio 29. Sixti V. contrà Clericos malè promotos, quæ habetur in Bullar.

Nec ſub dicto decreto Sac.Conc.Trid. comprehenduntur Religioſi Societatis Ieſu, qui poſt biennium probationis emiſerunt vota ſimplicia. Rodriq. *ar.3.* Garz.*de benefic. par.2. nu.9.* cum ſint veri, & proprij Religioſi, vt alibi dictum eſt.

An, & quatenus facultates de promouendo ſuffragentur? Et quomodò, & à quo vnuſquiſque promoueri debeat? Pœna in contrafacientes. tom.10.Conſul.159.

SVfficiunt, quæ alibi dicta ſunt, precipuè hoc eodem tract.de Ordine, præſertim to. 9.Conſult.189.quo adi.

DE PAROCHO, ET PAROCHIA

An ſit valida electio ſepulturæ facta coram Parocho? Vide de Supult, elect. tomo 1, Conſult. 17,

An Prior Commendatarius, cuicura animarum incumbit, exercenda tamen per Vicarium perpetuum, teneatur ad Sac. Ordines ſe promouere? tom.1. Conſul. 19.

NEgatiuè: Quia, cum huiuſmodi Commendatores non teneantur ad perſonalem reſidentiam, nec per ſeipſos curam animarum exercere, vt alias probaui ex pluribus etiam Sac. Congreg. declarationibus, vtique nec tenentur ad Sac. Ordines ſe promoueri. Id enim ſequitur neceſſariò; Nam deficiente qualitate pro explicatione actus neceſſaria, deficit etiam obligatio exercendi actum, Surd. *dec.* 39. *num.* 3. Ludouiſ. *deciſ* 451. *num.* 6. Et ſicut ex poſitione conſequentis reſultat poſitio neceſſarij antecedentis ad *leg.* 2. *ff. de iuriſd. omn. iud.* irà retorqnendo argumentum ex remotione antecedentis, conſequens remouetur. Cum igitur huiuſmodi Commendatarijs neceſſitas reſidentiæ perſonalis ſit ſublata, ſublatum quoque remanet onus ſe promouendi ad Sac, Ordines,

Ad quem pertineat deputatio prouiſionalis Miniſtrorum, exercentium in Eccleſia Cathedrali curam animarum? tom. 1, Conſul. 24.

DIcendum exiſtimo, huiuſmodi deputationem ſpectare ad Epiſcopum, nec in ea poſſe à quacumque Dignitate Eccleſiæ Cathedralis prætendi manutentio: Quia cura animarum in Cathedrali non reſidet penes Dignitates, ſed penes Capitulum, vt poſt alios Gonzal. *ad reg.* 3. *Cancell. gloſ.* 6. *num.* 71. Rebuff. *in prax. de vnion.* Ror. *deciſ.* 340. *par* 2 *recent.* & coram Caualer. *deciſ.* 374. *ſub num.* 4. & 5.

Cum itàque cura non pertineat ad Dignitates, ſed ad Capitulum, ſiuè etiam ad Epiſcopum; non rectè applicatur concluſio illa, quod inferior, habens curam animarum deputare poteſt Miniſtros, ſed benè diſpoſitio Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *de reſor. cap.* 18. Quod ſcilicet Ordinarius deputet Vicarium, ſeu Economum quomodòcumque vacatio contigerit; Quod procedit etiam vbi collatio, vel electio ſpectat ad inferiorem, non obſtantibus his, quæ notantur *in cap. Cum vos de offic. Ordin.* vt per Sac. Congreg. ibi §. 9. *v. Idoneum*, ac per Theſ *for. Eccleſ par.* 2. *cap.* 3. *num.* 52. & Gatz. de *benefic. par.* 9. *cap.* 2. *nu.* 124. & 127.

Declaratio autem Sac. Congregationis eſt huiuſmodi:

Cum cura Ciuium Viſentium intrà certos limites ad Capitulum Cathedralis Eccleſiæ ſpectares, quæ ab immemorabili tempore conſueuit exerceri per 12. *Capellanos à Capitulo deputandos, & ad eius nutum amoueri ſolitos, abſque eo, quod Epiſcopus in ipſorum examine, vel approbatione quoquomodò ſe intromiſerit, quod etiam obſeruatum fuit cum aliqui coadiutores dati ſint Capellanis à Capitulo, nam nullum conuenit adhiberi examen ab Epiſcopo, dubitatum fuit: an ex decreto Trid. Concilij ſit in aliquo dicta quaſi poſſeſſio, & iuriſdictio ab immemorabili tempore præſcripta, ità vt non liceat Epiſcopo examinare dictos Capellanos, & eorum Coadiutores, ac Dignitates, & Canonicos, qui quandòque per ſeipſos dictam curam exercent, & eis prohibere, ne abſque ſua approbatione curam exerceant, vel Sacramenta miniſtrarent.* In hac quæſtione Tridentinum *cap.* 18. *ſeſſ.* 24. loquitur quandò Parochiales Eccleſiæ vacant, quarum collatio facienda eſt, hic autem nulla Parochialis vacat, nulla collatio eſt facienda; Licet autem caſus his verbis expreſſis Concilij non ſit deciſus, ex mente tamen Concilij ſatis deciſus videtur, vt non permittantur iſti exercere curam animarum niſi examinati, & approbati prius fuerint ab Ordinario. Hęc autem mens colligitur primum ex *cap.* 7. *ſeſſ.* 7. quod licet loquatur, quando beneficium curatum eſt vnitum Capitulo; eadem ratio tamen eſt, quandò cura animarum eſt vnita Capitulo. Deindè *ex cap.* 11. *ſeſſ.* 25. *de Regul.* quod ſi habet locum in regularibus Eccleſijs, multò magis habere debet in ſæcularibus ex *cap.* 18. Vndè alias Sacra Congregatio in quadam *Taranſina* cenſuit, nullum Capellanum poſſe exercere curam animarum, qui non ſit ab Ordinario approbatus. Igitur eadem Sacra Congregatio cenſuit, reſpondendum eſſe interrogationi, *licere*, nullo expreſſo verbo, an id ex verbis, vel mente Concilij ſit.

An

Digitized by Google

An Canonici Regulares Ordinis Præmonſtratenſis ſint capaces prò obtinendis abſque alio Sedis Apoſtolicæ permiſſu Parochialibus Eccleſiis ſæcularibus, ſaltem Iuriſpatronatus ad præſentationem Patronorum? Et quid de alijs Canonicis Regularibus tomo 1.
Conſult. 44.

STatuendum omninò eſt, Canonicos Regulares Ordinis Præmonſtratenſis, cęteroſque alios Regulares eſſe incapaces Eccleſijs Parochialibus ſęcularibus, tam quoad eas, quæ ſunt Iuriſpatronatus, quam quoad omnes alias generaliter, cum non poſſit aſſignari reſpectu capacitatis maior ratio in vna, quam in alia, nec à Sacris Canonibus ſuper hoc nulla reperitur conſtituta diſtinctio.

Nam cap. *Quod Dei timorem de ſtat. Monach.* procedit ſolum, vt inquit tex. in ijs Canonicis, qui laxiori inſeruiunt Regulę; non autem in Pręmonſtratenſibus, qui arctiorem vitam, & regulam inſtar Monachorum profitentur, eorumque Fundator, vt tradit Tambur. *de Iur. Abb. tom. 1. diſp. 2. quæſt. 14. nu. 8.* pauperem habitum indutus nudis pedibus incedebat, & cum ſocijs ad voluntariam paupertatem, & reliquas Religionis obſeruantias inſtitutis ſuis ſolitariè viuebat, quod eſt proprium Monachorum, ſtrictiorem vitę regulam profitentium, *c. Placuit dec. 2. quæſt. 1.*

Equidem Ordinem Pręmonſtratenſem, qui à Seruo Dei Norberto anno 1120. ortum habuit, quia Canonicam Regulam S. Auguſtini profitendo aſſumpſit, Canonicorum Regularium nomine vocari cepiſſe, ſed reuera fuiſſe Ordinem Monaſticum, eumque profeſſos Monachos appellari refert D. Antonin. *in Chron. par. 3. tit. 15. cap. 19.* Ideóque non inter Canonicos Regulares, ſed inter Monachos ab Azor. *in inſtit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 21. ſub fin.* Io: Trullus *in Ord. Can. Regul. lib. 1. cap. 34. num. 4.* paſſimque ab alijs Pręmonſtratenſes connumerantur.

Atque hanc ſententiam eſſe certiſſimam indico, pręſertim poſt Conc. Trid. quod *cap. 11. ſeſſ. 14. de refor.* expreſsè id prohibet etiam Canonicis Regularibus, ibi: *Taliter translatus etiam ſi Canonicorum Regularium fuerit ad beneficia etiam curata, omnino incapax exiſtat.* Quam quidem diſpoſitionem arbitror eſſe ſatis claram, animaduertens, quod Tridentinum loco adducto non loquitur, vt malè opinati ſunt omnes, qui contrarium tenuerunt, de Canonico ad ſtrictiorem Regulam translato, ſed de alio ſimplici Regulari ad ipſos Canonicos translato.

Inſpecta igitur diſpoſitione Concilij, ſine dubio requiritur diſpenſatio Pontificis, quemadmodum declarauit Sacra Congregatio eiuſdem Concilii ex mente Greg. XIII. Quod ſcilicet d. *cap. 1. ſeſſ. 14.* habet locum in omnibus Canonicis Regularibus. Quę declaratio, cum habeat vim legis, vt ſępius eſt deciſum, nec eſt amplius dubitandum, quin hodie obſtet Sacri Concilij diſpoſitio ſic declarata, & per conſequens ceſſent omnia priuilegia, quæ quidem redacta eſſe ad formam Concilij teſtatur inter Regulares Roderic. *tom. 1. qq. regul. q. 8. ar. 6.*

Id autem probatur ex ſenſu Sacrę Congregationis Conc. cui ſolenne eſt decernere, quod nullus hodie Regularis abſque diſpenſatione Papę poſſit obtinere ſæculare beneficium, licet Curatum, vt in vna *Cremonen.* 1. Septembris 1630. & in *Taurinen.* 27. Octobris; Itaut neque Canonicus Regularis non translatus degere poſſit extra Clauſtra in habitu Presbyteri ſæcularis ſub prætextu, quod obtinebat beneficium ſæculare: Quia ſi beneficia ſunt ſimplicia, obſtant Sacri Canones, ſi Curatum, obſtat decretum Greg. XIII. quod refertur in Regeſtis Sac. Congregationis Conc. tenoris ſequentis:

S.D.N. Greg. XIII. uoluit, licere Canonicis Regularibus abſque permiſſu Summi Pontificis aſſumere curam animarum etiam ad tempus, multóque minus beneficium curatum etiam ad tempus.

Quod Clemens VIII. mandauit inuiolabiliter obſeruari, non obſtante, quod id fortaſſe per Sacros Canones permitteretur Canonicis Regularibus, præterquam translatis, vt cenſuit eadem Sacra Congregatio in *Cremonen.* & *Taurinen.* alleg; Quare, cum hic caſus die 15. Maij 1655. fuiſſet iterum propoſitus, eadem Sacra Congregatio perſtitit in decretis, Canonicoſque huiuſmodi ad Concurſum admitti vetuit. Ità quidem, vt ſuper hoc eorum Generalis nequeat diſpenſare, vt declarauit 24 Aug 1628. Et 17. Nouemb. 1629. prò parte Iacobi Vantij ex Canonicis S. Georgij in Alga, qui ſunt verè ſæculares, vt in Conſtitutione Pij V. incip. *Lubricum vitæ genus*, & tales eos appellat Tambur. *loc. cit. diſp. 18. quæſt. 3. num. 3.* his verbis poſt longam diſcuſſionem materiæ prudentiſſimè reſpondit: *Dictum Canonicum S. Georgij eſſe capacem prò obtinenda Eccleſia Parochiali ſæculari, concurrente tamen expreſſo Sedis Apoſtolicæ permiſſu*, quem poſteà ab Vrbano VIII. optimo iuris ſeruatore nec etiam potuit obtinere, & ſic declaratum fuit, eſſe capacem propter ſæcularitatem, ſed neceſſarium permiſſum, qui idem eſt, ac diſpenſatio propter vitam, quam ducunt ad inſtar Regularium.

An, & quatenus, quibuſque remedijs, ac medijs Parochiæ ornandæ, augendæque ſint?
tomo 1. Conſult. 52.

IN pluribus Orbis Chriſtiani partibus, Parochijs, non ſolum Oppidorum, ſed etiam Vrbium minus commodè proſpectum eſt. Defectus eſt in ſubſtentatione Parochi. Cum enim neceſsè ſit Parochum eſſe doctum, laborioſum, bonæ vitę, cum magni ſint eius labores, maioraque pericula in canendo, concionando, hortando, ęgros, etiam contagio infe-

ctos, viſitando, minor eſt tamen, quam Canonicorum prouentus, minor etiam dignitas ęſtimatur. Graue quidem hoc eſt Eccleſię vulnus, & ab animoſo, prudentique Viſitatore ſanandum.

Multa quidem remedia excogitari poſſent ad Parochiarum ſqualorem abſtergendum. Mihi autem aptiora ſunt:

Primum, vt adamuſſim obſeruetur Clementina *Dudum de ſepul.* vbi prò Parochis multa decernuntur, ex quibus ad rem maximè inſignis *§. Verum*, hæc ſunt: *De obuentionibus omnibus, tam funeralibus, quam quibuſcumque relictis diſtinctè, vel indiſtinctè ad quoſcumque certos, vel determinatos vſus, de quibus etiam quarta, ſiuè Canonica portio dari, ſeù exigi non conſueuit, vel non debet de iure. Nec non dotis, vel qualitercumque donatis in morte, ſeù mortis articulo, in infirmitate donantis, vel dantis, de quo deceſſerit quomodocumque directè, vel indirectè fratribus ipſis, vel alijs, prò eiſdem quartam partem, quam authoritate Apoſtolica taxamus, & etiam limitamus; Parochialibus Sacerdotibus, & Eccleſiarum Rectoribus, ſeù Curatis largiri integrè teneantur.* Ex quorum verborum amplitudine manifeſtè conſtat, quod nihil excluditur ex ijs, quæ ex teſtamento, vel ex occaſione mortis obueniunt, ſed de omnibus debeat quarta parochialis ſolui, etiã de Legatis prò Miſſis, vt rectè ibidem deducit Gloſ. *v. funeralibus*, ſtante verborum vniuerſalitate. Nec quidem ſine iure. Primò quia ſolui debent Parochis ratione Curæ paſtoralis in adminiſtrandis Sacramentis, vt in *cap. Delatum de ſepul. & cap. 2. eodem tit. in 6. & in d. Clem. Dudum*. Deindè, quia in tantum conceditur Eccleſijs *in d. Clem.* vt habeant facultatem ſepeliendi quoſcumque, qui in tali Eccleſia ſibi elegerint ſepulturam, in quantum illæ obligantur *ibidem* ad ſoluendam eiuſmodi quartam, nè ex hac occaſione Parochiales Eccleſiæ fraudentur totaliter ſuis emolumentis, vt ſatis conſtat ex tex. Et hanc ſententiam abſolutè aſſerunt de iure, etiam quoad legata Miſſarum Doctores, inter quos Abb. *in cap. in noſtro de ſepul.* Io: Andr. *in cap. 1.* Gloſ. & DD. *in cap. certificari eodem tit.* Hoſtien. *in Sum.* aliſque.

Secundum remedium eſt obſeruatio *cap. ad Apoſtolicam de Simon.* in quo Innoc. III. ex Concilio Generali laudabiles conſuetudines ergà ſanctam Eccleſiam pia deuotione fidelium introductas offerendi aliquid prò exequijs defunctorum, aut alijs eiuſmodi, idque ſecundum qualitatem perſonarum præcipit obſeruari, ſtatuens, vt per Epiſcopum loci ij compeſcantur, qui malitioſè nituntur laudabiles hiſce conſuetudines immutare. Quibus ex verbis induci præcepti obligationem communis ſententia docet, quam tenet D. Tho. 2. 2. *quæſt. 86. art. 1.* ibi Aragona, & alij, Maior *in 4. deciſ. 15. quæſt. 4. concl. 2.* firmantque Panorm. Hoſtien. alijque.

Tertium remedium eſt Conſtitutio Conc. Triden. *ſeſſ. 24. cap. 13. de refor.* quæ, ſi ſeruetur, nulla querela futura eſt. Ità enim habet: *In Parochialibus etiam Eccleſijs, quorum fructus æquè adeò exigui ſunt, vt debitis nequeant operibus ſatisfacere, curabit Epiſcopus, ſi per beneficiorum vnionem, non tamen Regularium, id fieri non poſſit, vt primitiarum, vel decimarum aſſignatione, aut per Parochianorum ſymbola, ac collectas, aut qua commodiori ei videbitur ratione tantum redigatur, quod prò Rectoris, aut Parochiæ neceſſitate decenter ſufficiat.* Et in *cap. 26 ſeſſ. 36.* ſtatuit S. Synodus, *vt Eccleſiaſtico beneficio ſæculario quocumque nomine appellentur, quæ curam animarum ex primæuo eorum inſtitutione, aut aliter quomodocumque retinent, illo deinceps in ſimplex beneficium, etiam aſſignata Vicario perpetuo congrua portione, non conuertantur.* E contrariò ſimplicia in Curata mutentur, illiſque addantur. Nec illa modò, ſed tot perſonatus, tot Altaria, quæ tenentur ab otioſis, & ſęcularibus; imò Monaſteriorum bona, & in varios vſus, variaſque menſas conuerſorum ad Parochias augendas conferantur. Hoc eſt è re Chriſtiana, Parochos eſſe eo loco, auctoritate, eruditione, copijs, quibus nunc ſunt aliarum Eccleſiarum Prælati. Sic enim vtiliter munere ſuo fungentur.

Quartum remedium eſto. Cum Eccleſiæ Parochiales abs politia Eccleſiaſtica inſtitutę ſint recipiendis, & diſpenſandis Sacramentis fidelibus, & occaſione diuerſarum Indulgentiarum, quæ Dominicis, & feſtis diebus in diuerſis Eccleſijs, & maximè Regularium occurrunt, laudabilis, & antiqua conſuetudo frequentandi dictis diebus Eccleſias Parochiales ſenſim euaneſcant, dum populus relicta Miſſa, & concione Parochialibus, ad alienas Eccleſias ſe ſe confert, vt vna, & eadem opera ibidem lucretur Indulgentias, & præcepto Eccleſiæ de audienda Miſſa ſatisfaciat. Hinc neceſſarium foret, quatenus in fauorem Eccleſiarum Parochialium per Breue Apoſtolicum ordinetur, vt deinceps in dictis Parochialibus ad lucrandas quaſcumque Indulgentias quibuſuis Eccleſijs, Capellis, Oratoriis, Confraternitatibus, aut etiam Archiconfraternitatibus vſque adhuc à Sede Apoſtolica conceſſas, & in poſterum concedendas in dictos dies Dominicos, aut feſtos incidentes vnuſquiſque Miſſam ſuam Parochialem, aut concionem itidem Parochialem audire, vel ſi ob legitimum impedimentum neutrum iſtorum adimplere queat, ad minus in eadem Eccleſia ſua Parochiali communicare, aut Veſperas, vel doctrinam Chriſtianam audire teneatur, itàut auditio Miſſę, vel concionis Parochialis, aut ſaltem communio in Parochia, vel auditio Veſperarum, vel doctrinæ Chriſtianæ ibidem inſtituatur pars operis iniuncti ad huiuſmodi Indulgentias conſequendas.

Rationes autem, cur quod petitur concedendum ſit, præcipuè ſunt Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 22. decreto de obſer. & vitan. in celebr. Miſſ.* inter ce-

tera

Digitized by Google

tera ſic ordinat: *Epiſcopi moneant populum, vt frequenter ad ſuas Parochias, ſaltem diebus Dominicis, & maioribus feſtis accedat*, ibidemque ſubdit, vt Epiſcopi, ea omnia, quæ ibi ordinata ſunt curent, & mandent obſeruari inuiolatè, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, & alias pœnas, non obſtantibus priuilegijs, exemptionibus, & conſuetudinibus quibuſcumque. Et ruſus *ſeſſ.* 24. *cap.* 4 *de reſor.* ità ſtatuit: *Moneat Epiſcopus populum diligenter, teneri vnumquemque Parochiæ ſuæ intereſſe, vbi commodè id fieri poteſt, ad audiendum verbum Dei.* Ex quibus abundè liquet quanti Sacroſ. Concil. laudabilem, & antiquam conſuetudinem Dominicis, & feſtis diebus Eccleſias Parochiales frequentandi extimauit, quantaue inſit Epiſcopis obligatio ſatagendi, vt dicta conſuetudo, quę vbiuis locorum in dies magis, ac magis prolabaſcit, omni meliori modo renouetur.

Accedit, quod hac etiam ratione Paſtores animarum, qui ad clauum Eccleſię ſedent, contemnuntur, & vultum pecoris ſui nequeunt agnoſcere, Qui certè contemptus tantum nocumenti Eccleſiæ Dei affert, vt Caniſius grauiſſimus è Societate Ieſu Theologus, tractans Euangelium: *Ego ſum Paſtor bonus*, communem contemptum, ac neglectum Paſtorum, qui nunc paſſim irrepſit, omnium ferè malorum, hæreſum, ac Schiſmatum fontem, ac fomitem præbere non dubitauerit affirmare.

Deniquè Eccleſiæ Parochiales communiter ſunt deſtitutæ omni beneficio Indulgentiarum, adeò vt Rodriquez Minorita vſus fuerit dicere *to.* 1. *qq. Regul. quæſt.* 43. *ar.* 7. eſſe commodius audire Miſſam, & verbum Dei apud Regulares, quia in illorum Eccleſijs, vt plurimum ſunt Indulgentiæ, quæ non adſunt in Parochialibus. Imò non nemo pronunciauit ſecurius, & ſalubrius eſſe peccata Regularibus, quam Paſtoribus confiteri. Quæ propoſitio per eandem Sacram facultatem Theologiæ Pariſienſis, tanquam falſa, ſcandaloſa, temeraria, & Ordinis Hierarchici deſtructiua, damnata eſt. Quibus ſic ſtantibus, non poſſunt dictæ Eccleſiæ parochiales non eſſe deſertæ, omninòque expectandum eſt, vt vbique locorum diſciplina Eccleſiaſtica prælabeſcat, niſi Sedes Apoſtolica prò ſua Paſtorali in omnes cura, & ſollicitudine de opportuno remedio, quanto citius prouideat.

Modus itàque omnium optimus, & facillimus, qui indubiè dictam laudabilem conſuetudinem Eccleſiis Parochialibus pernecesſariam reuocabit, eſt concedere quod ſuprà petitum eſt. Et notandum, quod hoc conceſſo, non habebunt Regulares vndè conquerantur, nihil enim eis hac ratione demitur. Siquidem qui volet eorum Indulgentias lucrari, debebit vltrà frequentationem Parochiæ, illorum etiam Eccleſias viſitare, vti prius, atque hoc pacto fiet, vt Regulares excitent populum, vt dictis diebus Dominicis, & feſtis ad Parochiam ſuam conueniat, & viciſſim Paſtores eundem Populum hortabuntur, vt ad Regularium Eccleſias prò conſequendis illorum Indulgentijs ſe ſe conferat. Vndè inter Paſtores, & Regulares mutua vnio, & amicitia ſuccreſceret.

An, & quatenus Epiſcopus poſſit Parochos ritè, ac rectè ſemel approbatos, iterum, ac pluries ad examen vocare? to. 1. Conſul. 133.

IN hac re tanquam certum tenendum eſt, quod poſſit Epiſcopus Parochos ad examen vocare, quandò defectus eorum ſcientiæ eſt notus, præceditque fama eorum imperitiæ, vel erroris in adminiſtratione Sacramentorum: quia tunc error, & fama ſe habent tanquam accuſatores. Item certum eſſe debet, quod poſſit eos examinare, quos probabiliter indicauerit eos inſufficientes eſſe, eò quod non vacarint ſtudio, & ſcientiam, quam prius habebant, deperdiderint; Alioquin inane redderetur decretum Concilij Trid, *ſeſſ.* 21. *cap.* 6. declarans, quod poſſit Epiſcopus Rectoribus Parochialium illiteratis dare coadiutores; Nam ſi non poſſet examinare, aut non daret coadiutores, aut dando, fieri poſſet, quod ijs quoque daret, qui reuera eſſent ſufficientes; Vndè quoſcumque ſuſpicatur inſufficientes eſſe, poterit ad examen vocare, tam in viſitatione, quam extrà, tam ipſe, quam eius ſucceſſor: Quia tunc habet ſufficiens fundamentum innouandi examen. Siquidem opinio inſufficientiæ eſt veluti quædam denunciatio. Atque ità cenſuit Sacra Congregatio Concil. in vna *Conſentina* 3. Ianuarij 1594. ac præcipuè in vna *Pampilonenſi*, in qua cum quærebatur:

1 Vtrum poſſit Epiſcopus examinare Parochos, & Rectores ſemel approbatos ad curam animarum exercendam, quandò ex rationabili, & legitima cauſa habetur vehemens ſuſpicio de illorum imperitia ad Sacramenta miniſtranda, & munus ſuum adimplendum, vt clarius cognita illorum illitteratura, detur illis coadiutor benemeritus cum aſſignatione alicuius portionis fructuum prò eius congrua ſuſtentatione?

2 Si poteſt hoc examen facere, non ſolum in actu viſitationis, ſed etiam extrà illam reſpectu alicuius Parochi de cuius imperitia habetur certa notitia?

3 Si ad huiuſmodi examen faciendum requiritur, quod imperitia talis Parochi examinandi probetur iuridicè per teſtes deponentes, an verò ſufficiat, talem imperitiam conſtare Epiſcopo extraiudicialiter, vel quia expoſitum fuit illi per perſonas fide dignas, quæ nolunt iuridicè deponere propter metum, reſpectum, vel aliam rationem, vel quia ipſemet Epiſcopus ex rumore, vel ex aliquibus actionibus, quas videt, & notat in ipſo Parocho, & ex verbis, quæ ab illo audit, & ex alijs accidentibus, quæ occurrunt, facilè coniecturam fe-

rè euiden rem de imperitia illius?

Sacra, &c. die 15. Iannarij 1667. cenſuit ad omnia reſpondendum affirmatiuè: Quodque poſſit eos ad examen iterum vocare ſub pœna priuationis, reſoluit eadem Sacra Congregatio in vna *Lucerina* 13. Iannarij 1594. & in vna *Interamnen.* 1. Octobr. 1602.

Extrà verò hos caſus non poteſt Epiſcopus vocare ad examen Parochos. Habent enim intentionem fundatam, vt ad exercitium Curæ animarum, & ad Sacramentorum administrationem admittantur, cum hoc veniat in conſequentiam approbationis ab Examinatoribus de eorum perſona factæ, vt Sac. Cong. reſoluit in vna *Nucerina* 6. Octob. & 10. Nouemb. 1617. Quia cum eorum approbatio ſe habeat per modum ſententiæ decernentis de idoneitate, dat ius approbato in manutenendo ſuam idoneitatem, quam de iure poſſidet, & ideò non poteſt ſine cauſa reuocari in dubium ipſa poſſeſſio, ſicuti reuocaretur, ſi iam approbatus iterum ad examen vocaretur.

An Commenda Monaſterij Regularis Conuentu carentis, ac duas Eccleſias Parochiales, quibus per duos Presbyteros ad nutum Abbatis, ſeu Commendatorij d. Monaſterij amouibiles deſeruitur, quarum que omnes fructus Abbas, ſeu Commendatarius percipit, annexas habentis, Clerico 25. annorum non completorum ſub expreſſione, quod d. Monaſterium cura carebat Apoſtolica auctoritate facta, ex diſpoſitione dictorum Decretorum fuerit nulla? Et data illius nullitate. An eidem Clerico, qui vigore dictæ Commendæ dictum Monaſterium vltrà 20. annis pacificè poſſedit, ſuffragetur regula de triennali, & decennali poſſeſſione? tom. 1. Conſul. 141.

Dicendum eſt, Commendam fuiſſe nullam, & d. Clerico nullas regulas ſuffragari. Cum enim in Commenda non fuerit facta mentio qualitatis curæ, prout requiritur, tam de iure, iuxtà tex. *in cap. cum in illis de preb. in 6.* quam ex diſpoſitione Conc. Trident. *cap. 21. de regul. ſeſſ. 25.* intrat ſanè ſubreptio *cap. ſuper litteris de reſcript.* & poſſeſſio etiam triennalis non ſuffragatur, vt in eodem Conc. *d. cap. 21.* expreſsè diſponitur.

Non obſtat, quod de cura, quæ venit per annexionem beneficij curati neceſſariò non ſit facienda mentio: quia procedit quandò annexa reguntur per Vicarios, ſecus ſi temporales, iuxtà præſcriptam diſtinctionem.

Nec etiam obſtat, quod per Commendam inducatur tacita diſpenſatio: Nam procederet, ſi fuiſſet facta mentio curæ, ſuper qua cadere potuiſſet diſpenſatio, alias intrat ſubreptio, cum Commenda Curati requirat in Commendatario, tempore, quo fit, ætatem, & Ordinem Presbyteratus coniunctim, *cap. Nemo deinceps de elect. in 6.* vbi Gloſ. *v. Sacerdotio*, & Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 12. de refor.*

Nec etiam obſtat poſſeſſio decennalis: Quia vltrà quod diſpoſitiones Concilii habent decretum irritans, quod inficit titulum, & poſſeſſionem. Rot. *diuerſ. deciſ. 61 par. 3.* & coram Caualer. *deciſ. 126. num. 3.* ipſa poſſeſſio decennalis non tribuit maius ius, quam triennalis. Caſſad. *deciſ. 8. num. 1. ſuper regul.*

Vlterius eſt conſiderandum, quod ſicut ſubreptio, quam Concilium præſumit, inducit malam fidem, quæ tollit triennalem, ita eadem ſubreptio, & mala fides tollit omnem aliam poſſeſſionem, & præſcriptionem, quę non datur cum mala fide ad Reg. *poſſeſſor de reg. iur. in 6.*

An Commendatores Ordinum Militarium poſſint retinere, & carcerare Sacerdotes ſæculares ad curam animorum à ſe deputatos? Vide de Equitibus. tom. 1. Conſul. 173.

An Parochiales conferendæ ſint dignioribus, vel ſufficiat, quod conferantur dignis? tom. 1. Conſult. 183.

Reſoluendum eſt, Parochialem conferendam eſſe in omnibus qualitatibus digniori, licet alter fuerit tanquam dignus approbatus; Quare ad conuincendam irrationabilitatem iudicii Epiſcopi ſufficit, illum eligiſſe minus dignum in concurſu dignioris, idemque ex clara diſpoſitione Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 18. §. Peracto perindè examine, vt ob Examinatoribus renuntientur quotquot idonei iudicati fuerint &c. ex hiſque Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illi, & non alteri collatio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre.* Quòd etiam ſtatutum legitur in Conſtitut. 33. Pii V. §. 7. ibi: *Vt autem non ſolum dignis, ſed magis idoneis reperiit, iuxtà eiuſdem Concil. decretum &c. quod ſi Epiſcopus minus habilem, poſthabitis magis idoneis, elegerit, poſſint reiecti à mala electione huiuſmodi &c. appellare &c. & conſtito de priori eligentis irrationabili iudicio, eoque reuocato, Parochialis magis idoneo conferatur.*

Et in illis terminis, quod irrationabile dicatur iudicium Epiſcopi eligentis dignum in concurſu dignioris firmauit Rota in *Tuden. Parochialis* 28. April. 1603. coram Card. Sacrato, vbi ſubiungitur, quod quicquid ſit in aliis beneficiis, certum eſt in curatis ex idoneis magis idoneum eſſe eligendum ex diſpoſitione Sac. Conc. Trid. & Pii V.

Idemque aduertit Gonzal. *ſuper reg. 8. Cancell. gloſ. 4. num. 136. & 142. cum ſeq.* Garz. *de benefic. pa 9. cap. 2. num. 229. & ſub num. 251. & 252.* ac alii, & pluribus ſeqq. Io. Fr. Leo *in Theſ. for. Eccleſ. par. 2. cap. 3. num. 37. in fin.* vbi refert reſolutionem Sac. Congregationis Concil. in vna *Patauina.*

Nec obſtat, ſi alter ſit ab Examinatoribus approbatus. In concurſu enim dignioris non ſufficit ex iam dictis, & apertè hoc cenſuit S. Cong. Conc. dum ſæpè reſcripſit, vt examine peracto, poſ-

Digitized by Google

poſſit ſtatui quis verè ſit dignior iudicandus.

Minus quoque excuſari poterit irrationabilitas iudicii Epiſcopi, prætextu, quod repertus idoneus eſset magis diues, ità vt poſſit facilius reſtaurare Eccleſiam ex bonis propriis: Nam hoc non releuat in iure; Eccleſia enim reſtauranda eſt ex redditibus eiuſdem Eccleſiæ, & quatenus non ſuppetant, tenentur Parochiani hoc onus ſubire. Sac.Conc. Trid. *ſeſſ.21. cap.7. de reform.*

Præſertim quandò magis idoneus eſt nobilis, cum nobilis in concurſu præferatur, vt in terminis fuit dictum in cit. *Tuden. Parochialis*: Quia prò nobilibus ſemper præſumitur, vt poſt alios latè probat Tiraquell. *de nobil. cap.20. num. 20. cum pluribus ſeqq.* qui etiam *num.41.* ait, nobiles præſumi cæteris prudentiores, atque exercitatiores, ideòque maioribus beneficijs ſunt honorandi.

Atque ità frequenter cenſuit Sac.Congreg. Conc. præſertim in vna *Piſtorien.* die 7. Auguſti 1649. Et in vna *Aretina* 9. Maij 1651.

An licentia alienandi data Rectori Eccleſiæ tranſeat in ſucceſſorem? Vide de Alienat. rer. Eccleſ. tomo 1. Conſult. 184.

De examine Parochialis iuriſpatronatus, facto ſine Examinatoribus Synodalibus. Vide de Examine tom. 1. Conſul. 160.

An, & quatenus Canonici poſſint deputare in Parochum Canonicum ſupernumerarium? tom. 1. Conſul. 269.

RESpond. poſſe id permitti, cum non ſit incompatibile. Atque ità cenſuit Sac.Congr. Concil. in vna *Fulginaten.* 14. Mart. 1648. ex Trid. *cap.17. ſeſſ.24 de refor.*

An fundator Eccleſiæ Parochialis cogi poſſit ad augendum dotem eidem Parochiali vſque ad annua ſcuta centum? tom. 1. Conſul. 276.

NEgatiuè. Et ità declarauit Sac. Congreg. Conc. in vna *Aſten.* die 15. Decemb. 1646. *ad cap.13. ſeſſ.24. de refor.* Sufficit enim, quod aſſignata ſit congrua ſecundum conſuetudinem loci, & qualitatem perſonarum, quæque talis eſſe debet, vt ex ea quis poſſit commodè ſuſtentari. Gloſ. *in cap. vnic. v. Abſque pecunia de ſtat. Regul. lib.6.* Rebuff. *de congr. quæſt.8. n.78.* Tunc autem augeri debet, quandò cum imputatione primitiarum, non autem oblationum non aſcendit ad ducata 50. iuliorum vndecim prò quolibet. Rot. apud Mant. *deciſ.269. nu.1.* Non enim habenda eſt ratio oblationum, quia ſunt incertæ, cum pendeant ex libera offerentium voluntate, & ideò ad certam ſummam redigi non poſſunt, quod in primitijs dici non poteſt. Oldr. *conſ.118.* Anchar. *in Clem. vn. col. pæn. de conc. præb.* Felin. *in cap. ad aures nu.38. & 39. de reſcrip.* Puteus *dec.169. n.3.*

Qua pena puniri poſſint Parochi, qui celebrant Matrimonia temporibus prohibitis? Vide de Matrimonio tom. 1. Conſult. 237.

INfirmo exiſtente Parocho, fuit ab eodem interim ad ſuam curam ſubrogatus Parochus vicinior. Cumque idem Parochus infirmus obierit, & ad curam Parochialis vacantis non eſſet aliquis deputatus, dictus Parochus vicinior incautè continuauerit in functionibus Parochialibus, & ſignanter contractui vnius Matrimonij interfuit, quod poſteà denuò ſupponitur contractum, ſeù ratificatum. Quæritur: *An incurrerit in pœnas?* tom. 1. Conſult. 333.

REſp. eſſe abſoluendum. Et ità cenſuit Sacra Congregatio Concilij in vna *Eugubina* 18. Nouembr. 1645. *ad cap.1. ſeſſ.24. de refor. Matrim.* Ratio eſt, quia facultas quoad ea, quæ non penderit in conſeruari à voluntate concedentis, quæque ſunt effectus iuriſdictionis, & poteſtatis publicæ, ſeù voluntatis concedentis, vt informatæ publica poteſtate, & iuriſdictione, extinguitur morte ipſius. *l. fin. ſub init. ff. vndè liberi, & l. ſancimus C. de admin. tut.* Tiraquel. 4 *tr. cauſ. limit. 12. num. 2.* Gam. *dec. Luſitan. 27. num. 4.* alijque.

An liceat Confratribus Societatum abſque præcedenti legitima facultate iuris ſepeliendi, & abſque interuentu ipſius Parochi ſepulturam defunctis dare in ſuis Oratorijs? Vide de Funeribus tomo 1. Conſult. 337.

An Parochus duarum Eccleſiarum in eadem Ciuitate exiſtentium inſimul æquè principaliter vnitarum, poſſit ex diſpoſitione Sac.Conc. *reſidere in altera ſibi benè viſa?* Vide de Reſidentia tomo 1. Conſult. 350.

An benedictio contrahentium Matrimonia poſſit fieri extrà Eccleſiam à Parocho? Vide de Matrimonio tom. 1. Conſult. 351.

An diſpoſitio Sac. *Conc. Trid.* ſeſſ. 24. de refor. *locum habeat in Dignitati principali Eccleſiæ* Collegiata, *curam animarum annexam habente?* Vide de Penſion. tom. 1. Conſult. 363.

An Eccleſia Parochialis *de* Iurepatronatus *prò duabus partibus laicorum, & prò vna Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, ſit prouidenda de Rectore per examen Concurſus?* Vide de Concurſu tomo 1. Conſult. 371.

An

An ſit ſoluenda quarta funeralis à Monialibus? Vide de Monialibus tom.1.Conſult.380.

An Archipresbyter Eccleſiæ Cathedralis, qui actualem curam animarum exercet, dicatur reſidere ad effectum perceptionis redditunm, ſi reſideat in Suburbijs parum à Ciuitate diſtantibus? Vide de Reſidentia tom.1.Conſult.398.

An dictus Archipresbyter, ſi ſuo Parochiano vita functo Sacramenta non adminiſtrauerit, ius ei competat cantandi Miſſam, & alias functiones funerales faciendi, ac emolumenta ex eis percipiendi? Vide de Funeribus tom.1.Conſult.399.

An, concurrentibus duobus funeralibus eodem tempore, dictus Archipresbyter *eligere poſſit* Sacerdotem *ſibi benè viſum, qui in altero ex dictis functiones celebret?* Vide de Funer.tom.1.Coonſul.400.

Cui nam competat ius eligendi Presbyteros, & Clericos *amouibiles in Eccleſia Parochiali?*
tomo 1. Conſult. 431.

HOC ius eligendi Miniſtros neceſſarios ſpectat ad Parochum, ſiuè ad Vicarium perpetuum, idque facilè poteſt ſine licentia, vel conſenſu Ordinarij. Lapus *alleg.5.n.2.& alleg.78. num.8.* Card.*in Clem.1.queſt.11.* vbi etiam Imol. *num.8. ante fin.de offic.* Vicar.Butr.*conſ 3. num.3. & conſ.51.num 5.* Pariſ.*conſ.50. num.6. & 7.lib.4.*

Quod ſine dubio procedit quandò huiuſmodi deputatio non eſt facta perpetuò, ſed ad tempus. Card.Butr. Imol. *loc.cit.* Et multò magis ſtante obſeruantia per plures annos continuata, tam reſpectu Parochi, vel Vicarii præſentis, quam eius anteceſſorum, Lap. *d.alleg.78. num.9.* Rot.*dec.4.de conceſ.preb. in nouiſſimis, & in Raguſina Iuriſdictionis* coram Remboldo, de qua Pollh. *tract de manut. dec.285.n.6.*

Et proindè poterint cogere Capellanos, vt aſſignata hora celebrent, & alia munia obeant, ad quæ tenentur ſecundum eorum præſcriptionem. Quod ſi detractent obedire, poterint eos expellere, cum ſint amouibiles.

An Vicarius, ſeù Capellanus amouibilis exercens curam animarum annexam Commendæ Hieroſolymitanæ in ijs, quæ concernunt curam, ſubiaceat iuriſdictioni Ordinarij? Vide de Equitibus tom.2. Conſult.21.

An Parochis in aſſociatione cadauerum defunctorum liceat ingredi Eccleſiam Regularium cum Cruce, ſuperpelliceo, & ſtola, ibique aſſiſtere &c.? Vide de Funeribus tom.3.Conſult.48.

An Regulares ad funus accedentes conuenire debeant in Eccleſiam Parochialem cum alijs pariter acceſſuris vnà cum Parocho ad domum defuncti efferendi proceſſionaliter procedere? Et an diſtributio candelarum debeat inter Clerum ſæcularem, & Regularem eſſe æqualis? Vide de Funeribus tom.3. Conſult.49.

An Regulares concordare poſſint cum Parochis, vt ij peragant officium in Eccleſijs Regularibus ſuper cadauere defuncti parochiani? Vide de Funeribus tom.3.Conſult.50.

De Parochis Religionis Hieroſolymitanæ quoad curam animarum, ſubiectionem Ordinario, viſitationem earum Eccleſiarum, & ſimilibus. Vide de Equitibus tom.3.Conſult.58.

De Priuilegio S.Io. Florentinorum de Vrbe circà præceptum Paſchale annuæ Communionis? Vide de Præcepto Paſchali tom.4. Conſult.3.

Quid de reſidentia Parochi tempore peſtis? Vide de Reſidentia tom.4. Conſult.17.

An Parochus Eccleſiæ non Matricis, ſiuè non Cathedralis cogere poſſit Parochos aliarum Eccleſiarum ad intereſſendum benedictiani Fontis baptiſmatis Sabbatho Sancto, & Pentecoſtis? tomo 4.
Conſult. 20.

AFfirmatiuè, ſi vendicat ſibi ius in illis Eccleſijs, & tunc obtinebit ſolum quoad eas, quæ probabit ſibi deberi præſcriptione, vel alio legitimo modo per tex. *in cap. dilectus de Capell. Monach.* Hinc Sacra Congregatio Epiſc. in *Ariminenſi* 6. Septembris 1625. declarauit, Parochum Regularem debere, iuxtà ſolitum accedere ad Matricem, ibique aſſiſtere Fontis benedictioni, & ex eo aquam accipere, proiecta in Sacrarium illa, quam ipſe contrà ſolitum benedixerat. Et Conc. Mediolan.4. de Sac.Bapt.decernit, quod in Sabbatho Sancto, & Pentecoſtis ad Fontis benedictionem conueniant ij, qui de more ſolent, debentue. Quare ad huiuſmodi benedictionem conuenire debent Rectores, & Parochi omnes, qui aut ſupradictæ Eccleſiæ ſubiecti, aut eidem adſcripti, aut longa conſuetudine intereſſe ſoliti ſint ex Leone IV. *homil.de cur. Paſtor.*& Conc. Maguntino *c 14.c.in Sabbatho de conſec.d.4.*& Concil.V.Lateran.*ſeſſ.11.Conſt.4.*

REperitur in quadam Ciuitate Eccleſia Collegiata, quæ antiquitus erat Cathedralis, ſed poſteà ſuppreſſa quoad Cathedralitatem, alia Eccleſia erecta fuit in Cathedralem, cui licet eò ipſo, quod fuerit erecta in Cathedralem, fuerin

con-

conceſſa omnia iura præeminentiarum, ac priuilegia Cathedralitatis, dummodò non appareat, quod fuerit in erectione aliquod ius reſeruatum alteri Eccleſiæ [Can. viſis 26. quæſt. 3. Calder. conſ. 2. de decim] Nihilominus prò ipſa Eccleſia Collegiata. Quæritur:

1 *An in feſtinitate Corporis Chriſti proceſſionem Sanctiſſimi Sacramenti dirigere debeat eius Prior, illamque ducere ab ipſa ad Eccleſiam Cathedralem vſque, ac Sanctiſſimum Sacramentum deferre?*

2 *An in ipſa Eccleſia Collegiata conſecrari debeat aqua baptiſmalis, vt poſteà deferatur ad Eccleſiam Cathedralem, in qua eſt fons baptiſmalis?*

3 *An in ipſa conſecrari debeat Oleum, & in ea conſeruandum?*

4 *An teneatur aſſeruare Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, quia ipſa Eccleſia Collegiata eſt Parochialis, an verò teneatur ipſi illud ſubminiſtrare Eccleſia Cathedralis?*

5 *An eidem Priori intereſſenti functionibus cum Capitulo Cathedralis debeatur thurificatio pari thuribuli ductu, ac datur Dignitatibus Cathedralis?*

6 *An idem Prior præcedere debeat Canonicos Cathedralis?* tom. 4. Conſult. 29.

AD 1. Reſp. illa officia, & munera ſpectare ad Dignitates, & Canonicos Eccleſiæ Cathedralis, non ad Priorem Collegiatæ. Quia de iure ſupplicationes diriguntur ab Epiſcopo, eoque abſente, ab eius Capitulo, quod eſt caput aliarum Eccleſiarum. Eccleſia enim Cathedralis longè antecellit Collegiatę honore, ac dignitate, *cap. venerabili in fin.* vbi Gloſ. *de verb. ſignif. cap. cum Canonici*, ibique Abb. *in 1. not. de cenſib.* Sanctiſſimum autem Chriſti Corpus à digniori deferri debet. Genuen. *in pr. cap.* 51.

Ad 2. Aqua baptiſmalis conſecrari debet in Eccleſia maiori, atque adeò in Cathedrali, vt ſtatuitur in Ceremoniali Rom. *lib. 2. cap.* 27. & in iure cauetur, quod deficiente Epiſcopo, id ſit officium Archipresbyteri tex. *in cap. 2. de offic. Archip.*

Ad 3 Oleum conſecrari, & conſeruari debet in Eccleſia Cathedrali, ac fieri diſtributio à Dignitatibus, & Canonicis. Nam conſecratio huiuſmodi ſpectat ad Epiſcopum, debetque fieri in eius Eccleſia Cathedrali, ibique conſeruari, ac diſtribui ab ijs, ad quos ſpectat adminiſtratio Eccleſiæ, abſente Epiſcopo, atque adeò ad illius Dignitates, & Canonicos. Quod etiam ſtatuitur in dicto Cœremoniali *lib. 2. cap.* 23. haberurque ex Can. *Presbyteri*, & Can. *omni tempore de conſecr. d.* 4.

Ad 4. Eccleſia Collegiata Parochialis debet aſſeruare SS. Euchariſtiæ Sacramentum prò ſuis Parochianis: Quia id ſpectat ad ſingulos Parochos ex munere ipſis iniuncto. Can. *ſequent 26. quæſt. 6.*

Ad 5. & 6. Hic Prior thurificandus eſt duplici ductu, ſicut Canonici Cathedralis: Nam Dignitas Prioratus Collegietæ non eſt maior Canonicatu Carhedralis. Canonici enim Cathedralia ſunt Canonici Eccleſiæ ſuperioris; vndè non debent eſſe inferioris conditionia Dignitatum Collegiatæ. Et propterea Priori Collegiatæ non competere præcedentiam ſuprà Canonicos Cathedralis refert declaratum Barb. *vbi ſup. cap. 11. num. 6. & 7.*

Atque ità etiam cenſuit Sac. Rit. Congr. in *Tuſcanenſi Praeminentiarum* 19. Auguſti 1619. ſcilicet: Viſo, ac maturè perpenſo ſupplici libello Sac. Cong. Sac. Rit. ad diſſentionem inter Cathedralem Tuſcanellæ, & Collegiatam eiuſdem loci materiam in poſterum ſubmouendum, Illuſtriſſimo Domino Card. Creſcentio referente, in functionibus, de quibus ſuprà, non obſtante quauis contraria conſuetudine, præferendam eſſe Cathedtalem Collegiatæ, atque ad ſupradicta, vt ſequitur reſpondendum cenſuit.

Ad 1. delationem SS. Sacramenti in die eius feſto pertinere ad Dignitates, ſeù Canonicos Cathedralis, atque ab eadem Cathedrali proceſſionem debere inchoare, & ibidem finire.

Ad 2. Sacras baptiſmales aquas debere confici in Cathedrali.

Ad 3. Oleum Sanctum debere conſeruari in Cathedrali, ab eiuſque Dignitatibus diſpenſari.

Ad 4. Debere Collegiatam conſeruare SS. Sacramentum prò ſeruitio ſuæ Parochiæ, neque teneri Cathedralem illud ſubminiſtrare.

Ad 5. Satis eſſe, ſi Prior Collegiata dum in Cathedrali cum illius Dignitatibus, & Canonicis intereſt, duplici ductu thuribuli thurificetur.

Ad 6. Non competere Priori Collegiatæ præcedentiam ſuprà Canonicos Cathedralis.

An SS. Euchariſtiæ Sacramentum ſuper Altare maiori aſſeruandum ſit, præcipuè in Parochialibus? Vide de Euchar. tom. 4. Conſult. 31.

An liceat ſolum Parochis exponere in die feſto Corporis Chriſti SS. Euchariſtiæ Sacramentum in ſuis Eccleſijs, & an etiam id liceat Confraternitatibus in ſuis Oratorijs.
tom. 4. Conſul. 84.

REſpond. id licere Parochis tantum, & pariter in eorum Eccleſijs debet inchoari ſupplicatio, cum hoc munus non ad Confratres, alioſue, ſed ad ſolos Parochos, & Eccleſias Parochiales pertineat: quia ipſi ſoli ſunt Paſtores, qui verbo, exemplo, & Sacramentis paſcere debent ſuum gregem ex Clem. *Dudum de ſpecul.* & ex Conc. Trid. paſſim, reſaluitque

ſæ-

ſæpius Sac. Rit. Congr. referente Nauarro *in lucern. Regul. v. proceſſiones num. 24. & 25.* Et quod in ſola Eccleſia Regularium exponatur SS. Sacramentum publicè adorandum in illius feſtiuitate, declarauit eadem Sac. Congreg. in *Aretina* 11. Decembr. 1613. ac in alijs relatis à Nauarro *loc. alleg. num. 20.*

An Constitutio Synodalis, qua cauetur, quod aduenæ vbicumque deceſſerint, ſepeliantur in Eccleſia Cathedrali, & emolumenta ad illum Curatum pertineant, niſi Parochus eius Parochiæ, vbi aduena deceſſerit, ei Sacramentum Pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ adminiſtraſſe probauerit, locum habeat in adminiſtratione Sacramenti Extremæ vnctionis, & in caſu quo Parochus vocatus ab aduena infirmo ad audiendum eius Confeſſionem, ille ob morbi grauitatem nec confiteri queat, neque Sacrum Viaticum percipere? Vide de Sacram. admin. tom. 4. Conſult. 138.

An, abſente Parocho, Presbyteri Schiſmatici poſſint baptizare filios Catholicorum? Vide de Baptiſmo tom. 4. Conſult. 139.

De Clerico minori obtinente per reſignationem cum penſione Parochialem Eccleſiam, mediante exhibitione falſæ fidei baptiſmatis, & ſucceſſiuè eadem fide mediante, promoto vigore Breuis Apoſtolici extrà tempora ad Ordines Sacros, in quibus miniſtrauit, & curam animarum exercuit? tom. 4. Conſult. 140.

PLura delictorum genera in hunc caſum concurrere certum eſt. Primum falſi, cuius crimen eſt publicum *l. 1. ff. de publ. iudic.* ibique Gloſ. *§. item lex Cornelia inſt. de publ. iudic.* Crimen autem falſi eſt enorme, & depoſitione dignum, Maiol. *lib. 5. cap. 36. n. 2.*

Secundum, & tertium crimen eſt, quod recepit Sacros Ordines ante legitimam ætatem malitiosè, ac proindè incurrit ipſo facto ſuſpenſionem, & quia huiuſmodi ſuſpenſione durante miniſtrauit in eiſdem Ordinibus, incurrit irregularitatem. Et propterea poteſt beneficiis Eccleſiaſticis priuari ex Bulla 7. Pii II. quæ incipit *Cum ex Sacrorum*. Quinimmò hoc crimen celebrationis in cenſura eſt depoſitione dignum. Itaque Clericus ex hoc eſt deponendus ab officio, & beneficio, *cap. Clerici de Cler. excom. miniſtr.* Quamuis ex æquitate hanc pœnam non eſſe executioni demandandam, niſi præuia monitione Canonica dicat Sayr. *lib. 2. cap. 15. num. 7.* & Diaz. *in pr. cap. 33.*

Quartum crimen eſt, quod conſequutus ſit beneficium curæ animarum ante legitimam ætatem: nam Gregor. X. *in cap. licet Canon. de elect. in 6.* ſtatuit, vt Parochiales Eccleſiæ non poſſint validè conferri, niſi ijs, qui attigerint 25. annum, qui intrà annum à die commiſſi ſibi regiminis faciant ſe ad Sacerdotium promoueri.

Ex quibus omnibus dicendum eſt, præfatum Clericum non eſſe capacem beneficij: Nam adeò malè ordinatus eſt, vt remaneat ſuſpenſus. Pariſ. *de reſign. lib. 4. quæſt. 2. num. 54. 56. & 58.* Squillant. *de priuil. Cler. cap. 4. nu. 16.* ac alij. Quia ratione ſuſpenſionis remanet impeditus exercitio Ordinis, & conſequenter etiã omnes effectus, quos Ordo inferre poteſt, atque etiam capacitas beneficiorum; Vndè remanet cum nullo Ordine, ſed abſque ijs omnibus, quæ de iure poſitiuo annexa ſunt Ordini.

Cum igitur collatio, ſeù reſignatio Parochialis fuerit nulla, ideò obtenta prius abſolutione, ac diſpenſatione à cenſuris, & ab irregularitate, neceſſaria eſt noua prouiſio, vt poſſit retinere beneficium.

Tandem non eſt omittendum, quod ſi Epiſcopus proteſtatus fuerit in interminatione ſolita, ſe non intendere ordinare non examinatos, non approbatos, non habentes legitimam ætatem, &c. ſecundum multorum ſententiam, non recipit ſic ordinatus characterem, & Ordinatio eſt omninò irrita, & inualida. Nauar. *conſ. 1. de eo, qui furtiuè*, Salzed. ad Diaz. *cap. 25. nu. 2.* ac alij.

An Archidiaconus prima Dignitas non Canonicus debeat deferre Viaticum Epiſcopo ægrotanti, & peragere officium in eius funere? Vide de Dignit. tom. 4. Conſult. 183. Sum. num. 2. & 6.

De Funeribus Equitum Hieroſolym. ac aliorum Regularium decedentium extrà Clauſtra, etiam ſi ſepulturam elegerint multa. Vide de Funeribus tom. 4. Conſult. 199.

An Parochi exigere poſſint aliquid aliud, præter ſolitam eleemoſynam ab ijs, qui ſepeliri volunt in Eccleſia Regularium? Vide de Sepult. electione tom. 4. Conſult. 208.

Vtrum in Eccleſia Cathedrali, quæ Parochialis eſt, & vnica in Ciuitate, curam animarum ſub ſe habens, & ad hunc effectum retinet Curatos, qui ab Epiſcopo approbantur, ſed ſunt ad nutum Capituli amouibiles, quod Sacri Concilii diſpoſitioni repugnare videtur, & hucuſque toleratum dicitur: quia Capitulum ipſum hac immemorabili poſſeſſione gaudet, debeat Epiſcopus, aut poſſit Vicarium perpetuum inſtituere? Vbi aliqua de Parochialibus vnitis. tom. 4. Conſult. 213. Item de Vicarij perpetuis vide tom. 9. Conſult. 143. Et de Parochialibus vnitis vide tom. 8. Conſult. 14. huiuſmet tract.

AFfirmatiuè. Ità expreſsè decernitur in Concilio Tridentino *ſeſſ. 7. cap. 7. & ſeſſ. vlt. cap. 56.* ac diſpoſuit B. Pius B. in ſua Conſtitutione incip. *Ad exequendum* appellationibus, priuilegijs, exemptionibus, & conſuetudinibus quibuſcumque minimè ſuffragantibus. Ac ſæpiſſimè declarauit Sacra Congregatio, præcipuè

puè in *Aretina Curæ animarum* die 8. Febr. 1659. nempè poſse Epiſcopum Curam animarum Capitulo Eccleſię Cathedralis incumbentem alicui Canonicali prębendę perpetuò vnire, vel Vicariam perpetuam erigere. Et in *Sarzanen. Viſitationis* 24 Martij 1668. in qua iuſſit dari declarationem. Et in *Piſaurien.* in qua cenſuit quod Curam animarum Eccleſię Cathedralis non per amouibilem Vicarium, ſed per certum Rectorem regendam, & adminiſtrandam eſse, vel perpetua Vicaria erecta, vel iuncto alicui Canonicatui onere ipſius Curę. Prò Parochianis verò extrà Ciuitatem exiſtentibus, cum de nocte Sacramenta adminiſtrari nequeant, erigendam eſse Capellam extrà Ciuitatem, ab eadem Parochia dependentem, in qua idoneus Sacerdos ad Sacramenta prædicta adminiſtrandum in ſubſidium ipſius Parochialis conſtituatur.

Eadem quoque Sac. Cong. Conc. *ad d. cap. 2. ſeſſ. 7.* ità cenſuit. In *Pientina* Parochiales Eccleſię vnitę Monaſterijs, etiam quę ſunt capita Ordinum, & vbi Abbas Generalis Sedem Ordinariam principalem habet, ab Ordinarijs viſitari debent.

In *Lucana*. Portio aſſignanda ex hoc decreto declaratur per Bullam B. Pij V, licet ea per Greg. XIII. redacta fuerit ad terminos Concilij in reuocatione priuilegiorum Mendicantibus conceſsorum.

In *Auguſtana*. Si in Parochialibus vnitis Monaſterij Ordinis Pręmonſtratenſis deputentur Vicarij Regulares, debent eſse amouibiles ad nutum Superiorum, iuxtà Conſtitut. B. Pij V. ſi ſęculares poſsunt ab Ordinario conſtitui iuxtà hoc decretum Concilii, & dictam Conſtitutionem. Si verò animarum Cura imminet ipſis Monaſteriis, in quibus viget regularis obſeruantia, tunc eſt locus *cap. 11. ſeſſ. 25. de Regular.*

In *Nouarienſi*. Si Parochiales ſunt vnitę Canonicatibus, & Canonici non exercent Curam animarum, vt tenentur, Epiſcopus habet remedium, *§. Qui verò, cap. extirpandæ de præben.* & huius decreti Concilii *cap. 7. ſeſſ. 7.*

In *Aquileienſi*. Epiſcopus habet facultatem creandi perpetuos Vicarios in Parochialibus Eccleſijs vnitis, ſeu annexis Collegiatæ Eccleſiæ. Et qui admittendi erunt, tam perpetui, quam temporanei futuri ſint, prius ab Ordinario examinandi, & approbandi ſunt 22. Ianuar. 1569.

In *Bellunenſi*. Archipresbyter, qui habet vnitam Parochialem Eccleſiam ſuo Archipresbyteratui, in Parochiali reſidere non tenetur, ſed in ea Vicarius eſt deputandus 15. April. 1570.

In *Mediolanenſi*. Vicarij perpetui conſtitui non poſſunt abſque erectione Vicariæ 25. April. 1573. Erectio autem Vicariæ ſolet fieri in inſtrumento vnionis, hoc eſt, quod deinceps Parochiali vnitæ deſeruiatur per Vicarium amouibilem, vel perpetuum. Quod ſi factum non reperiatur, poterit Epiſcopus talem erectionem facere.

In *Iannenſi*. Epiſcopus conſtituere tenetur Vicarium perpetuum, aut temporalem in Prioratu, cui cura animarum incumbit, aſſignata ei congrua fructuum illius portione, 2. Iul. 1574.

In *Lucana* Greg. XIII. aliquandò ex gratia conceſſit, vt etiam in iſtis Parochialibus vnitis non deputentur Vicarij, ſed vt aliquis ex Regularibus, ab Epiſcopo tamen approbatus, curam exercere poſſit, dummodò ſecum habeat ſocium eiuſdem Ordinis, 10. April. 1576.

In *Regienſi*. Locorum Ordinarij Eccleſias Curatas vnitas Monaſterijs viſitare poſſent, & in eis etiam ponere Vicarios perpetuos, ſecundum diſpoſitionem *d. cap. 7.* Sed ſi Eccleſiæ huiuſmodi poſitæ ſunt in loco ipſorum Monachorum, ſeruanda erit diſpoſitio *cap. 15. ſeſſ. 25. de Regul.* Idem ſi Monaſteria eſſent ab ipſorum primæua fundatione curata, 2. Maij 1576.

In *Eugubina* Cong. Conc. ad inſtantiam Congregationis ſuper Epiſc. declarauit in cauſa ſuper Abbatem Sancti Verecundi, & Vicarium perpetuum dictæ Abbatiæ omnia onera reſpicientia curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum ſpectare ad Vicarium perpetuum. Cętera verò onera ad Abbatem, ſiuè Commendatorem eiuſdem Eccleſiæ, in qua eſt erecta Vicaria. Cumque plures Ordinationes ab Epiſcopo in illius viſitatione factæ fuiſſent, & dubitaretur ad quem ſpectet illas exequi; Ità fuit ab eadem Congregatione declaratum:

In tanto, che ſarà riſtaurata la Sagriſtia, ſi facci vn'Armario condecente, doue ſi pongano le robbe della Sagriſtia. *Spectare ad Vicarium.*

Che ſi facci vna ferrata alle feneſtre della Cappella di S. Verecondo. *Ad Commendatarium.*

Che ſi faccino le pareti alle feneſtre, e l'impannate. *Ad Commendatorem.*

Che ſi facci la chiaue con ſerratura alla porta della Chieſa. *Ad Vicarium.*

Che il colmone del tetto, ch'è ſcoperto, ſi raccommodi. *Ad Commendatarium.*

Che s'indori la patena. *Ad Vicarium.*

Che ſi ponghino due Campane nel Campanile, e quella, che vi è rotta ſi leui.

Videtur ſpectare ad populum, & ſi populus non habet, ad Commendatarium.

Che ſi facci vn Caſſettino per tenerui porificatori. *Ad Vicarium.*

Che ſi facci il coperchio di pietra al Sacrario. *Ad Vicarium.*

Vn Confeſſionale nuouo, e quello, che ci è, ſi leui. *Ad Vicarium.*

Che ſi leui lo ſtendardo tutto rotto, e ſe ne facci vn'altro. *Ad populum.*

Che à gl'Altari della Chieſa, doue biſogna, ſi faccino le gradelle. *Ad Vicarium reſpectu Altaris, in quo celebrat.*

Che ſi faccino tre pallij: *Ad Vicarium*.

Che al Cemeterio vecchio ſi facci vn ſteccato per hora ben fermo, doue non è il muro, e ſi tenghi ſerrato. *Ad Commendatarium*.

In *Bracharen.* Cum Monaſterium S. Mariæ Monachorum Ciſtercienſium Ordinis S. Benedicti per tempus, vt ſupponitur, immemorabile, habeat perpetuò vnitam Eccleſiam Parochialem Sancti Petri, iſtiuſque cura fuerit adminiſtrata per Monachos ad nutum Abbatis amouibiles, & ab eodem præſentatos cum approbatione Ordinarij, ab annis verò centum eadem cura adminiſtrata reperiatur à Vicarijs ſecularibus, ab eodem Abbate pariter præſentatis, & ab ipſo Ordinario approbatis, nulla tamen facta aſſignatione alicuius certæ portionis, nec erectione in Vicariam, ſeu in beneficium perpetuum; Vndè Procurator Generalis dicti Ordinis ſupplicat prò declaratione, an per modernum Abbatem poſſit ad curam dictæ Eccleſiæ deputari Monachus idoneus ab Ordinario approbandus? Sac. Cong. Conc. 17. Iul. 1649. *ad d. cap. 7. ſeſſ. de refor.* cenſuit, non poſſe, Sed Ordinarius erigat Vicariam perpetuam; Reliqua vide *tom. 8. Conſult.* 44.

An Parochi poſſint à Regularibus, præſertim Vrbis nomine quartæ funeralis exigere medietatem omnium, & ſingulorum, quæ in funere, eiuſque occaſione deferuntur, offerenturque? Vide de Funeribus tom. 4. Conſult. 215.

An, & quatenus ſit locus erectioni nouæ Parochialis Eccleſiæ, ac deputationi Vicarij in exercitio Curæ animarum? tom. 4. Conſult. 230.

QVod iuſta cauſa diſmembrandi Eccleſias Parochiales ſit diſtantia locorum cum magna populi incommoditate ad percipiendum Sacramenta, & audiendum diuina, maximè ſi propterea contingat, aliquos Parochianos obire ſine Sacramentis, licet huius rei probatio non ſit neceſſaria, declarauit Sac. Cong. Conc. in *Tiraſonenſi*: Quo in caſu poteſt Epiſcopus ex *d. cap. 4. ſeſſ.* 21. ad nouam erectionem procedere, etiam inuito Rectore, dummodò tamẽ præceſſerit citatio, tam ipſius, quam omnium, quorum intereſt, ex eadem Sac. Cong. ac Rot. *in recen. deciſ.* 455. *nu.* 6. *par.* 2. & coram Eminentiſſimo Othobono *deciſ.* 6. *num.* 8. *ac.* 9. ſiuè ſint beneficia, ſiuè Capellaniæ, ſiuè ſint portiones ipſius Parochiæ, Barboſ. *de offic. Epiſc. par. 3. alleg. 67. num.* 10. & 20. & 21. Garz. *de benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 88. vbi refert reſolutiones Sacræ Congregationis, ac Rot. *deciſ.* 465. *num.* 6. *par.* 2. *recent.* Idque etiam in Eccleſijs Militaribus, vt in *Elborenſi*, & in *Mediolanenſi* declarauit, decretum de nouis Parochijs erigendis, aut diuidendis locum habere, etiam ſi illæ eſſent ſubiectæ Regularibus. Non verò ſine citatione, vt ex *cap. Multis conſilijs*, *cap. Felix*, & *cap ſeq.* 16 *quæſt.* 1. Gloſ. *fin. in cap. nulli* 99 *d.* Lap. *alleg.* 66. *num.* 3. Vndè eadem Sacra Congr. Conc. 23. Iul. 1613. ſæpius auditis vtriuſque partis Procuratoribus, & Aduocatis, reque accuratè perpenſa, cenſuit, erectionem de beneficio ſimplici S. Margaritæ *Canetenſis*, vtpotè factam, non citato Capitulo S. Io: Baptiſtæ, cui cura animarum incumbit, nullius momenti exiſtere, ac de huiuſmodi nullitate opponere poſſe, etiam tertium, cuius intereſt, cum Capitulum expreſsè ratam non habeat erectionem, ſed ſimpliciter taceat, & non contradicat. Inſuper in *Veronenſi* 2. Octob. 1610. declarauit augmentum attributum nouæ Parochiali, cum Matrix Eccleſia vacaret, nullo ei dato defenſore, irritum, ac nullum eſſe. Porrò; etſi nulla videatur erectio ob defectum citationis; tamen ſi cauſæ erigendi ſubeſſent, licebit Epiſcopo de nouo erigere, ideò ſcribendum viciniori Epiſcopo, vt ſe inſtruat de cauſis, quæ ſi ſuberunt, peti poterit confirmatio à Sanctiſſimo. Fagnan. in *d. cap. ad audientiam num.* 30.

Non poteſt tamen Eccleſia ſimplex ab Ordinario in Parochialem erigi, ſi erat reſeruata, vel affecta. Quia Sac. Conc. *ſeſſ.* 21. *cap.* 25. loquitur de vnionibus, non de noua erectione, vt declarauit eius Congregatio 24. Auguſti 1605. Et generaliter nulla Eccleſia in præiudicium alterius conſtruenda eſt *cap. 1. de nou. oper. nunc.* Si verò Monaſterium Regularium curam habens animarum fuerit dirutum, & Regulares tranſlati, non poſſintque ex loco, vbi degunt, dictæ curæ commodè inſeruire, poterit Epiſcopus illos cogere ad nouam Capellam erigendam in loco, vbi adſunt Parochiani, cui Capellæ poſſint ipſi Fratres inſeruire, dummodò ab Epiſcopo ſint approbati, ſiuè per Capellanum approbatum, & amouibilem, ex *cap.* 13. *ſeſſ.* 7. & *cap.* 20. *ſeſſ.* 25. vt in *Nouarienſi*. Et in *Mediolanenſi* declarauit, quod illis caſibus, in quibus Epiſcopus nouas Parochias erigere poteſt, non poterit vnam partem populi ab vna ſeparare, & alteri applicare, etiam ſi adſit aliqua cauſa, prò qua noua Parochia erigi poſſit. Si autem ſeparatio fieri licet, aſſignatio fructuum debet fieri ex fructibus parochialibus Matricis, & ſi ea non ſufficit, populus eſt compellendus. Et hoc procedit etiam in Parochiis Regularium. Quod autem Epiſcopus poſſit ex fructibus aſſignare portionem competentem, procedit etiam ſi illi in decimis conſiſtant, vel alias quomodolibet Eccleſia Matrix erit, vel eſſe poterit, licet non ſit Cathedralis, vel inſignis. Quid autem ſi Parochiani ſint pauperes, ac egeat Epiſcopus, vide apud Fagnan. *loc. cit. num.* 6. & 7.

Quandò igitur agendum eſt prò diſmembratione, ſiuè erectione nouæ Eccleſiæ in præiudicium antiquæ Parochialis, ea permitti debet, etiam inuito Rectore, ſi in eodem diſtrictu non adſit alia Eccleſia prò remedio Parochianorum, qui ob locorum diſtan-

ſtantiam, vel difficultatem ſine incommodo accedere non poſſunt ad Eccleſiam Parochialem, iuxtà Trid. *d. ſeſſ. 21. cap. 4. & d. cap. ad audientiam de Eccleſ. ædifican.* dummodò tamen interueniat ſolemnitas, & iuſta cauſa, quæ copulatiuè ſunt neceſſariæ in huiuſmodi diſmembrationibus, cum ſit quædam ſpecies alienationis, vt aduertit Lap. *d. alleg. 66. num. 3. & 5.* ac fuit ſæpiſſimè reſolutum à Rot. *dec. 119. num. 12. par. 1. recen.*

Si verò agatur prò deputatione Vicarij, leuiores cauſæ ſufficiunt: Quia non tandit ad alicuius præiudicium, ſed in adiutorium Parochi, ſiuè Rectoris, quotieſcumque in loco minimè difficili, neque incommodo adeſt alia Eccleſia, vel conſtrui poteſt cum fonte Baptiſmali, ac cæteris ad Parochiam neceſſarijs, In qua ſatis remanet prouiſum animarum periculo ad formam præſcriptam à Tridentino, & iuxtà doctrinam Lapi *d. alleg. 66. num. 6.* quem ſequitur Rebuff. *reſol. 476. num. 6. to. 1.* ac alij, & ex mente Sacræ Congregationis Conc. tradit Fagnan. *loc. cit. num. 20.*

Quinimmò ſi conſtiterit, quod via ſit montuoſa, aſpera, lutoſa, ac ità ardua, vt Parochiani ſine magno incommodo, immò etiam periculo prò recipiendis Sacramentis, & audiendis diuinis officijs ad Parochialem accedere nequeant, præſertim tempore hyemali propter imbres, ac pluuias, non ſolum reputatur neceſſaria deputatio Vicarij, verum etiam diſmembratio, ſiuè erectio nouæ Parochiæ. Rota in *Lucana diſmembrationis* 9. Maii 1611. coram Ottembergo, *& deciſ. 59. num. 2.* coram Mattino Andrea, quod etiam firmat Lap. *loc. cit. n. 2.* & Barboſ. *de offic. Epiſc. par. 3. alleg. 68. num. 1.* & alii. Ac etiam ſi non ſit magna diſtantia; ob fluminis tamen alicuius inundationem reddi poteſt via difficilis, vt in ſpecie reſpondit Rota *in Calaguritana erectionis in parochialem* 11. *Ian.* 1619. *§. nec releuant* coram Veroſpio. Imò magna longiuquitas, & viarum diſcrimen non requiritur, ſed ſolum talis, vt propterea Parochianis abſque magno incommodo non pateat acceſſus ad Eccleſiam Parochialem. Fagnan. *num.* 18.

Et quandò etiam ageretur de erectione nouæ Parochiæ, quæ fieri non poteſt abſque conſiderabili præiudicio Eccleſiæ antiquæ, diſmembrando ab ea partem Parochiæ, adhuc ſatis eſset, quod immineret periculum decedendi ſine Sacramentis, neque huiuſmodi euentus eſſet expectandus, quin potius præueniendum eſt, nè contingeret, cum ſatis ſit occurrere in tempore, quam poſt exitum vindicare, ſeù ad vulneratam cauſam remedium quærere. Fagnan. *n.* 17. vbi teſtatur, ità declaraſſe Sacram Congregationem Conc. quod etiam tradit Garz. *de benef. par. 12. cap. 3. num. 9.* [illegible]

Sola verò populi numeroſitas non præbet ſufficientem cauſam, quia illi prouidendum eſt per Coadiutores Rectori dandos, vt ex *d. cap. 4. ſeſſ. 21.* & ex Sac. Cong. Conc. in *Calaguritana*, ac Rot. *dec. 6.* coram Othobono. & vt ſeq. addit.

Neque anguſtia, vel deformitas Eccleſiæ antiquę eſt cauſa ſufficiens: Quia prouideri poteſt per ampliationem veteris, vel per conſtructionem nouæ Eccleſię in loco opportuniori, vel alijs modis abſque diſmembratione, ex eodem Trid. *d. cap. 4. ſeſſ. 25.* Rot. apud Farinac. *par. 1. deciſ.* 444. & Spad. *conſ. 96. num. 4. lib. 2.*

Nec minus inuentio nouæ Imaginis, etiam miraculoſę, quę debet transferri ad aliquam Eccleſiam commodiorem, vt in *Feretrana* 28. Maij 1603. cenſuit eadem Sac. Cong. Conc. niſi erigere nouam Eccleſiam à fundamentis cederat in maiorem ſatisfactionem populi. Eadem 23. Iul. eiuſdem anni.

Quamuis verò Epiſcopus poſſit erigere Eccleſiam in nouam Parochialem, non poteſt tamen Parochialem ab vna Eccleſia ad aliam, etiam commodiorem transferre, ſed recurrendum eſt ad Signaturam Sanctiſſimi, vt declarauit Sac. Congr. Conc. in *Troiana*, neque erigere Fontem Bapeiſmalem in Parochia filiali, applicādo illi propterea partem reddituum Matricis. Eadem Sac. Cong. in *Vrbinaten.* 1. Maij 1624. Vndè petente Epiſcopo Sedunenſi declarari ſibi licere in Eccleſia ſub Parochia *Lemenſi* conſtitura 12. milliaribus diſtante, conſtituere fontem Baptiſmalem, non obſtante *cap. 56. plures 16. quæſt. 1.* Sac. Congr. Conc. 17. Auguſti 1626. reſpondit, Epiſcopum non poſſe conſtituere fontem Baptiſmalem in dicta Eccleſiâ, ſed illum, concurrente neceſſitate, ſeù incommodo propter diſtantiam Parochialis, in noua Parochia conſtitui poſſe ad pręſcriptum *cap. 4. ſeſſ. 21. de refor.* Qua in Parochia erecta concedi ſolet erectio fontis Baptiſmalis ob diſtantiam alterius, etiam inuitis Parochis, vt in *Vrbauen.* 19. Iunij 1648.

HVic Conſultationi non inutiliter addere infraſcriptam reſolutionem Sacræ Congr. Conc. in cauſa à me Compendiatore in Vrbe patrocinata, opere pretium duxi.

Orta controuerſia inter D. Dominicum Caracciolum ex Principibus Torellæ Dominum vtilem Ciuitatis Frequenti, meæ Patrię, & D. Franciſcum Antonium Paſcuccium meum Fratrem Germanum, Archipresbyterum Curatum dictæ Ciuitatis ſuper diſmembratione eius Parochię, quę eſt, vt ſequitur:

Frequentina erectionis Parochialis. Licet Frequentum, quod octingenti Ciues incolunt, illiuſq; Caſalia, in quibus tercentum animæ numerantur, vnius dumtaxat milliarii diſtantia exiſtat, iter tamen ità aſperum eſt, vt hyemali pręſertim tempore vix peragi poſſit. Cum Archipresbyter Eccleſię Parochialis, cui, licet in Ciuitate ſit, pręfata etiam Caſalia ſubſunt, prętò eſſe non poſſit, miniſtrando Sacramenta illis, qui in dictis Caſalibus infirmantur; Vndè pluries contingit, ęgrotos tali ſubſidio deſtitutos obijſſe. Dominicus Caracciolus A

ex Principibus Torellę dictę Ciuitatis Dominus pietatis zelo accenſus vnam Eccleſiam in medio dictorum Caſalium ęre proprio, vt aſſeritur, conſtrui, & neceſſarijs ſupellectilibus inſtrui curauit, eo animo, vt ipſa Eccleſia in Parochialem erigatur, cum aſſignatione congruę portionis prò illius Rectore, detrahendæ ex fructibus, cęteroqnin pinguibus Eccleſię Archipresbyteralis, cui quidem nouæ Parochiali competentem dotem prò cera, & oleo ex proprijs bonis conſtituere pollicetur.

Habito propterea recurſu ad hanc Sacr. Congr. auditus fuit Epiſcopus, qui confecto, prænia Archipresbyteri citatione, voluminoſo proceſſu ſuper expoſitis, non ſolum illorum veritatem comprobauit; Verum etiam Dominici Caraccioli precibus, ſuas addidit, & aſſignato termino eidem Archipresbytero ad ſua Iura in Sac. Congreg. deducenda, dictum Proceſſum tranſmiſit ad hoc, vt vtraque parte informante, decerni poſſit;.

An procedendum ſit ad petitam erectionem dictæ Eccleſiæ in Parochialem, cum aſſignatione congruæ portionis prò Parocho ex fructibus Eccleſiæ Archipresbyteralis, arbitrio Epiſcopi detrahenda?

Die 18. Septembr. 1678. Sac. Cong. &c. reſpondit: Negatiuè. & Epiſcopus, quatenus opus ſit, prouideat alijs medijs, prout de Iure.

Et meritò Sac. Congr. hanc reſolutionem edidit; nam, vt prò parte Archipresbyteri deducebatur, quando aſſertæ neceſſitati ſuccurri poteſt per deputationem Capellani ad nutum Parochi amouibilem, & expenſis cuius de Iure, non opus eſt deuenire ad diſmembrationem Parochię, maximè, quia agebatur de Parochiali Cathedralis, & de diſſecatione reddituum Archipresbyteri ſecunda Dignitate poſt Pontificalem decorati.

Et eò fortius, quia ab antiqno reperiebatur conſtructa altera Eccleſia non multum diſtans à noua ſub inuocatione S. Michaelis Archangeli, ad quam populus poteſt accedere prò audienda Miſſa, vt accedit, & prò Sacramentis recipiendis; Ergò non opus erat conſtructione nouæ Eccleſiæ, cum antiqna ſit capacior moderna, & magnæ deuotionis, & concurſus populi, qui ab eodem Militię Cęleſtis Principe multa miraculoſa beneficia recepit, pręcipuè tempore peſtis de anno 1656. Inſuper antiqua Eccleſia adeſt competenter prouiſa de omnibus neceſſarijs ad Diuinum Cultum, & redditibus; Vndè inanis, fruſtratoria, ac ſuperflua videbatur conſtructio nouæ Eccleſiæ, & multiplicatio entium abſque neceſſitate.

Aliud motiuum fuit, quod pro conſtituenda congrua Parocho nouiter erigendo, non poterat detrahi ex fructibus dicti Archipresbyteri; nam præter ſuperius dicta, idem Archipresbyter eſt vnà ſimul Archipresbyter, & Canonicus, & ſic ex redditibus eiuſdem deducendi ſunt fructus Canonicatus, qui dantur prò aſſiſtentia in diuinis in Choro, celebratione, & cantu Miſſarum &c. Vndè non remaneret debita congrua prò Cura animarum exercenda, vt requirit Conc. Trid.

Alias rationes adhuc potiſſimas, quæ mentem Sacræ Congregationis mouerunt ad negatiuè reſpondendum, ob breuitatem, & ea induſtria relinquo conſideranda, inter quas potiſſima eſt, nè temporales Domini ſpiritualibus dominentur &c.

His tamen non obſtantibus de anno 1695. 28. Maij aliqui habitatores Caſalium malè ducti, & vti rudes. recurſum habuerunt ad Eminentiſſimum Cardinalem Vrſinum Archiepiſcopum Beneuentanum Metropolitanum vigore appellationis, non quidem prò deputatione Capellani, ſeù Vicecurati in antiqua Eccleſia conſtituendi, ſumptibus cuius de Iure, ad mentem Sacræ Cong. Conc. ſed prò iniuſtè prætenſa, & exoptata erectione nouę Parochię in noua Eccleſia, qui Eminentiſſimus Card. citato dicto Archipresbytero, & ab eodem eidem introductione cauſæ ad dictam Sacram Congregationem, ac eiuſdem reſolutione iudicialiter notificata, ſua ſolita prudentia noluit amplius manus apponere.]

An Epiſcopus poſſit deputare Canonicus Cathedralis in Vicarios perpetuos Parochialium? Vide de Capitulo tom. 5, Conſult. 53.

An Regularibus liceat Cadauera defunctorum aſſociare cum ſtola, & alias aliquas Parochiales functiones peragere? Vbi omninò videre eſt. Vide de Regularib. tom. 5, Conſult. 54.

An manutenendi ſint Reu. Parochi S. Angeli in foro piſcium, & S. Mariæ in Monticellis Vrbis in poſſeſſione, etiam quoad petitionem exigendi à Iudæis Prætaticum vulgo nuncupatum prò decimis, & oblationibus, quas à Chriſtianorum domibus percipiebant, antequam ad ipſos Iudæos quocumque titulo deueniſſent? tom. 5. Conſult. 70.

AFfirmatiuè omninò. Primò ex tex. *in cap. quanta de vſur.* per hæc verba: *Hac eadem pœna Iudæos decernimus compellendos ad ſatiſfaciendum Eccleſijs prò decimis, & oblationibus debitis, quas à Chriſtianis de domibus, & poſſeſſionibus alijs percipere conſueuerant, antequam ad Iudæos quocumque titulo deueniſſent, vt ſic Eccleſiæ conſeruentur indemnes.* Quæ verba ità perſpicua ſunt, vt nulla indigeant expoſitione.

Idem habetur ex *cap. de Turris de decim.* vbi Abb. *n. 5. & 6.* docet per modum ſaltem compenſationis obligari Iudæos habitantes in Parochijs Chriſtianorum ad ſoluendum Eccleſiæ valorem decimæ, quam Chriſtianus ibidem habitans poſſet ſoluere: Nam Iudæi ibi habitando impediunt, nè Chriſtiani habitent, & conſequentur defraudant Eccleſiam earum decimis, & oblationibus, quas eſſent percepturæ à Chriſtianis, ſi ibi habitarent, & ideò co-

gi

Digitized by Google

gi poſſunt ad eis ſatisfaciendum.

Hoc ipſum docent Sylueſt. *in Sum. v. decim. quæſt. 7. num.* 1. Oſtien. *in dd. cap. de Terris, & cap. quanto*, ibiq. Baſt. *num.* 6. Azor. *par. 1. inſtit. moral. lib. 7. cap. 35. quæſt. 3.* et Gloſ. *in cit. cap. de Turris v. prætextu*, addens rationem, quia, inquit, res tranſit cum ſuo onere. Itaque ſupponit Eccleſijs ius eſſe quæſitum in tali fundo, quod talem penſionem, & Iudæos cogi non ad decimas, vt ſic, ſed ad non lædendum Eccleſias, vt etiam habetur *in d. cap. quanto*.

Secundò, id conſtat ex conſuetudine immemorabili, quæ cauſam dedit concedendi *d. cap. quanto de vſur.* & poſt d. tex. ex illius obſeruantia ſubſequuta exigendi huiuſmodi Pretaticum ad haoc vſquedıem, quæ optimè declarat iura, priuilegia, conceſſiones, & quoſcumque actus. cap. *cum veniſſent de inſtit.* cap. *cum dilectus de conſuet.*

Tertiò id euincitur ex inſtrumentis tranſactionū inter eoſdem Parochos ſub anno 1600. 1614. & 1643. per acta Ceſis tunc temporis, deindè de Blanchis cum decreto Reuerendiſſimi D. Viceſgerentis, & vniuerſitatem Hæbreorum, in quibus ſe obligauit in forma Cameræ ſoluere præfatis Eccleſijs huiuſmodi Pretatic.

Quartò accedunt prò Eccleſia S. Mariæ in Monticellis duo Breuia Apoſtolica Vrb. VIII. & Innoc. X. in quibus aſſignatur huiuſmodi Prętatium pro ſtipendio V. Curati d. Eccleſiæ, cui olim erat vnita, & ſubiecta Eccleſia Parochialis S. Mariæ in Candelabro propter Gheitum Iudæorū ſuppreſſa, exigendum ab eius Rectore cum clauſula ſublata, & decreto irritante; Vndè ijdem Pontifices declararunt hoc Pretaticum deberi, cumque hæc declaratio ſit authoritatiua, & authentica, non poteſt dici, quod non afficiat Iudæos ad illud ſoluendum, iuxtà limites *d. cap. quanto de vſur. & illius inconcuſſam obſeruantiam.*

An liceat Regularibus mulieres poſt partum in ſuis Eccleſijs poſt purificationem admittere? Vide de Regular. tom. 5. Conſul. 76.

De Parocho circà Matrimonia. Vide de Matrim. tom. 5. Conſul. 78.

An Regulares ad exercendum munus Parochiale in Indijs a Magiſtratu ſæculari ritè, ac rectè inſtituantur, & alia ad rem? Vide de Regular. tom. 6. Conſul. 1.

De concurſu ad Parochialem, abbreuiatione, & prorogatione Edicti, de eius priuatione à Capitolo ſede vacante, de titulo colorato, ac Sacramenta ab eodem miniſtrata &c. Vide de Concurſu. tom. 6. Conſul. 3.

De præcedentia inter Parochum S. Io: Lateran. S. Petri in Vaticano, Sacriſta S. Mariæ Maioris, & alios Parochos Vrbis. Vide de Præced. tom. 6. Conſul. 21. & 67. Ac tom. 9. Conſul. 133.

An Domus Parochi gaudeat immunitate? Vide de Immunit. præcipuè tom. 6. Conſul. 36. num. 6. circa fin. & ſeqq.

An Canonici poſſint leuare aliena Cadauera ſine proprio Parocho? Vide de Funer. to. 6. Conſul. 59.

1 *An Parochus poſſit peragere functiones Sacerdotales, & ſolemnes, tam in Capellis, aut Eccleſijs, vel Oratorijs Confratrum, ſitis intrà limites ſuæ Parochiæ, quam in ſitis in propria Eccleſia?*

2 *An peractis per Parochum exequiis, poſſint Capellani Sodalitatum reiterare in eiſdem Eccleſijs, vel Oratorijs Officium ſuper cadauere cum ſtola, & aſperſoria? Vbi plures Confraternitatum abuſus caſtigantur, coercenturque* tom. 6. Conſul. 68.

AD 1. Secluſa legitima conſuetudine, vel priuilegio Apoſtolico, affirmatiuè reſpondendum eſt: Nam Eccleſia Parochialis habet intentionem fundatam ex iure communi ſuper omnibus Eccleſijs, & Oratorijs ſitis intrà Parochiam, vt colligitur ex Conc. Cabilonenſi relato *in cap. Eccleſiæ 16. quæſt. 1.* & ex Conc. Vuormacienſi *in cap. Quicumq. eadem cauſ. & quæſt.* & ex alijs, & tradunt Canoniſtæ ad hæc loca quibus adhæret Rota *dec.* 1120. coram Seraph. Id quod de Capellis & Oratorijs ſitis intrà Eccleſiam Parochialem eſt omninò certum. Et regula eſt, quod diſpoſitum de Eccleſia intelligatur, & habeat locum in omnibus Capellis per tex. *in cap. ſi Ciuitas verſ. ratione quoque de ſent. excom. in. 6.* Cumque Parochus in ſua Eccleſia Parochiali ſit Prælatus *arg. cap. in apibus quæſt. 1.* Abb. *in cap. Decernimus num. 16. de iudic.* vbi dec. *num. 34.* debet præcedere omnibus in functionibus ſolemnibus. Chaſſan. *in Catal. glor. mun. p. 4. conſid.* 61. Rot. *dec. 214. num. 17.* coram Pegna, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 6. num.* 104. Eſtq. conſtans Sac. Rituum Congregationis ſententia, vt in *Neapolitana* 18. Maij 1602. Etiam ſi Eccleſia Parochialis ſit ſub gubernio Confratrum. Ità enim declarauit Sac. &c. *Cenſuit ad Parochum pertinere functiones Sacerdotales in Eccleſiis, quæ ſub laicorum ſunt gubernio, non ad Capellanos, atque ad Sacriſtam, nempè benedictiones cinerum, candelarum, ramorum oliuæ, ouorum, fontis Baptiſmatis, delationes Sacramenti celebratio Miſſæ feria v. in Cæna Domini aſperſiones Domorum, & quæ fiunt die Dominico, Orationes 40. horarum, & ſimiles.* Et Sac. Cong. Epiſc. in *Senogallienſi*. 5. Iul. 1583. & in *Ferrarienſi* 22. Septemb. 1598. declarauit, Parochum, ſi velit, poſſe perſoluere Officium funeris in Eccleſia Confraternitatis. De quo Lanor. *var. tit. 2. cap 11. num.* 106. Idem de Miſſis ſolemnibus, & delatione Sanctiſſimi Sacramenti; modò faciat Officium gratis, alioquin

quin liberum ſit Confraternitatibus vti ſuis Capellanis, cenſuit in *Laudenſi* 20. Auguſti 1601. & 2. Auguſti 1647. Vbi etiam declarauit, poſſe Parochum interuenire in funeribus, quæ fiunt in Eccleſijs Confraternitatum, licet defuncti non ſint de ſua Parochia, ac debere huiuſmodi functiones Capellanis Confraternitatum permittere, ſi vocatus nolit accedere. Et præ cæteris extat reſolutio eiuſdem Sac.Rit. Congregationis in hunc modum:

Cum in Ciuitate Cæſarauguſtana intrà fines vetuſtiſſimæ Parochiæ S. Pauli eiuſdem Ciuitatis ſitum ſit quodam Hoſpitale cum Capella ſub inuocatione B. Mariæ Conceptionis, & Ruffinæ, cuius Hoſpitalis Confratres ſub prætextu, quod d. Hoſpitale extitiſſet in Monaſterio Fratrum Carmelitarum, obtinuerunt aggregari Hoſpitali, ſiuè Eccleſiæ Lateranenſi de Vrbe, & ex dicta aggregatione prætendunt per Capellanum, ſiuè Capellanos ſuos dicto Hoſpitali inſeruientes exercere poſſe omnia, & ſingula, quæ ad ſolum Parochum pertinent, vt Miſſas cum cantu ſolemniter celebrare, confeſſiones audire, communicare, ſepelire mortuos, prædicare, Sacramenta miniſtrare, in die Cœnæ Domini ſepulchrum facere, Sanctiſſimum Sacramentum aſſeruare, & alia huiuſmodi exercere, etiam ſine conſenſu, & licentia Ordinarii, et Parochi proprii. quæ ex diſpoſitione iuris ad ſolum, & proprium Parochum ſpectant. Et quia notorium eſſe aſſeritur, dictum Hoſpitale nullam habere dependentiam, ſeù connexionem cum d. Monaſterio Fratrum Carmelitarum; imò omnia prædicta in maximum damnum, & præiudicium, tam ipſius Monaſterii, propè quod d. Hoſpitale exiſtit, quam etiam Parochi prædicti S. Pauli, & iurium d. Parochiæ reſultare; Propterea tam prò parte Parochi prædicti quam Prioris, & Fratrum d. Monaſterii Carmelitarum ſupplicatum fuit in Sac. Rituum Congregatione, vt dignaretur declarare, ſupradicta omnia dictis Confratribus non licere abſque expreſſa licentia Ordinarii. Et cum negotium ab eadem Sac. Congregatione remiſſum fuerit Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Card. de Monte, qui audire voluit etiam Vicarium, & Canonicos Eccleſiæ Lateranenſis de Vrbe prò eorum intereſſe ob prædictam aſſertam aggregationem, & tandem audita de omnibus prædictis relatione eiuſdem Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Card. de Monte, eadem Sac. Cong. Rit. cenſuit, non licere dictis Confratribus Hoſpitalis prædicti. & Capellæ B.M.Conceptionis, & Sanctarum Iuſtæ, & Ruffinæ, ſita ſub Parochia S. Pauli in Ciuitate Cæſarauguſtana prædicta facere ſine expreſſa licentia Ordinarii, & ipſius Parochi, Et ità declarauit die 14. Iannar. 1612.

Et generatim in *Verulana* Sac. Rit. Cong. reſpondit, functiones omnes in Eccleſia propria ſpectare, & pertinere ad proprium Parochum priuatiuè quoad omnes alios. Et ità obſeruari mandauit, non obſtante quacumque conſuetudine die 12. Martij 1641. Expreſſim verò in *Thelesina* prò Terra Cæreti Sac.Rit. Cong. reſpondit, Capellanos in Eccleſijs laicorum, ſeù Oratorijs non poſſe benedictiones facere candelarum, cinerum, palmarum, & ciborum Paſchalium, ſed hæc omnia peragi debere per Curatos in ſuis Parochialibus. Prout nec poſſe eoſdem Capellanos, ſiuè Sacellanos in ſupradictis Eccleſijs, & Oratorijs Miſſam celebrare in feria 5. nec Sacramentum in ſepulcro eodem die cuſtodire, cum hæc munia exerceri debeant in Eccleſijs Parochialibus. Die 3. April. 1632.

Et in *Aſſiſienſi* 16. April. 1639. in quâ Confratres Societatis S. Sebaſtiani ſupplicarunt, licere ipſis Miſſas celebrare in ſuo Oratorio, & Sacramentum Euchariſtiæ miniſtrare, excepto Paſchate, etiam renuente Parocho. Sac. Cong. Reſpondit, ſeruari decreta alias in his terminis edita.

Ac in d. *Thelesina* eadem Sac. Cong: ad 1. reſpondit in Eccleſijs non Parochialibus non poſſe vllo modo aſſeruari Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. Ad 2. neq. Capellanos Eccleſiarum non Parochialium, neque Regulares poſſe publicè exponere Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. Et ità &c. die 7. Iul. 1630. & 2. Apul. 1632. in eadem *Thelesina*.

L'Arciprete di S. Martino Dioceſe di Toleſe ſupplica l'Eminenze Voſtre à dichiarare, ſe ſi poſſa portare il Santiſſimo Sacramento nelle 40. hore nell'Oratorii, e Chieſe di Confraternità di laici?

Sac. Rit. Congregatio reſpondit, nihil ex ſupradictis licere Confraternitatibus laicorum, aut Capellanis eorum, neque cuique alteri ſacerdoti ſine expreſſa licentia, aut conſenſu proprii Parochi. Eadem die 20. Iul. 1630. & 2 April. 1632.

Ad 2. Negatiuè: Nam id eſt ius Parochiale, Gloſ. *v. parochialis cap. Quia ex eo 3. de pact.* Siquidem ius ſepulturæ competit Eccleſiæ Parochiali, ex eo quod talis eſt ex allegatis per Canoniſtas in *tit. de Paroc. & de Sepul.*

Neque obſtat, quod non repugnet, quin Capellanus Sodalitatis ſtolam deferat, ex deductis per Gratian. *diſcep. 298. num. 55.* & Signatè *num. 66.* Primò quia id ſolum illi conceditur ex conſenſu Parochorum, & per viam tantum. Vndè nō poteſt extendi ad alios actus. Secundò: quia Parochi non denegant reiterationem Officij defunctorum ſed tantum vſum ſtolæ, & aſperſorij, qui ſpectat regulariter ad Parochos. Clem. *Dudum §. huiuſmodi de ſepult.* Stola enim eſt ſignum ſpiritualis iuriſdictionis: quia intrà fines Parochiæ non poſſunt alii, niſi Parochi, vti, præſertim in functionibus Parochialibus. Et ità cenſuit Sac.Rit.Congregatio in *Canenſi* ſub anno 1665, nempè, poſſe Capellanos Sodalitatum reiterare Officium defunctorum ſuper cadauere Parochiani abſque tamen ſtola, & aſperſorio.

Quin etiam non licet Confratribus laicis pſalmos ad modum Officij canere, ac celebrare: vt in puncto reſpondit Innoc. *in cap. Presbyter num. 4.*

num.4. de celebr. Miſſ. Oratorium namque non inſtituitur, vt in eo celebretur, ſed vt oretur. Dec. *conſ.* 148.*num.* 1.

Quod autem ad celebrationem Miſſarum poſſunt quidem Confratres illas celebrare facere in ſuis Oratorijs priuatim dumtaxat, & poſt Miſſam Parochialem, vt ex Gauant. *in manual. Epiſc. v. Miſſa num.* 10. non autem ſolemniter. Barb. *in collect. Apoſt.* 207. *n.*17. *& in collect. Eccl. v. Confraternitas*, vbi refert binas declarationes Sac. Congregationis. Imò neque id videtur indiſtinctè eis permittendum, vt colligitur ex decreto Sac Congregationis in relata *Aſſiſienſi* 16. April. 1639. Cum Oratoria non ſint inſtituta ad celebrandum, vt diximus, & tradit Mantic. *dec.*38.*num.*5.

Minus etiam confiteri queunt in ſuis Oratoris apertis, cum hoc ſit munus Parochiale, & confeſſionalia debeant retineri in Eccleſijs tantum. Gauant. *loc. cit. v. Confeſſarius num.*3. Nicol. *eodem verbo num.* 26. & Sac. Congregatio apud Barboſ. *v. Confraternitas §.* 2. *& de iur. Eccleſ. cap.*11.*num.*105.*lib.* 2.

Neque illis permiſſum eſt Campanas habere, cum vnica tãtum ſolis Fratribus Mendicantibus ſit permiſſa. Franch. Marc. *dec. Delph.* 1049.*n.*3. *to.*1. & regulariter vſus Campanarum non debet concedi Confratribus laicis in præiudicium iurium Parochialium. Tondut. *reſol. benef. cap.*53.*num.*4 *& ſeqq. tom.* 1. Fuſch. *de viſit. cap.*14. *num.*6.*lib.*6. nec ſine licentia Sac. Congregationis Rit. retineri poſſunt, quæ ſub die 27. Septemb. 1608. conceſſit tintinnabulum cuidam Oratorio. Prohibetur quippè in Oratorijs priuatis Campana publica. Dec. *d. conſ.* 145. *num.*1. Solum iis permittitur vſus tintinnabuli, nec quidem publicus, ſed priuatus. Abb. *in cap. patentibus n.*2. *de priuil.*

Nequeuntque de iure in ſuis Oratoriis feſta ſolemniter celebrari facere. Nicol. *v. Feſtum n.*5. *in fin.* Barboſ. *in collect. d. v. Confraternitas §.* 2. *& de iur. Eccleſ. c.*11. *num.* 105. *lib.*5.

Celebratio verò Anniuerſariorum Confraternitatibus regulariter non permittitur, niſi dumtaxat in die Commemorationis omnium defunctorum, non autem in 3. & 30. die, quod propriè ſpectat ad Parochum. Et quatenus per earum Capellanum Anniuerſarium aliquod celebretur, mortuaria tamen ad illum non ſpectant, ſed ad Parochum. Mantic. *dec.* 298. Sicuti etiam eleemoſynæ, quę fiunt in Oratorio diſtribuendæ ſunt per Parochum. Canalcan. *de contract. dec.* 17. *alias* 63. *num.*69.

Cum igitur Sac. Congregationi ſuper negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum D. Epiſcopus Bergomenſis difficultates quaſdam, & dubia propoſuerit, quæ partim nunc intercedunt, partim videtur intercedere poſſe inter ipſum Epiſcopum, & Confratres Ciuitatis, ac Diæceſis Bergomenſis, etiam vnitos, & aggregatos Archiconfraternitatibus Almæ huius Vrbis. Eadem Sac. Cong. ad ſingula capita earundem controuerſiarum, ſeù dubiarum quæſtionum reſpondens, ità declarauit, cenſuit, & decreuit, vt hic inferius explicatur:

Primo. Se eſſi Confratri, e diſciplinati, non oſtante qualſiuoglia preteſa eſentione, ſiano ſottopoſti alla giuriſdittione Ordinaria, così in eſſer viſitati, come in qualunque altra attione ſpettante al culto diuino, & alla ſalute dell' anime, conforme al Sa. Conc. Trid. ſeſ. 22. *cap.* 8. *& al Conc. Prouinciale Milaneſe* 2. *tit. quæ ad bona, & iura Eccleſiæ, piorumque locorum pertinent decret.*22.?

Seruentur decreta Sac. Conc. Trid. & Conc. prouincialis Mediolanenſis in hoc articulo allegata de iuriſdictione Ordinarii, & illius viſitatione in huiuſmodi Oratoriis, & Societatibus, & ſuper Sodalibus Confratriarum.

2. *Se ſii lecito ad eſſi Confratri publicare qualſiuoglia Indulgenza, ſenza licenza dell' Ordinario contro il Conc. Tridentino ſeſ.* 21. *cap.* 9. *& al Conc.* 5. *prouinciale Milaneſe de Indulgentiis, & Sac. Reliquiis, e contro la Bolla di Pio IV. ſub datum Romæ* 7. *Kal. Maii anno* 2. *& all' altra* 13. *Kal. Octob. anno* 3. *& à quella di Greg. XIII.* 6. *Kal. Apr. an.* 4.?

Indulgentias ſolis Confratribus conceſſas ſemel ab Ordinario viſas, & publicatas, poterunt Sodales ſibi, & inter ſe, quoties velint, ſine alia noua Ordinarii licentia publicare. Alias verò indulgentias omnibus Chriſtifidelibus in eorum Eccleſia conceſſas non debent publicare ſine ſingulari Ordinarii licentia quoties huiuſmodi publicatio erit facienda, vt diuini cultus ordini, & decori, ac Chriſtifidelium Spirituali vtilitati, ac deuotionis augmento rectius conſulatur.

3. *Se i Cappellani d'eſſi Confrati denono eſſer approuati dall' Ordinario, conforme il Conc. Milaneſe p. parte* 2. *tit. quæ pertinent ad Sacramenti pœnitentiæ adminiſtrationem, & Conc.* 4. *p.* 2. *eodem tit.*?

Capellani Societatis alii non ſint vlli, niſi approbati ab Ordinario etiam iuxtà decretum Conciliorum Prouincialium Mediolan.

4. *Se poſſano aſſoluere da caſi riſeruati da eſſo Ordinario contro il decreto del Concilio di Trento ſeſ.* 14. *cap.* 7. *e del Conc.* 5. *prouinciale Milan. tit. quæ pertinent ad Sacramenti pœnit. adminiſtrationem*?

Capellani, ſeù Confeſſores Societatis non poſſunt abſoluere Sodales, aut alios in caſibus Ordinario reſeruatis ſine eius licentia, niſi eis ſit indultum per priuilegia Sedis Apoſtolicæ, quæ tenentur Ordinario edere, vt ei de huiuſmodi facultate Apoſtolica conſtare poſſit.

5. *In che modo poſſano i detti Cappellani aſſoluere da caſi riſeruati nella Bolla in Cœna Domini?*

Confeſſores Societatum hoc ferè ſemper habere ſolent in priuilegiis Apoſtolicis, vt Sodales in ingreſſu in Societatem, & in mortis articulo poſſint abſoluere à caſibus reſeruatis Sedis Apoſtolicæ, etiam in Bulla Cœnæ Domini legi ſolita contentis. Sed de huiuſmodi, vel alia ſimili facultate Apoſtolica Ordinarius debet certior ſemel fieri ex lectura huiuſmodi priui-

Digitized by Google

priuilegiorum, priuſquam Confeſſores ea vtantur.

6. *Se poſſano d. Confrati conſeruar nel loro Oratorio il Santiſſimo Sacramento dell' Eucharistia?*

Niſi Eccleſia Societatis ſit Parochialis, vel id Societati priuilegio Apoſtolico, de quo Ordinario conſtet, ſit expreſsè indultum, non poſſunt Sodales huiuſmodi in ſuo Oratorio Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum conſeruare, quod in Eccleſia Parochiali conſeruari debet.

7. *Se detti Confratri poſſano eſporre il Santiſſimo Sacramento dell'Euchariſtia ſenza licenza dell'Ordinario contro il Conc. 4. prouinc. Milan. par. 2. tit. quæ ad Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum pertinent?*

Sac. Cong. cenſuit in hoc articulo ſeruandum eſſe decretum Conc. prouincialis Mediolan. nec ſine licentia Ordinarii in Oratorio Societatis palam eſſe proponendum Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum, niſi Ordinario conſtet priuilegio Apoſtolico id eſſe Societati indultum, cuius priuilegii formam Ordinarius faciat ſeruare.

8. *Se douendosi eſporre il Santiſsimo Sacramento con la ſudetta licenza dell' Ordinario poſſano li detti Confrati metter fuori tauole, bacile, ne altro vaſo per raccoglier elemoſina, mà ſolamente le loro caſſette ſerrate con chiaui, conforme al Conc 4. Milaneſe tit. quæ ad Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum, pertinent verſ. nec verò?*

Seruetur Conc. prouinc. Mediol. de eleemoſynarum collectione, eiuſque modo, & forma in hac Sacra actione Sanctiſsimum Sacramenti Altaris palam propoſiti.

9. *Se non ſeruandoſi hoſpitalità, per raggione della quale eſpongono dette caſſette, poſſano tenerle in modo alcuno contro il Conc. di Trento ſeſſ. 25. can. 6?*

Si priuilegio Apoſtolico facultas eleemoſynas quæritandi non ſit ſocietati indulta, id non niſi ex Ordinarij licentia fieri debet, & ſecundum modum ab eo præſcribendum.

10. *Se poſſano far queſto di ſorte alcuna contro il Concilio di Trento ſeſſ. 25. cap. 9. e della Bolla ſudetta di Pio IV. ſub dat. Rom. 13. Kal. Ottob. anno eius 3.?*

Seruentur decreta Sac. Conc. Trid. & literæ Apoſtolicæ f. l. recor. Pii IV. de quaſt. eleemoſ. prohib.

11. *Se poſſano ſenza licenza dell'Ordinario in ſcritto, & interuento del Rettore della lor Parochiale portar in proceſſione il Santiſſimo Sacramento?*

Licet Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in proceſſionibus ſine interuentu Rectoris Eccleſiæ Parochialis, & licentia Ordinarii non videatur deferendum, non debet tamen Ordinarius denegare licentiam id faciendi, quod aliquo priuilegio Apoſtolico conceſſum repererit. Verum Ordinarius prouideat, vt Sanctiſſimum Sacramentum reuerenter, & honorificè de more deferatur.

12. *Se poſſano i Cappellani di detti Confratri communicare altre perſone, che i medemi Confratri per l'inconuenienti, che naſcono?*

Tamet ſi nullus debeat Sacramenta Chriſti fidelibus miniſtrare, niſi ad id admiſſus fuerit, & ſecundum ſuæ admiſſionis limites; Rectè tamen faciet Ordinarius ſi ad augendam Chriſti fidelium deuotionem permittat, Capellanos Societatis in illius Oratorio extrà tempus Paſchale, non ſolum ſodales, ſed alias quaſcumque perſonas deuotas ſibi notas communicare, niſi lateat aliquod magnum periculum, vel impedimentum.

13. *Se poſſono i Cappellani di eſſi Confrati eſſercitare alcun atto di cura d'anime ſenza licenza del Rettor della Parochiale?*

Obſeruetur illud, quod alias per literas huius Sac. Congregationis decretum fuit de cura animarum per Capellanos Societatis ſine licentia Rectoris Parochialis non exercen.

14. *Se hauendo priuilegij di ſepellire ne' loro Oratorij, poſſano ſepellire alcuno, che di ſei meſi innanzi la morte non ſia ſtato accettato nella Compagnia conforme al* Conc. 5. prouinc. Milan. par. 3. tit. quæ ad ſchol. & confr. verſ. ne in Confratriarum. *E che in articulo mortis non ſi habbia eletta la ſepoltura in eſſo Oratorio. E in tali caſi, ſe il Rettore ſolo della Parochiale, e non altri debba recitare l'officio ſopra i Cadaueri, come s'vſa nelle Chieſe Parochiali?*

Obſeruetur de ſepeliendis Sodalibus in Societatis Oratorio priuilegium illis ſuper ſepultura conceſſum, ac illud, quod ſtatuit Conc. prouinc. Mediolan. ad obuiandum fraudibus, vt videlicet ſepeliendus verè fuerit Sodalis illius Societatis 6. Menſibus ante mortem, & ſaltem in articulo mortis ibi quoque elegerit ſepulturam. Et quamuis in eiuſdem ſepulturæ officio Rector Parochialis ſolus ſtola indutus debeat peragere officium, iuxtà ritum Eccleſiæ ſepelire mortuos quoſcumque intrà limites ſuæ Parochiæ, non arceatur tamen Societatis Capellanus, ſi is quoque velit Rectori aſſiſtere, & ſimul cum eo officium ſepulturæ prò defuncto Sodali ſuæ Societatis, in illo tamen Oratorio recitare.

15. *Se poſſano far celebrare la Meſſa ne' loro Oratorij in tempo, che ſi dice la Meſſa parochiale contro il* decreto 5. Prouinc. Milan. par. 2. tit. quæ pertinent. ad SS. Miſſæ Sacrif. verſ. ſi verò plures, & al Conc. 5. Prouinc. par. 3. tit. quæ ad Schol. Confr. verſ. quo tempore?

Cenſuit Sac. Congr. illud eſſe obſeruandum, quod ſecundum Sac. Canonum inſtituta Conc. Prouinc. Mediolan. conſtitutum eſt, vt in Oratorio Societatis omnibus Dominicis, & feſtis Miſſa non celebretur tempore quo celebratur Miſſa Parochialis, ſeù Conuentualis in Eccleſia Parochiali, nec etiam ante illam finitam, vt Confratres huiuſmodi poſſint frequentius conuenire ad Eccleſiam Parochialem, & ibi ſui Paſtoris vocem, & monita ſalutaria audire, & quæ ille in nomine Domini Epiſcopi ſæpè denuncianda, & proponenda habet præcipere, & exequi valeant.

Item ſeruari debet decretum, nè in Oratorijs Confraternitatum celebretur in feſtis diebus ante Parochialem, dummodò Parochus celebret hora competenti. Eadem Sac. Congr. in Cremonenſi *9. Ianuar.* 1587. *& in* Senogallienſi *29. Ianuar.* 1613.

An

Digitized by Google

An Parochus *Matricis Eccleſiæ poſſit ad ſuum libitum inchoare generales proceſſiones, non expectatis Canonicis Collegiatę?* Vide de Funeribus to.6. Conſult.73.Sum.num.5.

An Archipresbyter in propria Parochia aſſiſtens, vti poſſit habitu Prothonotarij in aliquibus functionibus? Vide ibid.Sum num.7.

Ac de aliquibus iuribus Parochi circà funera. ibidem num.ſeqq.

De oblationibus, quę fiunt in Eccleſijs, Capellis, ſiuè Oratorijs intrà limites Parochię. Vide de Oblationibus. tom.6.Conſult.83.

De aſſeruanda Claui SS.Eucharistiæ. Vide de Immun.tom.6.Conſult.87.

An regulares Eccleſiæ habeant ius in aliquibus funeribus? Vide de Funeribus. tom.6. Conſul.88.

An, negligente Capitulo in conſtituendo Vicario Capitulari intrà 8. dies, poſſit Metropolitanus constituere Vicarium Parochum *exterum, ſed propinquiorem? Vbi multa de reſidentia Parochorum.* Vide de Vicario tom.7.Conſul.4.

Ad quem pertineat apponere Oeconomum in Eccleſijs Parochialibus Regularium ſęculariʒatis, vbi cura animarum per Monachos exercebatur? Vide de Regular.tom.7.Conſul.8.

De Confratribus, quoad ſepulturę electionem, funera &c. Vide de Sepult.elect.to.8. Conſul.36.

Vtrum delatio Stolę, ac functiones Parochiales, *quæ in Eccleſia* Parochiali *fiunt, abſente illius* Parocho, *ſpectent ad eius Viceparochum, an verò ad Parochum alterius Parochię, qui ibi pręſens exiſtit?* tom.7. Conſult.46.

SPectare ad Viceparochum exiſtimo. Etenim extrà dubium eſt, quod Parochus poſſit, imò debeat, ſi caſus poſtulet, aſſumere ſibi Coadiutorem in cura animarum ex diſpoſitione *cap. Tempus 16.quęſt.1.*& Sac.Conc.Trid. *cap.4. ſeſſ. 21.de reform.*& ibi Sac.Congr.Lotter.*de re benefic.lib.3.quęſt.27.num.*165.Sicuti & in omni caſu abſentiæ debet cum approbatione Epiſcopi relinquere Vicarium, qui Eccleſiæ ipſius inſeruiat. Trid. *cap.1.ſeſſ.23.de reſid.cap.Extirpandæ §.qui verò de præb.* Sac.Congr.Conc. paſſim. Tuſch.*de viſitat.lib.2.cap.4. num.6.* Azor. *par.2. lib.6.cap.5.quęſt.7.*& regulariter nulli prohibitum eſt, quandò non poteſt per ſe, deſeruire per Subſtitutum.

Vndè ſi deputatus in Viceparochum, & ad functiones Curæ, atque Eccleſiæ, ſicut eſt ſubrogatus dicto Parocho, ità vti ſubrogatus de iure ſuccedit in locum eius, cui ſubrogatur in commodis æquè ac incommodis, *l. vnic. C. de colleg.lib.11.leg.1.C.de offic.Vic.*ac vtitur eodem iure, & priuilegio ex alligatis per Gabriel. *tit. de reg. iur. concl.2. num.1.* Rot. *dec.252.num.7. par.5.recen.*& in terminis Gratian.*diſc.298. poſt alios num.4*

Nequè in his terminis materiæ Eccleſiaſticæ, & obſeruationis Sac.Rituum neceſſe eſt ad effectum gaudendi eiſdem prærogatiuis, vt in ſubrogato concurrant cæteræ qualitates ſubrogantis: quia in his terminis non attenditur maioritas, vel minoritas perſonæ, ſed functio, exercitium actus, & indumentum ſacrum ad effectum habendi præcedentiam, quæ regulariter debetur ſubrogato in iis, in quibus ſubrogantem repræſentat. Tolin.*in cap.cum olim n.1. de offic.deleg.*Gratian.*ibid.num.4.* Hinc eſt, quod minus nobiles præferuntur nobilioribus, ac dignioribus ratione actus competentis ex officio, & in illius exercitio, *d.leg.1.C.de offic. Vic.* Felin.*in rubr.de maior.& obed num.1.*aliique.

Adeò vt ſimplex Capellanus curatus amouibilis ratione officii præcedere debeat aliis Sacerdotibus ætate, ac promotione antiquioribus ex declaratione Sac.Congr.Rit.in *Nucerina* 16.Apr. 1644.Imò is Capellanus faciens Officium cum ſuperpelliceo, ſtola præcedit etiam ipſi Rectori Eccleſiæ cui inſeruit, ex ſimili declaratione, & non obſtante contraria conſuetudine, vt in *Nucerina Paganorum* 11.Iul.1637.his verbis:

Sac.Rit.Congr. cenſuit, Sacerdotem Capellanum, ſeù Portionarium in Parochiali, facientem Officium cum Cotta, & Stola, debere habere primum, & digniorem locum in Choro, etiam ſuprà proprium Rectorem, non obſtante contraria conſuetudine.

Hoc ipſum cenſuit in *Maceraten.*10.Iunij 1656.

Capellanus Curatus S.Blaſii Montis Milonis Maceraten. Diœceſis declarari poſtulauit ipſi in funeralibus ratione Stolæ præcedentiam deberi, etiam ſuprà alios quoſcumque Sacerdotes Curatos, prout in ſimilibus alias Sac.Congr. declarauit, quodque Eminentiſſimi Patres eiuſdem Congr.in loco prædicto ſeruari iuſſerunt.

Et in *Interamnen.*22.Nouemb.1636.

Sac.Rit.Congr. prout alias ſæpè ità in caſu propoſito reſpondit, Parochum, & Vicecuratum amouibilem Cathedralis in proceſſionibus incedere debere cum Capitulo ſuprà Priores plebanos, & Curatos perpetuos beneficiatos.

Eademque ratione ipſe Epiſcopus aſſiſtens cum cappa Veſperis ſolemnibus thurificatur poſt celebrantem, iuxtà diſpoſitionẽ Cœrimonialis *lib.2. cap.2.* Et officium faciens in Choro, vel functionem ſiuè proceſſionis, ſiuè alterius rei præcedit cæteris omnibus quantumuis dignioribus. Tantæque eſt conſiderationis indumentum ſacrum, vt eſt Stola, quod ratione illius, Parochus in funeribus præcedentiam habeat etiam ſupra Collegiatam interuenientem, ex declaratione eiuſdem Sac. Congr. in *Spoletana* 21.April.1635. & in *Lauden.* 23.Maij 1639.

Prædicta autem eò magis locum habent in Eccleſia propria, etiam ſi Parochus alter ſit di-

gnior. Abb. *in cap.1.num. 18. de dol.& contum.* Gonzal. *ad reg.Cancell.gloſ.6.num.100. & ſeqq.* Et declarauit ſæpiùs eadem Sac. Congr. vt in *Aſculana* 23.Maii 1641.hunc in modum:

Inſtante Plebano Eccleſiæ Accumali Aſculanę Diœceſ. declarari pręcedentiam in propria ſua Eccleſia deberi ſibi ſuprà omnes alios Presbyteros ad eam concurrentes occaſione functionum Eccleſiaſticarum Sac.Rit.Congr.cenſuit, pręcedentiam in caſu propoſito competere Oratori in propria Eccleſia, etiam ſuprà quoſcumque alios Sacerdotes antiquiores in ordine. Et ità ſeruari mandauit die 23.Maij 1641.

Ac in *Verulana* ad inſtantiam Abbatis Parochialis Eccleſiæ S. Petri Turræ Banco Verulanæ Diœceſis contrà Archiepiſcopum S. Angeli eiuſdem loci.

Sac.Rit.Congr. reſpondit, functiones omnes in Eccleſia propria ſpectare ad Parochum priuatiuè quoad omnes alios, & ità in caſu propoſito cantandi Miſſas ſolemnes, Veſperas, aliaque munia per ipſum in propria Eccleſia exercenda, non obſtante ordinatione Epiſcopi in contrarium edita, Sac. Rit.Congr.reſpondit, ad Plebanum ſpectare omnia munia in ſua Eccleſia propria; Et ità ſeruari debere, prout omninò ſeruari mandauit, quibuſcumque non obſtantibus 24.Nouemb.1625.

Nequè ipſi Parocho præſenti in aliena Parochiali dari debet pręcedentia ſuper d. Vicecuratum in proceſſionibus, quæ fiunt extrà Eccleſiam: quia hinc reſultat violentia ſacris Ritibus, quod ſcilicet functio præſidendi proceſſionibus fiat ab eo, qui Miſſam annexam functioni non celebrat, quod non eſt admittendum contrà declarationes Sac.Congregationis mandantis, vt functiones fiant ab eò, qui Miſſam celebrat, vt in *Nentonenſi* 1. Martij 1614. & in *Recanatenſi* 8.Febr.1642.& ſpecialiter habere proceſſionem in *Aquilana* 5.Iunii 1634. tenoris ſequentis:

Prò parte Capituli Eccleſiæ S.Mariæ de Paganica Aquilanæ Diœceſis petitum fuit, declarari, an in exequijs mortuorum celebrans in fine Miſſæ, depoſita caſula, ſumere debeat Pluuiale, & proſequi omnes alias cæremonias, incenſando, & aſpergendo circum circà tumulum, dictaſque exequias ſolitis orationibus terminare, etiam ſi ibidem tunc aſſiſtant alij Presbyteri in maiori dignitate conſtituti. Item an idem ritus ſeruandus ſit in proceſſionibus, & in expoſitione SS.Sacramenti, Orationis 40. Hararum, vt is, qui celebrat, vel ordinat Veſperas in dictis ſolemnitatibus geſtare debeat SS. Sacramentum in proceſſione immediatè ad Miſſam, vel Veſperas ſequentibus, vel aſſiſtere debeat dignior de Clericis adſtantibus, ad dictas functiones proſequendas, finitis Veſperis, vel Miſſa?

Sac.Rit.Congr.prout alias ſæpè ità in caſu propoſito reſpondit, prædictas omnes functiones ſpectare, ac pertinere ad eum, qui Veſperas decantauit, vel Miſſam celebrauit.

Nequè admitti poteſt, quod Stola in proceſſionibus detur Parocho extrà Eccleſiam propriam, poſtquam proceſſio in aliena Eccleſia cepta eſſet cum principio functionis ab illius Vicecurato: quia id eſſet dimidiare functionem, quod non licet, & cum perficienda ſit ab eo, qui illam incepit, Sac. Cong. Rit. in *Lucana* 21.April.1635.per hæc verba:

Capitulum Cathedralis Lucanæ expoſuit in delatione SS.Sacramenti, quæ fit per digniorem de Capitulo, abſente, vel impedito Epiſcopo in die ſolemnitatis Corporis Chriſti, tranſiens per limites Parochiæ S.Fridiani, Priorem ipſius Parochiæ prætendere ſibè conſignari debere SS.Euchariſtiæ Sacramentum deferendum ab ipſo Priore per limites ſuę Parochię, quod cum ſit contrà ſolitum loci, & ritum vniuerſalis Eccleſię, ſupplicauit, reſponderi quid ſeruandum? Et Sac.Congr reſpondit, delationem SS.Sacramenti in caſu propoſito ſpectare ad digniorem Cathedralis per totam viam, etiam ſi contingat proceſſionem tranſire limites alterius Parochiæ. Et ità omninò ſeruari mandauit.

Quod autem prò inconuenienti notetur, vt ſimplex Sacerdos, qualis eſt huiuſmodi Vicecuratus in proceſſionibus præferatur Parocho prædicto, prærogatiuam Parochi ſuis radiis, & non alienis fulgente, nullatenus eſt habendum in conſideratione, ex rationibus allatis. Vndè quatenus etiam eſt ſimplex Parochus, pręcedentiam in proceſionibus habere non debet in Eccleſia aliena: quia proceſſiones generales Litaniarum, & Sanctiſſimi Corporis Chriſti numerantur inter functiones Parochiales. Et pręcipuè pertinent ad maiorem Eccleſiam loci tanquam de illius iuribus, iuxtà declarationes Sac.Rit.Cong.præſertim in *Florentina* 27. Iun. 1620. quæ eſt huiuſmodi:

In cauſa vertente inter Præpoſitum Parochialis Eccleſię S.Thomę Certaldi Florentinę Diœceſ. ex vna, & Fratres Auguſtinianos Parochialis Eccleſiæ Sancti Michaelis, & Iacobi eiuſdem Caſtri, & aliorum, Illuſtriſſimo D. Card. Vrſino referente, decreuit d. Eccleſiam D.Thomę Prępoſituram nuncupatam eſſe principalem, & ſuperiorem in d. Caſtro, & ad d. Prępoſitum, ſiuè eius Viceprepoſitum ſpectare, & pertinere ius pręcedendi in omnibus, & quibuſcumque actibus, & propterea Fratres d. Eccleſiæ Sancti Michaelis, & Iacobi debuiſſe, & debere in omnibus recognoſcere in maiorem, & ſuperiorem d. Præpoſitum, ſiuè eius Vicepræpoſitum, eiſque futuris temporibus debere realiter, & cum effectu exibere, & præſtare omnia, & ſingula obſequia, recognitiones, acceſſiones, & praeminentias quaſcumque. Inſuper ad d.Præpoſitum, ſiuè eius Vicepræpoſitum ſpectare, & pertinere ius celebrandi proceſſionem in prima die feſtiuitatis Sanctiſſimi Corporis Chriſti, & ob id d.Præpoſitum manutenendum eſſe in poſſeſſione celebrandi eam. Et ità ſeruari mandauit.

Idem cenſuit in *Stracuſana* 6.Septemb.1636.& in *Camerinenſi* 23. April.1633. Et cenſentur non ſolum functiones illius Eccleſiæ, à qua incipiunt, & in quam terminare debent, iuxtà diſpoſitionem Ritualis *tit. de proceſſ. Litan.maior.* Gauant. *in man. Epiſc, v. proceſſiones num.16.*

& iux-

& iuxtà declarationes Sac. Congr. Rit. ſpeciatim in *Valicen.*15.Ianuar.1633.

De quadam Legatorum quarta Eccleſiæ Parochiali debita. Vide de Legatis tom.8.Conſult.3.

De Canonico decedente extrà Canonicam quoad iura Parochialia, Vide de Sepult. elect.tom.8. Conſult.5.

De Decimis Regularium, an debeantur Parocho? Vide de Decimis tom.8. Conſult.8.

De Parocho non Sacerdote. Vide de Matrim. to.8. Conſult.24.

De Parochiali Iuriſpatronatus. Vide de Iurepatr. tom.8.Conſult.32.

De Parochialibus, etiam Monaſterio Regularium vnitis, & de cura animarum principaliter ipſi Monaſterio incumbenti ad preſcriptum Sac. Conc. Trid. ſeſſ.7 cap.7.de reform.& ſeſſ.25.cap.11.de Regul. *Vbi de hac materia ſuboſcura plures textus Canonici Conſtitutiones Pontificia adducuntur, explicantur, concordanturque.* tom.8. Conſult.44. Vide etiam tom.4. Conſult.213. à num.5. & ſeqq.hoc eod.tract.

SAc.Conc.Trid.in d.cap.7.de reform.ità decreuit: *Beneficia Eccleſiaſtica curata, quæ Cathedralibus, Collegiatis, ſeù alijs Eccleſijs, vel Monaſterijs, beneficijs, ſeù Collegijs, aut Pijs locis quibuſcumque perpetuò vnita, & annexa reperiuntur, ab Ordinarijs locorum annis ſingulis viſitentur; qui ſolitè prouidere procurent, vt per idoneos Vicarios, etiam perpetuos; niſi ipſis Ordinarijs prò bono Eccleſiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut maiori vel minori arbitrio ipſorū Ordinariorum portione, etiam ſuper certa re aſſignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur, appellationibus, priuilegijs, exemptionibus, etiam cum Iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuſcumque in præmiſſis minimè ſuffragantibus.*

Per hoc decretum ampliatur, & ſuppletur cap. *de Monachis extr.de præb. & cap.1.eodem tit. in 6,* & quod habetur in Clem. 1.*de Iurepatr.* Nam aliquandò Summus Pontifex, vel Epiſcopus propter inopiam Religioſorum concedit eis Eccleſiam quoad temporalia, vt poſſint percipere redditus, illoſque conuertere in propriam vtilitatem, conſeruato tamen priſtino Eccleſiæ ſtatu, ibique habent præſentationem Rectoris. Sed vt conſulatur cultui Diuino prouiſum fuit, nè qui præſentatus à Religioſis per Diœceſanum admittatur; niſi ei tantum de Eccleſiæ prouentibus fuerit aſſignatum, vt tam ſe ipſum, quam incumbentia onera valeat ſuſtinere, *d.cap. de Monach.* quod etiam in exemptos extenſum fuit, *d.cap.1. de præb.in 6.* Quod ſi cura incumbat certæ perſonæ, tunc non per Vicarium, ſed per ipſam perſonam cura adminiſtranda eſt. Si verò toto Capitulo immineat, itàut à ſingulis viciſſim exerceatur, cogendi planè ſunt ſinguli ad eam exercendam, vt notatur *in cap.ſtatutum lib.6.de præb.* vt cenſuit Sacra Congregatio, cum quæſitum fuit: An Vicarij perpetui conſtituendi eſſent in Cathedralibus, Collegiatiſque Eccleſijs curam animarum habentibus, quam curam temporatei, mercenarijque Capellani conſueuerunt adminiſtrare? Reſp.Sacra Congregatio nihil generali lege ſanciendum eſſe, ſed ſingulis quibuſque caſibus; vbi ſe offerunt, prout magis ſe expedire videbitur, proſpiciendum.

Si verò huiuſmodi beneficia curata ſunt vnita Archidiaconatui, vel alijs Dignitatibus, vel Canonicatibus, cenſuit eadem Sacra Congreg. ſeruandam eſſe diſpoſitionem *Cap.extirpandæ §.qui verò de præb.* Si fuerint vnita Eccleſiæ Curatæ, Hoſpitali, ſeù Commendis S.Io: Hieroſolymitani, tam circà viſitationem, quam deputationem Vicariorum, ſeruanda eſt Conſtitutio B. Pij V. edita 12. Septembris 1571. Pontiſ.an.6.

Deputationem autem Vicariorum perpetuorum non eſſe faciendam cenſuit eadem Sacra Congregatio in Parochialibus, quæ ſunt membra Monaſteriorum, ideoque prouidendum iuxta inſtituta Religionis, nec pertinere hoc decretum ad Eccleſias Monaſteriorum, quibus imminet cura animarum, ſed in ijs ſeruandum eſſe *cap.11.ſeſſ.25.de Regul.* Quod ſi Parochialis vnita ſit perpetuò, ac acceſſoriè beneficio ſimplici, an ſit locus deputationi Vicarij? Reſp. Sacra Congregatio, Parochialem ex hac vnione aſſumere naturam ſimplicis beneficij, niſi cura in ea exerceatur per Vicarium temporalem. Hoc enim indicat, curam non eſſe ſuppreſſam.

Et quoad viſitationem, hoc decretum habere locum tantum in actu viſitationis cenſuit Sac. Congregatio, atque Epiſcopos viſitare poſſe Eccleſias Curatas, & Monaſterijs, quæ capita Ordinum ſunt, vnitas.

At, licet Concilium admittat etiam per Vicarios amouibiles curam animarum exerceri; Conſtitutio tamen B.Pij V. de Vicarijs deputandis in Parochialibus vnitis ſuſtulit hoc arbitrium Epiſcopis, & præſcripſit formam deputandi Vicarios perpetuos cum taxatione congruæ portionis, ſicut Sacra Congregatio cenſuit. Sed quæritur quomodò conſtituantur Vicarij perpetui? Sacra Congregatio reſp. præuia erectione tituli, & præfixo 10. dierum termino ab Ordinarijs ijs, ad quos nominatio Vicarij ſpectat ex Conſtitutione Pij V.

Sed ponamus, quod cura vnita Collegiatæ immineat Archipresbytero, & Capitulo, portio ex quibus bonis deducitur prò Vicario? Sacra Congregatio reſp. communiter ex bonis Archipresbyteri, & Capituli portionem aſſignandam eſſe. Quæritur etiam: an Vicarius perpe-

tuus conſtitutus, vigore huius decreti teneatur ſubire aliquà onera Eccleſiæ, ſaltem prò rara propter Conſtitutionem B.Pij V. *de Vicar. perpet.* Greg.XIII.ex relatione Sacræ Congregationis declarauit ex ipſa Conſtitutione, B.Pij V. omnia onera incumbentia Parochiali, in qua erecta ſit Vicaria perpetua, pertinere ad ipſum Vicarium perpetuum ſolum, nulla autem ex parte ad Eccleſiam, aut Monaſterium, aut locum pium, cui vnita fuerit ipſa Parochialis,

Aduertendum, quod ſi fiat hæc prouiſio in viſitatione, non eſt locus appellationi ad effectum ſuſpenſiuum. Si fieret extrà viſitationem cum cauſæ cognitione, & proceſſu ordinario, appellationem non ſolum deuolui, ſed etiam ſuſpendi dixit Sacra Congregatio, quæ etiam cenſuit, tolli quoque priuilegia in fundatione conceſſa, & in priuilegio viſitatio ſpectaret, non ad Ordinarium, ſed ad Metropolitanum, aut alium Prælatum, non tamen ex hoc decreto Concilij Ordinarijs tribuitur poteſtas viſitandi loca Regularia, quin etiam ſublata intelligatur immemorabilis conſuetudo deſeruiendi per Capellanum amouibilem.

Quod verò *ad cap.11. ſeſſ.25. de Regul.* ità in eo ſtatuitur.

In Monaſterijs, ſeù domibus virorum, ſeù mulierum, quibus imminet animarum cura perſonarum ſæcularium, præter eas, quæ ſunt de illorum Monaſteriorum, ſeù locorum familia, perſonæ tam Regulares, quam ſæculares huiuſmodi curam exercentes ſubſint immediatè in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius Diœceſi ſunt ſita, Nec ibi aliqui etiam ad nutum amouibiles deputentur, niſi de eiuſdem conſenſu, ac præuio examine per eum, aut eius Vicarium faciendo, excepto Monaſterio Cluniacenſi cum ſuis limitibus, & exceptis etiam ijs Monaſterijs, ſeù locis, in quibus Abbates Generales, aut capita Ordinum Sedem Ordinariam principalem habent, atque alijs Monaſterijs, ſeù domibus, in quibus Abbates, aut alij Regularium Superiores iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent, ſaluo tamen eorum Epiſcoporum iure, qui maiorem in prædicta loca, vel perſonas iuriſdictionem exercent.

In quod decretum notandum eſt, quod ſi ex concordia, & ſententia excludatur Epiſcopus à viſitatione alicuius Eccleſiæ, placuit Sac.Congregationi eſſe ſeruandum id, quod anteà ſeruabatur ex concordia, & ſententia: quoniam Conc.per hoc decretum non derogat concordijs, & ſententijs.

Cum autem ſuper Parochiali erecta eſſet domus Monaſterij Monialium, dubitatur: an poſſit Ordinarius prohibere, nè cura animarum per ſæculares exerceatur? Sacra Congregatio cenſuit, ſi Monaſterium Monialium erectum fuit legitimè ſuper corpus d. Parochialis, ſeruandum eſſe hoc decretum, & ſic poſſe curam animarum exerceri per Regularem, qui tamen, præuio examine Epiſcopi, fuerit idoneus approbatus, ſecus ſi Parochialis eſſet vnita: quia tunc ſeruaretur *cap.7. ſeſſ.7.* Item cum Monaſterium Monachorum de Arrigo eſſet Parochialis Eccleſia, & intrà terminos ſuæ Parochiæ haberet Eccleſiam de Aldea pendentem ab Eccleſia de Arrigo, Epiſcopo viſitare volenti Eccleſiam de Aldea, Monachi ſe oppoſuerunt. Sacra Congregatio cenſuit, Epiſcopum non poſſe viſitare Eccleſiam de Aldea *ex cap.7.* quia quandò Parochialis conſtruit in proprio fundo aliam Eccleſiam vicinam, quaſi in adiutorium ſui non autem, vt ſit beneficium per ſe ſtans, Rector maioris Eccleſiæ eſt Rector vtriuſque, & poteſt in Eccleſia ædificata conſtituere Vicarium. Abb. *in cap.Cum Venerabilis nu.34.de reſcrip.* Poterit autem Epiſcopus viſitare ex hoc decreto, niſi tamen Regulares probarent, ſe habere in ea ſpiritualem, & temporalem iuriſdictionem iuxtà hoc decretum.

Ad regulam in principio *d.cap.11.* poſitam adducuntur tres exceptiones. Prima eſt Sedes Ordinaria Generalis. Itàque ex hoc decreto in loco, in quo habet ſuam Ordinariam Sedem, poterit abſque licentia, & appellatione Ordinarij deputare vnum Confeſſarium, dummodò ipſe ſit vnus ex approbatis ab Ordinario ad audiendas Confeſſiones, vt *cap.15.ſeſſ.23.* Sicque conciliandum *d. cap.15.* cum hoc decreto 11. *ſeſſ.25.* Si verò Eccleſia ſit in loco diſtante à Sede Ordinaria, quamuis per medium milliare, exceptio ex Congregatione non intrabit.

Secunda eſt Abbates Generales, qui ex Congregatione ſunt, hi, qui etiam ſint Generales, tum quia ſi Conc.de Abbatibus ſimplicibus intellexiſſet, dixiſſet primum Generales, deindè capita Ordinum, poſtremò Abbates, tum quia alias diſpoſitio Concilij facilè eluderetur, cum ferè omnia Monaſteria ſuos habeant Abbates.

Tertia eſt iuriſdictio; Vndè Epiſcopo Squillacenſi quærenti: An ſaltem vti Sedis Apoſtolicæ Delegatus viſitare poſſet Eccleſias Curatas, quæ exiſtunt in Oppidis Monaſterij Carthuſiæ S.Stephani de Nemore, tam quoad temporalia, quam ſpiritualia ſubiectis, & per Clericos ſæculares deſeruiantur? Sacra Congregatio reſpondit, Epiſcopum Squilacenſem non poſſe.

Et aduertendum, cum hoc decretum reſtringatur ad Regulares tantum, & ad domos Religioſas, Oppidum, in quo Abbas ſæcularis verè exercet ſpiritualem, & temporalem iuriſdictionem, poſſe ab Epiſcopo viſitari.

Quo loco obſeruanda eſt differentia inter *d.cap.7.ſeſſ.7. & cap.11. ſeſſ.25. de Regul.* Illud enim loquitur cum Parochiales ſunt Monaſterio vnitæ. Hoc verò, cum cura animarum principaliter ipſi Monaſterio incumbit.

A quo, & quomodò ſuccurri debeat Eccleſiæ, vel ędibus Parochialibus, ſi refectione indigeant? Vbi quantum Parocho ſit aſſignandum prò ſua congrua ſuſtentatione? tom.8. Conſult. 60. Item quoad congruam vide de Congrua? tomo 4. Conſul.127.

SAct.Conc.Trid *ſeſſ.21. cap.7.de ref.* hac in re ità decreuit:

Parochiales Eccleſias, etiam ſi iuriſpatronatus ſint, ità collapſas refici, & reſtaurari procurent ex fructibus, & prouentibus quibuſcumque ad eaſdem Eccleſias quomodòcumque pertinentibus. Qui ſi non fuerint ſufficientes, omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Eccleſijs prouenientes percipiunt, in illorum defectum, Parochianos omnibus remedijs opportunis ad prædicta cogant, quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota. Quod ſi nimia ęgeſtate omnes laborent, ad Matrices, ſeù viciniores Eccleſias transferantur, cum facultate tam dictas Parochiales, quam alias Eccleſias dirutas in profanos vſus, non ſordidos, erecta tamen ibi Cruce, conuertendi.

Ex quibus verbis infert Zipęus *lib.3.conſul.Can. de Paroch.conſul.4. §.quo itidem*, quod congrua portio de decimis, reparatio autem Eccleſiarum de omnibus Eccleſiaſticis prouentibus fiat. Super his Laym.*lib.4.tract.2.cap.13.nu* 10. ità diſcurrit: Ad patronum ſpectare, vt ædes Sacræ, & Parochiales reparentur. Quæ tamen non ipſe ſuis ſumptibus facere debet, ſed niſi proprij redditus prò Eccleſiæ fabrica deputati ſint, vel loci conſuetudo aliud obtineat, ipſimet beneficiati, ſeù Miniſtri ex ſuperfluis redditibus contribuere debent, iuxtà *cap.1. de Eccleſ.ædific.Can.decernimus* 10.*quæſt.*1. Quod ſi Miniſtris redditus ſuperflui non ſuppetant, ſed ſolum neceſſarij, tum ante omnia attendendum eſt ad quem prouentus parochiales, videlicet decimæ, perueniant, atque is ipſe, ſiuè patronus ſit, ſeù qui ius præſtandi habet, ſiuè alius quiſquam, ad ædium reparationem tenetur, iuxtà *cap. de his 4. extr. de Eccleſ.ędific.* Cum enim commoda, & prouentus ex Parochia accipiat, ęquum eſt, vt & onera neceſſaria ſuſtineat. Si nec per hunc modum ſubueniri poſſit, in defectum Parochi, & Patroni, ad Epiſcopum pertinebit curare, vt ſi fieri poſſit alio modo prouideatur, verbi gr. per vnionem beneficiorum. Vel deniquè Parochiani compelli poſſunt ad ſubueniendum, cum enim ibi Diuina percipiant, obligantur ad refectionem Eccleſiæ *arg. cap. ſi Epiſcopus 6. de Offic. Ordin. in 6.*

Pauló aliter Andr.Vallenſ *in paratit. iur.can.lib.3. tit.48.§.2. de Eccleſ.ædific. vel repar.* Ad Eccleſiarum reparationem in primis, eos teneri, tradit, ad quos conſuetudo, ſtatuta, & conuentiones hoc onus tranſmittunt. Ceſſantibus autem his, reparationem Eccleſiæ fieri debere ex ea portione, quæ à iure, vel conſuetudine ad fabricam deputata eſt, ſi nulla ſit aſſignata, vel non ſufficiat, interpellandum eſſe Prælatum, qui decimas percipit, eò quod non ſit ferendus, qui lucrum amplectitur, & onus ei annexum contemnit, prædictis non ſufficientibus, Epiſcopum, & Beneficiatos in eadem Eccleſia prò rata lucrum beneficiorum, & fructuum conferre debere, deducto eo, quod ad victum, & veſtitum decentem eſt neceſſarium, ſi nec iſta ſufficiant, recurrendum eſſe ad populum, qui ibi Sacramenta percipit. Duo alia remedia præſcribit idem *ibi num,6*, vbi videri poteſt.

Itàque poſt remedium vnionis primo loco primitiæ, ſecundo decimæ, tertio collectę, deniquè alia quęcumque commodior ratio tenenda eſt. Ità enim Concilium conditionatam, non liberam facultatem prębet. Ex quo ſequitur, quod ad decimas non ſit perueniendum, ſi ſufficiant primitię, & quod ad ſymbolam, niſi excuſſis Eccleſiaſticis prouentibus, perueniri non poſſit inuitis Parochianis, & laici conueniri non poſſint, quam ſi prouentus deſint Eccleſiaſtici; quia populo ob ſpiritualem curam onus decimarum eſt impoſitum; Vndè quandò illę ſufficiunt, rurſus non poteſt grauari. Zipęus *ibidem §.nam cum.*

Quantum autem Parocho ſit aſſignandum, pręter ea, quę hic dicuntur, ſatis reſponſum eſt ſupradicto *tom.4.Conſult.*213. *à num.5. & ſeqq. de Congrua*, quo adi.

Qualiter autem arbitrium in taxatione Congruæ ſit moderandum conijce ex infraſcripta declaratione:

An fructuum portio conſtituenda Parochialium Eccleſiarum vacaturarum Vicario curam exercenti, quouſque ad nouam inſtitutionem deueniatur, referri debet ad ipſius ſuſtentationem, quotam, aut ipſorum vacantium annuum valorem, vel ad ipſius Vicarij qualitatem?

Sacra Congregatio cenſuit, ad hac omnia eſſe referendam. Rurſus cenſuit à datione Coadiutoris Vicario inſufficienti, & à congrua aſſignatione dati appellationem deuolutiuam tantum, & de grauaminibus videndum in ſecundo iudicio.

Ex dicto autem decreto *cap.7. ſeſſ.21.* Sacra Congregatio cenſuit,

In Marſicana. *Epiſcopus Parochiales Eccleſias dirutas reſtaurari, ac transferri curare debet, ſeruata forma præciſa huius decreti.*

Tudertina. *Quandò Eccleſia diruitur, onus Miſſarum in Matricem Eccleſiam transferendum eſt, in eaque expenſis Eccleſiæ dirutæ poſſidentis erigi debet Altare ſub nomine Eccleſia diruta. Cęmeterium autem ad locum vicinum, prout magis populo placuerit, transferre debebit, in eoque oſſa mortuorum tranſportari.*

Ippotigienſi. *Sequeſtrum faciendum ab Epiſcopo ſuper fructibus Eccleſia cauſa reparationis debet relaxari ſaltem prò ea parte, qua ad neceſſarium*

Digitized by Google

victum ipſius Parochi requiritur.

Polenſi. *Eccleſiæ labentes, & propè cadentes, quæ nullius ſunt redditus, Ciuitatum ſumptibus, Epiſcopi hortatu refici debent.* 22.*Iun.* 1570.

Mediolanenſi. *Epiſcopus Eccleſias dirutas, ſiuè Parochiales, ſiuè alias profanare valet. Item ruinas Eccleſiæ profanatæ in vſus, etiam profanos, non tamen ſordidos conuertere poterit. Item pecunias ex dictis ruinis redigendas in vtilitatem Eccleſiæ conuertere curabit.* 24.*Ianuar.*1573.

Circà profanationem quandò, & quomodò ſit facienda? Vide Synodum Placentinam editam anno 1588. Acta S. Caroli, Gauantum *in prax. viſit.*& alios.

Reſponſio ad ſeptem criminationes in Parochos Vrbis ab Anonymo quodam ſuminendulo impactas. tom.8.Conſult.150.

Primum eſt de mercede deferentis Crucem *, licet Parochi eam non deferant.*

2. *Duplicata merces viatici, quandò* Cadauer *defertur ad Eccleſiam extrà Parochiam.*

3. *Alia duplicatio viatici, quandò funus tranſit per fontes, vel montes.*

4. *Regulares prætendunt, quandò interſunt funeri, tanquam vnum corpus, habere vltrà candelas, quæ ſingulis dantur in ipſo funere, etiam faſciculum candelarum vnius libræ.*

5. *Quandò funeri interueniunt Regulares, Curatus Regularis, eò quia vel defunctus eſt eius Parochiæ, vel ad eius Eccleſiam defertur, petit mercedem prò ſuo ſocio, tanquam alterius Sacerdotis ſæcularis, & ſic eadem perſona, quæ interuenit funeri, tanquam vnus ex ſua Religione, aſſumit deindè aliam perſonam, & duplicatam mercedem prætendit.*

6. *Regulares ad funus vocati ſemper, ac indiſtinctè volunt iulios decem contrà formam* Statuti.

7. *Eſt merces ſepulturæ, quandò cadauera in Eccleſijs* Parochialibus *non ſepeliuntur.Et vlterius ſi dicta cadauera in alienis* Eccleſijs *ſepeliuntur cum Capſa, prætendunt duplicatam mercedem.*

AD 1. Prætermiſſa reſponſione ad rationes, quas Anonymus perperam pertexit, ratio cur Parochis debeatur merces deferentis Crucem, etſi eam in funere non deferant, ea eſt: quia eſt ius annexum iuri ſepulturæ, ſiuè Parochiali. Quemadmodum enim debetur Parochus ius ſepulturæ, licet eorum Parochiani non ſepeliantur in proprijs Parochialibus Eccleſijs, ità etiam debetur merces deferenti Crucem, tametſi eam in funere non deferant. Hinc Sacra Congregatio Epiſc. 29. Iul. 1616. apud Gauantum *in man.Epiſc.v.* *Exequiæ* declarauit, Crucem Parochialem regulariter deferri tantum debere.

Ad 2.& 3. Certum nobis eſt, ità atteſtante, non ſolum conſcientia noſtra, ſed ipſis etiam prò tempore Cleri Rom. Camerarijs, ad quos rem hanc vel mathematicè, vel moraliter pertinet definire, nobis ea re iniuriam fieri. Id enim nobis Statuta noſtra inhibent *cap.6.§.11. Merces autem ordinaria Presbyterorum funus aſſociantium ſit vnius iulii. Quod ſi contingat progredi cum funere ad Eccleſias mediocriter diſtantes, veluti exempli gratia ab* Eccleſia S.*Laurentii in Damaſo ad S.Maria de* Ara C*ęli, vel ad S.Laurentii in Lucina, ſit duorum iuliorum, ſi verò ad* Eccleſias *remotiores notabiliter, vt ad S.Io: Laterani, S.Georgij, S.Petri in* Vaticano*, & ſimiles ab Vrbis centro, vel circiter diſtantes, ſit quatuor iuliorum, & plus, minuſue, iuxtà longitudinem itineris, ac temporis qualitatem. Siquidem tempore nocturno, vel pluuiæ aliquid plus non immeritò taxari poſſe cenſemus.*

Ad 4.& 5. Non eſt noſtrum defendere alienos, ſi qui ſunt, abuſus, quatenus autem comprobentur, ſunt coercendi ſeueritate Statutorum Cleri Romani.

Ad 6. Id quoque definitum eſt in Statuto Cler. Rom.*d.cap.6.§.14.*in hæc verba:

Singulis Monaſteriis, ſiuè domibus Regularium ad funus inuitatis decem caroleni ſoluantur, niſi ad Eccleſias diſtantes progredi contingat. Tunc enim augeri poſſe decernimus, prout ſuprà de Præsbyterorum mercede cautum exiſtit.

Quare id quoque commiſſum eſt arbitrio Camerarij, ad quem in caſu controuerſiæ quiſque adire poterit.

Ad 7. Vt tenebras, quibus Aduerſarius iura Parochialia obſeruare nititur, diſijciamus, afferimus nitidiſſimam doctrinam, nè quis ignoratione rei noſtræ à ſcopo aberret. Ea quippè erat veterum Patrum Religio, cauere diligenter, nè intrà Eccleſiam defunctorum corpora ſepelirentur. Taburienſis, Nannecenſis, Vaſenſis Synodi decreta extant. *Can quibus, Can.nullus, can.præcipiendum*, vbi plenè Turrecrem.13. *quæſt.*2.ac aliæ Conſtitutiones, ac Auctores.

At poſteà recepta conſuetudine, præter maiorum leges, ac inſtituta, Chriſtiani nedum Imperatores, ac Sacerdotes, quibus id indultum fuit, Euagr. *lib.4. cap* 30. Sed etiam Laici vbique intrà Eccleſias Parochiales ſepulti fuerunt, quibus exceptis, nulla Eccleſia habebat ius ſepulturæ, *Can.vbicumque 6.& can.placuit 7.§.ſed aliud eadem 13.quæſt.2.* nempè vbi decimæ ſoluebantur *cap.1.& cap.Ex parte de ſepul.*Eratque ſolitum, vt quiſque prò ſepulturis erogaret Parochis aliquid ſpontè prò eleemoſyna, *Can. in Eccleſiaſtico, & d.Can. præcipiendum eadem cauſ.13.quæſt.2.* Non autem prò pretio, quod ſimoniacum eſt, *Can.quæſta, Can. poſtquam, & Can.ſeqq.13.quæſt.1.*

Denique conceſſum id fuit alijs Eccleſijs ex priuilegio *in cap.nimis iniqua de exceſ.Prelat.cap.vt priuilegia de priuil.*Clem.*Dudum de ſepul.* ſalua tamen iuſtitia Parochialium Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur, *cap. certificari 9.& cap.in noſtra 10.de ſepul.*& Conc. Trid. *ſeſſ.25.cap.13. de ref.* vbi ait, integrè hoc ius Parochialibus Eccleſijs perſoluendum eſſe.

In-

Inducta hac laudabili conſuetudine, & ſpontanea fidelium oblatione, ius acquiſitum fuit Parochis, vt aliquid perciperent prò iure ſepulturæ in Eccleſia Parochiali, præter quartam Canonicam, ſiuè funeralem. Verum quia ex eo, quod quiſque poſſit ſibi eligere ſepulturam extrà Eccleſiam Parochialem, atque adeò ceſſet illa eleemoſyna ſolui ſolita prò ſepultura Eccleſiæ Parochiali, ideò inductum fuit, vt aliquid ſolueretur Parochis prò illo iure, ex quo defunctus ſepeliretur extrà Eccleſiam Parochialem, quod ius etiam in Conſtitutione 41. §.13. B. Pij V. Parochis præſeruatur, quodque diuerſum eſſe à quarta probat Gabriel. *conſ.* 190. *à num.* 1. *lib.* 2. vbi etiam docet, potuiſſe conſuetudine induci, ac taxari, ſequiturque Gratian. *diſcep.* 210. *num* 10. *cum ſeqq. ac dec. March.* 26. *num* 14. *&* 15.

Quare hæc eleemoſyna non datur ratione loci tumulationis, neque prò expurgatione ſepulturæ, vt aſſerit Anonymus, ſed ratione iuris Parochialis, aut funerandi, ſiuè idem ſint, ſiuè diuerſa. Lap. *alleg.* 69. *num.* 3. Federic. de Sen. *conſ.* 253. *num.* 5. Petr. de Vbald. *de can. por. cap.* 8. *num.* 33. ac alii. Eleemoſyna autem conſueta prò ſepultura, ſine Capſa eſt iuliorum ſeptem cum dimidio, cum Capſa verò eſt iuliorum 15. §. 18. quam conſuetudinem obſeruari, ac eos, qui malitioſè nituntur laudabilem hanc conſuetudinem immutare, compeſci mandat Innoc. III. *ad d. cap. Ad Apoſtolicam de Simon.*

An aſſignatio congruæ Parochialis conſtitui poſſit à particularibus hominibus in pecunia numerata? Vide de Congrua tom. 9. Conſul. 70.

An concurſus requiratur ad Parochialem Regularium? Vide de Concurſu tom 9. Conſul. 77.

An in Eccleſijs Confraternitatum poſſit exponi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, fieri Sepulchrum in Feria V. Cœnæ Domini &c? Vide de Euchariſtia tom. 9. Conſult. 79.

An in Feria VI. Paraſceues liceat Sanctiſſimam Euchariſtiam populo miniſtrare? Vide de Euchariſtia tom. 9. Conſult. 90.

An incurrat aliquam pœnam Parochus, qui diſſentiens inuitus, &c. aſſiſtit ſola præſentia Matrimonio, contracto coram teſtibus? Vide de Matrimonio tom. 9. Conſult. 133.

An, & quatenus Curati, ſiuè Vicarij temporales amoueri poſſint ad nutum? Et quid de Capellanis, etiam in Eccleſijs à laicis adminiſtratis? tomo 9. Conſul. 143. ac vide tom. 4. Conſul. 213.

AFfirmatiuè cum S. Rota *dec.* 15. *de teſtibus in nou. ac dec.* 764. *num.* 5. *par.* 3. *rec.* in *Hiſpalenſi*, ex rationibus ibi deductis, atque ex reſponſionibus ad ea, quæ in oppoſitum adducta ſunt.

Duo nempè conſideranda ſunt. Primum, quod Conc. Trid. decretum in *d. cap.* 13. *ſeſſ.* 24. *de ref.* loquitur de ijs locis, vbi Eccleſiæ certos non habent fines, & cura confusè, & promiſcuè adminiſtratur, vt aduertit ibidem Bellarm. *in ſuis obſeruat.* & Barb. *in collect. ad d. Conc. locum num.* 7. *ac de offic. paroch. cap.* 1. *n.* 23. Secundum quod Conc. non præcisè arctat Epiſcopos ad inſtitutionem perpetui Parochi, adeò quidem vt non poſſint alio vtiliori modo prouidere, loquitur enim alternatiuè in hæc verba: *Aut alio meliori modo prouideant*, per quam alternatiuam *aut*, dat electionem Epiſcopis per tex. *in cap. in alternatiuis de reg. iur. in* 6. *cap. inter cæteras de reſcrip.* ac alibi. Et notandum, quod Concilium admittit, dari poſſe vtiliorem modum prouidendi.

Quinimò idem Sac. Conc. *cap.* 7. *ſeſſ.* 7. *de ref.* iniungens Epiſcopis, vt in viſitatione Eccleſiarum vnitarum prouideant, vt cura animarum laudabiliter exerceatur, vtitur his verbis: Per *idoneos Vicarios, etiam perpetuos*, & ſic ponderando dictionem *etiam*, quæ exprimit caſum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem ad tex. *in l. etiam ff. de verb. ſignif.* Dec. *in l. qui ſe patris num.* 11. *C. vndè liberi*, ac Rot. *dec.* 100. *num.* 14. *par.* 5. *recent.* admittit in ſpecie modum deputandi Vicarios amouibiles, eſſe vtiliorem. Quod confirmat, dum ſtatim addit: *Niſi ipſis Ordinarijs prò bono Eccleſiarum regimine aliter expedire videbitur*. Dictio etiam, *niſi* ponitur exceptiuè à proxima diſpoſitione, *cap.* 1. *de reſcrip. in* 6. *cap.* 1. §. 1. *nè Sede vacante eodem lib.* & vtrobique notat Gloſ. *in v. niſi* Rota *dec.* 413. *num.* 14. *par.* 4. *recen.* ac Surd. *dec.* 225. *nu.* 19. *& dec.* 264. *num.* 17. Vndè cum in Sacra Congregatione Concil. quæreretur: An Vicarij perpetui conſtituendi eſſent in Cathedralibus, Collegiatiſque Eccleſijs curam animarum habentibus, quam curam temporarij, mercenarijque Capellani conſueuerunt adminiſtrare? Reſp. Congregatio nihil generali lege ſanciendum eſſe, ſed ſingulis quibuſque caſibus, vbi ſe offerunt, prout magis ſe expedire videbitur, proſpiciendum, vt nos diximus *tom.* 4. *Conſult.* 213. vbi ſatis.

Atque ità in re tertiò propoſita, maturèque diſcuſſa, declarauit tandem Sacra Congregatio

Vi-

Viſitationis Apoſtolicæ in Romana remotionis Curati Eccleſię ſecularis SS. Venantij, & Anſouini Camertis nationis ſub die 17. Iulii 1692. nempè licere Officialibus, ſiuè Miniſteis laicis dictæ Eceeſiæ nationalis liberè, & peò ſuo aebitrio beneplacitò, ac nutu eligere, & amoneee Cucatum amouibilem dictę Eccleſiæ, etiam ſine cauſa, & meritò, quia natura ſua tales ſunt, ſiuè nominentue, ac deputentur ab Eccleſiaſticis, ſiuè à laicis.

Quod verò ad Capellanos.extat Rotæ reeens deciſio, quam his annectimus.

Sulmonen.Iotis amouendi Capellanos.

Veneris 10. Ianuarii 1659.

CORAM PRIOLO.

CVm dubitaretue in Sacra Congregatione Epiſc.& Regul.An Oeconomis,ſeù Peocuratoribus Eccleſiæ Sanctiſſimæ Aonuociatæ liceret libeeè prò eorum aebiteio eligeee, & eemoueec Capellanos, placuit Eminentiſſimis, & Reueeendiſſimis Patribus Rotam conſulere, ſupee quo dubio die 16.Iannacii 1654.proponeote bo:me: Bichio, cepta non fuit ecſolutio. Hodie verò pee me in eius locum ſubcogatum, ac propoſito, affitmatiuè Doctoecs reſpondeenne.

Quia huiuſmodi Capellanię non ſunt beneficia perpetua, & collatiua, ſed manualia dumtaxat eeuocabilia ad outum,& voluntatem conferentis, quo caſu Peesbyteros inſeruieotes conductios eſſe, & amouibiles, etiam abſque vlla cauſa, ceſſante autem odium, & malitia conclodentee inſtificanda, iuxtà tradica pee Imol.*in Clem.*1.*num.*16. *de exceſs.Prælat.*Gatz. *de beneſ.par* 1.*cap.*2. *num.*88.ac alios,& in ſpecie fuit reſpooſum in *Hiſpalen.iuris amouendi Curatos* 20.Aprilis 1640. & 21.Iuoii 1641.coram bo:me: Peuting.& in *Piſauren.Beneficii* 10.Decembris 1645.cotam Meltio.

Siquidem eſſe Beneficia manualia, noo collatiua probatue ex eo, quia non ſunt etecta in titulum auctoritate Apoſtolica, vel Oedinaria, vt eequiritur. Gonzal.*ad reg.Cancel.gloſ.*5.*num.*20.*& ſeqq.*Barboſ.*de iur.Eccleſ. lib.*3.*cap.*5. *n.*3. ac alii.

Imò veget deeretum eiuſdem Sacræ Congeegacionis Epiſcop.deſuper editum vſque de anno 1598.quo fuit declaratum, liceee Priocibus, & Æconomis liberè, & prò eorum arbitrio remouere Capellaoos, dummodò camen ſuperſint in Eccleſia ſalcem 12. Sacerdotes ab Epiſcopo approbati, comprehenſo Rectore, quibus declarationibus Rota plueimum refert.

Etità partibus acerrimè iofoemantibus io prima peopoſitione, hodie verò tantum Oeconomis, presbyteris tamen pluries laceſſitis, teſolutum fuit.

In huiuſmodi cauſa veetente in Saera Congregatione Epiſc. propoſita intee Oeconomos, & Priores Eccleſię Sanctiſſimę Annuneiatæ, & illius Capellanos Ciuitatis Sulmonæ, Rota eſt io voto, licere prædictis Oeconomis, & Peocutatoelbus libeeè, & prò eorum arbitrio eligere, & eemouere dictos Capellanos, pròut in deciſiooe cocam me edita 10.Ianuarij 1659. cuius copia cum peæſenti voto annectitur.

Hieronymus Priolus S.Rotæ Auditor.

An, & quatenus Regulares teneantur ſoluere Parocho quartam funeralem? Vide de Funeribus tomo 9.Conſult.145.

De forma viſitationis Parochorum, & Parochialium. Vide de Viſitatione tom.9.Conſul.146. num.80. 81. 83. 87. & ſeqq.105. 126.& ſeqq. 141.& ſeqq.147.156.

Vtrum in Eccleſijs Collegiatis, ſimulque Curatis cura animarum incumbat Canonicis, & Capitulo, an primæ, aliiue Dignitati? Et cui debeantur emolumenta funeralia? Cuique incumbat regimin, & adminiſtratio Eccleſię? to.9.Conſult.150.
& vide etiam Conſul.
169.eiuſd.t.169.
ſum.n.1.& 2.

ET incumbere Canonicis, & Capitulo in hac re minimè dubia ſtatuo, atque iudico. Aſſiſtit enim Capitulo ius commune. Eò namquè ipſo, quod Eccleſia Curata eſt Collegialis, quod probari etiam poteſt ex enunciatiuis, præſertim aotiquis Summorum Pontificum in eorum litteris, iuxtà theoricam Baldi *in l.*1.*C.de falſ.cauſ.adiec.legat.*Soccini *conſ.*228. *poſt num.*5. *lib.*2. & aliorum, eiuſmodi cura peetiner de iuee ad Capitulum. Oſtien. *in cap. poſuiſti de præb.* Gabr. *conſ.*190. *n.*7.*lib.*2 Mandoſ. *conſ.*20.*num.*9.aliique. Non attento, quod exercitium, ſiuè adminiſtratio curæ demandeeur Vicario perpetuo, vel alicui Dignitati: Nam adhuc habitu à Capitulo noo auſertur. Oldead. *conſ.*67.*num.*3.& Gabriel.*loc.cit.* *n.*10. ac alij, & Rot. in *Comen. funeralium §.præmiſſo* cotam Cerro. Nec dicas, quod cura animarum potius ſpectet ad Archipeesbyteeum, vel ad aliam Eccleſiæ Dignitatem: Nam id eectè procedit in illis Eccleſijs, io quibus Peesbyteri Diuina miniſtrantes non faciunt Collegium, ſecus verò in Eccleſijs Collegiatis, vt egregiè diſtinguit Oldrad. *d.conſ.*67.*nu.*1. In iſtis enim Eccleſijs Archipresbyter, Peior, ſiuè Decanus, aliuſue eſt, non vti Parochus, ſed vti caput Collegij. Bald. *conſ.*74.*nu.*4. *lib.*4.ac Rot. cotam Caualer. *dec.*274.*num.*4.

Probato igitur ex iam dictis, quod cuea habitualis incumbit Capitulo, non poteſt Aechipresbyter omnia emolumenta Curæ ſibi arrogare, ſed tantum ſolita, & conſueta, inter quę non computantur oblationes, ſiuè emolumenta

Digitized by Google

ra funeralium, quæ non modò ex iure communi ſpectant ad Capitulum, vti Parochum. *Can. ſtatuimus*, *Can. in Sacris*, *Can. decimas* 16. *quæſt.* 1. *cap. Paſtoralis de his, quæ fiunt à Prælatis*, ac alibi. Tondut. *reſol. benef. par.* 1. *cap.* 63. *num.* 8. Barb. de Paroc. *cap.* 24. *nu.* 14. ac Rota *dec.* 156. *par.* 1. *&* *dec.* 391. *num.* 5. *par.* 4. *tom.* 2. *recen.* Sed etiam ex inueterata obſeruantia, ſi adſit, quę plurimum eſt attendenda in hac materia oblationum. Socein *de oblat. lib* 18. *num.* 17. 18. *&* 26. Maluet. *eodem tract. par.* 4. *num.* 26. aliique. Sicque diuidenda ſunt prò virilibus portionibus inter Archipresbyterum, & ſingulos Canonicos, quę ſcilicet prò numero perſonarum, & in capita conſtituuntur, vt tot fiant, quot ſunt perſonę *leg.* 1. §. *& ſiquidem omnes de tut. & rat. diſtr.* Nec vrget, quod idem Archipresbyter fuerit prouiſus de Archipresbyteratu cum aſſertione, quod illi immineat cura animarum. Quia hoc eſt intelligendum de cura actuali, remanente ſemper habituali apud Capitulum. Rota coram Buratto *dec.* 114. *nu.* 5. *& ſeqq. & in recen. d. dec.* 316. *num.* 9 *par.* 4. *tomo* 2. *& dec.* 445. *num.* 9. *&* 10. *par.* 5. *& in dicta Romana iurium Parochialium* coram Celſo §. *Demum*.

Quod verò ad regimen, & adminiſtrationem Eccleſiæ Capitulum pariter fundat ſuā intentionem in eo, quod eſt Rector, ſiuè Parochus, & ſic regendi, & adminiſtrandi cura ad ipſum de iure pertinet, vt per Rotam in *Illerdenſi Statuti* 19. Martij 1567. coram Corduba, vbi agitur in ſpecie de auctoritate ordinandi Chorum, quam ſequitur Lotter. *lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 88.

Placet huc adducere integram Sac. Rotæ deciſionem in ſępè citata *Comen. funeralium* coram Cerro, quę eſt huiuſmodi: Diſſidebant inter ſe Capitulum, & Prępoſitus Eccleſiæ S. Fidelis Comenſis Diœceſis circà perceptionem emolumentorum funeralium illorum ſcilicet, quæ debentur Rectori ratione ſepulturæ, ac ſimilium, tanquam fructus curæ. Diſputato itàque dubio, cui, & prò qua rata debeantur prædicta emolumenta funeralia, Dominī reſponderunt, deberi Prępoſito, & ſingulis Canonicis prò virili.

Pręmiſſo enim, quod dicta Eccleſia ſit Collegiata, indè ſequitur, quod de iure communi, licet ſecus ſit in Cathedrali, in quibus terminis loquitur *Alexandrina funeralium* 1. Iulij 1630. coram Merlino *deciſ.* 480. *num.* 5. *cum ſeqq.* inter eius impreſſas.

An, & quatenus in Eccleſijs Parochialibus, effectis de Menſa Monaſterij Monachorum, poſſit Epiſcopus conſtituere Vicarios perpetuos vigore Sac. Concil. Trident. cap. 7. ſeſſ. 7. de reform. Vbi ad rem litera Cardinalis Moroni, & Caraſa 3 tomo 9. Conſul. 157.

NON poteſt: Nam huiuſmodi Eccleſię non ſunt ſimpliciter Monaſterio vnitæ, ſed ex litteris Pontificum effectę de Menſa Monaſterij: quia conceduntur Eccleſiæ cum bonis, & cum illarum adminiſtratione, quod non importat ſimplicem vnionem, ſed quod Eccleſia vnita fiat de Menſa Monaſterij, Gloſſa 1, *in Clem.* 1. *v. de menſa*, vbi Card. *num.* 3. Vitalin. *num.* 4. *de ſupplen. neglig. Prælat.* Rot in *Theatina iuriſdictionis* 4. Maij 1612. coram Coccino *dec.* 513. *num.* 2. *par.* 2. *recen.*

Quandò autem Eccleſia eſt de Menſa Monaſterij, tunc de iure non eſt locus deputationi Vicarij perpetui. Anchar. *in Clem.* 1. *num.* 16. *de exceſ. Prælat.* Sed Abbas poteſt retinere in illis Presbyterum ſæcularem ad nutum amouibilem, qui ipſum adiuuet in Cura. Butr. *conſ.* 3. *num.* 2. *& ſeqq.*

Litteræ autem Card. Moroni ad Epiſcopum Peruſinum hæ ſunt:

Illuſtre, e Reu. Monſignore. Hò *veduto quanto V.S. mi hà ſcritto nella materia de' Curati coſtì di S. Pietro, e della prouiſione, che le parrebbe neceſſaria. In riſpoſta di che, ricordandomi, che nella Congregatione noſtra del Concilio alcuni Regolari, ſi dolſero delle moleſtie ſopra coſe ſimili date loro da gl'Ordinarii, sì che addußero in generale molte raggioni a lor fauore, & in particolare vn Monaco di S. Saluatore dell'Ordine di S. Benedetto, nelle cui Chieſe pretendeua il Veſcouo d'Auria mettere Vicarii perpetui, fù riferto da gl'Illuſtriſſimi della Congregatione steſſa il negotio à N. S. il quale, atteſe le grauezze, & i pagamenti di eſſi Regolari alla Camera Apoſtolica, e che il Concilio non aſtringe a queſta deputatione di Vicarii perpetui, nè diſpone, che neceſſariamente ſi faccino, mà prouede ſolamente in caſo, che non ſi poteſſe prouedere altrimente a quelle Chieſe, come accennano quelle parole:* etiam perpetuos, *ouero.* Vicariorum perpetuorum. *E conſiderato ancora, che meglio ponno eſſere prouedute, e ſeruite le Chieſe de' Regolari, eſſendo i Vicarij amouibili, e per altri riſpetti, fù riſoluto, non ſolamente, che ſi poteſſero i Regolari ſeruire de' Preti ſecolari ne' loro beneficii vniti per Vicarij temporali, & amouibili, mà ancora di Monaci loro medemi, come potrà V. S. vedere dalle lettere ſcritte d'ordine di S. B. al detto Veſcouo d'Auria, che ſaranno quì anneſſe. Et hauendomi il Procuratore dell'Ordine ſteſſo di S. Benedetto dato memoriale per queſti ancora di Perugia, acciòche foſſero preſeruati dalla moleſtia dell'*

Digitized by Google

Ordine non hò voluto, che ne faccino altro motiuo, ſapendo io, che dalle raggioni ſudette V. S. s'accōmoderà volontieri a quello, che già è opinione della Congregatione, e volontà di S. B. ſi come io ancora la priego, & eſorto, aſſicurandomi nella bontà, e quella diligenza, che eſercitaranno i detti Padri, perche quelle Chieſe, e l'anime di eſſe ſijno meglio curate ad honore di Dio, il quale priego, che conſerui V. S. ſana, e ſalua, e me le raccommando. Di Roma 18. Gennaro 1578. D. V. S. Illaſtriſ. e molto Reu. come Fratello Il Card. Morone.

Libellus autem ſupplex in *Aurienſi* exibitus Sacrę Congregationi Conc. illiuſque reſcriptum ſunt huiuſmodi.

Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini, cum Epiſcopus Aurienſis vigore cap. 7. ſeſſ. 7. Conc. *Trid. prætendat ſibi licere in Eccleſijs Parochialibus Monaſterii S. Saluatoris de Callunoua Ordinis S. Benedicti vnitis perpetuos Vicarios cum aſſignatione congrua portionis apponere, & ex hoc grauiſſimum damnum eidem Monaſterio ſubſequatur, cum itque animarum ipſarum commodè, & laudabiliter abſque tamen graui damno alias prouideri poſſit, ſi per Religioſos eiuſdem Monaſterii, ſeù Ordinis exerceatur. Ideò ſupplicat Dominationibus VV. Illuſtriſſimis modernus eiuſdem Monaſterii Superior, quatenus dignentur Epiſcopo reſcribere, quod liceat eiuſdem Monaſterii Superiori prò tempore exiſtenti in dictis Parochialibus Eccleſijs curam animarum per Religioſos eiuſdem Ordinis ad eius nutum amouibiles, ab Ordinario approbandum, exerceri facere, ad aliudque per eundem Ordinarium minimè cogendum eſſe, nec cogi debere.*

Epiſcopo Aurienſi. *Reu. Domine. Cum in Sacra Congregatione Card.* Conc. *Trid. interpr. propoſitus eſſet libellus, qui eſt cum his litteris, ac deindè ad S. D. N. relatus, Sanctitas ſua Amplitudini tuæ ſcribi iuſſit, vt ſi in Eccleſijs Parochialibus vnitis Monaſterio S. Saluatoris de Collanoua Ordinis S. Benedicti Superiores ipſius Monaſterii nominauerint aliquos ex Monachis, quos Amplitudo tua, præuio examine per ſe, vel per ſuos Vicarios faciendo, idoneos ad curam animarum exercendam inuenerit, & ità prò idoneis approbauerit, deputet eos in Vicarios ad nutum eorundem Superiorum amouibiles, dummodò in ea Parochiali, in qua vnus Monachus fuerit Vicarius deputatus, habiter ſecum dumtaxat vnus alius Monachus ſocius. Quod ità Amplitudo tua prò nimia ſua fide, ac Religione obſeruandum curabit. Valebitque in Domino. Dat. Romæ 24. Iulii 1576.*

Extat etiam hic ſupplex libellus cum reſcripto.

Reuer. Pater Abbas, & Monachi Vener. Monaſterii S. Petri de Peruſia Congregationis Caſinenſis humiliter Sixto V. exponunt, quod in Sacra Congregatione Conc. Trid. fuit ſuperioribus diebus per illius Sacræ Congregationis Cardinales deputatos ſtatutum de Vicariis perpetuis prò dicto Monaſterio S. Petri, vt ſcilicet ſeruentur litteræ f. r. recor. Pii Papæ V. Quoniam autem in graue damnum, ac detrimentum hoc cederet illius Monaſterii, abſque vllo argumento, quinimmò detrimento cultus Diuini, ſi executioni demandentur, non dubitauit propterea Procurator Generalis Congregationis Caſinenſis ex integro Sanctitati Veſtræ ſupplici hoc libello referre humiliter, poſtulans, vt habeat rationem, non ſolum, quod beneficia illa vnita ſunt de menſa Monachorum, quodque quotannis quarta pars fructuum R. C. A. ſeruatur, hoſpitalitaſque eleemoſyna, atque alia pietatis opera exerceantur, iuxtà narrata in dictis litteris, &c. Petit igitur qua decet humilitate, ac reuerentia, vt ſupradictis de cauſis dignetur Sanctitas Veſtra poſſe dictis Eccleſijs per Presbyteros ſeculares Vicarios ad nutum Superiorum amouibiles ab Epiſcopo approbandos, cum aſſignatione honeſtæ portionis, quæ Superiorum Monaſterij, & Vicariis placuerint, deputare.

Reſcriptum. *Hodie facto verbo cum Sanctiſſimo placuit Sanctitati ſuæ ſupradictam petitionem concedere, & obſeruari, prout hactenus obſeruatum fuit, videlicet, quod Presbyteri ſeculares Vicarii ad nutum Superiorum amouibiles, vt ſuprà deputentur, approbati tamen ab Epiſcopo Ordinario. Io: Card. Moronus Protector. Dat. Romæ Tranſtyberim in Palatio Illuſtriſſimi Domini Cardinalis Moroni die Lunę 2. Iunii 1578. Io: Franciſcus Santolus Secretarius.*

Extant item hę litterę Cardin. Caraſę ad Epiſcopum Aſſiſienſem:

Circa la deputatione de' Vicarii a beneficij vniti del Monaſtero di S. Pietro di Perugia Caſineſe, quando a V. S. legitimamente coſti della mente di Papa Gregorio di fel. mr: per fede ſottoſcritta dal Cardinal Morone di bo: me: Protettore all'oro di detta Congregatione, non hà dubio, che V. S. dee eſeguire il ſopradetto ordine, e preſtar credito alla detta fede, laſciando, che in detti beneficii deputino Vicario amouibile ad nutum Superiorum Regularium. Che è quanto mi è parſo auuertire V. S. con l'occaſione dell'inclaſi memoriali preſentatimi, & a lei mi raccommando. Di Roma 4. Maggio 1590. D. V. S. Reuerendiſſima come Fratello Il Cardinale Caraſa.

Effata ad hoc *cap. 7. ſeſſ. 7. de ref.* alibi adduximus. Legatur interim Conſtitutio B. Pij V. de Vicarijs.

SVmmus Pontifex Eccleſiam Parochialem erexit in Collegiatam, ibique inſtituit Archipresbyteratum primam Dignitatem cum duplici voce in rebus Capitularibus, & quod aliorum caput exiſteret, curamque inibi exiſtentem per ſe ipſum exercere deberet cum congrua ſcutorum centum, præter incerta, omnibus prouentibus, ac redditibus, iuribus, obuentionibus,

&

& emolumentis, &c. Ex qua facti ſeriè nunc quæritur:

1 *An cura habitualis, & actualis cum titulo Parochiali reſideat apud Capitulum, an potius apud ſolum Archipresbyterum?*

2 *An vigore Bullæ erectionis debeatur Capitulo, an potius Archipresbytero quarta omnium funeralium?*

3 *An congrua ſcutorum centum conſtituta Archipresbytero debeat eſſe de iulijs decem prò quolibet ſcuto?*

4 *An vigore dictæ Bullæ Archipresbyter debeat participare de quotidianis diſtributionibus, vltra congruam ſcutorum centum?* tomo 9. Conſult. 169.

Quoad 1. Præter ea, quæ hic ponuntur? Vide etiam Conſult. 150. eiuſdem tom.

Quoad 2. ibidem. Quoad 3. Vide de Congrua. Quoad 4. Vide hoc eodem tract. & de Capitulo.

A 1. Tenedum eſt, huiuſmodi Curam, ſaltem habitualem, illiuſque titulum reſidere apud Capitulum, actualem verò apud Archipresbyterum, Probatur primò ex ipſa erectione Parochialis Eccleſiæ in Collegiatam, in qua fuerunt inſtituti vnus Archipresbyter, principalis Dignitas, qui curam animarum per ſeipſum exercere deberet, 12. Canonici, qui vnà cum ipſo Archipresbytero Capitulum eiuſdem Eccleſiæ Collegiatæ conſtituerent. Vndè ſequitur, Curam animarum, quæ reſidebat penes Eccleſiam Parochialem eſſe in proprietate, ac titulo apud eandem Eccleſiam erectam in Collegiatam, illiuſque Capitulum, quod conſtituitur ex Archipresbytero, & Canonicis. Rom. *conſ.* 325. *num.* 2. Gabriel. *conſ.* 199. *num.* 7. *lib.* 2.

Deindè quia in Bulla erectionis Collegiatę diſponitur, quod cura deberet exerceri per Archipresbyterum. Quod demonſtrat, proprietatem Curię reſidere apud Capitulum, illiuſque exercitium, & curam actualem penes Archipresbyterum exercere Curam vti Miniſtrum Capituli, & Collegij. Gabriel. *loc. cit. num.* 10.

Poſtremò, quia, cum aſſignata fuerit Archipresbytero dicta portio, & cæteri omnes fructus, præſertim decimæ, primitiæ, oblationes percipiantur à Capitulo, ſignum eſt indubitatum, quod penes Capitulum reſident cura habitualis, illiuſque proprietas, & titulum. Abb. *in cap. paſtoralis num.* 2. *de his, quæ fiunt à Præl.* Lotter, *d. lib.* 1. *quæſt.* 20. *num.* 126.

Atque ita declarauit *Sac.* Cong. Conc. in *Firmana* 4. Iul. 1654. nempè, curam habitualem reſidere penes Capitulum, actualem penes Archipresbyterum.

Ad 2. Deberi Capitulo tenendum eſt. Conſtat ex d. Bulla erectionis Collegiatæ in qua ex fructibus Eccleſiæ Parochialis in Collegiatam erectæ, fructus, reditus, prouentus &c. vniuit Menſæ Capitulari. Ex quo ſequitur quartam funeralem deberi Capitulo, & Canonicis, non ſolum quia Archipresbyter debet eſſe contentus congrua ſcutorum centum ſibi aſſignata. Gabri, *d. conſ.* 199. *n.* 13. *& ſeqq.* ac Rot. *dec.* 192. *num.* 11. *p.* 7. *rec.* Sed etiam quia diſponendo Sum. Pontifex, quod detractis dictis ſcutis centum, reliqui fructus, reditus, prouentus &c, vniantur Menſæ Capitulari prò dote Canonicatuum, ſequitur quartam funeralium, quę prouentuum appellatione comprehenditur, ſpectare ad Capitulum, & Canonicos. Gonzal. ad *reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *proem. num.* 198.

Ad 3. Affirmatiuè: Nam Sac. Cong. Conc. in d. *Firmana* cenſuit, ſoluendam eſſe de iulijs decem prò quolibet ſcuto.

Ad 4. Etiam affirmatiuè: Quia diſtributiones dantur prò horis Canonicis, ac ſeruitio Eccleſiæ, ſcuta verò centum aſſignantur prò congrua Curæ. Cumque Archipresbyter debeat vnà cum Canonicis horis Diuinis intereſſe, & Eccleſiæ inſeruire, ſequitur, vt ſicut ipſe duplex onus ſuſtinet, ità duplicis oneris emolumentum habere debeat. Rota in *Maioricen. celebrationis Miſſarum* 4. Iul. 1653. coram Bichio §. *Et ſicuti*.

Atque ità etiam declarauit eadem Sac. Cong. in d. Firmana, hoc eſt, Archipresbyterum debere participare de quotidianis diſtributionibus, vltrà portionem ſcutorum centum.

Reliqua circà iura Parochi vide de *Funeribus*.

An, & quatenus in Eccleſia Parochiali vnita Monaſterio Abbatia Regularis requiratur Concurſus, &c.? Vide de Abbat. tom. 10. Conſul. 70.

An, & quatenus in Eccleſiis Parochialibus, quæ membra ſunt Abbatiarum, requiratur Concurſus? Vide de Concurſu tom. 10. Conſul. 89.

De obtinentibus plura beneficia Curata. Vide de Benefic. tom. 10. Conſul. 157.

An liceat Hoſpitali Conſolationis Vrbis exercere aliqua iura, & functiones Parochiales, vt ibi? Vide de Hoſpitalibus tom. 10. Reſolut. vlt. ſiuè in *Aliena*.

DE PATRIMONIO CLERICI.

An renunciatio patrimonij donati, ad cuius titulum promotus fuit ad Ordines Sacros, ſi fiat abſque licentia Epiſcopi poſt obtentum beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens, ſuſtineatur? tom. 1. Conſult. 303.

NEgatiuè. Ità Sac. Cong. Conc. in vna *Aquilana* 24. Febr. 1652. *ad cap.* 2. *ſeſſ.* 21. *de reſor.*

At de hac quæſtione vide *tom.* 9. *Conſult.* 161. huiuſmet tractat., vbi latè.

An Clerici ritus Græci in Italia commorantes, allegantes que conſuetudinem, debeant ad Ordines Sacros admitti abſque ſufficienti titulo beneficij, ſeù patrimonij, non obſtante diſpoſitione Sac. Conc.? tom. 1. Conſult. 318.

NEgatiuè. Ità cenſuit Sac. Cong. Conc. in vna *Sicilia* 17. Nouemb. 1650. *ad cap.* 2. *ſeſſ.* 21. *de reſor.* Hanc verò conſuetudinem in Regno Siciliæ non extare retulerunt eidem Sacr. Congregationi Archiepiſcopi Meſſanenſis, aliique Epiſcopi.

De patrimonio Regularium, Vide de Ordine to. 1. Conſult. 408.

De patrimonio Clerici multa. Vide de Immunit. tom. 3. Conſult. 3. vbi agitur de *fraudibus Clericorum*.

An, & quatenus fructus patrimonii Clericalis poſſint alienari, vel actione conſtituta vendi pro tatis, & arbitris Clericorum? tom. 4. Conſult. 142.

NEgatiuè; Quia Sac. Conc. Trid. prohibet alienationem patrimonij Clerici ad Sacros Ordines promoti *in cap.* 2. *ſeſſ.* 21. *de reſor.* Et ideo tam illud, quam eius fructus non poſſunt in executionem capi, neque publicari, ne in dedecus Ordinis Clericalis mendicare cogatur; Vndè ſicuti Clericus contrahendo non poteſt alienare, ita, & multo minus delinquendo. Tondut. *reſol. benef. par.* 2. *cap.* 1. §. 11. *n.* 11. & *ſeqq.*

Præcipuè quandò in conſtitutione patrimonij adeſt pactum reſolutiuum. Tondut. *loc. cit.* Quod ſuſtinetur, atque operatur prohibitionem alienationis. Garz. *de benef. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 267. Et ita, vt non obſtet reſcriptum Pontificis, quia intelligitur prout iuris eſt. Rot. *deciſ.* 80. *num.* 2. *par.* 4. *rec.* Et ideò per illud non cenſetur facta ſpecialis delegatio cauſæ. Barb. *de offic. reſol.* 1. *num.* 15. & 16. Nullaque tribuitur iuriſdictio. Seraph. *deciſ.* 1276. *num.* 1. Videnda tamen *Conſult.* 163. *num.* 6. *tom.* 1.

De patrimonio Clerici. Vide omninò multa to. 5. Conſult. 77. de Ordine.

An promiſſio, siuè obligatio ſoluendi quolibet anno totam ſummam, vel partem Clerico prò patrimonio illi conſtituendo ad ſuſcipiendum Ordines Sacros, ſeù quicquid integro patrimonio deerit cum conditione, quod poſtquam ipſe Clericus de aliquo redditu Eccleſiaſtico prouiſus fuerit, ceſſet huiuſmodi ſolutio prò rata beneficij, siuè annui redditus, ſit valida? Et quid ſi Ordinatus prouiſus fuerit de Capellania ſimplici, & an ſic Ordinatus ſit ſuſpenſus? tom. 8. Conſult. 4.

ADmiſso ſine veritatis præiudicio, quod obligatio huiuſmodi, licet inualida, ſuſtineatur; meretur tamen executionem, ſi illa fuerit concepta cum conditione, donec idem prouideatur de aliquo Eccleſiaſtico redditu, tunc ceſſet huiuſmodi ſolutio prò rata beneficij, ſiuè annui redditus acquirendi, & reuera ordinatus prouiſus fuerit de aliqua ſimplici Capellania, ex qua percipiat alimenta, quia obligatio fuit reſtricta, donec ordinandus non fuerit prouiſus de aliquo beneficio, ſiuè annuo redditu, cuius appellatione venire ſimiles Capellanias, maximè cum aliquo officio Eccleſiaſtico, non videtur dubitandum, cum etiam appellatione Eccleſiaſtici redditus veniant diſtributiones quotidianæ, vt firmat Rota coram Pegna *deciſ.* 216. *num.* 2. & coram Coccin. *deciſ.* 144. *n.* 11.

Eoque magis, quia ex mente Sac. Conc. Trid. patrimonium conſtituitur Clerico, nè in opprobrium, ac dedecus Ordinis Clericalis mendicare cogatur. Atque adeò cum ſit ordinatus ex annuo redditu Capellaniæ, habeat vndè commodè ſe ſuſtentare poſſit, ceſſat intentio, ac diſpoſitio Concilij, & per conſequens obligatio promittentis, quæ ad ſummum reuiuiſcere poſſit, ceſſante annua præſtatione ex dicta Capellania, vt rectè ad rem Suar. *de elim. tit.* 7. *quæſt.* 9. *num.* 16. Idipſum tuetur Gillenzonius, cuius Conſilium 14. integrum adducit, ac ſequitur Ricc. *in prax. for. Eccleſ. reſol.* 452. ac Dian. *par.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 48. hiſce rationibus. Si igitur ceſsante fraude, conſtituatur patrimonium cum obligatione reali, ac perſonali hominis diuitis ſubminiſtrandi alimenta Clerico ordinando, vel ſupplendi quicquid deerit eius patrimonio; patrimonium huiuſmodi poterit admitti, & obligationem eſse validam, & executioni eſse demandandam poſt collatos Ordines, & ſic ordinantem, ac ordinatum in nullam incidere pœnam, accedente præſertim ne-

Digitized by Google

neceſſitate, vel vtilitate Eccleſię iudicio Epiſcopi, cenſeo. At vide ſup. de *Ordine*.

1 *An renunciatio Patrimonii donati, ad cuius titulum quis promotus fuit ad Ordines Sacros, ſi fiat abſque licentia Epiſcopi poſt obtentum beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens, vel ſi habeat aliundè, vndè viuat, ſuſtineatur? Vbi explanatur decretum* cap. 2. ſeſs. 21. Sac. Conc. Trid. de refor. *cum nonnullis effatis, siuè parergis.*

2 *Quod nam beneficium dicatur ſufficiens, vt poſſit renunciari, siuè alienari huiuſmodi patrimonium?* tom. 9. Conſult. 161. ac quoad 1. vide etiam ſupra tom. 1. Conſult. 303.

AD 1. Negatiuè: Nam licentia renunciandi, vel alienandi ità eſt tacitè conceſſa à lege, vt requiratur, quod habeat executionem, quæ ſit authorizata; Vndè ſpectat ad Epiſcopum recognoſcere, an iuxtà diſpoſitionem Concilij patrimonium alienari poſſit ratione beneficij adepti, & relaxare licentiam pro executione alienationis. Et hoc eſt, quod voluit Sac. Congreg. eiuſdem Conc. poſt maturam dubij diſcuſſionem, quod ſit neceſſaria licentia, vt in *Interamnen.* 16. April. 1622. & 24. Febr. 1652. Vicario Generali Aquilano, petenti ab eadem Sacra Congregatione ſupradictum dubium declarari, reſpondit pariter negatiuè, vt in ſupra allegata *Conſult.* 303. *tom.* 1. dictum eſt.

Ex his infertur, quod ſi ordinatus ad titulum patrimonij, illud cum licentia Epiſcopi alienet, poſtquam adeptus eſt beneficium ſufficiens, hoc beneficium non poterit reſignari, niſi reſignas habeat vndè commodè viuere poſſit, non ſolum propter Conſtitutionem 58. B. Pij V. ſed etiam quia beneficium, dum alienatur patrimonium ſubrogatur in locum illius prò ſuſtentatione.

Quoad decretum Sac. Conc. Trid. ſatis dictum eſt *tom.* 5. *Conſult.* 77. *de Ordine*. quo adi.

Parerga. *Aueníonenſi*, Ordinarius, qui reſignationem illius admiſit de beneficio, ad quod quis erat ordinatus, ſtante etiam Bulla B. Pij V. de proprio reſignanti prouidere tenebitur, & Beneficium vacabit Sedi Apoſtolicæ.

In *Acernenſi*. Clerici Diœceſis Acernenſis poſſunt ad titulum portionum Eccleſiarum Matricum ordinari, tametſi huiuſmodi portionarij nihil participent, niſi poſt ſuſceptum Presbyteratum.

In *Polona*. Ob penuriam Sacerdorum, quandòque conceſſum eſt ordinari ſine beneficio, aut patrimonio, dummodò quis ſpondeat, ſe neceſſaria Ordinando ſubminiſtraturum.

In *Portugallenſi*, & *Feretrana*. Quantitas patrimonij, ad quam quis poſſit promoueri, non taxatur, ſed remittitur ad terminos Concilij.

Ad titulum donationis alicui factæ poteſt quis promoueri, ſi ità Epiſcopus iudicauerit, eum eſſe aſſumendum prò neceſſitate, aut vtilitate Eccleſiarum ſuarum. Et ſi donatio eſt realiter vera, & non ficta, quæ deinceps alienari non poterit abſque licentia Epiſcopi, & donec Ordinatus beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens adeptus fuerit, vel aliundè habeat, vndè viuere poſſit.

In *Reatina*. Ordinatus contrà formam huius decreti ſine beneficio, aut patrimonio non eſt ſuſpenſus, neç aliquam pœnam incurrit, ſed cogendus eſt ordinans ei prouidere, iuxtà *can. Cum ſecundum de præb.* qui Canon ſolus fuit innouatus per Concilium.

In *Hoſtunenſi*, Congr. Epiſc. *Al Veſcouo. Li Veſcoui debbono ordinare per loro ſteſſi, & eſſendo impediti, debbono eſaminare prima, e approuare per gl Ordini quei, à quali concedono le dimiſſorie, da potergli prendere altroue. Die* 3. *Septemb.* 1577.

Venetiarum Patriarcha. Eadem Sac. Cong. *Che non poteua ordinare i Giouani del ſuo Seminario foraſtieri ſenza licenza de' loro Ordinarij.* 1. *Nouemb.* 1583.

Cum dubitaretur die 12. Maij 1588. in Congreg. Conc. *ver. Id verò beneficium*. An prò forma traditum eſſet, vt reſignans teneatur facere mentionem, ſe ad titulum illius fuiſſe promotum, adeò quod per æquipollens adimplere non poſſet? Fuit reſolutum prò forma traditа eſſe à Conc. ſtante clauſula annullatiua, quæ negatiuè loquitur. Iaſ. *in l. ſi quid nominatim de lib. & poſth.* Felin. *in cap. Cum dilectus de reſcript.* Quo ſtante, æquipollens non poteſt adimplere. Ordinatus ante ætatem in minoribus, cenſuram non incurrit. Nauar. *conſ.* 1. *de temp. Ord. par.* 1. Sed hodie in Bulla Sixti V.

In *Caſenatenſi*. Al Veſcouo. *Potrà V. S. liberamente commettere al ſuo Vicario, eſſendo ella aſſente, ò impedita, che aſſiſta a gl eſami de gl Ordinandi da farſi per gl' Eſaminatori, conforme al* cap. 7. ſeſs. 23. *Sicome anche potrà concedere le dimiſſorie per l'Ordini alle perſone, che ſaranno aſſenti, e per qualche giuſto riſpetto non potranno venire ad ordinarſi da lei, purche le coſti delle buone qualità della perſona, e de gl'altri requiſiti neceſſarij: E quanto alla letteratura ſe ne rimetta all'eſame, che dourà fare il Veſcouo ordinante, incaricando la coſcienza di eſſo. Die* 15. *Maii* 1590.

At de his ſatis hactenus; Multa enim diximus *tom.* 5. *Conſult.* 75. & *vltima.*

Ad 2. Præmittendum eſt, quod dum Conc. requirit beneficium ſufficiens, cum intelligatur de ſufficienti victu, vt declarant ſequentia verba: *aut aliundè habeant, vndè viuere poſſint*, ac etiam proemium diſpoſitionis, oportet, quod ſit ſufficiens, non ſolum prò cibarijs, ac veſtitu, ſed etiam prò alijs rebus neceſſarijs ad ſuſtentationem vitæ: Nam appellatione victus, veniunt alimenta, eoque legato, cenſentur legata alimenta. *l. fin. ff. de alim. & cib. leg. l. verbo victus cum l. ſeq. ff. de verb. ſignif.* Bart. *in l. penult. §. 1. num.* 3. *ff. ſol. matrim.* Caſtren. *conſ.* 436. *nu.* 2. *vol.* 2.

vol. 2. alijque. Vndè ſecundum exigentiam alimentorum, beneficium erit iudicandum ſufficiens, vel inſufficiens. Quare habenda eſt ratio diuerſitatis locorum, & conſiderandum, quid in vnoquoque neceſſarium ſit prò comparandis alimentis, & iuxtà illius qualitatem erit determinandum ſufficiens, vel inſufficiens beneficium, Vtque poſſit aliqua regula ſtatui, tanquam vniuerſalis, tunc beneficium erit ſufficiens, quandò fructus ipſius, detractis oneribus, æquiualent Patrimonio, quod in illo loco habetur prò ſufficienti, vt Clericus ad illius titulum ordinetur.

Eſt tamen aduertendum, quod id accipi debet de fructibus puri beneficij, non autem de aduentitijs, quæ ratione beneficij poſſunt obuenire. Sicut neque etiam de eleemoſynis, quæ percipiuntur prò celebratione Miſſarum: Nam huiuſmodi eleemoſynæ non habentur in conſideratione, quando agitur de fructibus beneficij, aut de eo, vndè victus ſuppeditatur Clerico, nè quandò agitur de neceſſarijs prò ſuſtentatione ipſius, vt conſiderauit Rota coram Coniirulo *deciſ.* 70. *num.* 14 Quia, cum hæc, ſicut & alia aduentitia ſint valdè incerta, non poſſunt computari prò ijs, quæ debent aſſignari Clerico pro ſuſtentatione.

An, & quatenus requiratur titulus prò Ordinandis tam Clericis ſæcularibus, quam Regularibus? Et quid de Ieſuitis? Vide de Ordine tom. 10. Conſult. 93. Ac de Immun. tom. 3. Conſult. 2. Item de Patrim. tom. 4. Conſult. 142. & iterum de Ordine tom. 5. Conſult. 77.

DE PATRONORVM SANCTORVM ELECTIONE IN PATRONOS. Vide de Ritib. tom. 4. Conſult. 78. & ſeqq.

DE PAVPERIBVS, ET MENDICIS.

An externi pauperes, & Mendici poſſint Vrbibus excludi? Quid de Indigenis pauperibus, an liceat eos mendicatione prohibere? Quidue de Cingaris, vulgò Zingaris, & huiuſmodi furfuris hominibus? tom. 8. Conſ. 84.

AD 1. Aliqui rectè volunt, attendi circumſtantias, ac bonum publicum, & ſcandali remotionem. Vndè docent, licere externos pauperes excludere, cum domeſticis ſimul, ac externis ſatisfieri non poteſt. Si peregrini inferant morbos, corruptelas, hæreſes, contentiones, proditiones, ſi multi ex illis ſano, & integro ſunt corpore, qui ſi admittantur, computreſcunt in otio, & alijs peccatis indè conſequentibus, ſi excludantur, cogitant de victu per labores acquirendo, quod honeſtius eſt. Ità Valentia 22 *diſp. 3. quæſt. 9. pun. 7. in fin.* & Becan. *tr. de charit. cap. 21. num. 23.* Ratio autem petenda eſt in ordine, quo facienda eſt eleemoſyna. Ex ijs namque qui verſantur in extrema neceſſitate, ſi non poteſt omnibus ſimul ſuccurri, præferendi ſunt illi, qui nobis coniunctiores ſunt. Auguſt. *lib. 1. de Doctr. Chriſt. cap. 28.* Quod poteſt confirmari ex Apoſt. 1. *ad Timoth.* 5. dicente. *Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit.*

Cumque inter homines triplex ſit coniunctio. Vna ſanguinis, qualis eſt inter parentes, & filios, & generatim inter quoſcumque conſanguineos. Altera politica, qualis eſt inter Amicos, contubernales, ciues eiuſdem loci, ſocios militiæ, mercaturæ, ſtudiorum &c. Tertia Spiritualis, qualis eſt inter fideles ratione fidei, quos Apoſtolos domeſticos fidei vocat, inter Religioſos eiuſdem Ordinis, inter Confeſſarium, & pœnitentem, inter Parochum, & Parochianos; Duplicia que ſint bona temporalia, & ſpiritualia, & temporalibus quædam pertineant ad opes, & diuitias, alia ad famam, & honorem, alia ad vitam corporalem. Ac denique, cumque, ex his bonis quædam ſint debita coniunctioni ſanguinis, quædam politicæ, quędam ſpirituali, quædam omnibus, & ſingulis, ideò quando ſunt duo in aliqua neceſſitate, ſiuè ſpirituali, ſi non poſſumus vtriq; ſuccurrere, tenemur illū præferre, ac pluris æſtimare, qui nobis, omnibus conſideratis, coniunctior eſt; idque quoad ea bona, quę tali coniunctioni debita ſunt. Quare parentes præferendi filijs, conſanguinei extraneis, amici inimicis, Ciues externis, quoad ea bona temporalia, & ſpiritualia, quæ illis debentur in neceſſitate. Item parentes, & filij ſpirituales præferendi ſunt conſanguineis quoad bona ſpiritualia, non tamen quoad temporalia. Quia quoad ſpiritualia magis coniuncti ſunt diligenti, ſeù amanti, non item quoad temporalia. Vndè plura apud D. Tho. 22. *quæſt.* 26. *ar.* 8. ibique Valent. *quæſt.* 4. *pun.* 5. ac alij.

Pauperes igitur, ac mendici, qui neceſſitate ipſa, aut corporis infirmitate tales, vt omnium miſericordiam mereantur, tolerandi, ac iuuandi ſunt. At qui ſuo vitio prodegerunt omnia, & validi, ac robuſti laborem fugiunt, ferendi non ſunt, quod, & Ciues exhauriunt, & Reipublicæ ſint dedecori; Vndè inſpectores eſſe debent, qui in ijs corporum integritatem, & annorum explorent.

Vt autem iuuari priores illi egeni poſſint, danda opera eſt, vt de publico, ſi fieri poteſt, iuuentur, Iuuabunt Sacri Templorum redditus, & piæ illæ in pauperum vſum fundationes. Iuſtior certè Sacrorum redditnum vſus eſſe non poteſt, qua ſi in pauperes erogentur, quantum quidem Templorum miniſteria patiuntur. Præ-

terea

tereà colligantur publicæ eleemoſynæ, & per certos Miniſtros, cum occaſio eſt, diſtribuãtur. Inſtituantur publica Hoſpitia prò peregrinis excipiendis, pauperibus alendis, ſenibus ſuſtentandis, ac prò infantibus etiam expoſitis. Et hæc redditus ſuos habeant annuos, quos paulatim Ciuium opulentiorem charitas augeat.

His itaque penſatis, ſtatuendum erit, quid externorum ægeſtas, & Ciuium neceſſitas ferat, Ciuium iure, tanquam potiore, ſemper prælato, quantum per leges charitatis omnes plenè homines complectentis liceat, hoc eſt non negato aliquo externis quoque benignitatis ſtillicidio prò facultate, eorumque neceſſitate.

Ad 2. An ſcilicet fas ſit indigenas, ſiuè Vrbanos pauperes mendicatione prohibere?

Vſus quidem antiquus, Conciliorum etiam decretis firmatus, pauperibus mendicatione intrà ſacras ædes interdicit, nè orantibus obſtrepant, vt videre eſt apud Baron. anno Chriſti 57. cum de partium Templi antiqua forma differit. Sicut enim olim in Templo pauperes ſtipem mendicantes præ foribus ſtabant, vt ex his, quæ ſcribit Luc. *Act.* 3. de claudo, qui exponebatur à ſuis ad Templi portam ſpecioſã, eſt manifeſtum, ità etiam in Eccleſiam ad ſtipem captandum nefas illis ingredi, ſed in exteriori porticu; quæ poſt atrium ianuis inhæret Eccleſiæ, eos ſolitos commorari certum eſt; Vndè Chriſoſtom. *hom.* 28. *ad popul. Antiochen. proptereà*, inquit, *& ante Eccleſias, & Martyrum Monumenta præ foribus pauperes ſedent &c.* Additque, hos eſſe Canes admirabiles Regiarum Cæleſtium, ac proindè eſſe paſcendos.

Extrà tamen Sacras ædes mendicationem veris pauperibus vſpiam interdictam ſinè inhumanitatis nota non reperimus: Nam, vt hi excludantur, duriſſimum videtur, & damnatur à S. Ambroſio *lib.* 3. *offic. cap.* 7. Et idcircò aliqui ſeuerè pronunciarunt de ea concluſione vrbanorum mendicorum in vnum locum, eis vtcumque ſuppeditato neceſſariò victu, quam à paucis annis multò magis, quam anteà increbuiſſe videmus.

[Et ità nouiſſimè à SS. D.N. INNOCENTIO Papa XII. ſuo innato zelo charitatis ergà pauperes maximè accenſo, laudabiliter actum eſt; conſtituendo nempè ampliſſimum *Hoſpitium Apoſtolicum* opulentibus redditibus apprimè prouiſum, in quo omnes pauperes inualidi vtriuſque ſexus ſuſtentantur, religioſiſſimèque aluntur, ac habiles in artium exercitio prò cuiuslibet aptitudine educantur inſtruunturq;]

Quod verò ad Cyngaros vulgò *Zingaros*, ſeu Cingalos. *Vide de Immunitate ead. Conſult.*

Qui verè dicendus ſit pauper? *Vide de Matrim tom.* 9. *Conſult.* 137.

DE PENSIONIBVS,

ECCLESIASTICIS,

ET PENSIONARIIS.

An Clerici penſiones Eccleſiaſticas obtinentes, ſi adſcribantur militijs Regularibus tempore Nouitiatus, vt penſionibus frui valeant, teneantur incedere in habitu Clericali, ad formam Conſtitut. 92. *Sixti V. an verò ſufficiat geſtare inſignia, ſeù numiſmata prædictarum Religionum?* tom. 1. Conſul. 229.

CAſus hic videtur expreſsè deciſus in prædicta Conſtitutione, vbi poſtquam demandatum fuerat Clericis, vt geſtarent habitum Clericalem cum alijs ibi præſcriptis ſub pæna priuationis beneficij, & penſionum, *ſub* §. 5. Pontifex mandat hoc non habere locum reſpectu Militum quarumcumque Militiarum, & Officialium Romanæ Curiæ, ſubditque hæc verba: *Sed ijs permittimus, vt regulari habitu Militiæ quam profeſſi ſunt conuenienti &c. abſque alicuius cenſura, vel pæna Eccleſiaſtica incurſu licitè vti valeant.*

Prædictis addo, quod ſicut certum eſt, Equites poſſe frui penſionibus poſt profeſſionem, geſtando proprium Militarem habitum, ità, & eo magis hoc dicendum eſt de tempore Nouitiatus, in quo mitius ex ſupra allegatis proceditur cum quibuſcumque Regularibus: Indè DD. omnes, qui de hac Conſtitutione loquuntur, generaliter concludunt, quod Equites admiſſi ad Religionem, & geſtantes habitum proprium fruuntur penſionibus, abſque vlla diſtinctione, ante vel poſt profeſſionem. Scortia *in ſelect ad d. Conſt. epiſt.* 1.48. §. 5. Lezan. *tom.* 2. *in ſum. cap.* 5. *num.* 37. ac alij; Vndè huiuſmodi Clericum non priuari ipſo facto, neque penſione, neque priuilegio fori, licet incedat enſe, habituque Militari indutus declarauit Sac. Cong. Conc. 20. Auguſti 1633.

An diſpoſitio Sac. Conc. cap. 13. verſ. Ad hæc in poſterum ſeſſ. 24. de refor. *locum habeat in Dignitate principali Eccleſiæ Collegiatæ curam animarum annexam habente, & annuum valorem ducatorũ centum non excedente?* to. 1. Conſ. 363.

REſp. habere locum. Quod etiam declarauit Sac. Cong. Conc. in vna *Aquilana* 19. Iunij 1649.

An

An Clericus, ſiuè Miles Regularis penſionarius, qui ex diſpenſatione poteſt retinere penſiones in ſtatu Matrimonij, & ſine habitu Clericali, per aſſumptionem officij laici cum poteſtate ſanguinis illam amittat? tom. 2. Conſul. 2. Item Vide de Equitibus. tom. 6. Conſul. 73.

AFfirmatiuè reſpondet Sac. Rot. Rom. fundatur in incompatibilitate huiuſmodi officij cum Clericatu. Illud enim cum mero, ac mixto imperio, habet mixtam gladij, ac ſanguinis poteſtatem cum iure condemnandi ad mortem, ac mutilatione membrorum, vt de Capitaneatu tradit Thor. *tr. de magiſtr. Regn. Neap. tit. de Capit. siuè Rector. Regn. pag. 74. & 75.* Clericatus autem expreſsè ab huiuſmodi Miniſtris Militaribus abhorret. cap. *Clerici Quicumque* 23. & potiſſimum à cauſis ſanguinis. Cap. *Clerici*, vbi Innoc. & Hoſtien. *eodem tit. ne Clerici, vel Monachi* alijſque. Vnde eò ipſo, quod Clericus, ſiuè Miles Regularis ſe huiuſmodi officio ſæculari ſubiecit, iuramentumque præſtitit de illo adminiſtrando, ac de facto adminiſtrauit, ſtatim, ac ipſo iure priuatus remanſit beneficijs, penſionibus, alijſque priuilegijs Clericalibus. Abb. *in cap. ſed nec, procurationes in fin. ſub num. 7. eodem tit. ne Cler. vel Monach.* Io. And. *in cap. fin. de Cler. Coniug.* ac alij. Et in puncto de Iudice, Notario, & alijs acceptantibus huiuſmodi officia à Regibus, & Principibus laicis Io. And. *in cap. ſicut in fin. eodem tit. nè Cler. vel Monach.* Ibique Butr. *num. 8. in fin.* & Abb. *num.* 3. ac alij. Et dixit Rota in *Cæſaraugustana penſionis* 14. Iun. 1660. *§. ſiquidem, & per tot.* coram Veroſpio, & in durioribus terminis in *Firmana penſionis* 25. Iun. 1649. *§. Ità tamen Clericus* coram Celſo confirmata in alia inſtantia 3. Iul. 1663. in principio coram Albergato, & in *Romana penſionis* 15. Iun. 1668. coram eodem. Etenim per electionem nouæ Militiæ dicitur quis alteri incompatibili renunciaſſe. Egregiè Barbat. *conſ.* 11. *n.* 11. *lib.* 1. Lotter *de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 26. *num.* 7. & 8. & eadem Rot. in *Firmana penſionis §. nam per electionem* coram Celſo, & in principio coram Albergato, & in *d. Romana penſionis* coram eodem §. *fundamentum in fin.*

Attamen alij, ijq; Saniores volunt, Clericum effectum Militem, vel officiũ ſeculare exercentem, monendum eſſe, antequam penſione Eccleſiaſtica priuetur, vt militiam, vel officium deſerat, & ad ſtatum Clericalem redeat. Ità Azor. *2. p. lib. 8. cap. 10. quæſt. 4.* Gigas *de penſion. quæſt.* 55. & Caſtropal. *tom. 2. tr. 13. de benefic. diſp. 1. pun. 11. §. 10. num. 9.* alijque.

De penſionarijs. Vide multa de Immunit. tom. 3. Conſult. 7. à num. 54. & ſeqq.

De Equitibus penſionarijs, Vide de Equitibus tom. 6. Conſult. 73.

De Penſionarijs quoad contributionem Seminario. Vide de Seminario tom. 9. Conſult. 81. præcipuè num. 132. 133. & 134. & de Penſionib. translatione *ibidem* num. 148.

DE PERIVRIO. Vide de Iuramento.

DE PESTIS TEMPORE.

An Clerici teneantur contribuire tempore peſtis? Vide de Immunit. tom. 1. Conſult. 101.

Quid de Parocho, quid de Epiſcopo peſtis tempore? Vide de Reſidentia tom. 4. Conſult. 27.

Aliqua de Peſte, Vide de Immunit. tom. 4. Conſult. 121.

An tempore peſtis populus poſſit obligari ad obſeruationem alicuius diei feſti &c.? Vide de Feſtis to. 4. Conſul. 184.

An Principi, ſiuè Vniuerſitati vigore generalis edicti ſæcularis, liceat abſque metu cenſurarum Epiſcopũ, aliosque Eccleſiaſticos, venientes à locis morbo contagioſo infectis, vel ſuſpectis, impedire, nè ingrediantur eorum Ciuitatẽ, ac Diæceſim, quæ libera eſt à contagione? Vbi aliqua de Excommunicatione cautè ferenda, deque peſte nonnulla eruditè. tom. 9. Conſ. 44.

DIſtinguendum eſt. Leges, vel Edicta Principum, ſæcularium, quæ lædunt libertatem Eccleſiaſticam, vti iniuſtæ non ligant vi ſua coactiua Eccleſiaſticos. Patet *ex capite Quanquam de cenſ. in 6. ex Eccleſia S. Maria*, ac alibi & decernit Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 20. de reform.* & nos alibi paſſim.

Hinc ſequitur, excuſari non poſſe Vniuerſitatem, quæ decreto ſuo, vel parendo Edictis ſui Principis, ingreſſum in Ciuitatem, vel Diæceſim proprio Epiſcopo prohibet. Quia huiuſmodi Edicta nullo modo ligant Epiſcopum, & Eccleſiaſticos, defectu poteſtatis. Vbi enim defectus poteſtatis eſt notorius, atque adeò nullitas legis, non excuſantur executores à pœna. Farinac. *quæſt. 32. num.* 100. Scacc. *tr. crim. de iudic. lib. 1. cap. 46. num.* 30. alijque.

Ligant verò vi ſolum directiua, dummodò non dedeceant Eccleſiaſticorum ſtatum, ſint communes Eccleſijs, & laicis, non autem ſpeciales prò ſolis Eccleſijs, in quò caſu ipſi non comprehenduntur. Rot. *dec. 526. num. 2. p. 3. recen.* ac denique ſint conuenientes rectæ gubernationi Reipublicæ. Ità docent Canoniſtæ *in diſt. cap. Eccleſia S. Maria de Conſt. & cap.* 1.

de

de nou.ex.ᵒ. & cap.1.de nou. oper.nunc. Ac Legiſtæ *in l.cu Etoi populos C.de ſum.Trin.* Theologi, ac DD.communiter Ang *in ſum.v.lex.* Syluest, *eodem v. quæſt.* 17. aliique multi.

Solumque poteſt aliquandò poteſtas laica exercere vim punitiuam, & coactiuã in Eccleſiaſticos poteſtate extraordinaria in caſu, quo Eccleſiaſtici Reipublicæ moleſtiam, ac periculum inferant,& remedium neque à Superiori Eccleſiaſtico, neque à Sum.Pontifice obtineri poſſit, vel quia renuant aures præbere, vel quia periculum ſit in mora, & ad eos recurrere tempus non ſuppetat, cum res delationem non patiatur. Quia tunc id ſe habet, non per modum iuriſdictionis, ac Imperij, ſed per modum iuſtæ, ac neceſſariæ, atque naturalis defenſionis ſuorum:nam iure naturali dictante, licet vim vi repellere, etiam præueniendo. Siquidem metuenda, & anteuertenda ſunt damna, quæ euenire probabiliter poſſunt, *arg. cap. bona*, vbi gloſ. *v.metuebat de elect.* Grammat. *dec.*5. *num.* 7. Gail. *de pact.pub lib* 1.*cap.*2.*num.*6.ac alij.

Vbi enim fruſtratio iudicii ex Iudicis mora, vel abſentia, periculo inſtante, timetur, quiſque Iudex eſt *l. nulli C. de iudic. & l.*3. *S. ſi debito rem ff.quæ in fraudem cred.*

Et vt ad quæſtionem reſpondeamus; Suppoſito iuſto timore morbi contagioſi, firmandum eſſe, id licere. Hic tamen timor probari debet, ità vt conſtet, id verè ex illo fieri, non autem ex edicto Principis, quod ad excuſationem nequit admitti ex Maranta, Guazzino, Farinaccio, Scaccia, & alijs *loc. alleg.* Vndè ſufficeret probatio, quæ deſumi poſſet ex enunciatiua Principis, ſi eſſet generica, & non generica. Merlin. *deciſ.* 218. *num.* 16. & *in rec. deciſ.* 24. *p.*1.*num.*14. Sed magis attendenda eſſet probatio Epiſcopi, ſi eſſet ſpecialis, ac diſtingueret locum ſuſpectum à non ſuſpecto. Gabr. *concl.* 4. *de teſtib. num.*73.Rot. *dec.*55.*in fin. p.*3.*recen,* & *dec.*272. *num.*7.*par.*7.

Minuſque ſufficere videntur teſtes examinati prò parte Vniuerſitatis, vel Principis: Quia ſunt eiuſdem Vniuerſitatis, & deponunt ad ſuum commodum. Oſach. *dec.* 99. *num.*37. Afflic. *dec.*40.*n.*5. Farin. *dec.*60. *n.*496.nè ſcilicet excommunicationi,vel interdicto ſubiaceant.

Neque hic iuſtus timor conuinci poterit ex alicuius morte ſuſpicione contagij in loco,è quo diſceſſerat Epiſcopus: Nam non videtur eſſe talis, qui ad reſiſtendum proprio Paſtori ſufficeret, ſed videtur eſſe vanus,ideòque nullam præbet excuſationem: *cap. conſultationi, & cap. Veniens de ſponſ. impub.* Rot. *deciſ.*243. *num.*12, *par.*6.*recen.*

Et certè tota hæc difficultas conſiſtit, an verè locus, à quo Epiſcopus diſceſſerat, eſſet morbo contagioſo infectus, vel ſuſpectus. Hoc poſito, licita quidem erit Epiſcopi eiectio abſque incurſu cenſurarum, in quas non incidunt parere tenuentes ex iuſta cauſa imminentis periculi, ac naturalis defenſionis. Abb. ac Felin. *in cap. ſi quando num.* 2. *de reſcrip.* Rodriq. *quæſt. reg.*7. *tom.*1. ac alij. Cum vrgenti neceſſitate, præſertim propriæ ſalutis licita ſit cuique defenſio, etiam contrà ipſummet Sum. Pontificem, vt in hac ſpecie peſtis. March. *de bel. diuin. p.*4. *cap.* 2, *num.* 6. & ad effectum non admittendi aliquem ſufficit ſola ſuſpicio peſtis vigentis, *l.caſus* maioris, ibi: *Aduerſus timorem contagionis Cod. de teſtib.* Peguer, *dec.*8. *n.*6. & Ciarlin. *controu. foren.cap.*26.*num.*9,

Ex pluribus autem liquidò patere poterit, an locus ſit morbo contagioſo infectus, vel ſuſpectus. Primò ex literis Principis Vniuerſitati miſſis, iubentis neminem è dicto loco venientem admittendum.Quæ cum legis,& edicti vim habeant, vtique probant aſſumptum. *l.* 2. *C.de Offic.Ciuit.Iud.cap.in præſentia* vbi DD. *de renunc.* Alexan.*conſ.*2. *num.*20. *vol,*2.

Secundò ex literis teſtimonialibus eiuſdem loci morbo contagioſo laborantis, vel ſuſpecti ob mortem plurimorum. Quæ vtique probant morbum contagioſum, vel ſuſpicionem illius, Pariſ. *conſ* 33.*num.*12.*lib.*2.

Et quartò ex atteſtationibus Medicorum quibus in ijs, quæ ad eorum munus pertinent, plenam fidem faciunt, ex vulgò relatis. Ex quibus Epiſcopus poterit impunè non excipi Marchin, *l.c.p.*7.*cap.*5. *num* 6. Quinimmò repertus ſine fide ſanitatis, eijciendus eſt Militum copijs, non ſolum è Ciuitate,ſed etiam è toto territorio, nè ſanos inficiat. Bald. *in cap ſignificauit num.*12.*de reſcrip.* Menoch. *de arbitr.lib.*1.*quæſt.* 99. *num.*11. March. *l.c.p.*4.*cap.*2.*num.*8.

Cum igitur Princeps, vel Magiſtratus non excedat limites naturalis defenſionis, cum moderamine inculpatæ tutelæ, non poterit ab Epiſcopo ſubijci Eccleſiaſtico interdicto, neque excommunicationi tempore contagioſo, maximè prohibitis. March. *d.cap.*2.*num.vlt.*

Vndè Sac.Cong.Immun.anno 1657.die 28.Maij in *Carinolenſi* cenſuit, attento, quod Epiſcopo innoteſcebat, quod in Caſali S.Angeli irrepſerat morbus contagioſus, à quo ipſe diſceſſerat videntur Mandragonenſes excuſari, ſi in ſuum Oppidum non exceperint, ac proindè idem Epiſcopus remoueat interdictum, ac deleat cenſuras.

Ideòque cautè cenſuræ ferendæ ſunt; alioquin ſuperior,ad quem recurritur,ſententiam ipſam ſine difficultate relaxans, latorem excommunicato ad expenſas,& omne intereſſe condemnet, & alias, puniat animaduerſione condigna, vt pœna docente,diſcant Iudices, quam graue ſit excommunicationum ſententias ſine maturitate debita fulminare. Et hæc eadem in ſuſpēſionis, ac interdicti ſententias volumus obſeruari. Sunt verba Innocentij IV. *cap.*1. *§. Superior de ſent.excom.in* 6. Simile *in cap. Sacra* 48.*§. cumque aduerſus eodem tit.* Item, & ſi propter illam excommunicationē iuſtā excommunicatus fuerit priuatus electione, ac beneficia non fuerit conſequutus, alioquin nihilominus

conſequuturus, quia illud intereſſe eſt circà rem. *can. ſi quis de Cler. 2. quæſt. 2. can ſuper cauſa 2. quæſt. 5.* Secus ſi intereſſe eſſet extrà rem, *l. ſi ſterilis §. cum per venditorem.*

Qui etiam excommunicauerit ſine præcedente monitione, quamuis iuſta fuerit excommunicatio, debet interdici per Menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & alia nihilominus pœna mulctandus, ſi viſum fuerit expedire, *d. cap. Sacro in princ. de ſent. excom.* Et hæc priuatio inducitur ipſo iure per Menſem, quò elapſo, etiam ſtatim cenſetur eodem iure reſtitutus ad ingreſſum. Can. *ſi qui ſunt. 8. d.*

Porrò peſtem *Νοίγο*, Græci vocant, morbum videlicet epidemicum, non quidem ſimpliciter, ſed pernicioſum, ac lethalem, adeòque epidemius genus ad pernicioſum, & mitiorem morbum pertinens, Latinis popularem morbum, hoc eſt tempore aliquo eodem in loco abundantem, non tamen exitium adſerentem. Galen. *lib. 1. de rat. vict. in morb. acut.* & ad Piſonem de Theriaca peſtilentem luem dicit, veluti feram quandam ab aeris putredine exortam per inſpirationes influentem, non vnum, aut alterum hominem, ſed plures quoque Ciuitates depaſcentem, vaſtantem, depopulantem.

Quamuis peſtis multæ ſoleant eſſe cauſæ, & aliquandò ex ſordibus reſidentibus, nec purgatis Cloacis oriatur *l. 1. §. 1. ff. de Cloac.* aliquandò, vt ait Diodor. Siculus *lib. 15. biblios*, ex aquis ſtagnantibus ex æſtu Solis concalefactis, & efferuentis auras craſſas, tetrique odoris exalare tradit, has diffundi inficere halitum, item & fruges nimium humefactas in decoctu ſucco virulentas, veſcentes mortales inficere, auramque æſtiuam nocere, ſi etheſiis non refrigerentur. Vide Fernal. *de abdit. rer. cauſ.*

Propriè tamen peſtis epidemicus morbus contagio populum inficiens, flagellum Dei eſt, & pœna peccatis impoſita. Eam enim comminatur Deus recuſantibus ſuſcipere ſuam diſciplinam. Leuit. *cap. 26.* num. 12. 2. Reg. 24. Can. 1. 24. *quæſt. 3. Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit.* inquit Salom. *Prouer.* 19. Item apud Ezechielem *cap. 6.*

DE PISCATIONE, ET VENATIONE. Vide de Dominis vtilibus tom. 10. Conſult. 15.

D E
PRAECEDENTIA,
ET PRÆEMINENTIA.

An *Epiſcopus præcedere debeat quoſcumque, etiam Principes ſæculares in ſua Eccleſia, & Diæceſi, ac de erectione Baldachini. Item de Sede Magiſtratus, thurificatione, oſculo pacis, genuflexione &c.* tom. 1. Conſult. 7. De quo vide etiam hoc eodem trac. tom. 2. Conſult. 35. tom. 3. Conſult. 3. & tom. 4. Conſult. 16. Inſuper vide in trac. de Eccleſ. tom. 7. Conſult. 35. & 48. & to. 8. Conſult. 54. ac tom. 9. Conſult. 147.

Affirmatiuè omninò. Quippè decet in omni ordinata Republica, & politica diſtinctionem perſonarum ad inſtar cæleſtis Hierarchiæ, & corporis humani, in quo multa ſunt membra, licet non eundem actum habeant. Et quemadmodum homo anima, & corpore conſtat, ità quoque duo principia ſunt, quibus ſecundum naturam dirigitur, & in ſuos fines deducitur. Poteſtas politica, quam ad corporum ſalutem, pacem, ac vitæ honeſtatem naturalem Deus eſſe voluit, & poteſtas, ſpiritualis, quæ ad diuina, & ſupernaturalia animum attollit: Quamobrem Epiſcoporum debere præcedere quoſcumque etiam Principes ſæculares in ſua Eccleſia, & Diæceſi certi iuris eſt ex notat *in cap. 1. de præb.* & per Felin. *in rub. de maior. & obed.* Abb. *in cap. Cum Vintonienſis de elect.* & decernit Sac. Conc. Trid. *ſeſſ 25. cap. 17. de refor.*

Poteſtas porrò ſpiritualis abſolutè dignior eſt, & præſtantior ciuili; Eſt enim architectonica, & ciuilis, cum finis ſacræ poteſtatis ſit multò præſtantior. Quo circà & Chriſtus Rex filiæ Sion, Rex manſuetus eam ſemper, politicam vix vnquam exercuit. Hæc autem prærogatiua multiplex eſt. Prima, quod inter Deum, & populum medius conſtituitur. Altera eſt in exemptione à legibus, & oneribus ciuilibus, quæ partim Diuino, partim iure humano conceſſa eſt, de qua *tot. tit. 3. lib. 1. de Epiſc. & Cler.* DD. & nos paſſim. Tertia eſt, quod in rebus Eccleſiaſticis nullum ius eſt Imperatoris, aut Principis.

At vide, quæ dicimus *de Immunitate tomo 9. Conſult. 61.* 62. 63. 64. 65. & præcipuè *66. & 67.*

Ac proindè meritò Sacra Congregatio Epiſc. 27. Ianuar. 1597. Archiepiſcopo Ianuenſi ſcripſit: *Non ſi dee dar la mano dritta al Doge dentro la Chieſa, nè la ſedia del Doge dee eſſer d'vguale altezza con quella dell'Arciueſcouo, la quale ſia per tre gradi.* Quod pluries Sac. Rit. Congregatio decreuit, & Sac. Congregat. Immunit. confirmauit.

Non inficior tamen, quod prohibitio Domino-

rum

Digitized by Google

rum temporalium erigendi Baldachinum in Eccleſia, vtpotè in corpore iuris, vel in Concilijs, ſeù Apoſtolicis Conſtitutionibus non contenta, originem duxiſſe videtur à decreto Sacræ Congregationis Epiſc. in vna *Boianen.* 12. Ianuar. 1618. hujus tenoris: *In Eccleſijs nullus, neq; ìd Dominus loci, præterquam Epiſcopus Baldachinum poteſt erigere, & Epiſcopus omnibus Sacrorum Canonum remedijs huiuſmodi Baldachinum omninò remoueri facere debet.*

Quod pluries etiam Sac. Rit. Congr. decreuit in ſimilibus. Quare difficultas eſſe videtur quando, & vbi hoc decretum obſtet?

Ad id autem dignoſcendum illud præmonendum eſt, Principi ſæculari tanquam primo, & præcellenti, vtque differat à reliquo populo, cum eſſe dicatur in culmine dignitatis, debitam eſſe Sedem in Eccleſia, imò thronum eleuatum, à parte tamen ſiniſtra Epiſcopi, & extrà presbyterium, vt non negat tex. *in cap. ſolitæ de maior. & obed.* ac per tex. *in l. deprecatio ff. ad l. Rhod. de iact.* firmant Chaſſan. *in catal. glor. mun. par. 5. conſid. 32.* Bellug. *in ſpecul. Princip. rub. 6. in prin.* Altograd. *com. 1. nu. 11. 32. 33. & 40. lib. 2.*

Et licet hoc nomen Principis propriè non conueniat, niſi ei, qui eſt ità ſupremus, & abſolutus, quod nullum ſuperiorem agnoſcat, niſi Deum, non autem inueſtitis à Papa, Imperatore, vel Regibus, cum tunc potius abuſiuè Princeps dicatur, quia recognoſcit Superiorem, Gloſ. Anchar. & alij in *Clem. vn. de baptiſ.* Frecc. *de ſubfeud. par. 2. tit. Quis dicatur Princeps num. 4. & 5.* Nihilominus in hac ſtricta, & preciſa ſignificatione neque Principes feudatarii ſub Principum nomine venire deberent: quia ſunt feudatarii dignitatis, à Papa, vel ab Imperatore, aut a Rege inueſtito, eos recognoſcentes in Superiores, & tamen hoc aſſumptum à veritate aberrare videtur: Nam quamuis verè, & propriè non dicatur Princeps, niſi Imperator, vel Rex omninò independens; attamen habentes etiam hanc dignitatem Principatus, licet ſubordinatam; in aliquibus tamen Principum beneficio gaudent. Maſtril. *de Magiſtrat. lib. 4. cap. 3. num. 25.* Quia maximam dicuntur habere præeminentiam.

Quoad Sedem Magiſtratuum intrà, vel extrà Presbyterium vide quæ diximus de Eccleſijs, & de Immun. citat. Conſultat. & ea, quæ hic afferimus.

Solum autem permittitur, quod Sedes laicorum in Eccleſia collocari poſſit, ac debeat extrà Presbyterium, quodque dum præſertim audiunt Sacras Conciones ſimul cum Epiſcopo, debeat eſſe apud Epiſcopum, quæ non ſit maior, vel pulchrior Sede ipſius Epiſcopi, vt declarauit Sac. Rit. Congregatio in vna *Peruſina* 3. Octobris 1615. Exigitur autem, quod ſit vno ſaltem gradu humilior, & loco aliquatenus inferiori, adeo vt non ſit oppoſita Sedi Epiſcopali, vt de Sede Abbatis habentis vſum Mitræ cenſuit eadem Sacra Congregatio in vna *Alexandrina S. Petri in Broglio* 7. Febr. 1604.

Quod verò ad thurificationem triplici ductu, licet per regulas Cæremonialis debeatur ſoli Epiſcopo, vel celebranti, nihilominus, ſi adeſt immemorabilis conſuetudo, quod alij pariter thurificentur triplici ductu, ea omninò ſeruari debet, vt declarauit Sac. Rit. Congregatio in vna *Caſertana* 18. Septembr. 1632. Ità etiam circà thurificationem ante, vel poſt Dignitates, & Canonicos eſſe recurrendum ad conſuetudinem reſoluit eadem Sacra Congregatio apud Barboſ. *in ſum. dec. Apoſtol. v. thurificatio num. 17.* Et quoad pacem. Eadem Sacra Congregatio cenſuit in vna *Granaten.* 9. Maii 1606. & alibi pacis oſculum nulli, nec etiam Præſidenti, vel Conſiliaris Regis dandam eſſe ante Epiſcopum, ſed dandam eſſe Domino loci, & alijs laicis poſt datam pacem omnibus de Choro, & tunc deberi non à Beneficiato, ſed ab aliquo Miniſtro, Cottà inducto, non cum oſculo, ſed cum inſtrumento, vt eadem Sacra Congregatio reſoluit in vna *Calaguritana* 5. Iul. 1614. & in vna *Pacen.* 21. Mart. 1609. & alias ſæpè.

Ac tandem quoad genuflexoria honorifica in alijs Eccleſijs, nec Cæremoniale, nec alia lex, vel Conſtitutio ea prohibent Domino loci, vel Gubernatori, qui ipſum Dominum repreſentat, dummodò collocentur extrà Presbyterium, eaque amoueri non licet, cum cederet in læſionem maieſtatis Principis ſæcularis. Ideòque ad tollenda diſſidia, & odia, quæ foueri poſſent in hac materia inter Epiſcopos, & Dominos ſæculares, Epiſcopi conatu, & ſtudio, omnibus decentibus officijs incumbere debent conſeruationi amicitiæ cum Principibus ſæcularibus, eiſque faciles ſe præbere in conceſſione eorum, quæ eorundem Principum gratiam, & beneuolentiam concilient; citrà tamen præiudicium Epiſcopalis dignitatis, ac iuriſdictionis, vt prudenter monet Altograd. *conſ. 1. num. 63. lib. 2.*

Ex his autem infero, præfatum decretum de Baldachino à Dominis ſæcularibus non erigendo abſque difficultate, vtpotè vſu receptum tanquam lex, iuxtàque legis naturam, reſpicere tantum futura, non autem præterita, Farinac. *in fragm. v. lex à num. 25.* Atque ità docet inconcuſſa obſeruantia Sac. Rit. Congregationis in hac ſpeciali materia Baldachini, quæ prohibet quidem nouas erectiones, tolerat autem antiquas.

Adiiciam clauſulæ loco, quod habuit Sac. Congregatio Epiſc. 8. Octobris 1581. nimirum D. Card. Senonenſis renunciauit, ſe retuliſſe Sanctiſſimo Conſultationem Congregationis, & quæ in ea pertractata ſunt de loco, & Sede Excellentiſſimi D. Gubernatoris Mediolanenſis in Eccleſia Metropolitana Mediolani, & rationibus intellectis, iuſſit Sanctitas ſua, vt Congregatio certiorem redderet Excellentiſſimum D. Oratorem Sereniſſimi Regis Catholici quid in

iſto negocio ſentiat. Cupit enim Sanctitas Sua, vt omnia decenter, & cum ordine in Eccleſia Dei fiant, & nihil in primis exiſtimauit præſcribendum Regi Catholico in Sede ſua collocanda in ea Eccleſia, idque Religioni, & pietati Maieſtatis ſuę Catholicę ſiuè intrà, ſiuè extrà Chorum Presbyterorum relinquendum, Quo verò ad Excellentiſſimum D. Gubernatorem, & Locumtenentem probatur à Sanctitate ſua ſententia Congregationis, vt in eodem permaneat loco, in quo hactenus ſedebat, & ubi collocari ſolebat extrà Chorum eius Sedes, ac in eadem altitudine graduum, quam adhibere conſueuit, nè ſi altius collatur, forſan Reuerendiſſimi Archiepiſcopi, & populi, ac Diaconus, qui Euangelium cantabit, viſum, & conſpectum impediat, & efficiat, vt Archidiaconus minus conſpicuus ſit in benedictionibus, & officijs Eccleſiaſticis obeundis, vel ſi melius ei videbitur, poterit ſedere ex alio latere ferè à Regione Archiepiſcopi, extrà tamen eoſdem cancellos presbyterij ad dexteram ingreſſus Eccleſiæ, ac in illo loco adijcere, ſi velit, duos gradus ad illos tres, quos hactenus tempore bo:me: Card. S. Praxedis adhibuit, nec enim vltrà quinque graduum à fundo altitudinem vſus Prælatorum, aut Principum ſedere ſolet.

Item, & quod habuit Sacra Congregatio Conc. prò Diœceſi Seguntina 25. Auguſti 1587. vbi Canonici, ac alij induti pluuialibus ſolebant recitare coram Dominis temporalibus, & eorum familia Kyrie, Gloria, Credo, &c certis diebus cum profunda inclinatione. Item Diaconus librum Euangelij eis offerebat deoſculandum, incenſum, & pacem. Item prædicti Domini occupabant Sedes Epiſcopi, & Canonicorum. Ideò cum quæreretur, an iſta, & ſimilia licerent?

Sac. Congregat, reſp. Perilluſtriſſime, & Reuerend, Domine vti Frater, Vidit Sacra Congregatio Card. Conc. Trid. ex libello, qui erit cum ijs litteris, quid Domini temporales laici, forſitan, etiam Patroni Eccleſiarum, ad quas conueniunt, ab earundem Canonicis, & miniſtrantibus Clericis ſibi tribui expoſcunt, Quare Congregatio ad Amplitudinem tuam ſcribendum cenſuit, non ſolum decere, vt actus huiuſmodi coram Dominis ipſis vllo modo fiant, ſed nè coram quoque Principe ſeculari fieri debere. Immò verò nec Eccleſiaſticis Prælatis, Epiſcopo minoribus id tribuendum eſſet, cum ſoli Epiſcopo in ſua Diœceſi hæc conueniant, & debeantur, Incenſum verò, & pax excipienda, quæ Dominis præfatis tribuenda ſunt à Miniſtris, qui eadem Canonicis, vel Epiſcopo, ſi adeſſet dare conſueuerunt, Sedes Epiſcopi Dominis antedictis nullo modo conuenit, qui potius eorum Sedes, non intrà, ſed extrà Chorum, in digniori tamen loco, erunt collocandæ. Quare Congregationis ſententiam Amplitudini tuæ, & per eam, ſi opus erit, ipſis Dominis notam eſſe voluimus, vt ipſam Eccleſiaſticam dignitatem tueantur, & illi nobilitatis, & modeſtiæ ſuæ exiſtiment, debito ſibi honore, & loco eſſe contentos.

De præeminentia Sacræ Congregationis Epiſcop. & Regular. ſuper Auditoris Cameræ, Sacræ Rotæ Rom. ac Signaturæ Tribunalia; Deque eiuſdem facultatibus, præter expreſſas in Conſt. Sixti V, ac viuæ vocis oraculo à diuerſis Pontificibus attributis tom. 1. Conſulę. 9.

AVditoris Cameræ inhibitiones reuocat, & moderatur Sacra Congregatio mandans eidem, vt reuocet, vel moderetur, vt die 5. Septembris 1605. in *Sutrina* fuit dictum, non eſſe impediendum Epiſcopum prò exactione ſubſidij charitatiui, & ideò eſſe reuocandam inhibitionem. Et 17. Septembris 1610. vt reuocaret inhibitionem contrà Epiſcopum Interamnen, nè Meretrices habitarent in vijs publicis, in quibus fiunt Proceſſiones: Et 11. Ian. 1622. in *Nucerina*, vt moderaretur ſuſpenſionem cenſurarum contrà N. legitimè ab Epiſcopo excommunicatum ob fraudes in adminiſtrationem Montis. Et 12. Ianuar. 1622. vt moderaretur inhibitiones relaxatas contrà Vicarium Baren. ad inſtantiam Capituli Polignanen. Et 8. Ianuar. 1627. vt moderaretur inhibitionem contrà Epiſcopum Aſculanum. Idem 27. Ianuarij 1618. *Ciuitatis plebis* Et 27. Aug. 1632. in *Agrigentina* mandauit,

Aliquandò iniunctum fuit eidem à Sac. Congregatione, vt reuocaret inhibitiones, etiam abſque citatione partis, vt 2. Septembr. 1622. in *Tarracinen.* Quandoque etiam per ſimplices litteras, vt 23. Maij 1621. in *Hydruntina*, vt ex ſeqq.

A.C. *Mi hanno l'Illuſtriſſimi Signori Cardin. della Sacra Congregatone di far ſapere a V.S. Illuſtriſ. che ſia contenta di moderare per ſue lettere priuate l' inhibitione eſtorta da coteſto ſuo Tribunale ad iſtanza di Nicolò Gonzalez contra il Clerico Giuſeppe Blago della Dioceſe d' Otranto per conto di certe pecore leuate con l' autorità de' Miniſtri Regij al medemo Chierico, per le quali il ſudetto Nicolò è ſcommunicato da quel Veſcouo a fine, che egli poſſa paſſare auanti nella reſtitutione di dette pecore,*

Item, vt moderaretur per ſimplices literas inhibitiones contrà Epiſcopum *Tarraconen.* 20. Iunij 1627.

Sæpiſſimè iniunctum fuit eidem, vt reintruderet in cenſuras, vt 6. Iul. 1621.

Mi hanno l'Illuſtriſſimi Signori Cardinali della Sagra Congregatione ordinato di far ſapere a V.S. Illuſtr. che ſia contenta di reintrudere nelle cenſure i Decurioni, e Gouernatori di Foggia luogo della Dioceſe di Troia, dichiarati ſcommunicati da Monſi- gnor

gnor Veſcouo di quella Città per ordine della medema Sagra Congregatione per hauer eſatto certa gabella da compratori del vino in pregiuditio, e danno de gl'Eccleſiaſtici, e che di più ſia contenta di moderar l'inhibitione eſtorta da coteſto ſuo Tribunale dagli medemi Decurioni, e Gouernatore, e rimette queſta cauſa a queſta Sagra Congregatione, nella quale fu introdotta molto tempo fà. E qui reſto, &c.

Prętereà 27. Iul. 1622. in *Squillacen.* & 14. Iunij 1625. in *Vulturarien.* & 11. Auguſti 1626. fuit iniunctum in vna *Sorana*, vt reintruderet in cenſuras, etiam abſque expenſis. Et 21. Nouembris 1606. vt reintruderet in cenſuras Gubernatorem *Andrien.* & cauſam remitteret Ordinario. Item 23. Mart. 1621.

Si è doluto alla Sagra Congregatione *il Promotor fiſcale della Curia Veſcouale di* Termoli, *che il Commiſſario mandato già da V.S. Illuſtriſ. per ordine della Congregatione contro N.N. & altri Preti, che ſi pretendono compreſi nell'homicidio di Francolino pigliaſſe anche informatione contro il medemo N. per conto di certo ſtupro, e ſi pretende commeſſo da lui, onde mi hanno i medeſimi Illuſtriſſimi Signori ordinato di farle ſapere, che per eſſer la cauſa del ſudetto ſtupro in prima iſtanza, e già fatto il proceſſo dall'Ordinario del luogo, hà poi ſopraſſeduto per la riuerenza, che deue a* V.S. *Illuſtriſſima, ſi contenti di rimetterglielà, accioche la poſſi terminare per giuſtitia.*

Et 7. Octobris 1625. fuit iniunctum eidem, vt moderaretur inhibitionem relaxatam in inſtantiam Marci Antonij Romagnoli *Imolen.* & ſimul prouideret, vt in poſterum ſimiles non relaxarentur.

Multoties ſignificatum fuit eidem, vt tranſmitteret omnes proceſſus contra particulares perſonas formatos ad Sacram Congregationem, præſertim 13. Octobris 1605. vt proceſſus contrà Epiſcopum Aſculanum tranſmitterentur ad Illuſtriſ. Card. Bandinum, cui à Sacra Congregatione fuit cauſa commiſſa.

Inſuper 6. Maij 1622. vt tranſmitterentur proceſſus formati contrà Vicarium Generalem *Tarracinen.* Et 3. Febr. 1635. in cauſis *Aſſiſien. Salernitana*, *Lucana* ſub eiſdem die, menſe, & anno 1625. & 16. Nouembris 1621. in *Sipontina*, & 14. Septembris 1621. in *Roſſanen.* & 11. Januar. 1619. in *Sulmonen.* & 15. Decemb. 1628. *Ciuitatis Caſtellanę*. Et 22. Decembris 1628. in *Ruben.* prò cauſa Alapę in faciem Laurentij de Rugerio, & 8. Martij 1629. in *Nullius Canuſia*, vt moderaretur litteras prò capiendis iudicijs, remittendo partes & quęrelas ad Sacram Congregationem. Et 28. Martij 1607. fuit iniunctum eidem, vt non expediret commiſſiones, neque Commiſſarium contrà Epiſcopum *Andrien.* abſque ſcientia Sacræ Congregationis, vel Sanctiſſimi. Et 28 Mart 1608. vt reuocaret commiſſionem prò capiendis inditijs, & citationem ad comparendum perſonaliter contra Vicarium Generalem *Montis Piloſi* ad relationem Eminentiſſimi Cardinalis Gimnaſij.

Atque 26. Nouembris 1624. fuit ſignificatum eidem, vt non tranſmitteret Commiſſarium contrà Epiſcopum *Oſtien.* cum cauſa eſſet iam introducta in Sacra Congregatione. Et 13. Nouembris 1615. vt reuocaret litteras prò capiendis inditijs pro cauſa *Montis Piloſi*, & *Martiranen.*

Rurſus 21. Januar. 1613. in *Ruben.* 18. Iun. 1624. in *Tarracinen.* Et 17. Auguſti 1621. in *Martiranen.*

Sępè iniunctum fuit eidem, vt ſuperſederet in cauſa vſque ad aliud mandatum Sac. Congreg. vt in *Tarentina* 16. Aprilis 1615.

Frequenter ſignificatum fuit eidem, vt eius Miniſtri non moleſtarent, neque vexarent Epiſcopum Theleſinum, vt reſoluit 10. Apr. 1620. & 15. Febr. 1622. in *Sulmonen.* prò Pamphilio Cantelmo, qui fuit abſolutus à Sacra Congregatione, & iniunctum A.C. vt eum amplius non vexaret, &c. Et 23 Iun. 1634. in *Iuuenacen.* vt Capitulum non moleſtaretur in cauſa electionis Vicarij Capitularis, & 19 Iun. 1622. vt caſſaretur fideiuſſio ducat. 500. pro Paulo Cornia, & non moleſtaretur pro dicta fideiuſſione.

Idem obſeruat paſſim Sacra Congregatio Immunitat. præcipuè in vna *Aquilana* Menſe Maij 1630. cenſuit, vt A.C. caſſaret fideiuſſionem, & non ſe ingereret in cauſa Præpoſiti Dragonetti, vt 18. Iun. 1628. in *Licien.* Sacra Congregatio Epiſcop. mandauit A.C. vt non reciperet appellationes, neque relaxaret inhibitiones contra decreta Epiſcopi *Venuſini* Viſitatoris Apoſtolici, ſed eas remitteret ad eandem Sacram Congregationem.

Imò Sacra Congregatio iniungit Epiſcopis, vt obſeruent, & executioni mandent ſua decreta, non obſtantibus inhibitionibus A.C. vt fuit dictum Epiſcopo *Peruſino* 30. Iul. 1613. & Epiſcopo *Fanen* 4. Iulij 1614. & Epiſcopo *Tropien.* 16 Iul. 1629.

Verum tamen ſolita eſt S. Congregatio multoties remittere A.C. proceſſus graues, & delinquentes puniendos, vt 7. Martii 1630. in *Aliſana*. Item committit eidem cauſas ad referendum, & poſt relationem eius Locumtenentis criminalis in plena Congregatione, ſolet ab eo cauſa expediri, iuxtà votum Sacrę Congregationis, vt conſtat ex actibus apud Simoncellum A.C ac Sacrę Congregationis Notarium. Imò Auditores Sacræ Rotę Romanæ non infrequenter inhibentur à Sacra Congregatione, vt non procedant contrà aliquas perſonas, vt 2. Maij 1612. in *Nouarien.* fuit ſignificatum R.P.D. Manzanedo S. Rotæ Auditori, vt moderaretur inhibitionem contrà Epiſcopum *Nouarien.* relaxatum ad petitionem Cleri, & Communitatis *Palanzanæ*.

Et 5. Decembris 1607. fuit iniunctum R.P.D. Ludouiſio, vt deſiſteret procedere in cauſa inter

ho-

homines Turris Greci, & Canonicos Neapolitanos ſuper iure ſepeliendi, cum cauſa eſſet terminanda in Sac. Congr.

Ac 16 Nouembris 1621. in *Andrien.* vbi cenſuit commiſſionem Rotalem contrà Epiſcopum *Andrien.* eſſe reformandam, & 6 Iul. 1621. in cauſa recuſationis aſſiſtentiæ conſecrationis Olei Sancti per Decanum Collegiatæ S. Michaelis Epiſcopo Lucano factæ Sac. Congreg commiſſionem Rotalem quoad hunc articulum dumtaxat reformandam, ipſiuſque articuli cognitionem ad Sacram Congregationem reijciendam eſſe cenſuit, firma in reliquis manente cauſa in Rota.

Tandem eadem Sacra Congregatio Epiſcoporum Signaturæ commiſſiones reformat, vt ex ſeqq.

Rauello. *Per il Veſcouo, il quale dice, che hauendo citato D. Pietro Confalone Rettore di due Parochiali a moſtrare i titoli, e la diſpenza ſopra l'incompatibilità, egli habbia eſtorto vn Breue della Signatura diretto a Monſignor Nuntio di Napoli, che faccia, e termini queſta cauſa. Dimanda però, che la detta cauſa ſia riuocata dal medemo Monſignor Nuntio, e rimeſſa a lui come Ordinario, al quale ſi deue la cognitione delle cauſe in prima inſtantia.*

Si Sanctiſſimo D.N. placuerit, Sac. Congr. &c. commiſſionem reformari, at Petrum Confalonem de titulis duarum Parochialium, quas obtinet coram Epiſcopo docere debere cenſuit. Romæ 6. Martij 1619.

Die 30. Martii 1588. Cum quæſiuiſſem ego Frater Michael Bonelius Card. Alexandrinus in audientia Conciſtoriali à Sanctiſſimo D. N. Sixto Papa V. an in tangentibus materiam Regularium, & iam à Sac. Trident. Conc. & eius Congregatione deciſis, deberet Congregatio noſtra Regularium procedere, vel Sanctitati Suæ referre? Reſp. placere, quod omnia ad Regularium materiam pertinentia, & per Conc. Trident. eiuſque Congregationem deciſa per ipſam Regularium Congregationem audiantur, agnoſcantur, & debitæ executioni demandentur.

Card. Alexandrinus.

Die 6. Aprilis 1588. Quæſiui pariter ab eodem S.D.N. quid de frangentibus ignoranter clauſuram, & cenſuras quandoque etiam cum irregularitate incurrentibus? Reſp. placere. ſi caſus fuerint ſimplices, quod ab eadem Sac. Congr. abſoluantur.

Card. Alexandrinus.

Die 17. Octobris 1588. Inſuper atteſtor, qualiter S.D.N. Sixtus Papa V. conceſſit, vt ſine incurſu irregularitatis in caſibus grauibus, & benè viſis Congregationi, Congregatio eadem valeat ſcribere, monere, hortari, & vrgere Iudices, & Principes ſeculares ad delinquentes laicos veluti ſacrilegos, & ſimiles capiendos, & caſtigandos, cæteraque exequenda, quæ neceſſaria ei videbuntur.

Card. Alexandrinus.

Die 17. Iul. 1589. S.D.N. Sixtus V. in Conciſtoriali audientia conceſſit Illuſtriſ. & Reuerendiſſ. DD. Card. Sac. Congr. Regul. omnes facultates, quas habent Ordinarii locorum, & Superiores Ordinum in perſonas Regulares vtriuſque ſexus ſubditas, & illarum Monaſteria, domos, & loca, præſertim vero circà abſolutionem à cenſuris, & diſpenſationem ab irregularitate.

Iulius Antonius Card. S. Seuerinę.

Die 7. Iunii 1591. S.D.N. Gregorius, & in cubiculari audientia conceſſit ita me præſente, vt Sac. Regul. Congr. Regularibus licentiam ad æqualem Religionem transferendi poſtulantibus indulgere poſſit ex cauſa.

Card. Alexandrinus.

Die 31. Ian. 1592. S. D.N. Clemens Papa VIII. in cubiculari audientia viuæ vocis oraculo Sacræ Congregationi Regular. conceſſit, præter cęteras facultates, omnimodam poteſtatem, & facultatem ſuam Pontificiam circà correctionem, regimen, ſtatum, & diſciplinam bonorum, & perſonarum vtriuſque ſexus Regularium, & ita retuli.

Ego Card. Alexandrinus.

Reſponſio cum oraculo fa: me: Vrb. VIII.

Conſtitutio Sacræ Congregationis Conc. Triden. Interpr. edita iuſſu fa: me: Vrb. VIII. de rebus Regularium non alien. niſi cum licentia in ſcriptis eiuſdem Sacræ Congregationis loquitur tantum de alienationibus, quæ fiebant à Regularibus vigore particularium priuilegiorum Apoſtolicorum, & propria auctoritate abſque præſcitu Sedis Apoſtolicæ, prout ſonant verba eiuſdem Conſtitutionis, & fuit expreſsè declaratum per eundem Vrbanum viuæ vocis oraculo, ac proindè non fuit ſublata facultas, quam ſemper habuit, & exercuit Sacra Congregatio Regular. concedendi huiuſmodi licentias, tam ante, quam poſt emanatam d. Conſt. Imo conſultius eſſet, ſi Sacra Congregatio Conc. remitteret inſtantias Regularium, & pręcipuè Monialium ad eandem Sacram Congregationem ſuper Regul. vtpotè magis informatam.

An quandò vnus in ſcriptura, vel voce prius altero nominatur, vel ſcribitur, ſit ſignum demonſtratiuum, & illatiuum præeminentiæ, & prærogatiuæ?
tom. 1. Conſul. 25.

NEgatiuè: Nam infirmius eſt hoc argumentum, quam, vt quiſpiam ſuſtinere ſuę prærogatiuæ molem valeat. Quis enim non rideat, ſi audiat hanc maiorem propoſitionem: *Quicumque priori loco nominatur, ille gaudet prærogatiua prę alijs, & in alios, ante quos nominatur.* Cum nominationis ordo ſæpè ſit fortuitus. Huc ſpectat tex. *in l. in bis 5. §. vlt. & l. ſeq. ff. de ſolut. & liber.* Et ex Paulo: Nec enim ordo ſcripturæ ſpectatur, ſed potius ex iure ſumitur id, quod agitur. Eodem facit ordo in *Ep. ad Galat. 2. v. 9.* vbi D. Iacobus Diuo Petro præponitur

nitur, & quod D. Andreas prior Chriſtum ſequutus eſt ante D. Petrum Fratrem. *Io:1.v.37. & ſeqq.* Hic etiam non incongruè quæri poteſt;

An locus altior, vel primus ſit ſignum prærogatiuæ? tomo 1. Conſult. 26.

SImiliter negatiuè; Enim verò ius ante alios ſedendi non tribuit maiorem poteſtatem: Nam & Præfectus Vrbis in Conciſtorio Principis priori loco ſedet, quem ſequuntur Patricij, Conſules, Conſulares, & tum Præfecti Prætorio, Nouel. *62.l.3. C.de Offic. Vrb.* Et tamen Præfecti Prætorio longè maior poteſtas eſt, & ſublimior iuriſdictio, quam eorum, qui ante ipſum ſedent, quod vel ex eo ſolo perſpicitur, quod à Præfecto Prætorio non appellatur *l.vn. C.de ſent.Præf.Prat.* Cum tamen à Præfecto Vrbis appelletur, *l.2. C. de his, qui propt. met. iud. non appell.*

At de hac re vide latius, quæ dicuntur de *Dignitatibus in Capitulo?* tomo 3. Conſult. 36. num. 20. & ſeqq.

Quibuſnam debeatur in Capella Pontificia ius præcedendi, ac ſedendi immediatè poſt Epiſcopos, Generalibus nè Ordinum Mendicantium, an Monachorum? tomo 1. Conſul. 105.

IVS hoc deberi Generalibus Monachorum affirma. Atque vnum Generalium Mendicantium patrocinium, non modò falſum eſt, verum etiam indecorum. Fundantur *cap.1.ſect.2.li.3.* Cæremonialis Rom. quo diſponitur deberi Prothonotarijs, & Abbatibus proprium locum vltimum in ordine, & ponderant verbum, *locum vltimum*, & ſic ob id cenſendum ſit, digniorem locum Generalibus Mendicantium aſſignatum quam Prothonotarijs, quorum Collegium antiquiſſimum à S. Clemente erectum ante Pium II. Epiſcopis aliquandò prælatum eſt. Quænam verò fides debeatur Cæremoniali typis excuſo non eſt huius loci, vt dicamus. Satis nunc eſt aſſerere idem Cæremoniale Apoſtolica authoritate non roboratum, in ea tantum parte retinendum eſſe, in qua hucuſque ſeruatum eſt. Equidem in hac materia, quæ controuertitur parte nunquam vſu receptum fuiſſe euincitur exemplo vnico de anno 1505. quod; etſi dubium alias aſſertum, præceſſit; tamen euulgationi Cæremonialis, ideòque conſtat per eundem nō probari præfatæ legis executionem, cum Cæremoniale typis traditum fuerit anno 1516. vt patet ex Diario Paridis.

Et quidem ſiuè attendatur antiquitas, ſiuè dignitas, ſiuè conſuetudo, quibus tota præeminentiæ materia, veluti ſolidiſſimis fundamentis innititur, omnes militant certa victoria prò Generalibus Monachorum.

Antiquitas enim, quæ hac in re, cæteris paribus, multum attenditur *leg. 1. Cod. de conſ. lib.12.* Menoch. *conſ.257. num.12. & ſeqq.* ac alij, palam eſt, quod Ordo Monaſtichus, cuius quædam veſtigia ante Saluatoris ortum refulſerant, vt plurimis congeſtis Chryſoſtomi, Hieronymi, ac Bernardi locis firmat Tambur. *de Iur. Abb. tom.1. diſp.2. quæſt 1. per tot.* ac alij, cum naſcente Eccleſia fuit inſtitutus, dum à Io: Baptiſta primordia recipiens, ab Antonio reſtitutus, breui tempore per Athanaſium, Baſilium propagatus, tandem per Benedictum Romam ipſam, imò, & vniuerſum Orbem Monſterijs paſſim repleuit, Monaſteria Monachis, deſerta Anachoretis, omnia Sanctis. Vide Colleg. Bonon. Paduan. & Ferrarien. poſt Zabarellum *num.26. Maſtril. de Eccleſ. reddit. cap.7.num.6. & ſeqq.* alioſque.

Ex quibus præcipuè patet Ordinis Monaſtici antiquitas ſupra Mendicantium Ordines, quorum primæui Auctores decimotertio Sæculo effloruerunt. Maſtril. *cap.16. n.17.* Cautilor. *de præceden. num.1. in fin.* Itaque debetur præeminentia Generalibus Monachorum Fraguer. *de Relig. ſect. §. Quemadmodum* S. Antonin. *par. 3. tit 16. cap.1. §.7.*

Dignitas Ordinis Monaſtici ſupra Ordines Mendicantium ex peculiari inſtitutione, cum habeat mendicitatem quæſtuariam, eſt humilior Ordine Monaſticho. Quod eſt præcipua mens Sac. Congregationis Epiſc. & Regul. quippè ſub die 24. Ianuar. 1617. iuſſit Sylueſtrinos in Diœceſi Nucerina commorantes, aut à quæſtuatione in poſterum abſtineri, aut in proceſſionibus vltimum locum aſſumere. Et quia indè expoſuerunt eidem Sac. Congreg. ſe à quæſtuatione abſtinuiſſe, idcircò obtinuerunt præcedentiam ſuprà Mendicantes 19. Maii eiuſdem anni. Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.1. cap.43. num.185. & in collect. Bullat. v. Monachus §.6.* Lezan. *verb. præcedentiam num.8.*

Aſſiſtit tandem conſuetudo præcedentiæ quæ debetur Abbatibus generalibus, quæ totum eſt in hac materia. Rot. *poſt innumeros dec.322. num. 10. par.6. rec. & dec. 124. num.2. coram Gregorio.* Etiam ſi iuri communi repugnaret. Cyriac. *cap.210. nu.171.* Et in terminis quod in Conciſtorio Papæ ſit attendenda, aſſerit Præpoſ. *in Can. Epiſcopos num.5. dec.17.*

Enim verò in proceſſionibus præferri Monachos Mendicantibus conſtat ex ſtylo obſeruato in proceſſione ordinara per S. Gregorium, cuius meminit Colleg. Bonon. *d. conſ. num.25.* & in alijs.

Hoc idem in Concilijs Generalibus obſeruatur, quod ſcilicet immediatè ſedent Abbates poſt Epiſcopos ante Generales Ordinum Mendicantium ex Iacobat. *lib.1. art.1. num.4.*

Prætereà exhibentur quamplurimi actus, comprobantes idipſum in Capella Pontificia fuiſſe

obſer-

obſeruatum per plures annos; eum tamen ad inducendum conſuetudinem in hac materia decennium ſufficiat. Rot. *dec.* 214. *num.* 2. *par.* 4. *recen. tom.* 2. Imò vnicus actus. Rot. *deciſ.* 229. *num.* 5. *apud Poſth. vbi ſuprà* Menoch. *conſ.* 126. *num.* 6. ac alij.

Diſertè etiam id habetur ex Diarijs Franciſci Mucanti *tom.* 1. ſcilicet:

Sub die 29. Maij 1580. Abbas Generalis Montis Oliueti, de quo in præcedenti volumine mentionem feci ſub die 25. præſentis Menſis venit ad Capellam heri, & hodie, & ſedit poſt Generalem S. Baſilij Abbatem perpetuum. Fratrem Antonium Ruſum vocatum. Nulli alij Generales adfuerunt, qui ſi veniſſent, debuiſſent de ordine Sanctiſſimi ſedere ſub dd. Abbatibus, pro ea, quæ ſcripſi ſub d. die 25. præſentis Menſis.

Sub die 5. Ian. 1588. in banco Epiſcoporum primò Gubernator Vrbis, deindè Orator Regis Galliæ, qui eſt Archiepiſcopus Tholoſæ, & poſtea Auditor Cameræ, & ſequuntur poſt ipſum Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & Generales Ordinum.

Item d. die adfuerunt ſedentes in banco Epiſcoporum Gubernator Vrbis, Vicecamerarius, deindè Archiepiſcopus Tholoſæ Orator Galliæ, & poſtea Auditor Cameræ & poſt ipſum Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & Generales Ordinum,

Sub die 2. Febr. 1600. Abbas Generalis S. Baſilii de mandato Sanctiſſimi ſedit ſuprà omnes Generales.

Sub die 26. Mart. 1600. Abb. Generalis S. Baſilii ſuper Generalem Carmelitarum.

Sub die 1. April. 1600. Abb. Generalis S. Baſilii ſuprà Generalem S. Dominici.

Et ſic proſequitur vſque ad annum 1650.

Denique hoc idem breuiter expreſſit Io: Paulus hiſce verbis die 10. Menſis Maii 1598. Ferrariæ die Pentecoſtes poſt ipſos Protonotarios ſedit Reuerendiſſimus D. Placidus Fabius Bononien. Abb. Generalis Congr. Montis Oliueti, quia in banco Epiſcoporum, in quo ſolent Generales Ordinum ſedere, non ſuperfuit locus vacuus, nulli alii Generales Ordinum interfuere, præter ipſum Oliuetanum, qui ſi adfuiſſent, debuiſſent ſedere in eodem banco poſt ipſum Oliuetanum, ex decreto fel. recor. Gregor. Papæ XIII. vt notauit Franciſcus Mucantius in ſuis Diariis anno Domini 1580. *tom.* 1. *in fin. & tom.* 2. *in princ.*

Atque ità declarauit Sac. Congr. Rit. anno Iubilæi ſub Innoc. X. ac proindè dum ſuper hac controuerſia habebamus Pontificias deciſiones, non eſt vlterius diſcutienda. Dec. *conſ.* 341. *num.* 8. Rot. *dec.* 426. *num.* 17 *par.* 4. *recent. tom.* 2. *& dec.* 426. *num.* 5. *coram* Pegna *par.* 1.

Vtrum Vicarius Generalis Ordinis dignioris deputatus per Pontificem, viuente ſuo Generali, tam eo abſente, quam præſente, præcedere debeat Vicario Generali alterius Ordinis inferioris, etiam per Pontificem deputato, in locum tamen Generalis demortui, vt toti Religioni præſideat? tom. 1. Conſult. 132.

NEgatiuè. Primò quia dignitatem, quam eiuſmodi Vicarius Generalis Ordinis inferioris habet, ex perſona propria habet, cum omnia poſſit, prout ſi verè Generalis, vt habetur in *Clem. exiui de Paradiſo de verb ſign ſ.* Roderic. *tom.* 3 *quæſt. Regul.* 76 *art.* 2. Maior autem eſt dignitas, quam quis habet ex perſona propria, quam dignitas, quæ ei competit ex perſona alterius. Bart. *in leg. Quod Princip. in fin. ff. de leg.* 2. Dec. *in cap. Sanè nu.* 2. *de Offic. Ord.*

Secundò, quia cum ipſe ſit caput Religionis, & nullum alium habeat ſuprà ſe, ratione adminiſtrationis, & dignitatis, dicitur maior illo, qui habet Generalem ſuprà ſe, & illum repræſentat, & eius tantummodò vices obtinet; Vndè neque illi debetur tantus honor: Nam adeſt Generalis, qui eſt caput. Alex. *in leg. ſed ſi §. ſemper in princ ff. de in ius voc.* vbi Iaſ. *num.* 6. & proſequitur Dec. *in cap. ſanè num.* 3. *de offic. deleg.*

Tertiò, quia ità in terminis communiter docent DD. Alexan. *in rub. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.* & ibidem ſtabiliunt Iaſ. *num.* 74. & Cagnol. *num.* 75. ac alij.

De præcedentia tam inter Ordines Mendicantes, quam Monachorum. tom. 1. Conſult. 138. ac vide to. 4. Conſult. 98. & 198. & tom. 9. Conſult. 183.

ASſerendum eſt: In proceſſionibus, aliiſque functionibus, tam publicis, quam priuatis, ille Ordo eſt præferendus, ac manutenendus in poſſeſſione, vel quaſi præcedendi, qui vel iuxta conſuetudinem, vel iuxtà poſſeſſionem, vel quaſi præcedendi, præcedit. Quandò verò non probatur, aut non conſtat de quaſi poſſeſſione præcedentiæ, ille Ordo, qui antiquior eſt in loco controuerſiæ præcedere debet, ita vt ſi contigerit noua Monaſteria aut domos in aliquo loco recipi, ille Ordo, qui prius Monaſterium, ſeù Domum in loco habuerit, præcedat. Sic ſanciuit Greg. XIII. *Conſt.* 86. *tom.* 2. *Bullar.* quæ ſanè præcedentia iuxtà prioritatem, & antiquitatem Conuentuum eſt oretenus decidenda per Ordinarios, quacumque appellatione poſtpoſita.

Et quamquam Pius V. in ſua *Conſtitut.* 71. prærogatiuam conceſſerit Fratribus Dominicanis præcedendi omnibus aliis Mendicantibus, attamen eius Succeſſor Gregor. XIII. agnoſcens, quod exindè plures ortæ eſſent lites, d. Conſtitutionem Pianam abrogauit. Inſuper adeſt de-

cre-

Digitized by Google

cretum Vrbani VIII.editum 18. Decemb.1637.

Atque ità etiam Sac. Congr. Epiſc. & Regul. reſpondit, nempè prò obſeruantia d. Conſtitutionis Gregorianæ, vt nouiſſimè anno 1655. Menſe Nouemb. & alias ſæpè. Vndè PP. Prædicatorum Ordinis habere præcedentiam ſuper cæteros Mendicantes, in locis tamen, vbi habent prò ſe vſum, & ſunt in quaſi poſſeſſione huiuſmodi præcedentiæ, alias minimè reſoluit eadem Sac.Congr. die 8.Iun.1618. & die 23. Septembr. 1624. ac 6. eiuſdem Menſis 1625. Itemque declarauit, quod ii, qui ſunt in poſſeſſione pręcedentię,pręcedant,& vbi non conſtat de poſſeſſione, præcedant ij, qui ſunt antiquiores in loco controuerſię. Ità pręſertim in vna *Arben.*13.Mart.1582. in vna *Caſſanen.* 24. Maij 1583. in vna *Ferentina* die 1. Iun. 1604. In vna *Ieſuitarum* 15. Iul.1616. in vna *Conuentualium* 13. Nouemb.1637. in vna *Auguſtinianorum* 8.Octobr.1645.Licet Romæ præcedant illi Regulares, quorum Ordo prius approbatus fuit per Sedem Apoſtolicam, vt reſoluit eadem Sac.Congr.die 15.Febr.1593.in *Hieracen.*& 30. Mart.1594.in vna *Mantuana.*

Quis nam prius admittendus ſit ad profeſſionem Regularem, ac praecedere debeat, ille ne, qui prius receptus eſt ad habitum, an qui prius habitum ſuſcepit? tomo 1. Conſult. 149.

TEnendum eſt,quod licet receptus eadem die, & in eodẽ Capitulo videatur in acceptatione ad habitũ quodammodo prior,tamen eiuſmodi acceptatio in ordine ad pręcedentiam nil relenat; quia ipſa non facit Nouitios, ſed tantum tribuit potentiam, quæ niſi reducatur ad actum, nil operatur. *leg.ſed & ſi plures*, §.*ſi ex aſſe.* ibi: *Nec ſufficit ad ſecundarum tabularum vim ſit factum eſſe teſtamentum, vt ex eo adiri hæreditas poſſit,ff.de vulg.& pupil.cap.Religioſo,* §. *Quamuis de ſent. excom. in 6. leg.Quamuis alius* 2.& ibi per Iaſ.*num.*2.*C.de inoffic.*

Ille autem, qui prius ſuſcepit habitum, prius eſt factus Nouitius, prius quoque compleuit annum Nouitiatus,qui incipit ab hora ſuſceptionis habitus. Anan.*conſ.*93.*num.*6. Bald. *in leg. cum anterioribus num.*2.*C.de temp.appell.*Franch. *in cap.*1.*num.*5.*de reſt.ſpol.*Atque adeo prius eſt, vel reijciendus, vel ad profeſſionem admittendus ex Conc.Trid.*ſeſſ.*25. *de Regul. cap.*16. vbi mandat, finito anno probationis, Nouitios ad profeſſionem admitti, vel reijci. Et cum non ſteterit per eum, qui prius ad habitum admiſſus fuit, ne ſtatim,completo anno, emitteret profeſſionem, illa habetur prò emiſſa, *leg.ſi adeo* §.*Procuratori ff.de cut.*Lancell. *de attent.par.*2.*cap.*4.*n.*135.Seraph.*dec.*154.*num.*2.

Vbicumque enim petitur a Superiore, quod erat de iure concedendum, ſi denegatur, habetur prò conceſſo, vt pluribus exemplis comprobat Rota *in rec.dec.*359.*n.*4.Nam attendi debet tempus illud, quo eſt ipſi iure quæſitum, non ſolum ex diſpoſitione Sac. Conc. Sed etiam ex propria præuentione. *arg. cap.* Capitulum 30. *in fin.de reſcrip. cap. duobus* 14.*eodem tit. in* 6. Gonzal. *ad reg.* 8. §.3. *proem. num.* 18 *& ſeq.tex. in leg.* 1. *C. de conſult. lib.*12. vbi, quod in vno eodemque genere dignitatis, prior ille eſſe debet,qui prius meruit dignitatem.

Quare benè intrat in ipſius fauorem regula: Prior tempore, potior iure, *cap. Qui prior de reg.iur. in 6.cum vulgaribus,& latè* Barb.*in topic.v.Prior,* vbi Bart.*ff.de obſeq.* Augel. *in* §. *Quædam n.*10. *in fin.*alijque.

Atque ità declarauit Sac.Congr.Epiſc.& Regul.in vna *Rhegien.Profeſſionis* die 11.Auguſti 1638.

1. *An Canonici Cathedralis poſſint continuare ſolitum ex antiquiſſima conſuetudine, etiam ſine habitu Canonicali exiſtentes, retinendi in incedendo,& in ſedendo locum digniorem reſpectu Magiſtratus in quibuſcumque functionibus,in quibus ſimul eſſe contigerit,etiam ſi vti ſinguli incedant?*

2. *An introducendus ſit vſus duorum thuribulorum, vt eodem tempore incenſetur Capitulum, & Magiſtratus, vel ſaltem Magiſtratus thurificandus ſit ſtatim poſt Canonicos ante omnes alios de Choro, contrà hucuſque obſeruatam conſuetudinem?*

3. *An,incedentibus Canonicis in habitu Canonicali in aſſociando Epiſcopum, præſertim Cardinalem, debeant ipſi habere locum poſt Cardinalem, dum Magiſtratus incedit ante cum alijs laicis, vel ire poſt, ſpectet ad Magiſtratum,ſub prætextu, quod Canonici ſine habitu Canonicali non cenſeantur incedere Collegialiter, & quod ità ſeruetur in alijs Ciuitatibus, in quibus eſt Epiſcopus Cardinalis?* tom.2. Conſul.35.ac vide to.1. Conſul.7.Et quoad 2. quæſitum vide etiam tom.3.Conſult.61.

AD 1. Alias reſpondit Sac. Congr. Epiſc. præcedentiam deberi Magiſtratui in concurſu cum Canonicis non incedentibus in habitu Canonicali, & Capitulariter. Sic enim cenſuit in vna *Veronen.*1594.

Canonici Cathedralis dum extrà Eccleſiam incedunt, vti ſinguli, nullam habeant iuriſdictionem; Vndè cedere debent habentibus iuriſdictionem, & Ciuitatem repreſentantibus, præſertim ſi de conſuetudine in contrarium non conſtaret.

Verum in hac re nulla habetur expreſſa diſpoſitio Cœremonialis, quæ cogat Canonicos ad probandandam conſuetudinem ad ſuum fauorem, & propterea admittenda eſt probatio antiquę conſuetudinis, quæ attendi debet: quia in omnibus ſuis caſibus eſt rationabilis, etiam ex relata declaratione.

Nam quandò Epiſcopus interuenit extrà Cathedralem in aliqua Eccleſia ad audiendam nimirum concionem, vel ad quemcumque alium actum,& etiam extrà Eccleſiam in quibuſdam

actibus publicis, Canonici verò interueniunt Collegialiter quidem quoad numerum, ſed ſine habitu Canonicali, valdè conſentaneum eſt honeſtati, vt illi habeant locum honorabiliorem propè Epiſcopum, cum quo ſimul exiſtentes ſemper conſtituunt vnum corpus. *cap.* 11. *diſt.* 11. Gemin. *in cap. Quamuis* §. *Quamquam n.* 3. *de præb. in* 6. Abb, *in cap cum licet*, ac alij: Nulla enim eſt neceſſitas conſtituendi Collegium, & Capitulum, vt Canonici interueniant cum habitu Canonicali, ceſſante ſtatuto, vel conſuetudine: Quia Canonici hoc eſt perſonæ, & non habitus conſtituunt Capitulum, & Collegium. *cap. Porrectum de Regul.* cum ſimilibus.

Præterea quandò etiam Canonici ſine habitu Canonicali ſoli ſine Epiſcopo in numero ſufficienti ad conſtituendum Collegium, & repreſentandum Capitulum verſantur in aliquo actu publico ſimul cum Magiſtratu, conſuetudo, vt præcedentia, & dignior locus detur Canonicis ſimili modo eſt laudabilis, atque adeò ſeruanda; ſunt enim Clerici primi ordinis, dicuntur membra Epiſcopi, qui eſt eorum caput, & appellantur Epiſcopi fratres, *cap.* 2. *de offic. deleg. in* 6. Innoc. *in cap. ſed de reſcrip.* Lelius Zecch. *de Republ. Eccleſ. cap.* 24. *num.* 1. aliique. Rot. *dec.* 3. *num.* 3. *par.* 5. *recen.* Vndè conueniens eſt, quod à Magiſtratu recipiant majorem honorem, quam recipit quilibet ſingularis inferior de Clero.

Ad 2. Manutenendi ſunt Canonici omnes in ſua poſſeſſione habendi thus ante Magiſtratum, quod eſt conforme libro Cæremoniali, *cap.* 23. *ad fin. lib.* 1. Prætenſio autem ſimultaneæ thurificationis mediantibus duobus thuribulus eſt improbata à Sac. Rit. Congr. præſertim in vna *Interamnenſi*, ibi:

Magiſtratui contrà eiuſdem Cæremonialis diſpoſitionem prætextu cuiuſdam decreti Epiſcopalis thurificationem exigit ab Archiepiſcopo, altero thurificando immediatè Vniuerſitatem præfatam, & interim continuando primo thuribulo thurificationem aliarum Sacerdotum. Sac. Rit. Congr. *duplicis thuribuli vſum improbando, mandauit ſeruari Cæremoniale Epiſcoporum. die* 4. *Iun.* 1644.

Idque procedit etiam reſpectu Parochorum, qui Eccleſiæ Cathedrali inſeruiunt tanquam Canonici ſupranumerarij, ac reſpectu Clericorum in Sacris conſtitutorum, inſeruientium ſimiliter Choro Cathedralis, vt ſcilicet ex conſuetudine Magiſtratus thurificetur poſt eos omnes: Quia huiuſmodi Parochi Canonici, qui etiam deferunt Almutium, & Clerici in Sacris, tanquam tales digniores ſunt laicis, præſertim in Choro cum habitu Eccleſiaſtico induti. Quam ob cauſam Sac. Rit. Congr. in vna *Aſculana loci Pennæ* die 17. Martij 1629. reſpondit, Magiſtratum thurificari debere poſt omnes Clericos de Choro, ita enim habetur:

Priores Terræ Pennæ Aſculanæ Diœceſis ſupplicauerunt, definiri: an ipſi thurificandi ſint immediatè poſt Canonicos ante alios Presbyteros inſeruientes? Et Sac. Rit. Congr. reſpond. thurificandos eſſe poſt omnes de Choro, die 17. *Mart.* 1629.

Ad 3. Quandò Epiſcopus, præſertim Cardinalis, accedit ad Eccleſiam, vel recedit cum Cappa, Canonici Collegialiter eum aſſociando cum habitu Canonicali ſubſequuntur, & Magiſtratus ſimul cum alijs laicis accedit, iuxtà Cæremoniale, *lib.* 1. *cap.* 15 Idemque dicendum, ſi obſeruatum fuerit quandò Canonici interſunt ſine habitu Canonicali, in caſu quo Cardinalis incedit ſiuè in habitu Cardinalitio, ſiuè Camerali: Nam ex vniuerſali obſeruantia Cardinalium omnes laici illos antecedunt, & ſoli Prælati ſubſequuntur, quorum Prælatorum loco Cardinalis Epiſcopus conſueuit habere, dictoque loco honorare ſuos Canonicos, qui repræſentant perſonam in dignitate Prælato ſimilem, Innoc. *in cap. cum non ignores num.* 2. *de præb.* cum allegatis à Gratiano *diſp.* 111. *nu.* 10. Verum vide *Conſul. de præcedentia Vicarii generalis*, vbi refertur decretum Sac. Rit. Congreg. prò varijs Gubernatoribus.

An Magiſtratui Sæculari competat locus, & quidem dignior intrà Presbyterium? to. 3. & vide to. 1. Conſult. 7. tom. 4. Conſult. 16. Item vide de Eccleſ. tom. 7. Conſult. 35. & 48. tom. 8. Conſult. 54. & tomo 9. Conſult. 147.

NEgatiuè reſpondemus, & huiuſmodi prætenſionem iudicandam eſſe irrationabilem, atque adeò damnandam probauimus, *d. to.* 1. *Conſult.* 7.

Nec dici poteſt, quod id ſolum procedat reſpectu Epiſcopi, non autem Canonicorum: quia, cum Capitulum vnum corpus conſtituat cum Epiſcopo, *cap. nouit. & cap. quanto de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. capit.* Neceſſariò ſequitur, quod Canonici ſint etiam participes honoris, ac præcedentiæ. Felin. *in cap. paſtoralis num.* 10. *de offic. deleg.* Rot. *in Cæſarauguſtana Synodi* 13. *Febr.* 1626 *& in altera Cæſarauguſtana Præcedentiarum* 29. *Nouembr.* 1627. *coram* Coccina poſt Tambur. *de iur. Abb. tom.* 3. *dec.* 113. *num.* 3. *& in terminis coram Gregor. XV. dec.* 284. *num.* 3. *&* 4. vbi quod idcircò membra præcedere debeant eos omnes quos eorum caput præcedit.

Neque obſtat, ſi Epiſcopus non ſit præſens: Nam adhuc Canonici ſunt membra ipſius, *d. cap. Nouit.*

Neque ſolum maioritas dignitatis Eccleſiaſticæ, ſed etiam natura ipſius loci reſiſtit intentioni Magiſtratus; Nam in Presbyterio non toleratur, quod laici locum habeant inter Clericos, *cap.* 1. & ibi Gloſ. *de vit. & honeſt. Cleric.* ibi: *Quandò Sacra Myſteria celebrentur, ſtare, vel ſedere inter Clericos non præſumant*, & cap. 1. de cohabit. Cler. & Mulier in fine, ibi: *Prohibendum quoque eſt, vt nulla fœmina ad Altare præſumat accedere, aut Presbyterio miniſtrare, aut infrà Cancellos ſtare, ſiuè ſedere,*

Id-

Digitized by Google

Idque etiam ſi mulier ſit Princeps: quia tex. allegati vniuerſaliter loquuntur, & alias dignitas illa mulieri non dat aliquam præeminentiam, quæ pertineat ad Ordinem Eccleſiaſticum, aut quę extrahat aliquo modo à ſtatu laicali, ac proindè neque operatur, quod poſſit admitti intrà locum, in quem conuenit Clerus ad celebranda Diuina Officia, cum ſit aliquo modo communicare cum ipſo in Ordine hierarchico. Quin hoc obſeruandum eſt etiam quoad Reginam ex eadem ratione, quod nimirum non debeat communicare cum Miniſtris Altaris in loco deſtinato prò miniſterio eiuſdem Altaris. Et quia ſublimitas dignitatis ipſius non conuenit aliquo modo Ordinem hierarchicum Eccleſiæ, ideòque non dat, vndè Miniſtris Altaris aſſociari poſſit in loco. Vndè etiam in Cęremoniali Rom. *lib. 1. ſect. 13. c. 3.* vbi agitur de receptione Reginæ dicitur: *In Eccleſia fiat ei ſuggeſtum ornatum extrà, & propè Capellam, vbi cum ſuis Ancillis poſſit ſtare, & audire Miſſam, & cum Diaconus thuris ſuffitu excipit Cardinales, Reginam Acholytus vnus eodem modo excipiat.*

Vndè etiam Patroni, quibus de iure debetur honorabilior locus in Eccleſia, admitti non debent inter Presbyterium ex mente Sac. Congr. vt dixit Rota in *Valentina Capellæ S. Mariæ* 1599. coram Iuſto, & in *Burgenſi ſepulturæ de Villadiego* 5. Maij 1603. coram Lancellotto.

Et licet quibuſdam viris Magnatibus permittatur, quod ſedeant in Presbyterio, id tamen vel ex eo procedit, quod ſunt Reges, vel Principes non recognoſcentes Superiorem, quibus ius non reſiſtit, cum poſſent miniſtrare Epiſcopo, exercendo officium ſimplicis Subdiaconi, licet non habeant Sacrum Ordinem, & ideò non reputantur in hac materia merè laici, nec turbant hierarchicum Eccleſiæ Ordinem. Chaſſan. *in cathal. glor. mun. p. 5. conſid. 24. n. 105.* & Lotter. *quæſt. 13. num* 28 *& ſeq. lib.* 1. de quo diximus *tom. 1 Conſult. 7.*

Idque ità eſt Sacris Canon. diſſentaneum, vt etiam ſi permittente Clero, laici locum obtinuerint in Presbyterio, huiuſmodi actus reputetur merè voluntarius, adeò vt ex eo nullum ius acquiri poſſit, niſi concurrat quatragenaria cum titulo, vel immemorabili. Rot. in *dicta Valentina Capella*, quam refert, & ſequitur Lotter. *ea quæſt. 13. num.* 27. Daniel. *diſp. 60. nu. 44.* Quinimmò eſſe impreſcriptibile ius laicorum ponendi Sedes in Eccleſia, ac in eis ſedendi firmat Fuſcus *de viſit cap. 27. n. 3. lib. 1.*

Atque ità ſæpè declarauit Sacra Rit. Congregat. præſertim in vna *Auximana*; Referente enim Eminentiſſimo Pallotto petitionem Magiſtratus Ciuitatis Auximanę circà ſedem tenendam prò Magiſtratu, quandò ſolemniter Diuinis intereſt. *Sacra Congr. Rit. reſpondit, ponendam eſſe extrà Presbyterium, iuxtà plantam ſignandam per dictum Eminentiſſimum, die 2. Iul. 1639.*

Idemque ſeruari debere etiam in alijs Eccleſijs, in quas occaſione ſolemnitatum, vel Proceſſionum Canonici conueniunt, & intereſt quoque Magiſtratus, ſuadet neceſſitas ipſa: Quia Magiſtratus, dum occupat Presbyterium à Cornu Epiſtolæ, Canonici qui ſunt plures numero coguntur extendere ſua ſcabella gennalia extrà Presbyterium inter mulieres, & reliquum populum, vel aceruatim ſtare ſine commodo genufleсtendi. Quod diſponunt decreta Sacræ Rit. Congregationis per quæ non in ſpecie, ſed in communi in quouis caſu ità reſpondere ſolita eſt, etiam quod aliquandò locus intrà Pręsbyterium laicis permiſſus fuerit, & pręcipuè, omiſſis alijs in vna *Granatenſi* 1609.

Sacra Rit. Congregatio iuxtà diſpoſitionem Cæremonialis Epiſcoporum lib. 1. cap. 13. *& inhærendo decretis alias in ſimili cauſa factis, declarauit, non licere, nec permitti debere laicis, dum Diuina Officia in Eccleſia Metropolitana celebrantur, inter Canonicos, & alios in Eccleſia præbendatos, ac Miniſtros in Choro, vel Presbyterio ſtare, vel ſedere, neque licere Magiſtratibus, aut Iudicibus laicis proprias Dignitatum ſedes, aut Canonicorum in Choro, aut Presbyterio occupare, etiam ſi aliquandò id eis permiſſum fuerit. Idque tam in Archiepiſcopali Granatenſi Eccleſia, quam etiam in Proceſſionibus, & officijs, ac in alijs Eccleſijs, ad quas ire, ſeù aſſiſtere Capitulum, & Canonicos eiuſdem Eccleſiæ Granatenſis contingerit, ſeruandum eſſe cenſuit, & declarauit die 24. Oct. 1609.*

Quod eſt iuxtà diſpoſitionem Cęremonialis eodem *cap. 13.* à quo ſublatæ fuerunt omnes conſuetudines contrarię.

Quod verò ad alios Prælatos nullum eſt inconueniens: Quia tanquam Prælati Eccleſiaſtici, & præcipuè, ſi ſint Epiſcopi, debent habere locum ſuprà Canonicos, vt decernit idem Cęremoniale *d. cap. 13.* circà finem. Quod ſi contingerit, dictos Prælatos eſſe Diœceſanos, nec habere Dignitatem Eccleſiaſticam ampliorem, vtique non pręcederent, vt in eodem Cęremoniali ſubiungitur, ibi *Abbates Diœceſani benedicti habentes vſum Mithræ, & baculi habebunt locum condecentem, dummodò non ſuprà, nec inter Canonicos.*

In quarum rerum confirmationem Sacra Congr. Epiſc. ſæpius decreuit, vt dum in Choro recitantur Horæ Canonicæ, vel Miſſę ſolemnes cantantur, nemo ex laicis ingredi in Chorum audeat, niſi ob penuriam Clericorum de licentia Superioris, qui tamen Presbyterium commune laicis facere nequeat. Ità in *Albiganenſi* 8. Nouembr. 1588. in *Policaſtrenſi* 26. Februarij 1591. in *Hydruntina* 17. Ianuar. 1595. in *Vlturarienſi* 23. Iun. 4598. in *Saonenſi* 12. Ian. 1604. Quod ſi Epiſcopus prohibeat, nè vllus laicus Chorum ingrediatur ad canendum ſine habitu Clericali cum ſuperpelliceo, Auditor Cameræ non debet illi inhibere, quia hæc materia non admittit appellationem. Eadem Sac. Congr. in *Peruſina* 30. Iul. 1613.

Cui nam competat ius porrigendi aſperſorium aquæ benedictæ Epiſcopis, Archiepiſcopis, Legatis accedentibus ad Eccleſias, etiam Regularium? Quid de conſuetudine immemorabili hac in re? Quidue de conceſſione remiſſoriæ ad illam probandam? tom. 3. Conſult. 18. Item vide de Ritibus tomo 4. Conſult. 94. num. 6. & 7.

Dignior, ſiuè prima Dignitas Eccleſiæ, etiam Regularis, ad quam Epiſcopus, Archiepiſcopus, Legatus, alijque Prælati accedunt, debet illis porriggere aſperſorium. Ratio eſt, quia porrectio aſperſorij eſt actus obſequij, ac reuerentiæ præſtandæ à Domino domus ad eam venientibus. Rectores autem Eccleſiarum in proprijs Eccleſijs dicuntur eſſe in propria domo. *cap. duo* 23. *q.* 4. Abb. *in cap. Venerabilem de elect. n.* 19. cum alijs relatis per Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ.* 6. *n.* 102. Quinimmò in ea ſunt Reges, & Imperatores: Vnde etiam Rex exiſtens in aliena domo debet cedere Domino, vt notat Decian. *conſ.* 67. *num.* 12. *&* 13. *vol.* 2.

Atque ità ſeruatur Romæ in Proceſſionibus Rogationum, in quibus licet Reuerendiſſimi Canonici Lateranenſes ſint præſentes; attamen aſperſorium porrigitur Illuſtriſſimo D. Vicegerenti à Digniori illius Eccleſiæ, ad quam accedit. Imò etiam Summo Pontifici porrigitur ab Eminentiſſimo Domino Card. Titulari illius Eccleſiæ, ad quam dignatur accedere, & quatenus Card. Titularis non eſſet præſens, illud porrigitur ab alio Cardinali pro Titulari. Alioquin, ſi dignior in proceſſione deberet porriggere aſperſorium, ſequeretur, quod ſi eſſent præſentes Card. Legatus, & Archiepiſcopus, hic illi deberet porriggere aſperſorium, quod planè dicendum non cenſeo.

Ità etiam ſæpius expreſsè reſoluit Sacra Rituum Congregatio, præſertim in vna *Cameriacen.* 15. Martii 1608.

Sac. *Rit. Congr. inhærendo aliis decretis, alias hac de re emanatis, cenſuit, aſperſorium aquæ benedictæ porriggendum eſſe Epiſcopo à Priore Eccleſiæ Collegiatæ, dum ibi accedit Epiſcopus, non autem à prima Dignitate, vel primo Canonico Eccleſiæ Cathedralis.*

Idem expreſſius reſoluit in vna *Bononienſi* die 14. Februarii 1642. nimirum: D. Marcus Antonius Gentilis de Bononia Abbas Monaſterii B. Mariæ de Pace, Procurator Generalis totius Cougregationis Canonicorum Regularium Lateranen. expoſuit, Archidiaconum Metropolitanæ Eccleſiæ Bononienſis prætendere in Eccleſia propria dictorum Canonicorum Regularium aſperſorium porriggere Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo D. Card. Legato occaſione alicuius Proceſſionis ad eorum Eccleſiam accedenti contrà diſpoſitionem Cęremonialis Epiſcoporum, & decreta in his terminis per hanc Sacram Congregationem edita, ſupplicauit prò bono pacis declarari quid ſeruandum?

Sacra Rituum Congregatio reſpondit, aſperſorium Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo D. *Card. Legato aliquam Eccleſiam occaſione publicæ Proceſſionis, ſeù quacumque alia de cauſa ingredienti, non ab Archidiacono, ſeù alijs de Capitulo Metropolitanæ porrigi debere, ſed à Digniori illius Eccleſię, ad quam Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus Card. Legatus accedit, & ità in poſterum ſeruari mandauit.*

Et rurſus die 8. *Febr.* 1648. *Sacra Rit. Congregatio reſpondit, Epiſcopo Rhegienſi extrà ſuam Cathedralem in aliam Eccleſiam, ſiuè ſæcularium, ſiuè Regularium ingredienti aſperſorium porrigi debere per digniorem illius, ad quam Epiſcopus accedit, & nullo modo per Dignitates, aut Canonicos Cathedralis, & ità in caſu propoſito omninò ſeruari mandauit.*

Non obſtat conſuetudo, etiam immemorabilis, quia tanquam irrationabilis nunquam potuit induci, eſt enim contrà bonos mores: quia Dominus domus tenetur præſtare obſequia ad illam accedenti.

Minus obſtat, quod id non reperiatur expreſsè prohibitum in d. Cęremoniali: Nam ſatis eſt, quod ità ſemper declarauerit Sac. Rit. Congregatio, ad quam ſpectat illud interpretari; Vndè eadem Sacra Congreg. die 21. Mart. 1665. in cauſa inter Archiepiſcopum, & Abbatem, ac Monachos S. Vitalis Rauennæ reſoluit, quod, accedente D. Archiepiſcopo ad præfatam Eccleſiam vnà cum Capitulo Metropolitano ad exercendum Pontificalia in die feſto, debeat Abbas tradere, & porriggere aſperſorium aquæ benedictæ eidem Archiepiſcopo immediatè, non autem Archidiacono, & cum fuerint prò parte dicti Capituli exhibiti articuli ad probandum ex literis remiſſorialibus antiquam conſuetudinem porrigendi per Abbatem aſperſorium primæ Dignitati, eas Sacra Congregatio die 6. Iun. 1666. denegandas eſſe cenſuit. Et quidem porrectio aſperſorii, vel eſt actus iuriſdictionis, vel obſequii. Si iuriſdictionis, non poteſt exerceri in Eccleſijs Regularium, quia ſunt exemptæ; Si obſequii, pertinet ad Rectorem Eccleſiarum.

Aliqua de præcedentia Parochorum in Eccleſijs Regularium occaſione Funeris. Vide de Funeribus tomo 3. Conſult. 48.

De præcedentia inter Canonicos, & Parochos in aſſociatione Funerum. Vide de Funeribus tomo 3. Conſult. 51. & 52.

De Præminentia Epiſcopi in aliena Diæceſi. Vide de Epiſcopis tom. 3. Conſult. 54.

An,

An, & quo pacto debeatur præcedentia Canonicis Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis in Eccleſijs, præcipuè in quibus præbendæ non ſunt diſtinctæ, tã in Choro, quam in Capitulo, aliiſue ſeſſionibus, atque actibus? tom. 3. Conſult. 55.

DIſtinctio Ordinum in materia præeminentię potiſſimum eſt attendenda *per l. 1. & 2. C. vt dignit. ord. ſeru. lib. 12. l. vt gradatim de mun. & honor.* Gloſ. § *aliam inſt. de honor poſſ.* aliique multi.

Verum in hac re non egemus ſuffragio regulæ generalis, dum apertiſſimè fauet Conſtitutio Greg. IX. relata *cap. ſtatuimus de maior. & obed.* vtpotè quæ id in ſpecie decidit his in verbis: Statuimus, vt Presbyteri primum locum, Diaconi ſecundum, Subdiaconi tertium, & ſic de reliquis obtineant ordinatim, etiam ſi poſterius admittantur. Cuius diſpoſitionem perpendit Rota *in Romana præcedentiæ coram Sacrato inter recentiores dec. 214. num. 1. par. 4. to. 2.* vbi firmatur, de iure præcedentiam deberi illi, qui eſt maior in ordine, etiam ſi alias negans illam, eſſet antiquior in loco, & Verall. *deciſ. 357. par. 2.* vbi, quod ſi poſterior receptus ſit in ordine maior, ſemper debet præcedere priori recepto, ſi ſit in ordine minor. Et ità ſeruatur in Collegio Eminentiſſimorum Cardinalium. Nam Cardinales Diaconi, ſi transferantur ad titulum Presbyteralem, præcedunt alios Presbyteris poſt eos ad Cardinalatum promotis ex Conſtitutione 48. Clem. VIII.

Quod habet locum in omnibus actibus, quibus interſunt, vt Canonici, licet ſine habitu Canonicali. Nam præfata Conſt. nullum caſum particularem determinat; atque adeò videtur indiſcriminatim intelligenda, tam de actibus, ac ſeſſionibus Capitularibus, quam extrà Capitulum, cum nimirum eadem ſubſit ratio honeſtatis, ac iuſtitiæ, ratione cuius minores maioribus obſequium debent, Gloſ. *in cap. à Subdiacono v. honorem 93. d.* & in hiſce præciſis terminis eſt Gloſ. ſingularis *in d. cap. Statuimus v. ſeruitia.*

Quod ipſum ſemper cenſuit Sacra Congregatio Rit. tam in Eccleſiis Cathedralibus, ac Collegiatis, in quibus præbendæ ſunt diſtinctæ, quam in Collegiatis, in quibus non ſunt diſtinctæ, vt liquet ex ſubiectis declarationibus.

In Albiganen. *Canonicos Albiganenſis Eccleſiæ, qui prius nullum Ordinem Sacrum annexum habebant ex decreto viſitationis Epiſcopi eiuſdem Ciuitatis ordinatas, & diſtinctos fuiſſe in Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos, Sac. Rit. Congreg. expoſitum fuit, ac narratum, quod nonnulli ex prædictis Canonicis in Diaconali Ordine conſtituti ſub prætextu antianitatis præcedentiam ſuper Canonicos Presbyteros prætendebant, & alij in Ordine Subdiaconali eodem prætextu Diaconis præcedere contendunt. Quibus auditis.*

Sac. Rit. Cong. *vt alias ſæpè, ità etiam nunc declarauit, ordinem in omnibus, maximè autem in Eccleſia ſeruandum eſſe, vt qui digniores in ordine ſunt, minus dignis præferantur. Et ideò Canonicos Presbyteros* Albiganenſis Eccleſiæ *Diaconis, & Diaconos Subdiaconis præferendos eſſe, etiamſi Presbyteri Canonicatum poſt Diaconos, & Diaconi poſt Subdiaconos obtinuerint, cenſuit, & declarauit die 6. Septemb. 1603.*

In Lunen. Sarzanen. *Sac.* Rit. Cong. *iuxtà alias reſoluta reſpondit, ordinem Eccleſiaſticæ Hierarchiæ ſeruandum eſſe, vt primum, & digniorem locum obtineant* Canonici Presbyteri, *ſecundum Diaconi, tertium* Subdiaconi, *licet Diaconi, vel Subdiaconi ante Canonicos Presbyteros ſui Canonicatus poſſeſſionem acceperint. Et ità in Cathedrali Lunen. Sarzanen. ſeruari mandauit, non obſtante contraria conſuetudine, quam abuſum Sac. Congr. declarauit die 17. Iun. 1606.*

Ac pleniſſimè in Tropien. In *Eccleſia Tropienſi iuxtà formam Conc. Trid. præbendas fuiſſe ab Epiſcopo diſtinctas in Presbyterales, Diaconales, & Subdiaconales, Sac. Rit. Congregationi expoſitum fuit. Et quia in eadem Eccleſia vigebat, & adhuc viget conſuetudo, vt ille Canonicus tam in proceſſionibus, quam in Choro cæteris præferatur, qui prius ſui Canonicatus poſſeſſionem acceperit, qui nulla habita conſideratione ſuæ præbendæ, an ſit Presbyteralis, Diaconalis, vel Subdiaconalis, prò parte nonnullorum d. Eccleſiæ Canonicorum, qui præbendas Presbyterales obtinent, quæſitum fuit, quis præferendus ſit, & digniorem locum, tam in Choro, quam in proceſſionibus obtinere debeat?*

Sac. Rit. Cõg. *reſpondit, ordinẽ Eccleſiaſticæ Hierarchiæ ſeruandum eſſe, vt primum, & digniorem locum obtineant Canonici Presbyteri, ſecundum Diaconi, tertium Subdiaconi, licet Diaconi, vel Subdiaconi ante Canonicos Presbyteros ſui Canonicatus poſſeſſionem acceperint, non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium, quam abuſum eadem Sac. Cong. declarauit die 17. Iun. 1606.*

Item in *Aſſiſien.* Fuit quæſitum, an conſuetudo, quæ in Eccleſia Aſſiſien. viget, & in qua præbendæ non ſunt diſtinctæ, quod prius admiſſus in Canonicum, etiam quod non ſit Sacerdos, præferatur poſteriori, licet Sacerdoti, ſit ſeruanda?

Et Sac. Rit. Congregatio mandauit ſeruari decretum alias factum die 17. Iun. 1606. prò Eccleſia Tro*pienſi quandò non ſunt diſtincta præbendæ. die 29. Ianuar. 1628.*

Ità etiam in *Sulmonenſi*. Epiſcopus Sulmonenſis volens conſulere indemnitati Canonicorum ſuæ Cathedralis, ſupplicauit declarari quid tenendum circà præcedentiam inter Canonicos Sacerdotes, & non Sacerdotes, ſtante quod in ſua Cathedrali non ſunt diſtinctæ præbendæ, videlicet, an Canonicus prius admiſſus, etiam quod non ſit Sacerdos, præferri debeat Canonico Sacerdoti poſteà admiſſo?

Et

Digitized by Google

Et Sac. Rit. Cong. iuxtà alias reſoluta, reſpondit, Canonicum non Sacerdotem, licet prius admiſſus, cedere debere digniorem locum Sacerdoti poſteà admiſſo. Die 19 Nouemb. 1633.

Nequè aliter in *Sutrina* Sac. Rit. Cong. cenſuit reſpondendum Antonino Venturino Canonico Cathedralis Sutrinæ, iuxtà alias reſoluta, hoc eſt, præcedentiam deberi Canonico Sacerdoti ſuprà omnes alios Canonicos non Sacerdotes, etiam quod ſint prius admiſſi, non obſtante contraria conſuetudine, quam alias Sac. Cong. abuſum eſſe declarauit die 12. Decembr. 1633.

Expreſſius in *Vitana*. Orta differentia inter duos prouiſos de Canonicatu, alterum Sacerdotem, in minoribus alterum dumtaxat conſtitutum, ſed cum præuenerit, tam in expeditione Bullarum, quam etiam in capienda poſſeſſione Clericus Sacerdotem, prætēdens Clericus Sacerdoti præferri in præcedentia, petitum fuit definiri, cui nam ipſorum debeatur præcedentia?

Et Sac. Rit. Cong. iuxtà alias reſoluta in facti contingentia in eadem Ciuitate Vritana, reſpondit, Canonicum Sacerdotem præferendum eſſe.

Et in *Piſaurenſi*. Iulius Cæſar Caualca Canonicus Piſaurenſis, ſupplicauit declarari, ad ipſum ſpectare præcedentiam, tanquam Sacerdotem ſuprà alios Canonicos non Sacerdotes, etiam quod hi poſſeſſionem ſuorum Canonicatuum prius acceperint.

Et Sac. Cong. reſpondit, præcedentiam hoc caſu ſpectare ad Oratorem Sacerdotem ſuprà alios, non obſtante anteriori poſſeſſione capta per non Sacerdotem.

Pariter in *Ripana*. Vbaldus Cotatia de Monte Prandone Canonicus, & in Sacerdotio conſtitutus petit à Sac. Rit. Cong. an ſibi competat locus, & præcedentia ſuper alios Canonicos eiuſdem Eccleſiæ ad Ordines Sacros tamen non promotus, ſed de Canonicatu tantum anteà prouiſos?

Eadem Sac. Rit. Cong. inhærendo decretis alias factis affirmatiuè reſpondit die 17. Nouemb. 1646.

Præclarè in *Theatina*. Cum Sac. Rit. Cong. alias reſpondiſſet, præcedentiam competere Franciſco Mariæ Pozzæ, vti prius recepto in Eccleſia S. Mariæ de Vaſto Theatinæ Diœceſ. & in Ordinibus Sacris conſtituto ſupra Vincentium Nardum, qui renuens parere decreto, fuit ab Ordinario ſuſpenſus à Diuinis, & cum deindè per Breue Apoſtolicum ſe ad Presbyteratus Ordinem ante Franciſcum Mariam promotum fuiſſe coram Sac Congregatione comprobauerit, inſtitit coram eadem, vt declararet modo præcedentiam ad ſe ſpectare, vti Sacerdotem antiquiorem, & cenſuras reuocare dignaretur.

Eminentiſſimi Patres Sac. Rit. Cong. Præpoſiti, præcedentiam in Eccleſiaſticis functionibus dandam eſſe Vincentio Nardo, & reuocandas eſſe cenſuras mandarunt. die 6. April. 1647.

Vrbis. Circà dubium propoſitum, an Canonicus Collegiatæ in Ordine Presbyterali conſtituto, qui tanquam à principio locum habuit ſupra Diaconos, debeat cedere locum digniorem Canonicis Diaconis prædictis, ſi poſteà ordinentur Presbyteri?

Sac. Rit. Cong. reſpond. nihil innouandum eſſe, & illum Canonicum debere præcedere, qui prius tanquam Presbyter præcedentiam habuit, licet Canonici Diaconi poſteà facti ſint Presbyteri, quia attenditur prioritas Ordinis, & non Canonicatus. Et ità declarauit die 3. Auguſti 1602.

Exquiſitè in *Æſyna*. *Sac. Rit. Cong. reſpondit, præbendas Diaconales, & Subdiaconales in Cathedrali Æſyna non potuiſſe in caſu propoſito immmutari in Presbyterales ſine authoritate Sedis Apoſtolicæ, ac proindè ſeruandas eſſe litteras huius Sac. Congregationis vſque de anno 1625. emanatas, in quibus præſcribitur, præcedentiam dari Canonicis obtinentibus præbendas Presbyterales, licet prouiſis poſt Canonicos obtinentes præbendas Diaconales, & Subdiaconales in functionibus, quæ fiunt, non ſolum cum veſtibus ſacris, ſed etiam in omnibus alijs actionibus, & functionibus, quæ fiunt cum habitu Canonicali: Et ità omninò ſeruari mandauit die 11. Nouemb. 1641.*

Quam præcedentiam eadem Sac. Cong. extendit etiam ad Coadiutores Canonicorum Presbyterorum 9. Maij 1644.

Omnium illuſtriſſimè in *Romana*. Expoſuerunt Canonici ſacro Presbyteratus Ordine decorati Collegiatę Eccleſię S. Marię ad Martires de Rotunda nuncupatę, hactenus intolerabilem irrepſiſſe abuſum, vt nulla in Eccleſiaſticis ſeſſionibus, ſtationibus, ac proceſſionibus, præterquam anterioritatis adeptæ poſſeſſionis pręeminentiarum ratio habeatur inter Canonicos, qui quidem omnes pari prębenda indiſcriminatim gaudent, vtpotè prębendarum diſtinctio ibi non adſit, imò tum conniuentia, tum literarum Apoſtolicarum tenore hucuſque per ſimplices Clericos prębendas ipſas detineri poſſe patet indultum, quamuis aliquos Sacris Ordinibus, ac pręſertim regali Sacerdotio initos eſſe oporteat, nè ſolemnia inibi ſileant, quę huiuſmodi poteſtatem exigunt, & careat ſacrificio, Ara, Sacerdote, ac Miniſtris. Sacra itaque Rit. Cong. quod à Canonicis Clericis prò tempore à die 26. Decēmb. 1606. qua Sacrę ipſius Congregationis decreto prouiſum fuit, nihil prò nunc innouari, quid vel minimum releuans exhibitum, ſit vel ſola conſuetudo ab ipſis Clericis tunc ſub litis initium deducta modernis nouiſſimè deducenda obueniat, Sacrorum Canonum diſpoſitioni inhęrendo declarauit, inter pares prębendas obtinentes hierarchicum Eccleſiæ ordinem inconcuſsè ſeruandum forè, nullatenus attenta anterioritate poſſeſſionis adeptę, niſi inter ęquales Ordine, neq; tamen conſuetudinem illam abrogans, qua alicubi laudabiliter inductum reperitur. Etenim ipſa prębendati ad ſuſceptionem Sacrorum Ordinum nedum alliciuntur, ſed ſuauiter impellūtur, vt qui primò ordinatus

gradum

gradũ Ordinis ſemel aſcẽderit, antiquiori prębendato pari Ordine poſtmodum inſignito, ne ſtallo pellatur, Imò ius pręlationis ſemel adeptũ nunquam amittat. Itaq; Presbyteros Diaconis, Diaconos Subdiaconis, Subdiaconos Clericis pręferendos eſſe, tametſi prębendę Sacrum Ordinem non deſiderent, prout in Collegiata prędicta ſeruari mandauit quauis etiam immemorabili conſuetudine non obſtante, quam abuſum vocat die 29. Mart. 1659. Vndè aduerto, quod licet anno 1606. fuerit hęc cauſa in eadem Sac. Congregatione propoſita, nihil tamen fuit reſolutum, ſed tantum dictum, prò nunc nihil eſſe innouandum, quam deinde d. die 29. Maij 1656. reſoluit. Idem iudico de prouiſione Viſitationis Apoſtolicę prò Eccleſia S. Hieronymi Illyricorum.

In Canonicis verò eiuſdem Ordinis attenditur tempus, quo fuerunt prouiſi de Canonicatu, non autem ſuſceptorum Ordinum Sac. Cong. Epiſc. & Regul. in *Alerien.* 8. Auguſti 1601. Vndè Cardinales Diaconi ſi transferantur ad titulum Presbyteratus pręcedunt alijs Presbyteris poſt eos ad Cardinalatum promotis Clem. VIII. *Conſt.* 48.

Et inter Canonicos eiuſdem Eccleſię tam Cathedralis, quam Collegiatę ratione Doctoratus nulla datur pręcedentia, ſed ſolum ratione Dignitatis, Ordinis, vel antiquitatis, vt ſępiùs à Sac. Cong. deciſum refert Barb. *de Canon. cap.* 18. *num.* 5.

Multò magis Canonici Cathedralis Eccleſię, licet non ſint Doctores, in Congregationibus, & vbique pręferendi ſunt Presbyteris non Canonicis, licet ſint Doctores Sac. Rit. Cong. in *Bituntina* 9. Ianuar. 1608. Idem quoque ſtante conſuetudine dicendum videtur de Canonicis Collegiatarum reſpectu aliorum Presbyterorũ, niſi adeſſet conſuetudo in contrarium. Sac. Cong. Epiſc. in *Minerbinen.* 26. April. 1600.

Ex quibus correctum manet decretum Sac. Cong. Conc. in *Pharenſi* 21. Decembr. 1570. in quo habebatur, quod Epiſcopus auctoritate decreti Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 19. immutare non debeat conſuetudinem immemorabilem contrà *d. cap. Statuimus de maior. & obed.* vt Canonicis Diaconi, & Subdiaconi pręferantur Canonicis Presbyteris, ſed in hoc ſeruetur ſententia Sac. Congregationis Epiſc. qualis eſt.

Epiſcopo Rhegienſi. *Queſti Illuſtriſſimi Signori preſo il parere della Congregatione del Concilio hanno riſoluto, che quanto all'aſſignatione degl' Ordini Sacri, che ſi deue fare alle prebende di coteſta Chieſa, ſecondo la forma del Concilio, intendendo il conſeglio de Canonici il quale però non è obligato di ſeguire, e ſe per manco trauaglio V.S. aſſegnaſſe l'ordine Presbyterale à quelle prebende, che ora ſono poſſedute da Canonici Sacerdoti, queſto ſarà conforme al parere della Congregatione, mà pure è nelle Sacerdotali, e negl' Ordini Sacri V.S. facci ſecondo giudicarà maggior ſeruitio di Dio. Quanto alla precedenza de Canonici, ancorche il cap. ſtatuimus de maior. & obed. voglia, che s'attenda la prerogatiua degl Ordini Sacri, come ſi fà anche nel noſtro Collegio de' Cardinali, tuttauia ſe la conſuetudine è in contrario, ſecondo l'opinione de' Dottori, queſta vale. Ma per trouar temperamento buono ſi è penſato, come si è fatto ancora altroue, per ridurre le coſe à termine conueniente, che ſarebbe bene, che V.S. faceſſe vn decreto, ſenza pregiuditio de' Canonici viuenti, che per l'auuenire s'attenda da quelli, che entreranno, la prerogatiua degl' Ordini, che haueranno, conforme à Sac. Canoni. Il Matutino non è bene dirlo la ſera, ſe non in certi pochi giorni particolari, come si fà ordinariamente in tutte le Chieſe. E però volendo V.S. in queſto dar ſodisfattione à coteſti Canonici, potrà permettere, che lo dichino la mattina ſubito leuato il Sole. Die 11. Maij 1581.*

Prædicta verò non procedunt, quandò cętera non ſunt paria; Vndè Pręlati ſubditis, Dignitates Canonicis pręferuntur, licet poſterius ordinati, vel recepti. Hinc Sac. Rot. indecorum, & indecens eſſe cenſuit, quod Canonici Portionarij Celebrantibus inſeruiant prò Diacono, & Subdiacono: quia maior non debet ſeruire minori apud Farinac. *p.* 1. *dec.* 416. Et ſi portiones ſint Dignitatibus perpetuò vnitę, Dignitates non tenentur ad ſeruitia portionum, ſecus ſi ad vitam, niſi adſit ſententia per Sedem Apoſtolicam confirmata ex Sac. Cong. Conc.

Canonici quoque Eccleſiarum Collegiatarum non Inſignium, licet ſint poſteriores in erectione, & creari abſque vllius pręiudicio. Eò enim ipſo, quod Eccleſia eſt èffecta inſignis gaudeat priuilegijs Eccleſiarum Inſignium ex Sac. Congregatione relata per Barboſ. *in collect. ad cap. Ex tranſmiſſa* 133. *de verb. ſignif. num.* 2. *in fin.* Cęteris verò paribus, attenditur tempus erectionis, Sac. Cong. Epiſcopus in *Nolana* 29. Maij 1601.

Quare, ſi Canonici non obtinuerint ſuum locum in proceſſionibus, alijſque actibus, non incurrerint pęnas contrà non accedentes inflictas. Ità reſcripſit Sac. Cong. Epiſc. in *Pharenſi* die 28. April. 1574. cuius hęc ſunt verba:

Queſti Signori, i quali hanno veduto il Proceſſo, e gl' Atti fatti dalla Corte di V.S. contro Monſ. Brumante per la inobedienza, e contumacia, che ſi pretende contro di lui, non eſſendo venuto alla proceſſione intimatali per parte di V.S. ſono di parere, che non ſi ſia potuto giuſtamente moleſtare, eſſendo le cauſe, che egli allegaua dell'impedimento del predicare il giorno ſeguente, e di non hauerli determinato luogo conueniente al ſuo grado, legitime, e ragioneuoli, di non poter eſſer aſtretto ad interuenire alla detta proceſſione. E però hanno riſoluto, che V.S. debba riuocare, & annullare quanto hà fatto contro di lui: E per leuar ſimili diſſordini, venendo occaſione d'atti publici, ne' quali detto Monſignore habbia ad interuenire, portando egli la perſona di Protonotario, e diſgiuntamente dal Protonotariato, luogo di Prepoſto, hanno ſimilmente riſoluto, che come à Protonotario in ogni luogo gli dij luogo appreſſo di ſe, e compartndo poi come à Prepoſto col

ſuo

Digitized by Google

ſuo Clero, gli dij quel luogo, che ſi conniene alla Dignità, e Chieſa ſua diſtinto da gl altri, mettendoſi egli in capo del ſuo Clero.

An, & quatenus Vicarius generalis Epiſcopi præcedere debeat Canonicis, & Dignitatibus Cathedralis? tom.3. Conſult.64.

Dicendum eſt, Vicario Generali Epiſcopi deberi præcedentiam in omnibus actibus, ac locum eminentiorem ſuprà quibuſuis Dignitatibus, & Canonicis. Eſt communis ſententia, quam præ ceteris ſequuntur Iaſ. *in l. de quibus num.69. ff.de leg.* Felin. *in rub. de maior. & obed.num.10.* Abb. *conſ. 21. p.1. per tot.* ac alij innumeri, & firmauit Rota coram Seraph. *deciſ. 369. num. 10. p.4.* Nam Vicarius licet non eſſet Prælatus; eſt tamen Superior, etiam in præſentia Epiſcopi, licet non exerceat iuriſdictionem exercendam, habet gradum, titulum, atque adeò præcedentiam reſpectu cæterorum.

Quinimmò Vicarium eſſe Prælatum, conſtat ex eo, quod exerceat totam illam iuriſdictionem, quam habet ipſe Epiſcopus, hæc autem iuriſdictio conſtituit prælatiam. Et proindè cenſetur conſtitutus à lege per regul. *l. 2. verſ. omnia enim C. de veter.iur.enucl.* & notat Garz. *p.1.de beneſic. cap. & num.25.* plura adducens, & accipit iuriſdictionem à lege, vt notat Gloſ. *in cap. Romana v. generaliter de appell. in 6.* Gemin. *in cap. ſin. de offic. Vic. in 6. ac alij.*

Imò eius iuriſdictio eſt ordinaria. Quia eſt Vicarius generalis, cum in omnibus gerat vices ſui Epiſcopi. Gloſ. *in l. ſin. v. Rectorum C. de offic. eius, qui Vic. & in cap. 2. v. officialem de offic. Vic. in 6.* & innumeri apud Sanch. *lib.3. de Matrim. diſp. 29. num.3.*

Cum igitur Vicarius ſit Superior, & Canonici; ac Dignitates ei ſubditæ, vtaturque auctoritate, & poteſtate Epiſcopi, vndè omnes illi, qui ſubduntur Epiſcopo, ſubduntur etiam Vicario; Canonici autem, & Dignitates ſubduntur Epiſcopo, ſequitur, quod illi debeatur præcedentia. Eſſet enim irrationabile, ſi ſubditus præcederet Superiorem.

Et hanc ſententiam amplexa eſt Sac.Rit.Cong. quæ ſæpius cenſuit, quod Vicarius Generalis Epiſcopi in Choro, in Eccleſia, & vbique præcedat omnibus Canonicis, & Dignitatibus, etiam primæ poſt Pontificalem, ſiuè Archidiaconus, ſiuè quomodocumque vocetur, vt in vna *Montis regalis* 20. Auguſti 1586. in vna *Phnnen.* 3. Octobr. 1586. Nempè de præcedentia, & loco Vicarij Epiſcopi illud obſeruetur, vt in Choro, & extra Chorum Vicarius Epiſcopi præcedat Dignitates, & Canonicos omnes publicè, priuatimquè vti eorum Superior; ità tamen, vt certum, & immutabilem nullius locum occupet. Idem cenſuit in *Leſinen.* 3. Octobr. eiuſdem anni, & in vna *Vicentina* 16. Maij 1604 & in *Melıten.* 13. Iul. 1619.. Ac etiam illis Dignitatibus, & Canonicis, qui habiu Prothonotarij incedunt, eadem Sac.Cong. in *Brundusina* 16. Iul. 1605. Ac qui in habitu Canonicali, etiam ſi Rocchetto, & Cappa vtuntur, ſtantibus, aut ſedentibus, eadem Sac.Cong. in *Nolana*, & *Lauretana* 25. Mart. 1610. Et hoc etiam non obſtante conſuetudine, alijsque in contrarium, eadem Sac.Cong. in *Audrien.* 7. Auguſti 1610. & in *Ferrarien.* 20. Decemb. 1614. Et præſertim in Synodo, in qua indiſtinctè debet habere locum antè Canonicos, & Dignitates, etiam Eccleſiæ Cathedralis. Sac. Cong.Conc. 19. Septemb. 1637.

Idque etiam Epiſcopo præſente, maximè ſi talem illi locum aſſignauit. Eadem Sac. Cong. in *Egitanien.* 20. Decemb. 1601. & in *Sutrina* 1. Octob. 1616. & in *Vritana* 5. April. 1620. & in *Gallipolen.* 21. Decembr. 1613. ac alibi; Vndè Vicario debent dari Candelæ, Palmæ, & thus ante Canonicos, & Dignitates, exceptis ijs, qui cum paramentis aſſiſtunt, nempè pluuialibus, & alijs Sacris indumentis. Sac. Rit. Cong. in *Biſinian.* 16. Maij 1610. & in *Egitanien.* 3. Auguſti 1602. in hæc verba.

Circà locum Vicario Generali dandum, dum ab Epiſcopo prò negocijs vrgentibus tractandis ad Capitulum deſtinatur, cum locus certus prò Vicario in Capitulo hactenus non ſit determinatus, licet in proceſſionibus Capitulum præcedere ſoleat, Sac. Cong. reſpondit Vicario Generali conuenire locum ſupra omnes Canonicos, tam in Congregationib. Capitularibus, & Seſſionibus, quam in proceſſionibus, dummodò Canonici Sacris veſtibus parati non incedant.

Idem in vna *Ciuitatis Pennæ* die 12. April. 1603. fuit alias declaratum à Sac.Rit.Cong. vt Vicarius Generalis præcedere debeat omnes Dignitates, & Canonicos dummodò non ſint parati Sacris paramentis, & dummodo Vicarius non ſit ex numero Dignitatum, vel Canonicorum eiuſdem Eccleſiæ, & velit tanquam Dignitas, vel Canonicus in Choro aſſiſtere, diſtributiones quotidianas lucrandi cauſa: Quia tunc ſedere debet in Stallo, ſeù loco ſuæ Dignitatis, vel Canonicatus. In reliquis omnibus Vicarium Generalem præcedere debere Sac. Rit. Cong. cenſuit. Et idem ſeruandum eſſe cum Vicarius Generalis Ciuitatis Pennæ, quem eſſe Archipresbyterum, & ſecundam Dignitatem aſſerunt, declarauit die 12. April. 1603.

Et in *Reatina* Vicarius Generalis ſupplicauit deberi ſibi præcedentiam in proceſſionibus ſupra Dignitates, & Canonicos, tam præſente, quam abſente Epiſcopo.

Et Sac.Rit.Cong. reſpondit, ſemper, & vbique deberi præcedentiam Vicario Generali ſupra Dignitates, & Canonicos, tam præſente, quam abſente Epiſcopo, dummodò Vicarius incedat cum ſuo habito Vicariali, nempè cum Subtana, & Mantello, & dummodò Dignitates, & Canonici non ſint Sacris veſtibus induti. Die 11 Maij 1641.

Et in Ciuitatis Plebis Sac.Rit.Cong iuxtà antiqua decreta reſpondit, Epiſcopo Ciuitatis Plebis, quod ſi eius Vicarius incedit in habitu Vicariali, præcedere

debet

debet omnes Dignitates, & Canonicos, quantumuis Prothonotarios, ſi verò aſſiſtat vti Canonicus, debet ſedere in loco ſuæ receptionis die 26. Auguſti 1645.

Idem in vna *Lauretana*, Vicarium Eccleſię Lauretanę ſimplicem Clericum in habito ordinario Clericali cum Pileo nigro in Choro, & proceſſionibus, etiam quando Canonici ſunt parati, pręcedentiam prętendere ſupra omnes Dignitates, & Canonicos, & inter illos in eodem habitu in digniori loco, pręter debitum ritum Ceremoniarum incedere velle Sac. Rit. Congregationi expoſitum fuit;

Quæ quidem Sac. Cong. vt alias in ſimilibus, ità etiam nunc in Lauretana Eccleſia ſeruandum eſſe cenſuit, & declarauit, vt ſcilicet Vicarius ſupra Dignitates, & Canonicos paratos nullam habeat præcedentiam, ſed tantum alijs præcedat, quandò ſunt in habitu Canonicali ordinario, & ſine paramentis. Quare ad ſcandala, & indecentia remouenda, eadem Sac. Rit. Cong. mandauit, vt Vicarius prædictus cum Canonicis paratis non incedat, & quod huiuſmodi decretum in Lauretana Eccleſia publicetur, & Choro affigatur, ac inuiolabiliter ſeruetur, præcepit, & ordinauit die 6. Septemb. 1603.

Hoc ipſum in vna *Tyburtina* Canonici Ciuitatis Tyburtinæ petierunt declarari. An Vicarius Generalis debeat illis præcedere, dum ipſi Canonici in Veſperis, vel in Miſſis ſolemnibus ab Epiſcopo celebratis Sacris paramentis induti aſſiſtunt, & Epiſcopum aſſociant, & cum eo in Choro ſedent?

Sac. Rit. Cong. inhærendo decretis alias in ſimili cauſa factis reſpondit, præcedentiam dandã eſſe Canonicis paratis. Nec conuenire, vt Vicarius Canonicis paratis præcedat. Et ità declarauit die 6. Martij 1610.

Et in vna *Caſtellaneten.* die 25. Septemb. 1621. Sac. Rit. Cong. inhęrendo decretis alias in ſimilibus factis, cenſuit, præcedentiam competere Dignitatibus, & Canonicis paratis ſupra Vicarium Generalem, neque allegatam conſuetudinem, imò verius abuſum ſuffragari. Et declarauit ſæpius Sac. Cong. Epiſc. quod abſente Epiſcopo, ſubintret prima Dignitas, & cæteri per ordinem, nec Vicarius poteſt Miſſas ſolemnes cantare, Sanctiſſimum Sacramentum, aut Sacras Reliquias paratus deferre, nec alijs Eccleſiaſticis functionibus ſe immiſcere, ſed tãtum pręeſſe, vt omnia ſuo ordine fiant. Ità in vna *Turritana* 14. April. 1592. in *Biſinianen.* 16. Maij, 1600. in *Spoletana* 22. Decemb. 1611. & in *Hortonen.* 19. Septemb. 1627.

Id enim nõ decet, etiamſi Vicarius ſit Prothonotarius, & Rocchetto, & Mantelletto vtatur, eadem Sac. Cong. in d. *Caſtellanetenſi* modò relata.

Debetque præcedere etiam Gubernationi Ciuitatis, ſi eſt laicus. Eadem Sac. Cong. in Ciuitatis Caſtelli 2. April. 1591. Item omnibus Poteſtatibus, & Commiſſarijs, ſiuè Iudicibus temporalibus in ſua Diæceſi exiſtentibus, Eadem Sac. Cong. in *Nucerina* 15. Maij 1610. & in *Foroliuien.* 24. Nouemb. 1668. Ac Commiſſarius vbique ac in omni loco, tam præſente, quam abſente Epiſcopo. Eadem Sac. Cong. in *Rauennaten.* 28. April. 1607. non obſtante conſuetudine, dummodò non ſit de gremio Capituli, nec incedat in habitu Canonicali. Eadem Sac. Cong. in *Ripana.* 28. Maij 1616. & 19. Ianuar. 1619. & in *Tarracinen.* 19. Auguſ. 1617. Verum in hac re extat decretum Sac. Rit. Congregationis, quæ cenſuit, quod Gubernatores Ciuitatum, & Prouinciarum circà eorum præcedentiam cum Vicariis Epiſcoporum, vt ſi fuerint Præſides Prouinciarum, vti Bononiæ, Marchiæ Anconitanæ, Vmbriæ, & ſimilium thurificentur, & habeant pacem immediatè poſt Epiſcopum, & ante Vicarium, etiam Epiſcopo abſente, Ac Gubernatores Ciuitatum minorum, præſente Epiſcopo, immediatè poſt ipſum, eo verò abſente, ſi fuerint Epiſcopi ante Vicarium propter dignitatem Epiſcopalem, ſi verò non, poſt Vicarium immediatè ante Dignitates, & Canonicos, ità vt Dignitas Eccleſiaſtica ſemper ſæculari præferatur. Et ſecundum hanc reſolutionem Sac. Cong. Epiſc. mandauit obſeruandam fore vbicumque de hoc controuerteretur, die 30. Iun. 1592.

Non debet tamen incedere in habitu ſuo ordinario inter Canonicos paratos. Eadem Sacra Congregatio in *Camerinen* 14. Iun. 1608. & in *Caſalen.* 5 Iul. 1614. Et præſente Epiſcopo in die Purificationis non debet accipere Candelam ante Canonicum, vel Dignitatem, quæ Epiſcopo miniſtrauit. Eadem Sac. Cong. in *Lucerina* 14. Maij 1608. Nec poteſt Sedem arbitrio ſuo parare, ſed debet ſedere in ſede ſolita Vicario aſſignata. Eadem Sac. Cong. in *Neritonen.* 5. Maij 1606. Sed eius locus debet eſſe ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ, quæ non eſt mutanda, Eadem Sac. Cong. in *Alexandrina* 15. Maij 1608. Nec ei licet occupare locum Epiſcopi abſentis, nec parare ſibi ſedem cum tapete, & puluinari, ſed idem debet eſſe eius locus, abſente Epiſcopo, quam illo præſente habere conſueuit. Eadem Sac. Cong. in *Brunduſina* 16. Iul. 1605. & in *Biſinianen.* 16. Maij 1600. Debet tamen in Choro, ſi non ſit Canonicus, in digniori ſede, vel loco ſedere, non tamen in Solio Epiſcopali Sac. Congreg. Epiſcoporum, in *Caetana* 22. Ianuar. 1596. Quod ſi dignior ſedes eſſet occupata, Dignitas, & Canonici deſcendere debent inferius vno gradu. Eadem Sac. Cong. Epiſc. 28. Aug. 1589. & in *Licien.* 14 Auguſti 1590. ac in *Melphitana* 28. Auguſti 1589. per hæc verba:

Che il Vicario, etiam Apoſtolico, non dee occupare la Sedia Epiſcopale nel Choro, nè altro luogo della Chieſa, non ſe gli dee dare l'incenſo, ſe non due volte al più, non ſe gli dee dar à baciar il Vangelo, non ſe gli dee far accompagnar dal Palazzo alla Chieſa, nè dalla Chieſa à quello.

Quod etiam dixit in *Tropien.* Menſe Iulio 1581. nempè;

Che il Vicario, etiam che foſſe Apoſtolico, non ſi de far

far accomo-gnare, quando và alla Chieſa da alcuno in nome del Capitolo, nè etiam dal Capitolo ſteſſa.

Si autem non eſt Prælatus, licet abſente Epiſcopo cum ſuo habitu ordinario, cum ſubrana, & mantello nigro ſedeat in Choro primo loco ſupra Canonicos, thurificandus eſt duplici, non autem triplici ductu thuribuli. Eadem Sac. Congr. in *Nepeſina* 14. Ianuar. 1617. Qui neque Vicarius Apoſtolicus thurificandus eſt triplici ductu in principio Miſſæ poſt Euangelium, & in Offertorio, ſed in Offertorio tantum abſente quidem Epiſcopo ter, præſente verò bis ducto thuribulo, neque ei deferri debet Euangelij liber oſculandus: Quia hæc ſunt Epiſcopi priuilegia. Sac. Cong. Epiſc. 28. Auguſti 1589. & in *Caietana* 14. Ianuar. 1595. Nec præcedit quandò adeſt aliqua Dignitas, vel aliquis Canonicus Epiſcopus; nam tali aſſignatur locus ſuper omnes Canonicos, & Dignitates.

Atque hæc locum habent tantummodò in Vicario Generali Epiſcopi, non autem in Vicario Generali Capituli, ſede vacante; Nam illi competit præcedentia ſuper omnes Canonicos, & Dignitates, excepta prima poſt Pontificalem, vt cenſuit eadem Sac. Congreg. in vna *Aſſiſien.* Menſe Auguſto 1630. quia cum habeat auctoritatem, & iuriſdictionem à Capitulo, eſt inferius Capitulo, atque adeò non debet præcedere primam Dignitatem, in qua repræſentatur Capitulum. Neque locum habent in Vicario foraneo, qui præcedentiam ſuper alios Presbyteros non habet ex eo ſolo, quod eſt Vicarius foraneus, niſi contrarium habetur de conſuetudine, Vndè ſuper hoc innouatio fieri non debet, præſertim ſede vacante, vt reſoluit Sac. Cong. Epiſc. in *Vritana* 9. Ianuar. 1587. in *Nolana* 15. Septemb. 1600. & 16. Maii eiuſdem, & in *Tranen.* 7. April. 1601. & ſæpè alibi.

In omnem autem euentum per modum prouiſionis ſolet mandari Vicario generali, nè interſit proceſſionibus, idque ad euitanda ſcandala.

Sex dubia circà aliquas cæremonias inter Archiepiſcopum, Vicarium, Archidiaconum Canonicos, & Magiſtratus ſæculares. Vide de Ritibus tom. 3. Conſult. 65.

An Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ liceat concedere locum in Presbyteria Magiſtratui laico nullam iuriſdictionem in Ciuitate, vel Oppido, vel patronatum in Eccleſia habenti, &c? tom. 4. Conſult. 16.

NEgatiuè. Non obſtat ſi opponeretur de iurepatronatus: Quia cum omnes Eccleſiæ præſumantur conſtitutæ ex oblationibus Parochianorum, & in hoc caſu non doceatur de iurepatronatus, vt fuit deciſum in hac eadem cauſa coram R. P. D. meo Decano 9. Martij 1594. hoc Pannipariſtores prætendere non poſſunt.

At vide, quæ de hac re fusè dicuntur hoc eodem *tract. tom. 1. Conſult. 7. tom. 3 Conſult 3 ac de Eccleſijs tom. 7. Conſult. 35. & 48. tom. 8 Conſult. 54. & tom. 9. Conſult. 147.*

An Fratres noui Conuentus Reformatorum S. Franciſci accedentes ad proceſſiones publicas, aut priuatas, ſeparatim à Fratribus antiqui Conuentus Sancti Franciſci de Obſeruantia, & ſub propria Cruce reſpectu Conuentuum aliorum Ordinum, debeant incedere in loco, iuxtà antiquitatem Conuentus Fratrum de Obſeruantia? tom. 4. Conſult. 19.

CEnſeo reſpondendum, quod debeant incedere iuxtà antiquitatem proprij Conuentus: Quia cum adſit diuerſitas Conuentus, & incedendo ſub propria Cruce conſtituant etiam proprium Corpus diuerſum à Corpore alterius antiqui Conuentus Fratrum de Obſeruantia, habet locum Conſtitutio hac ſuper re edita à Greg. XIII. inter eius Conſtitutiones 86. § 3. vt quandocumque non probetur, aut non conſtet de quaſi poſſeſſione præcedentiæ inter Fratres Mendicantes, ii præcedant, qui ſunt antiquiores in loco controuerſiæ. Prò cuius executione emanarunt litteræ Sacrarum Congregationum Rit. Epiſc. & Regul. & Conc. Trid. confirmatæ ab Vrb. VIII. in eius Breui, quod alibi adduxi.

Decreta quorum memini ſunt huiuſmodi:

In Conſentina. *Cum in Oppida Terræ Montisalti orta fuerit differentia præcedentiæ inter Fratres Ordinis Minoris Sancti Franciſci de Paula, qui ab annis hinc circiter 90. Monaſterium in dicta Terra fundauerunt, & Fratres Ordinis Carmelitarum, quia nouem annis citrà Monaſterium in eadem Terra habuerunt. Sac. Rit. Congr. vt alias, ità nunc, iuxtà mentem SS. D. N. Papæ declarauit in hoc caſu ſeruandam eſſe Bullam Greg XIII. in qua cauetur, quod illa Religio alijs præcedat, quæ prius in Ciuitate, ſeù loco, vbi accidit, fundauit, & habuit Monaſterium. Et ità iuxtà dicta Bulla tenorem ſeruandum eſſe in dicta Terra Montisalti inter Fratres Minimos Sancti Franciſci de Paula, & Fratres Carmelitas cenſuit, ac declarauit die 1. Martij 1614.*

In Catanenſi. *Petente Epiſcopo Catanenſi ſibi præſcribi modum tenendi in controuerſijs ſuper præcedentia, quæ ſæpè in ea Ciuitate, & Diœceſi oriuntur inter Fratres Conuentuales Sancti Franciſci, & Fratres Reformatos eiuſdem Ordinis, Sac. Rit. Congreg. reſpondit, ſeruandam eſſe Bullam Greg. XIII. quæ incipit* Expoſcit, *prout illam in propoſito caſu ſeruari mandauit die 17. Nouemb. 1640.*

In Orioleníi. *Orta controuerſia circà præcedentiam in Proceſſionibus ex Fratribus Auguſtinianis ex vna, & Regulares recollectos Sancti Franciſci de Obſeruantia eiuſdem Ciuitatis partibus ex altera Sac. Rit. Cong. citatis ſæpius, & auditis vtriuſque partibus procuratoribus, vtraque parte informante, cenſuit ad relationem Eminentiſſimi Card. Veroſpii, præcedentiam, & digniorem locum in proceſſionibus,*

tam

Digitized by Google

tam publicis, quam priuatis competere, & deberi Auguſtinianis ſupra Franciſcanos recollectos, & diſcalceatos, iuxtà diſpoſitionem Bullæ Greg.XIII. quæ incipit Expoſcit, *& hoc ſiuè dicti recollecti, & diſcalceati in prædictis proceſſionibus incedant coniunctim, ſiuè diuiſim. Et ita in poſterum inter dictas partes in Ciuitate Orielenſi obſeruari mandauit. Quibus propterea in præmiſſis perpetuum ſilentium impoſuit* die 16. April. 1636. *Quod fuit confirmatum Breui Apoſtolico.*

Idem quoque reſoluendum eſt inter Fratres Minores Obſeruantiæ Sancti Franciſci, & eoſdem Fratres Reformatos eiuſdem Ordinis, vt cenſuit eadem Sacr. Congreg. Rit. in *Lucerina* his verbis:

Quoad præcedentiam inter Fratres Minores Obſeruantiæ ex vna, & Reformatos partibus ex alia, & ambos Ordines Sancti Franciſci in Ciuitate Luceriæ Sac.Rit. Cong. audita quoque relatione Epiſcopi, declarauit ſeruandum eſſe decretum eiuſdem Sacræ Congregationis ſub die 8. Iunii 1658. ſcilicet, præcedentiam deberi Fratribus Minoribus Obſeruantiæ, vti antiquioribus in loco. Hac die 14. Auguſti 1666.

In Lucerina. *Fratres Min.* Obſeruantiæ *S.Franciſci Ciuitatis Luceriæ, qui ceſſo Fratribus Reformatis antiquiori Conuentu S.Saluatoris, in alterum recentioris erectionis ſub nomine Pietatis ſe receperunt, iis præcedentiam controuerti à dictis Reformatis expoſuerunt, ex quo is antiquior Conuentus fuerit aſſignatus. At Eminentiſſimi Patres Sac.Rit. Congregationis prælationem non ab antiquitate erectionis Conuentus, ſed ab incolatu familiæ, eiuſque Ordinis deſumendam eſſe, iuxtà diſpoſitionem ſan. me. Greg. XIII. declararant. Et propterea Fratribus Minoribus Obſeruantiæ, vti antiquioribus in loco controuerſiæ præcedentiam ſuper Reformatos Luceriæ deberi decreuerunt die 8. Iunii. 1658.*

Porrò prælatio non deſumitur ab antiquitate erectionis Conuentus, neque ab habitatione Conuentus magis antiqui, ſed ab incolatu familiæ, in quo Regulares antiquiores ſunt, vt disponitur tam in dicta Conſt.Greg. quam etiam in iure communi, mandante antiquiori in loco digniorem quoque locum tribuendum eſſe. *Cap.Statuimus,* vbi Gloſ. *v.Nemo d.61. L.1. conſult lib.12.l fin. C.Tyren.eodem lib.*Tob. *non conſ. 71.num.35.*Rot.*dec.718.num.1.par.4.diuer.& in* Oppiden.*proceſſionum 18.Maii* 1646. coram Veroſpio, ac alibi. Quę prioritas debet attendi in hac materia, quamuis eſſet vnius diei, horę, puncti, momenti, Ricc.*reſol.*103.*num.*1.& Peyrin. *in addit.ad Conſt. Sixti IV. cap. 2. num.27. in fin.*Et in hac ſpecie fuit etiam reſolutum à Sac.Rit. Cong. in *Militenſi* 25.Septemb.1637. hunc in modum.

Il Guardiano, e Frati Oſſeruanti del Cõuento di S.Maria delle Gratie nella Terra di cinque frondi Dioceſe di Mileto hanno fatto intendere, qualmente ſaranno da 150.anni, che la Religione fondò in d.Terra in Conuento diſtante vn miglio ſotto l'inuocatione di S.Filippo, e poi dentro la Terra vn Oſpitio con la Chieſa ſotto il titolo di S. Maria delle Gratie, & auuenne, che i Reformati ſi pigliorno il d. Conuento di S.Filippo, e gl'Oratori ſi ritirorno nel ſudetto di S.Maria delle Gratie. E gl'anni addietro ſotto preteſto di precedenza, la quale dal Veſcouo di Milete fù deciſa à fauor degl'Oratori, mà fù riuocata doppo dal Veſcouo di Catanzaro. Hoggi ſi ricorre all'Eminenze Voſtre, e ſi ſupplica vogliono riſoluere à chi ſpetta la precedenza. Sac.Rit.Cong. ad relationem Eminentiſſimi Card.Sacchetti cenſuit in caſu propoſito, præcedentiam competere Fratribus Minoribus de Obſeruantia ſuprà Fratres Reformatos eiuſdem Ordinis, Die 25.Septemb.1635.

Quibus addo aliud decretum emanatum ſub die 7.Aug.1655. referente Eminentiſſimo Card. Azolino, in quo declaratum fuit, Fratribus Obſeruantibus Cataniæ, vti antiquioribus in loco præcedentiam ſupra Reformatos deberi, idque ad limites Conſt. Greg.XIII. ſæpiùs relatę.

An Epiſcopus in proceſſionibus poſſit incedere ſolus, quandò cum Cappa, & pileo Sacerdotali incedit, vel incedere debeat medius inter Dignitates? Vidè de Proceſſion, tom.4. Conſult.23.

Quibus competat delatio Sacrorum Corporum in proceſſione, an Cathedrali, an Collegiatæ, vt in caſu poſita? Vide de Proceſſion. tom.4. Conſult.24.

An Regulares poſſint vnquam in ſupplicationibus, ſiuè proceſſionibus, ac aliis actibus præcedere Clero ſæculari? Et quid in Eccleſiis ipſorum Regularium? Quidue in caſu, quo Regulares ſint ſuperiores Cleri Sæcularis? tom. 4. Conſult. 26.

NOn poſſunt, neque vigore tranſactionis, ſiuè concordiæ, neque virtute conſuetudinis abolenduſque eſt huiuſmodi abuſus, prout aboleri mãdauit Sac.Rit.Cong. in *Oppidenſi* anno 1644. Idque etiam in Eccleſiis eorundem Regularium, & tam in proceſſionibus, quam in funeribus ducendis, aliiſque ſimilibus, vt pluribus reſolutionibus Sac. Congregat. firmat Nouar. *in Lucerna Regul. v. præcedentia num.* 4. & 5. Atque ità etiam iudicauit Rota 18. Maii 1646 in citata *Oppidenſi proceſſionum* corã Veroſpio; Nempè Regulares debere anteire in Proceſſionibus, & locũ vltimum toti Clero ſæculari ſeruare, non obſtante quacumque conſuetudine, conuentione, & pręſcriptione ad formã Bullę Clem.VIII. Cęremonialis confirmatoriæ emanatæ anno 1600. ſub his verbis §.6. *Non obſtantibus præmiſſis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac etiam prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus nec non quarumuis Eccleſiarum, etiam iuramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cęteriſque contrariis quibuſcumque.*

Ex quibus irritatur quælibet conſuetudo, & concordia, vt ex alijs luculenter deductis in d. deciſione, & declarauit eadem Sac. Rit. Cong. in Regnis Caſtelli, & Legionis, tenoris ſequentis,

Prò parte Eccleſiarum, Presbyterorum, ſeù Clericorum Regni Caſtellæ, & Legionis in Hiſpania Sac. Rit. Congregationi expoſitum fuit, quod licet in libro Cæremoniali Epiſcoporum ſtatutum ſit, vt in generalibus proceſſionibus Fratres, ſeù Monachi, vel Ordines Regulares antecedant, & Presbyteri, ſeù Clerici ſæculares, quem Ordinem S. Petri vocant, ſubſequatur, & vltimũ locum obtineant, nec mixtim cum Regularibus incedant, prout per abuſum anteà faciebant, itaque per Breue Apoſtolicum à Clem. VIII. etiam declaratum, & confirmatum fuit, eadem Sac. Cong. facto de prædictis omnibus verbo cum Sanctiſſimum D. N. Papa, & de eius expreſſo ordine, & mandata declarauit, prædictos omnes Religioſos teneri ad obſeruantiam d. libri Cæremonialis, & litterarum Apoſtolicarum in forma Breuis expeditarum ſuper obſeruatione præmiſſorum omnium & ſingulorum, & ordinauit, vt moneantur omnes Generales, Prouinciales, & quicumque alij Regularium Superiores, vt prædicta omninò, etiam ſub pœnis Sacræ Congregationis arbitrio infligendis, obſeruari faciant, & numerum debitum, decentem, & conſuetum Fratrum ad eaſdem proceſſiones mittant, non obſtante quacumque aſſerta ſeù prætenſa conſuetudine in contrarium, quam abuſum eſſe, & non conſuetudinem eadem Sac. Cong. declarauit in plena Congregatione, & de ordine expreſſo prælibati Sanctiſſimi D. N. Clement. VIII. Inſuper ordinauit, vt præſens decretum intimetur omnibus Generalibus, Prouincialibus, & alijs quibuſcumque Superioribus dictorum Ordinum. Romæ die 3. Auguſti 1602.

Idem quoque declarauit in *Calaguritana de Naxera præcedentia* in proceſſionibus in hæc verba:

Cum Monachi Caſinenſes Ordinis S. Benedicti degentes in Monaſterio S. Mariæ de Naxera Calaguritanæ Diœceſis non acquieſcerent declarationibus alias per hanc Sac. Cong. editis, & per Clementem VIII. & Gregorio XV. confirmatis, nempè, Regulares non poſſe præcedere Clericos ſæculares, prætendebant nihilominus ijdem Monachi ſupradicti: d ſpoſitam non habere locum in proprijs ipſorum Regularium, ſeù Monachorum Eccleſijs, quandò cadauera tumulari debent def nctorum, & eo caſu ipſos Monachos præcedere Rectorem, & Beneficiatos Parochialis Eccleſiæ S. Crucis; Rector verò, & Beneficiati prædicti prò bono pacis & ad euitanda ſcandala, quæ in caſu contingenti forſan oriri poſſent, petierunt ab hac Sac. Congregatione Rit. declarari, quid in caſu propoſito ſeruandum? Et Sac. Rit. Cong. reſpondit, nullo modo poſſe Regulares, ſeù Monachos prædictos prætendere præcedentiam ſupra Presbyteros ſæculares, licet forſan ex ſæcularium indulgentia, humanitate, ſeù alia quauis de cauſa aliter aliquandò ſeruatum fuerit, prout alias declaratum fuit in Tullenſi *2. Mart. 1616. & in* Firmana Terræ S. Victoria 31. Martij 1618. *Et ità in propoſito caſu ſeruari mandauit, non obſtante quauis contraria conſuetudine, ſeù prætextu. Die 7. Decemb.* 1630.

Sed quid dicendum in caſu, quo Regulares Superiores, & Clerici ſæculares illis ſubditi, tam reſpectu Eccleſiarum, quam propriæ perſonæ, eo quod Eccleſia Regularium ſit Abbatialis, & caput, Eccleſia verò Clericorum ſæcularium ſit filialis, & ſubiecta, & Abbas, ac Monaci Superiores, & Clerici inferiores, ac ſubditi, etiam reſpectu cuiuſuis temporalis; & ſpiritualis, contentioſæ, & voluntariæ iuriſdictionis?

Et Clericis ſæcularibus deberi præcedentiam affirmo, nam prò ipſis vrget ſolidiſſima poſtulatio, quia innititur tot declarationibus Sacræ Rit. Congregationis pluribus Pontificiis Conſtitutionibus confirmatis à Clem. VIII. & Gregor. XV. quæ ſtabiliuntur firmiſſimo, atque inconcuſſo fundamento, nempè prioritate originis, & maiori dignitate Clericorum, iuxtà deducta in illa celeberrima controuerſia inter Canonicos Regulares Congregationis Lateranen. & Monachos Caſinates, quam refert Tamburin. *de iur. Abb. d. tom. 1. quæſt. 1. à num. 69. vbi num.* 10. conſideratur, quod Clerici habent Epiſcopum prò capite, qui Monachis, alijſque Regularibus præcedit. Ex his autem rationibus expreſſis Pius II. poſt relationem, ac ſententiam Iudicum ſuper præcedentia Canonicorum ſuam Conſtitutionem 75. edidit in *Bullario nouo par. 2.* quemadmodum & Pius V. aliam condidit ſuper præeminentia eorundem Canonicorum ante alios quoſcumque Regulares poſt Clerum ſæcularem, quæ eſt 116. *in eadem par. 2. Bullarij.*

Neque allegari poteſt aliqua conſuetudo in contrarium: quia ipſi derogatum eſt expreſſè à dictis Conſtitutionibus, tanquam conſuetudo irrationabilis, vt clarè patet.

Ob ſuperioritatem verò ſatis eſt, quod Abbati in actionibus iuriſdictionalibus præeminentia debeatur, ideò ex illis ad actus Eccleſiaſticos inferri non poſſit, cum in hac materia non repugnet, quod vna, atque eadem perſona ratione diuerſi iuris præcedat, & ſubijciatur in diuerſis actibus, exemplo Epiſcopi Canonici ex traditis à Lotterio *de re benefic. lib. 1. par. 15. num 32. & ſeqq.* ac pluribus alijs exemplis comprobatur a Graciano *diſcep. 288. à num. 26.* referente declarationes Sacræ Rituum Congregationis.

De quadam Eccleſia in Cathedrali erecta, & alia ſuppreſſa quoad iura Parochialia, ritus, & præcedentiam. Vide de Paroch. tom. 4. Conſul. 29.

Aliqua de Præcedentia Cathedralis, vel Collegiatæ cum aliis Eccleſijs inferioribus. Vide de Proceſſ. tom. 4. Conſult. 30.

De

De præcedentia inter Archidiaconum, & Archipresbyterum, atque alias Dignitates, vbi plura ad rem haud importunè.
tom.4.Conſul.35.

PRima Concluſio. Præcedentia tam in functionibus Pontificalibus, abſente, vel impedito Epiſcopo, nempè delatio Sanctiſſimi Sacramenti in Proceſſionibus Corporis, & Cœnæ Domini, diſtributio candelarum, palmarum, & cinerum, celebratio Miſſæ ſolemnis in diebus Natalis, Paſchatis, & Pentecoſtis, in ſolemnitate S.Titularis Cathedralis, & cętera huiuſmodi, quam in omnibus præeminentijs iuriſdictionalibus, & cœremonialibus, quæ per aliquam Dignitatem explicari ſolent, ſicuti pręſidere in Choro, indicare principium, vel finem Officii, primus thurificari, conuocare Capitulum, vel Clerum, dirigere Proceſſiones, pręſentare Epiſcopo Ordinandos, eidem dare candelam, palmam, cinerem, & id genus alia, ſpectat ad primamDignitatem poſt Pontificalem, quæcumque illa ſit, vel quocumque nomine nuncupetur, dummodò ſit in Ordine Sacerdotali conſtituta.

Ratio autem eſt primò, quia huiuſmodi pręeminentiæ non competunt ratione nominis, ſed Dignitatis, In pręcedentijs autem ſeruandus eſt ordo Dignitatis, vt ſæpè probauimus, eſtque *tex.in l fin.C.de primic. & ſecundic.& tot.tit. vt dignit. ord. ſeru. C.lib. 12. l.quis quis in fin.C. de poſtul.* obſonumque eſt à ratione digniorem à minus digno pręferri.

Secundò, quia in pręeminentijs ille debet ſubſequi ſuum caput, hoc eſt Epiſcopum, qui magis participat cum capite, vt ars imitetur naturam, *l.quibus idem ff. de verb.oblig.* Vndè membra minus digna debent eſſe magis remota à capite. Boer.*de autor.magn.Conſil.num.79.*& in ſpecie Prępoſ.*in cap.Epiſcopus col.1.dec.12.* magis autem cum Epiſcopo participat prima Dignitas, cum ſit veluti Epiſcopo coniunctior, ad eumque propius accedere videatur. Quare licet plerequę declarationes Sacrę Rituum Congregationis pręferant cæteris Dignitatibus Archidiaconum, id tamen habetur demonſtratiuè, non autem taxatiuè, quatenus ſcilicet ille in ſua Eccleſia ſit prima Dignitas alioquin pręfertur alia Dignitas quocumque nomine vocetur.

Atque ita declarauit ſępius Sac.Rit.Congreg.prę cęteris clariſſimè in *Ciuitatenſi*, ſeu *S.Seueri* in hunc modum.

Miſſarum ſolemnium celebrationem, delationem Sanctiſſimi Sacramenti in Proceſſione eiuis feſtiuitate, candelarum, cinerum, & palmarum benedictiones, & ſimiles functiones; quas Epiſcopus præſens in ſua Cathedrali facere ſolet, & debet, iuxta formam libri cæremonialis Epiſcoporum, abſente, vel impedito Epiſcopo, ad primam Dignitatem, & deficiente prima, ad ſecundam, & ſic ſucceſſiuè, pertinere, ſæpè Sac. Rit. Congr. declarauit. Et ideò cum in Eccleſia Ciuitatenſi alias S.Seueri nuncupata Archidiaconus ſit prima Dignitas, & in Ordine Presbyterali, ad eum prædictas functiones pertinere, eadem Sacra Congregatio declarauit die 25. Iunij 1611.

Luculenter etiam in *Veneta*: *Ad inſtantiam Archidiaconi primæ Dignitatis in Patriarchali Eccleſia Venetiarum Sac. Rit Congr. iuxta alias reſoluta reſpondit, ſolemnes functiones, quas Eminentiſſimus Patriarcha per ſeipſum, ſi præſens eſſet, obiret, eo abſente, vel impedito, ad primam Dignitatem, quocumque nomine appelletur ſpectare, & pertinere. Et ita in caſu propoſito ſeruari mandauit. Die 6. Octobris 1640.*

Idemque quoque declarauit in *Parmenſi* die 28. Aprilis 1640, his verbis:

Functiones Epiſcopales, Epiſcopo abſente, vel impedito, ſpectare ad primam Dignitatem quocumq; nomine nuncupetur. Et propterea in caſu propoſito omnia munera, quæ ad Epiſcopum pertinerent, ſi præſens eſſet, competere Archidiacono.

Secunda concluſio. De iure, non docto de limitatione, regula eſt, Archidiaconum eſſe primam Dignitatem poſt Pontificalem, *cap. per lectis 9. Archipresbyter 25.d cap.1. de offic.Archipr. ac tot. tot. de offic. Archid.* & tradunt Aret.*conſ.23. ſub n.18. & 23.vol.2.* Menoch. *conſ.902.ſub nu.71.* ac alii, ſufficitque, quod habitu ſit dignior: Nam ad effectum præcedentiæ non requiritur iuriſdictio actu in Archidiacono habente aſſiſtentiam iuris, ſed ſufficit habitu, cum poſſit eſſe ſine adminiſtratione ſpiritualium, vt de Archidiacono Parmenſi aduerterunt Aretin. *conſ.23.ſub num.* 4. Maſchard.*conſ.515. num.3.* alijque.

Et quamuis Archipresbytero, tanquam maiori in Ordine committatur celebratio Miſſarum per tex.*in cap.1.de offic.Archipr.* Id tamen procedit quando Archidiaconus eſt in Ordine Diaconali conſtitutus, cum de iure Sacerdotium ſuſcipere non teneatur, *can.geſta 2. can.honoratius 8.dec.74.* & Sac.Rit. Congr.in *Rhegienſi* 9.Dec. 1600. ac firmauit Rota in *Viterbienſi celebrationis Miſſarum* 11.Decembr.1600.*coram Sacrato*. At verò quandò Archidiaconus ex ſua deuotione eſt Sacerdos, tunc ipſe par eſt in Ordine, maior in adminiſtratione, ac proindè Archipresbyter cedere debet, etiam quoad Miſſas ſolemnes. Hoſtien. *in d.cap.1, num.5. de Offic.Archipr.* quem omnes ſequuntur. Et Rota *dec.244.par.3.rec.* & in *Comenſi pręeminentiarum* 26. Iun. 1615.& 13 Martii 1616. *coram Sacro*, ac declarauit Sacra Rit.Congregatio in *dicta Rheginenſi*, & in *S.Agatha Gothorum* 22.Mart. 1602. & in *Ianuenſi* 17.Nouembris 1607. paſſimque alibi.

Quam concluſionem eadem Sacra Congregatio ità firmam, & inconcuſſam retinet, vt nè quatragenariam quidem conſuetudinem in contrarium admittat, vt patet ex ſequentibus declarationibus:

In

Digitized by Google

In cauſa Melphitenſi *vertente inter Archidiaconum, & Archipresbyterum circà functiones ſolennes einſdem Cathedralis ad relationem Eminentiſſimi Cardin. S. Georgii Sacra Rituum Congregatio reſpondit, non conſtare de immemorabili.* 15. *Martii* 1630.

In Interamnenſi. *Sacra Rit. Congregatio ad relationem Eminentiſſimi D.Card.Pamphilii Capitulo, & Canonicis legitimè citatis, reſpondit, Priore ſolemniter celebrante, ſiuè præſente Epiſcopo, ſiuè eo abſente, aut impedito, ſemper, & indiſtinctè inſeruire debere prò Diacono, & Subdiacono Canonicos, & non alios inferiores, nec non functiones ſolemnes, quas ſi Epiſcopus præſens eſſet, obiret, eo abſente, vel impedito, ad ipſum Priorem unicam Dignitatem ſpectare, & pertinere, & ità ſeruari mandauit in Cathedrali Interamnenſi, donec formiter probetur immemorabilis contraria per Canonicos allegata. Die* 21. *Iul.* 1635.

Fuitque adeò conſtans in hac immemorabili, quod nulla habita ratione decretorum Synodalium, ac teſtium depoſitionum ſuper probatione immemorabilis, voluit, quod illa formiter probetur, non retardata executione decreti ad fauorem primæ Dignitatis, vt in *Molphetana* tenoris ſequentis:

Orta controuerſia inter Archidiaconum, & Archipresbyterum Cathedralis Molphetæ ſuper functionibus Epiſcopalibus, abſente, vel impedito Epiſcopo, Archipresbyter, qui habebat prò ſe immemorabilem, ſupplicauit, hanc cognitionem committi Illuſtriſſimo Madruccio, coram quo iam pendet alia ſimilis inter Archidiaconum, & Archipresbyterum Eccleſiæ Metropolitanæ, & Sacra Congregatio remiſit ad Illuſtriſſimum S.Georgii, & conceſſit remiſſoriales non retardata executione decreti iam facti ſub die 17. *Iul.* 1627. *nempè prædictas functiones ſpectare ad digniorem, & ità cenſuit die* 24. *Ianuarii* 1628.

Nec acquieſcens Archipresbyter in hac reſolutione iterum inſtitit, vt ipſe interim manuteneretur, plurimas atteſtationes teſtium, & antiquas Synodos producens, ac Sac.Congregat. ità cenſuit.

In Molphetana præeminentiarum *die* 26. *Februarii* 1628. *In cauſa præeminentiarum inter Archipresbyterum, & Archidiaconum Eccleſiæ Molphetanæ circà functiones Epiſcopales, abſente, vel impedito Epiſcopo, referente Illuſtr. S.Georgii, & Sacra Rit.Congregatio perſtitit in decretis, & conceſſit remiſſoriales Archipresbytero ad effectum probandi immemorabilem per ipſum prætenſam, non retardata executione decreti iam facti die* 27. *Iulii* 1627. *Et in* Nucetina Paganorum 1634. *& in* dicta Interamnenſi 21. *Iul.* 1635.

Commiſſis itaque remiſſorialibus Archiepiſcopo Tranenſi, coram quo examinatis teſtibus cum interrogatoriis, & facta formiter extractione ſcripturarum, diſputato dubio, an conſtaret de immemorabili in Sacra Congregatione die 2. Mart. 1630. fuit reſolutum, non conſtare de immemorabili; An autem probationes factæ ſuffragentur, videatur. Diſputatoque deindè dubio ſuper probationibus, quæ ſatis ſuperque eſſe videbantur, quoniam Sacra Congregatio die 21. Auguſti 1632. Eminentiſſ. S.Georgij referente controuerſias exortas inter Archidiaconum, & Archipresbyterum Cathedralis Molphetanæ circà functiones Epiſcopales, abſente, vel impedito Epiſcopo, reſpondit, functiones Epiſcopales in caſu propoſito ſpectare ad Archidiaconum, vti primam Dignitatem, non autem ad Archipresbyterum, niſi abſente, vel impedito Archidiacono, prout idem inter dictos Archidiaconum, & Archipresbyterum reſpondit ſub die 29. Ianuarii & 26. Februarii 1628. nullam faciendo mentionem de probationibus, ideòque prætendebat Archipresbyter, quod licet illæ non concluderent rigoroſam immemorabilem, illam tamen quaſi probarent, & quod ſufficerent inferiores conſuetudines. Verum Sacra Congregatio proponente eodem Eminentiſſimo S.Georgij die 21. Iul. 1635. circà immemorabilem probatam reſpondit, probationes factas per Archipresbyterum non ſuffragari.

Et alias orta controuerſia ſuper dictis functionibus in Rota inter Archidiaconum, & Archipresbyterum Comenſem coram Sacrato, in qua emanarunt duæ deciſiones ad fauorem Archidiaconi ſuper allegata, & probata per Archipresbyterum quatragenaria in Rota, coniunctim Archidiaconus, & Archipresbyter ſupplicarunt Sac.Rit. Congr. an ſufficiat dicto Archipresbytero præfata quatragenaria iam probata? Et Sacra Congregatio non ſufficere reſpondit die 18. Febr. 1617. Non ſufficit enim quatragenaria, vbi requiritur immemorabilis.

Tertia Concluſio. Quamuis de iure Archidiaconus in Eccleſia Cathedrali ſit Dignitas maior poſt Pontificalem, & ex regula vbi Archidiaconus eſt Sacerdos præferatur Archipresbytero in functionibus, quæ ad Epiſcopum ſpectant; receptiſſima tamen concluſio eſt, quod attenditur inſtitutio, vel conſuetudo legitimè præſcripta cuiuſuis Eccleſiæ, iuxtà ea, quæ tradit Innoc. *in cap. de multa num.* 6. *de preb.* ibique Hoſtien. *num.* 9 Zabarel. *num.* 3. *conſ.* 30. *nu.* 6. ac alij multi. Et declarauit Sacra Rit. Congregatio in *Iuuenacenſi* 9. Maij 1609. ac alibi, præcipuè in *Laudenſi* 18. Febr. 1666. videlicet:

Relata in Sacra Congregat. controuerſia orta in Eccleſia Cathedrali Laudenſi inter Archidiaconum ſecundam Dignitatem ex vna, & Archipresbyterum tertiam Dignitatem ex altera, quis nam eorum abſente, vel impedito Præpoſito prima Dignitate, debeat exercere functiones obeundi Sereniſſimæ Imperatrici pluuiali indutus, Archidiaconus ne Sacerdos, & ſecunda Dignitas an potius Archipresbyter tertia Dignitas? Eadem Sacra Congregatio declarauit, ſpectare dictam functionem ad Archipresbyterum, attento, quod Archidiacono obſtat ſtatutum dictæ Eccleſiæ Cathedralis, & ità ſeruari mandauit.

Et die 21. Iulij 1668. in *eadem Laudenſi* cenſuit,

fun-

functiones omnes Sacerdotales ſpectare ad Archipresbyterum, licet tertiam Dignitatem, non autem ad Archidiaconum, quamuis actu Sacerdotem, cum ita diſponatur in Statuto illius Eccleſiæ, quod eſt obſeruandum.

De præcedentia inter Sodalitates ſæculares, tomo 4. Conſult. 86. & vide etiam Conſult. 196. eiuſdem tom. ac tract.

PRæcedentia debetur Sodalitati, quæ eſt antiquior in loco. Ric. *dec.* 131. *per tot. lib.* 1. Caren. *reſol.* 77. *num.* 3. Caualer. *deciſ.* 588. *num.* 5. & latiſſimè comprobatur *in Albiganen. præcedentiæ* 20. Iun. 1653. *coram Bichio*, iuxtà doctrinam Innoc. *in cap.* 1. *num.* 1. *de maior. & obed.* & declarationem Sac. Rit. Congregationis in *Hortana præcedentiæ* 20. Februarij 1660. & 27. Nouembris 1666. ac alibi.

Vel ei, quæ eſt aggregata alicui ex Archiconfraternitatibus Vrbis: quia hæc eſt natura aggregationis, vt communicet omnia priuilegia, ac ſi eſſet de corpore aggregantis Gloſ. *vlt. in cap.* 3. *de ſtat. Monach.* fusè Cyriac. *tot. contr.* 203.

Non obſtante prætenſione Sodalitatis Sanctiſſimi Sacramenti poſterius erectæ. Quia concedimus, illam præcedere debere in feſtiuitatibus, quæ ad cultum eiuſdem Sanctiſſimi attinent, de quo *tom.* 5. ſed exindè non ſequitur, quod in alijs feſtiuitatibus, ac actibus præcedere debeat, Natt. *conſ.* 62. ac reſolutio Sacræ Congregationis Rit. teſte Barboſa, *in apoſtol. dec. collect.* 207. *num.* 34. & 42.

An Prothonotarii Apoſtolici titulares, ſiuè non participantes, præcedere debeant Canonicos Eccleſiæ Cathedralis, quandò iidem Canonici vti ſinguli, non autem vti in Collegium, & corpus coaliti incedunt? Vbi quid de conſuetudine prò Canonicis, & an ad illam probandam concedenda ſit remiſſoria? tom. 4. Conſul. 88.

AFfirma. Ità declarauit Sacra Rituum Congregatio nominatim in *Concordienſi* 6. Maij 1601. Itaque, non obſtante contraria conſuetudine, ad quam probandam deneganda videtur remiſſoria, vel concedenda abſque retardatione. Certum enim eſt, quod executio litterarum Apoſtolicarum non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem, prout requirit prætenſa conſuetudo, ſuper qua ſtatim dari debet probatio aliqua releuans ad illarum executionem retardandam.

An prima Dignitas manutenenda ſit in habitu Prælatitio, tam in Choro, quam in aliis functionibus Eccleſiaſticis? Vide de Dignitat. tomo 4. Conſult. 89.

An Cantores Muſici, qui non ſunt de gremio Capituli, in Proceſſionibus, aliiſque actibus præferri debeant Clericis Beneficiatis? tom. 4. Conſul. 90.

NEgatiuè. Ac ità quidem, vt Cantores non cum Beneficiatis, ſed immediatè poſt Crucem incedere debeant, non obſtante conſuetudine. Ità declarauit Sacra Rit. Congregatio in *Vrbeuetana* ſemel, ac iterum, & in *Vigilienſi* nempè:

Prò parte Beneficiatorum Eccleſiæ Cathedralis Vrbeuetanæ expoſitum fuit, Magiſtrum Capellæ noniter electum in dicta Eccleſia in Proceſſionibus velle præcedere ipſos Beneficiatos, & inter ipſos in vltimo, & digniori loco incedere inter duos vltimos Beneficiatos. Et cum iidem Beneficiati ad Illuſtriſſimum, & Reuerendiſ. D. Card. Synneſium eorum Ordinarium recurſum habuerint, & Dominatio Sua Illuſtriſſima ordinauerit iuxta regulas Cæremonialis, non conuenire, vt dictus Magiſter Capellæ incedat cum Beneficiatis, ſed debere incedere cum ſuis Cantoribus ante Crucem Eccleſiæ Cathedralis, vel in alio loco conuenienti, & opportuno Suæ Dominationi Illuſtriſ. beneuiſo, cui ordinationi cum præfatus Magiſter Capellæ noluerit parere, imò recurſum habuit ad A.C. prò manutentione ſui præfati prætenſi loci, iidem Beneficiati recurſum habuerunt ad Sacram Rituum Congregationem, in qua huiuſmodi negocio propoſito, & audito, eadem Sacra Rit. Congregatio cenſuit, ſeruandam eſſe ordinationem, & decretum Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Card. Synneſij Epiſcopi, & nullo modo conuenire, vt præfatus Magiſter Capellæ incedat cum Beneficiatis, ſed debere ire, & incedere cum Cantoribus, prout à præfato Illuſtriſſimo D. Card. Epiſcopo ordinatum fuit, & ità declarauit, & quibuſcumque non obſtantibus in Ciuitate, & Eccleſia Vrbeuetana ſeruari mandauit die 20. Nouembris 1610.

Cum alias ſub die 20. Menſis Nouembris anni præteriti 1610. à Sacra Rit. Congregatione declaratum fuerit, non licere Magiſtro Capellæ incedere inter duos Eccleſiæ Vrbeuetanæ Beneficiatos, ſeù Capellanos de Maſſa, ſed debere ire cum ſuis Cantoribus poſt Crucem ante ipſos Beneficiatos, vel in loco, vbi ordinatum fuerit ab Illuſtriſſimo D. Cardin. Synneſio Epiſcopo, & nihilominus ſuper prætextu conſuetudinis dictus Magiſter Capellæ, & Cantores prætendant in Proceſſionibus ire, ſeù incedere inter ipſos Beneficiatos Eccleſiæ Cathedralis, eadem Sacra Rit. Congregatio declarauit, non eſſe à primo decreto recedendum, ſed quacumque allegata conſuetudine, vel vſu non obſtante, debere Magiſtrum Capellæ cum ſuis Cantoribus incedere immediatè poſt Crucem ante ipſos Beneficiatos, vel in loco, vbi ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Card. ordinatum fuerit. Et ità cenſuit, & declarauit, ac in Ciuitate Vrbeuetana ſeruari mandauit, quibuſcumque non obſtantibus. Die 15. Ianuar. 1611.

Vi-

Digitized by Google

Vigilienſis Epiſcopus, Dignitates, & Canonici Cathedralis Vigilienſis ſupplicarunt Congregationi Rit. declarari vbi, & quomodò incedere debeant Cantores in Proceſſionibus Sanctiſſimi Corporis Chriſti, aliiſque ſolemnibus? Et Eminentiſſimi Patres reſponderunt, ſeruandum eſſe Cæremoniale Epiſcoporum in cap.2.lib.1.*& alibi, eoſq; ſuperpelliceo indutos tunc incedere debere die* 8.*Octob.*1650.

Illudque ſubiungo in gratiam Muſicorum. Muſicus Eccleſiæ Cathedralis gaudet priuilegio fori. Sacra Congreg. Immun. in *Vrbeuetana* 28. Nouembris 1653.

An in funeribus, quæ fiunt in Eccleſiis Collegiatis, etiam prò illarum Canonicis defunctis, Capitulum, & Canonici *Cathedralis præcedere debeant Capitulum, & Canonicos earundem Collegiatarum?* Vide de Funeribus tom.4.Conſult.97.

QVidam Præpoſiti ex Conſtitutione Pontificia in Proceſſionibus, cæteriſque actibus publicis, & priuatis, omnibus, & quibuſcumque, non tamen Capitularibus Eccleſiæ, & habent locum immediatè poſt illius Canonicos, iuxtà ordinem ad id eis præſcribendum. Ex quo quæritur:

1 *An dicti Præpoſiti habere debeant eandem Sedem, quam habent Canonici in Eccleſia, ſeù Capella in receptione Ordinum?*

2 *An Crux Archiepiſcopalis, quæ in Proceſſionibus defertur inter duos recentiores Canonicos, ſit deferenda inter duos recentiores Præpoſitos?*

3 *An Præpoſiti admitti debeant ad oſculum manus Prælati cum Canonicis prima vice, quà Epiſcopus nouus venit ad Eccleſiam in Proceſſione?*

4 *An gaudeant prærogatiua, quâ gaudent Canonici in aſſignatione Carceris?* tomo 4. Conſult.100.

NEgatiuè reſoluenda cenſeo præfata dubia. Primum, quia Præpoſiti in hac functione nullum ius habent interueniendi. Quod ſi fortè dum aliquis ex Præpoſitis recipit Ordines, prætendat, quod Epiſcopus eum honoret ſeſſione in ſede, non autem in ſcamno, prætenſio exorbitat, cum materia hæc ſit arbitraria Epiſcopo, quia Canonicos, & Præpoſitos inæqualiter honorat, & diſtinctè, gradatimque tractat, prout ſibi magis videtur, nequè hic actus comprehenditur in Conſtitutione, præcipuè ſi ſic hoc etiam comprobauit obſeruantia.

Secundum, exorbitat etiam, quia exindè non æqualitas Præpoſitorum cum Canonicis, ſed priuatio Canonicorum proueniret, dum transfertur eorum ius in Præpoſitos, & nihil commune habet in hoc Conſtitutio, quæ de loco immediato, non autem de Cruce diſponit, eſtque hæc prætenſio contraria diſpoſitioni Cæremonialis *lib.*1.*cap.*2.

Tertium, quia eſt arbitrarium Epiſcopo admittere ad hoc oſculum perſonas ſibi benè viſas, etſi fortaſſe admittit Canonicos, nil mirum, quia illi ſunt Fratres eius. Barb.*de Canon.& dignit. cap.*18.*num.*46.*&* 54. Hanc autem fraternitatem non habent Præpoſiti, nequè huic caſui adaptantur verba Conſtitutionis.

Quartum etiam eſt arbitrarium; Ea enim, quæ arbitraria ſunt Epiſcopo ergà Canonicos, qui ſunt eius fratres, extendi non debent per modum coactionis ad Præpoſitos, nequè ad alios.

An Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, qui ex diſpenſatione Apoſtolica obtinet in eadem Eccleſia beneficium, ſiuè Capellaniam, deferre poſſit habitum Canonicalem, & præcedere alios Beneficiatos, vel Capellanos in functionibus, ad quas ratione beneficii, ſiuè Capellaniæ ſimul conueniunt? tom.4. Conſul. 103.

DIſtinguas. Vel iſti Beneficiati conſtituunt vnum corpus, ſiuè Collegium, in quo Canonicus eſt tanquam vnus de Collegio, & neutrum ei licebit; Certa enim iuris regula *eſt*, vt in omnibus functionibus dicti Collegij debeat is ſedere, ac ſtare poſt omnes alios, qui poſt omnes alios in illo fuit admiſſus, illiſque omnem præcedentiam cedere vt ex iuribus, ac Doctoribus ſæpè firmauit Rota apud Seraph. *dec.*716. *num.*15. *par* 4.*rec.dec* 91.

Vel non conſtituunt Collegium, & tunc ſunt conſiderandi vti ſinguli, atque adeò Canonicus huiuſmodi debet præcedere, ac deferre habitum ſuum Canonicalem in propria Eccleſia, iuxtà regulam, quod qui maior eſt in dignitate præcedit alios indiſtinctè extrà Collegium. Menoch. *conſ.*902. *num.*71. Lotter. *de re benef. quæſt.*16. *n.*124. qui eam appellat triviſſimam, nec habere difficultatem. Barboſ. *de Canon.& dignit. cap.*18. *num.*64. *& in collect. Bullar. v. Canonici*, vbi refert ità deciſum alias à Sacra Congregatione, alijque communiter. Præcipuà verò ſi dicti Beneficiati non habent peculiarem habitum ad tales functiones, ſed quilibet aſſumit proprium, & congruentem ſuo Ordini, ac propterea non debet eſſe prohibitum Canonico, quin etiam ipſe ſuum Canonicalem, tanquam proprium deferat, ſicuti fuit conſideratum in *Piſtorien.* tenoris ſequentis:

Contendentibus inter ſe Confratribus Sanctiſſimæ Trinitatis, & Spiritus Sancti Ciuitatis Piſtorii, videlicet Canonicis eiuſdem Ciuitatis ex vna, & alijs Presbyteris non Canonicis ex altera partibus ſuper

per

per delatione habitus Canonicalis , & præcedentia in dictis Societatibus ſeruanda Sacra Rit.Congregatio , referente Illuſtriſſimo de Torres , cenſuit , Canonicos , iuxtà eorum antiquam conſuetudinem vti debere in dictis Societatibus habitu Canonicali, eoſdemque Canonicos ſiuè ſint Priores Societatis eodem tempore , ſiuè ſint Officiales , vel vnus , vel plures habeant officium , omnes ſimul ſedere ſemper debere in primis locis ad ſiniſtram Chori , atque inter eos Officiales præcedere aliis officium non habentibus , non obſtante maiori dignitate , aut priori receptione in Canonicatu . Presbyteros verò non Canonicos Priores ſedere è contrà debere ad dexteram Chori , Coadiutores autem Canonicorum nulla in dictis Societatibus prærogatina Canonicorum gaudere poſſe . In reliquis nihil omninò immutari voluit. Et ità ſeruari mandauit,facto verbo cum Sanctiſſimo. die 12.Iun.1628.

Et in Turritana. *Prò parte Eccleſiæ Turritanæ petitum fuit, declarari , an Canonici præcedere debeant Beneficiatos indutos ? Et Sacra Rit.Congregatio reſpondit, Canonicos ſemper præcedere debere Beneficiatos , licet Cappis indutos , dummodò Beneficiati non ſint parati Sacris veſtibus . 5. Iulij* 1631.

Non eſt enim inſolens , quod perſona, quæ habet præeminentiam diſſimilem à cæteris, deferat habitum. Sic Prothonotarius, ſi eſt prima Dignitas, poteſt deferre habitum Prothonotarij, etiam in Stallo ſui Chori, ſecus autem ſi non eſt prima Dignitas.

An , & quatenus ſimplices Presbyteri gaudeant prærogatiuis , quibus gaudent Canonici ? to.4.Conſul.104.

CVM primum Cathedralis, ſiuè Collegiata erecta fuit cum ſuo capite , & membris diſtinctis, ceù ſunt Dignitates, Canonici, & Presbyteri , ſiuè Capellani, tunc cenſentur hi gradus inſtituti iuxtà iuris diſpoſitionem , ex qua certum eſt , Presbyteros eſſe inferiores Canonicis ad Gloſ. *in cap.penul. v.aſſiſios de Cler. non reſid.* vbi DD.communiter . Ripa *reſp.5. nu.1. & 6.de conſtit*. Rota *dec.136. num.1.& 351. nu. 11.par.6. rec. & dec.59. & 76. par.7.* paſſimque alibi .

Pariter ſi habitus Canonicorum eſt diſtinctus ab habitu Presbyterorum , quod eſt ſignum præcipuum diſtinctionis graduum, ac Ordinum, atque ius peculiare Canonicorum ex traditis à Zecch. *de republ. Eccleſ.cap.2.num.1.*

Inſuper ſi Canonici, præter habitum habeant plures alias prærogatiuas, quæ illos à ſimplicibus Presbyteris prorſus diſtinguunt, nempè in thurificatione , in ſubſtitutione in locum Dignitatum prò peragendis primarijs functionibus Eccleſiæ , & prò conuocando Capitulo , & in aſſiſtentia Dignitati celebranti , ac Pontificalia exercenti , quæ non competunt Presbyteris , ſiuè Capellanis, vt in ſpecie ad fundandum præeminentiam Canonicorum conſiderauit Rota *in Hiſpalen. præminentiarum coram Innoc.X.n.2.*

At verò ſi in diplomate erectionis , cuius tenor præſertim attendi debet ad tex.*in cap.porrò & in cap.accepimus,& vtrobique DD.de priuil.*Rot. *dec.238.num.3. par.5. recen.*diſponatur , quod Canonici ſimul cum Presbyteris omnibus conſtituant Capitulum, & ſuffragium in illo æqualiter habeant, Miſſis, alijſque Diuinis Officijs interſint , reſideant, æqualem portionem percipiant fructuum , & inter eos pariter diſtributiones quotidianæ diuidantur, tunc Presbyteri ſunt in omnibus æquales Canonicis , præter quam in nomine , & in ſimplici præcedentia . Siquidem hæc æquiparatio id operatur , ac ſi ſpeciatim omnia , quæ competunt Canonicis , eſſent etiam alijs Presbyteris conceſſa . Rota in V*alentina iuris ſedendi* 5. Iun. 1637. *coram Ghislerio inter recentiores par.7. dec.224. num.1. & in eadem coram Veroſpio* 8.Iun.1643.Indèque etiam argui poteſt vniuerſim ad ea omnia , quæ ex ipſa æquiparatione proueniunt, licet in ſpecie non eſſent expreſſa , ex adductis à Rota in *Valentina præeminentiarum* 7.Iun.1641.*coram Pirouano* §.1. *in fine* .

Suppoſita igitur hac æqualitate , poſſunt Presbyteri in abſentia Canonicorum occupare illorum ſedes, cum æquiparatio operetur , ac ſi ſpeciatim , & indiſtinctè fuiſſet ijs conceſſum ius occupandi ſedes vacuas , vt dixit Rota in *dicta Valentina iuris ſedendi* 8.Iun.1643. *coram Veroſpio dec.252. & 288.par.6. & dec.224.par. 7.rec.* Tum quia, cum ſedes Canonicorum, & Presbyterorum ſint in Choro æquales , ſeſſio intereſſentium debet gradatim continuari . Continuatio autem præſtat, vt ſeſſio Presbyterorum , nullo medio interpoſito adhære,& copulari omninò debeat ſedibus Canonicorum , vt in terminis Rot.*d.dec.252. nu.1.par.4.recen.* Tum etiam exindè prouenit decor Eccleſiaſtici ritus, cum in Choro nulla diſſipatio eſſe debeat, ſed coniunctiſſima vnitas . Conc. *deciſ.* 197. *num.*4. Rota in *dicta Valentina iuris ſedendi coram Veroſpio*, & Seraph. Duran. *de ritibus Eccleſ. lib.1.cap.17.*

Aliqua de præcedentia in Capitulo ? Vide de Dignit. tom.4.Conſult.183.

De præcedentia inter Canonicos , Beneficiatos , & Clerum in Synodo ? Vide de Synodo tomo 4. Conſult.187.

Cui nam Sodalitati competat præcedentia in delatione Baldachini in Proceſſionibus ſolemnitatis Sanctiſſimi Corporis Chriſti, & in alijs in quibus defertur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum to.4. Conſult. 196. & vide etiam Conſul.86.

SI non extat Sodalitas Sanctiſſimi Sacramenti, debetur antiquiori. Huic enim tanquam digniori debetur præcedentia, *cap.1.de maior.& obed.* Bald. *in cap. cum olim num.1.in 2. notab. de conſuet.* Ruin *conſ.19. num.9. lib.1.* Rot. *coram Buratto dec.868. num.2.*

Si autem extat Sodalitas Sanctiſſimi Sacramenti, ei debetur. Nam ipſa habet fundatam intentionem in iure communi, cum ad hoc præcipuè ſit instituta, vt ipſa Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſociet immediatè, & proptereà in huiuſmodi actu, tanquam ſui muneris proprio, debet ceteris omnibus præferri ex *l.in ciuilibus C.de offic.Vic.* Gratian. *diſcep.148. num.127. & ſeqq.* Rota *deciſ.219. num.10. par. 9.recen.*

Et in ſpecie ſępius declarauit Sacra Rit. Congregatio, vt ex ſeq. declarationibus:

In Mediolanenſi *19.Iun. 1655. Sac.Rit.&c.in cauſa controuerſiæ præcedentiarum in Proceſſionibus Sanctiſſimi Sacramenti inter Societatem Sanctiſſimi Sacramenti loci Legnanelli, & Societatem S.Ambroſij cenſuit, competere præcedentiam Societati Sanctiſſimi Sacramenti ſuprà Confraternitatem S.Ambroſij in omnibus Proceſſionibus, in quibus defertur Sanctiſſimum Sacramentum.*

In Laudenſi præcedentiæ *anno* 1638. *Sacra Rit. Congregatio declarauit, Confraternitatem Sanctiſſimi Sacramenti loci S.Angeli competere præcedentiam aduerſus Confratres S.Marthę eiuſdem loci in Proceſſione Corporis Chriſti, dummodò tamen ipſa Confraternitas Sanctiſſimi Sacramenti intercedens in alijs Proceſſionibus cederet præcedentiam ipſis Confratribus S.Marthæ.* Tanquam antiquiori, vt ſuprà diximus.

Deindè anno 1655. recuſante dicta Confraternitate Sanctiſſimi Sacramenti accedere, antedicto priuilegio priuandam eſſe decreuit, niſi accederet. Et ſucceſſiuè per A.C. Bulgatinum anno 1661. declaratum fuitq; per definitiuam ſententiam amiſiſſe dictum priuilegium. Nihilominus eadem Sacra Congregatio ęquitatem proſequens ad purgationem moræ, refectis expenſis, illam benignè admiſit. Secundò ſibi competere præcedentiam in omnibus alijs Proceſſionibus, in quibus Sanctiſſimum defertur. Tertiò, Confraternitatem S. Marthæ non poſſe, vel debere interuenire in Proceſſionibus particularibus, ad quas non eſt vocata.

Et Eminentiſſimi Sacræ Rit.Congregationis Præpoſiti, referente Eminentiſſimo Azolino diligenter, & maturè perpenſis ob vtraque parte allegatis, decreuerunt. Primò quoad expenſas, in decretis. Secundò quoad præcedentiam, deberi Societati Sanctiſſimi Sacramenti, etiam in alijs generalibus actibus, in quibus Sanctiſſimum defertur, firmo remanente decreto primo loco facto. In reliquis verò Proceſſionibus particularibus, quæ fiunt tertia Dominica cuiuſque Menſis, Societas S.Marthæ abſtineat. In funeribus, neutra accedat, niſi vocata; Et ità ſeruari mandarunt die 20.Iun.1665. & die 19.Septembris eiuſdem anni.

De præcedentia generatim. Item de modis componendi illius controuerſias, quæ, vt ait Sacrum Conc.Trid.ſeſſ.25. cap.13. de Regul. *perſæpè maximo cum ſcandalo oriuntur inter Eccleſiaſticas perſonas, tam ſæculares, quam Regulares? Vbi etiam de præcedentia Legatorum Regum, Principumue non pauca ſolida, vtilia, curioſa.* tomo 5. Conſult.12.

AD conſeruandam ſtatus, & perſonarum in Republica amicitiam non minima erit adhibenda ſolicitudo in euitanda confuſione, quæ leui ex cauſa obrepere in multitudine ſolet, niſi ordine diſponatur debito, vt quiſque quæ ſibi conueniant, & debeantur agnoſcat, & alienutum ſe immiſceat miniſterio, cedat ſpontè cui cedendum erit, & pertinaciter indebitum ſibi honorem non vſurpet. Ordo eſt congrua aliquorum proportio ſecundum prius, & poſterius, vel relatione, vel actu. Ariſt. 8. *phiſ.text.14. Philo.de mundi opif.*

Quare in Principum ſeſſionibus ſeries publica turbanda non eſt *l.vlt. C.de primic.* vt mitius quoque, quam ab aliquibus fiat de Principum Chriſtianorum concertationibus ſeſſionum intuitu ſenſiendum ſit.

Multò minus eos, qui Eccleſiaſticis Principibus ſeſſionis quæſtionem indignam eſſe autumnant audiri velim. Nam etſi illi hoc Saluatoris Noſtri: *Qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Luc.14.18.Matth.20.* ſequentia adſerant, in hac ſęculari vita, quoniam breuia, & caduca ſunt omnia, & præferunt ſe alteris homines, & de dignitate contendunt, quo nihil fędius, nihil arrogantius, & nihil à ſapientis ratione remotius eſt.

Attamen hęc, & quæ in partem ea diſputari alia poſſunt, oſtendunt, eos quidem grauiter errare, qui indebitum ſibi vendicant locum, quos Apoſt. *ad Philip.2.v.3.* compeſcere ſtudet; *nihil per contentionem*, ait, *neque per inanem gloriam, ſed in humilitate Superiores ſibi inuicem arbitrantes.*

Egemus enim Ordine diſtincto in multis, ſed potiſſimum in publicis negociis, in deferendis honoribus *l. vt gradatim ff.de mun.& honor.l.dignitatum ordo* C. *vt dign. ord.* in diſponendis cętibus publicis, imò & priuatis, in dicenda ſententia, & prælatione. Eccleſiaſtica diſcipli-

na

na in hoc conſtans exiſtit, in qua à Clericatu, vſque ad Summum Pontificatum Ordines diſpoſiti ſunt, & ſine controuerſia obſeruati, vt qui in inferioribus ſunt ſemper maioribus cedant *cap. 2. Subdiacono 95. d. c. Clericos 21. d.* Et inter eiuſdem Ordinis ordinatos ipſe Prior, & maior habetur, qui prius fuerit ordinatus, *cap. 1. de maior. & obed. cap. Epiſcoporum 74. d. cap. fin 75.* Chaſſan. *in catal. glor. mun. p. 12. conſid. 99.* & cæteris paribus, qui prior eſt tempore dicitur potior iure, *cap. qui prior de reg. iur. in 6.*

Iuriſconſulti, & Principes conſtituerunt alium ordinem inter laicos, & ſubditos, vel ex lege, vel ex dignitate, vt *in leg. 1. ff. de alb. ſcrib.*

Non poteſt alioquin certa dari regula de prælatione perſonarum, & quanquam veriſſimum ſit, vt is, qui melioribus, & præſtantioribus vacat, dignior, & honorabilior haberi debeat. Etenim non æquè de dignis operibus, aut honore iudicant homines, qui ſæpius dignius, & honorabilius exiſtimant vtilius. Quo fit, vt tempore pacis togati, & Magiſtratus præferantur Sagatis, & nobilibus in multis, at tempore belli contrà. Quia quod vim habet, eſt vtilius, & magis honoratur. Eodem modò in Republica populari ditior præponitur ſapienti, & qui eam artem exercet, qua magis putatur iuuari præſens Reipublicæ negotium, præſtantior habetur. Regulariter tamen vbi nobiles diſtinguuntur, illi plebeis præferuntur, inter plebeios, vrbanus ruſtico. Verum dignitatis potiſſimum ordo peti, ni fallor, debet, vel ex eo, quod is, qui iubere poteſt, ſtatuit, quod certè eſt expeditiſſimum, vel ſi ſine lege metienda eſt dignitas, in officijs poterit eſſe prò regula, vt quo quis præeſt melioribus, & pluribus, is præferendus ſit in gradu inferioribus, quia maior, *auth. de defenſ. Ciuit. §. Hos igitur.* Dehinc quo quis accedit propius ei, à quo dignitates procedunt, & præſtantior illis, qui magis recedunt haberi debeat. Quod ex diuinis, & humanis poteſt colligi. Siquidem Angelorum ordines prælatione potiores ſunt, quo magis Deo accedunt, & remotiores dicuntur vltimi, niſi ſi qua delegatione extraordinaria à Deo deligantur, in qua maiores habentur, vt Deum immediatè in ea repræſentantes. Sic in ſole & igne quo quiſque propius accedit, eò magis illuſtratur, & calorem maiorem ſentit.

In terra, quia Sum. Pontifex, Imperator, Rex, Princeps non cognoſcens ſuperiorem, ſunt veluti fontes dignitatum, & honoris inter ſubditos, ſic qui eis ſunt proximiores, immediatè eius miniſteria exercent, habentur meritò digniores, & eo magis quoad latus eius viuunt, vel maiora ſibi conceſſa ſunt. Sic in Summo Pontifice Cardinales proximi, deindè quatuor Patriarchæ, iuxtà eorum conſtitutum ordinem, poſtea Primates, ab eis proximi, Archiepiſcopi, ſubindè Epiſcopi, Parochi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Clerici, Monachi, obſeruatis tamen gradibus in ſingulis ordinibus, vel Eccleſiarum, vel Ciuitatum, vel titulorum, quibus præficiuntur, vel antiquitate receptionis in Ordinem.

Inter autem Epiſcopos gradus reperiuntur, non quidem Ordine, & conſecratione, ſed officij, atque authoritatis ratione diſtincti. Nam alij maiore ſunt iuriſdictione alijs prædictis. Quidam enim ſunt Archiepiſcopi, ſiuè Metropolitani pluribus Epiſcopis præpoſiti, in quos iuriſdictionem habent. Rurſus alij Primates ſunt omnibus Epiſcopis, & Archiepiſcopis alicuius Regni, aut Prouinciæ præfecti, vt in Aphrica Chartaginenſis, in Hibernia Armakanus. Denique ſunt Patriarchæ his ſuperiores, qui vni Orbis parti præſunt, vt Alexandrinus toti Aphricæ, Conſtantinopolitanus toti Græciæ, & parti Septentrionis, Antiochenus Aſiæ minoris, & Hieroſolyminanus Orienti, & ſuper omnes eſt Rom. Pontifex Chriſti in terris Vicarius Apoſtoli Petri in officio paſcendi Agnos, & Oues gregis Chriſti ſucceſſor.

De Cardinalibus verò Eccleſiæ Romanæ certum eſt, ipſos neque ordine, neque conſecratione ab Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis differre, ſed peculiari quodam dignitatis titulo, & munere, quod in eo ſitum eſt, vt Romano Pontifici in Eccleſia Romana dirigenda, & gubernanda, tanquam præcipui Conſiliarij, aſſiſtant, Sedeque vacante, Pontificem eligant. Dicuntur verò Cardinales; quia primarij ſunt Eccleſiæ Conſiliarij apud Sum. Pontificem, qui eſt velut Cardo Eccleſiæ, a cuius prouidentia, & firmitate pendet Eccleſia. Horum enim conſilio in arduis Eccleſię negotijs Sum. Pontifex vtitur. Sunt enim viri ſcientia, moribus, ac rerum experientia excellentes, ex omnibus Chriſtiani Orbis partibus electi, vt rerum omnium in Eccleſia emergentium notitia facilius ad ſupremum Eccleſiæ Paſtorem deuenire queat.

In ſæcularibus Principibus minus obſeruatur eadem regula, vt qui proximiores ſint præſtantioribus, ab illis conſtitui habeantur digniores, vt primum Principes, ſeù ſanguine proximi, ſubindè qui ad latus ex ſanctiori conſilio ſunt, & inter illos heroes maiores, & minores, iuxta decretum Principum, & conſuetudinem antiquam. Et id ipſum in Magiſtratibus, & poteſtatem habentibus, & delegatis, quæ omnia poſſunt facilè inter ſubditos componi ratione ſeſſionis, proceſſionis, ſtatus, & dignitatis, authoritatis, & poteſtatis, & priuilegiorum conceſſorum.

In componendis controuerſijs præcedentiæ Legatorum laudanda eſt Prælatorum Eccleſię, ac Oratorum Principum in Concilijs, ac alijs Conuentibus publicis bona ergà publicum volentes, quod ne per contentiones ſeſſionum extrahantur, Summi Pontificis, vel eius Legatorum arbitrio eas committunt, de dignitate, & præcedentia nihil interim ſtatuendo, ſed ſine præiudicio dignitatis cuiuſque Principes præ-

Ii 2 ſed-

Digitized by Google

ſentes exhortare, vt ſententiam dicant, vel ſcripto proferant, ſi in pronunciatione de priori dicendi ſententia etiam non conueniant, cum Legatis tamen eorum non ità facilis concordia, cum de dignitate Dominorum nihil poſſunt ſine expreſſo mandato Principum conſtituere, à quibus miſſi ſunt. In quo caſu arbitrarer, non ideo minus inſiſtendum Concilio communi, ſi dilatio admonendi Principes non daretur, ea tamen lege, vt ratificatio ab illis de hinc peteretur, ſi modò eorum probatio in conſultis requireretur, non aliter. Seſſionis verò ſcrupuloſitas in actibus extraordinarijs obſeruari non ſolet, & ideò cum in illis, ſi quis locum primum occupauit, proteſtatio non interponitur, ſicut plurimum prælegi ſolet, vel declarari, ac reſeruari, vt factum fuit in Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. de loco Oratorum.

Quo verò modo quæſtio præcedentiæ ſopiri poſſit, dum ſententiam à Summis Principibus, apud quos lis pendet, expectatur, nunc dicendum eſt. Poloni legis remedio vſi ſunt, qua ſtatutum eſt, vt priorem locum vbique locorum obtinerent, qui tempore priores in Regnum appuliſſent. Quod videtur eadem iuris ratione vti, qua ſeniores dignitate iunioribus præferantur in ferendis ſuffragijs, in ſtatuendo, ſubſcribendo, ſedendo, incedendo. Verum enim verò quis commodus legi locus ſit, niſi pares ordine, & conditione qui obnoxij? Iniquè enim Legatus minoris Imperii quantumuis diutius à Patria abfuit, præferetur illi, qui à Ceſare, aut Rege poſtmodum aduenit. Vt proindè Legatus Hiſpanorum, nè poſteriori loco diceret, omnino tacendum ſibi reputauit.

putant nonnulli ad alternationem deueniendum eſſe, itàut ſi inter duos controuerſia ſit, vnus primò, ſecundus altero die præſedeat, aut vt vnus Conuentu, aut Senatu abſtineat, detque alteri præſedenti votum, qui poſt votum proprium, & emanentis proferat cum verbis illis: *Suo ordine, & loco*, quibus nulli concertantium præiudicatur, ſeù enim primus, ſeù alter ei locus debetur, vtique ſuo loco dictum & ſuffragium. Quæ clauſula etiam tunc addi neceſſariò debet, ſi abiens ſtatu alium, vt vice ſua votum dicat, rogauit. Nam illi, qui præſeſſionem habent, non niſi ſuo ordine, & loco dictum admittent. Qui modus, & legibus quoque defendi poteſt, *vt l. quoties verſu quod ſi Titius ff. de vſufr & l. 2. in princ.* & iterum *§. vlt.* ac alibi.

Sunt & in hanc ſententiam tex. iuris Canonici, nempè in *Clem. 2. verſ. Et cum facilius de iurepatr.* vbi dicitur id iuſpatronatus, quod alias indiuiduum eſt, poſſe tamen liberè, ideſt, vt interpretantur Gloſſa, & DD. ibi: *Sine Superioris auctoritate ità diuidi inter patronos, vt ſcilicet alternis vicibus præſentent.*

De Legatorum vxoribus nihil ſeorſum dicendum. Vmbræ, & ſua lege dignæ, & conſpicuę ſunt Maritorum conditionem in publicis congreſſibus emulantur, & repreſentant.

Et vt de Eccleſiaſticis inferioribus aliqua etiam dicamus, præter ea, quæ alibi diximus, Sacra Congregatio Epiſc. decreuit, quod quotieſcumque oritur aliqua differentia in materia præcedentiæ, recurrendum ſit ad loci conſuetudinem, & ea deficiente, ad conſuetudinem Prouinciæ, vel ſi ea nulla ſit, ad conſuetudinem Romanam. Nuncii Apoſtolici ſemper, & vbique præceſſerunt Electores Eccleſiaſticos.

Prò Auditore Cameræ Apoſtolicæ extat Epiſtola Cardin. Hieronymi Ruſticucci B. Pij V. Sum. Pontif. à ſecretis data Alexandro Riario Patriarchæ Alexandrino Cameræ Apoſtolicæ Auditori, & deindè Cardinali, quæ eſt huiuſmodi.

Molto Illuſtre, e Reuerendiſ. come Fratello. *Perche V.S. ſappia il ſenſo di N.S. circa il luogo, che hauerà da tenere appreſſo Monſignor Illuſtriſ. Legato, cioè Card. Aleſſandrino, etiam nelle proprie Dioceſi degl'Ordinarii, dico, che ella douerà precedere tutti i Prelati indiſtintamente in Francia, e Spagna, & hauere il ſuo luogo immediatamente doppo Sua Signoria Illuſtriſſima in tutti i luoghi publichi, e priuati, che ſiano per conſeruarſi la ſua giuriſdittione con autorità, e per non patire in modo alcuno indignità. Anzi N.S. vorrebbe, che V.S. precedeſſe l'Arciu. di Toledo, ſe foſſe in Spagna, non che altri Veſcoui, che ſono di minor portata di lui. Con queſta regola dunque douerà gouernarſi da quì auanti, che tale è la mente di N.S. e queſto medemo hò etiandio fatto intendere à Monſignore Illuſtriſ. Legato in nome ſuo per auuiſo di V.S. alla quale m'offero di continuo. Di Roma 12. Agoſto 1571.*

Extat apud Bibliothecam Eminentiſ. Card. Pij *inter M.S. vol. 61.*

In diſputationibus publicis Romæ obſeruatur ferè hic præcedentię ordo. Si inter inuitatos ad arguendum aliquis ſit Prælatus, hic ratione dignitatis eſt primus argumentatorum. Secundus Regularis Thomiſta. Tertius Regularis Scotiſta, vel alterius Religionis, aut ſæcularis. Si verò Prælatus nullus arguat, ſeruentur priuilegia conceſſa à Summis Pontificibus, præſertim Thomiſtis, & Scotiſtis, repreſentantibus propriam ſcholam. Vndè primus arguens eſt Regularis Thomiſta, Secundus Regularis Scotiſta, Tertius ad libitum, niſi fortè tam Prælatus, quam Thomiſta, & Scotiſta velit reſumere tertium argumentum, quod reputatur ſpecialis honor. Doctores autem ſæculares, etiam actu legentes, cum non repreſentent propriam ſcholam, cedere debent Thomiſtis, & Scotiſtis.

Anno 1591. Conſulta Sacra Congregatio Rit. An Epiſcopus, qui eſt Canonicus præcedere debeat Archidiaconum, & Vicarium, maximè cum per 16. annos præceſſerit? Reſp. Epiſcopum in Choro veſtes Epiſcopales deferentem, cęteros Canonicos, & etiam Archidiaconum

prę-

Digitized by Google

præcedere debere, ſententiam verò ſecundum ordinem ſuæ receptionis dicere debere.

Præ ceteris verò iuuat tranſactio, quæ obſeruanda eſt. Cum enim fiat prò bono pacis, Præſertim inter Eccleſiaſticos, ſuper huiuſmodi præeminentijs, ſeruari omnino debet. Loter. *de re benef. lib. 1. qu. 16. num. 33.* & ſemel, ac iterum firmauit Rota apud Seraph. *deciſ.* 22. *&* 81. *per tot.* Qua obligantur etiam ſucceſſores.

De Inquiſitoribus autem in hæreticam prauitatem hæc accipe. Inquiſitores vti Delegati Apoſtolici in Congregationibus, in ſubſcriptione ſententiarum, licentiarum librorum imprimendorum, & in omnibus alijs actibus publicis, & priuatis S. Officij præcedunt omnes, præter Epiſcopos, videlicet Vicarios ipſorum Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, ac etiam Auditores Nunciorum Apoſtolicorum, nec non in actibus non ſpectantibus ad S. Officium, quamuis conſultius ſit, vt abſtineant à concurſu. Idque etiam ſi Vicarius Epiſcopi eſſet Epiſcopus. Verum in hoc Inquiſitores conſulere debent Sacram Congregationem, quæ ſolet ſcribere Epiſcopis, vt deputent Vicarium, qui iuxtà morem ſedeat, & ſubſcribat poſt Inquiſitorem. Vicarius verò Epiſcopi præcedit Vicarium S. Officij, dummodò non adſit conſuetudo contraria.

Eſtque regula communis, vt Epiſcopus præcedat Inquiſitorem, Inquiſitor Vicarium Epiſcopi, Vicarius Epiſcopi Vicarium Inquiſitoris, quatenus non adſit conſuetudo in contrarium. At quandò in Congregatione non adeſt Inquiſitor, tunc Vicarius Inquiſitoris præcedit Vicarium Epiſcopi, quia repræſentat perſonam Inquiſitoris. Idemque dicendum eſt de Vicario Capitulari. Ijdemque Inquiſitores præcedunt Præſidentes Conuentuum, non tamen in menſa, & Capitulis ab eiſdem Præſidentibus conuocatis. In omnibus tamen actibus publicis, & priuatis habent locum poſt Priores, & Guardianos Monaſteriorum, in quibus ſunt Inquiſitores. Tam ipſi, quam eorum ſocij ſunt ſubiecti Cuſtodibus Conuentuum in his, quæ ſpectant ad diſciplinam Regularem, ideòque illos venerari tenentur.

Poſſunt contrà denegantes ſuas prærogatiuas, quarum ſunt in poſſeſſione, prouidere, vt ſi verbi gr. denegetur eis in Miſſa oſculum Euangelij, thurificatio triplici ductu, oſculum pacis, ac ſimilia. Conſulenda tamen Supremæ Inquiſitionis Congregatio.

1 *An Vicarii prò cura animarum Parochialium Eccleſiarum S. Io: Lateranenſis, & S. Petri in* Vaticano, *ac* Sacriſta, *vel alius Miniſter S. Mariæ Maioris præcedere debeant in ducendo funere proprio Parocho defuncti, dum ad ipſorum Eccleſias tumulandus effertur?*

2 *An inter eoſdem Vicarios, & alios Rectores, ſiuè Parochos Vrbis habeat in præcedentia aliarum quarumcumque Proceſſionum obſeruari ſtatutum Cleri Romani* cap. 2. §. 8? tom. 6. Conſult. 21.

AD 1. Negatiuè, & obſeruandum eſſe Statutum Cleri Rom. Clariſſima enim eſt illius diſpoſitio *cap. 5. §. 9.* his verbis: *Inter ipſos autem Parochos ille, in cuius Parochia tumulandus obiit vſque ad fores Eccleſiæ, ad quam funus defertur, ſemper præcedat.*

Imò ſi hoc dubium reſoluendum eſſet de iure communi, certum eſt huiuſmodi Vicarijs præcedere debere Rectores aliarum Parochialium. Primò quia dignitatem, quam ipſi Rectores habent, ex perſona propria habent, cum omnia poſſint in ſuis Eccleſijs, tanquam illarum Prælati per tex. *in cap. in Apibus 7. quæſt. 1.* & habent tantam auctoritatem, quantam habent Prælati cum Capitulis in Eccleſijs Cathedralibus, vt docet Abb. *in cap. 1. num. 26. de dol. & contum.* Maior autem eſt dignitas, quam quis habet ex perſona propria, quam dignitas, quæ dictis Vicarijs competit ex perſona alterius. Bart. *in l. Quod Principi in fin. ff. de leg. 2.* Dec. *in cap. ſanè num. circ. n. 79.*

Secundò, quia cum Rectores ſint caput, & Prælati ſuarum Eccleſiarum, & nullum alium habeant ſuprà ſe, ratione adminiſtrationis, ac dignitatis, dicuntur maiores illis, qui habent Capitula ſuprà ſe, ſaltem in cura habituali, & illa repræſentant, & illorum tantummodò vices obtinent. Nulli autem dubium eſt, quin maior in dignitate ſemper præferendus ſit. *Can. ad hæc dec. 89. cap. 1. & cap. ſtatuimus de maior. & obed.* Abb. *conſ. 21. num. 3. in fin. lib. 2.*

Iura itáque, quæ in contrarium afferri poſſunt ſolum probant huiuſmodi Vicarios debere vti eodem iure, eodemque honore quantum ad iuriſdictionem ergà ſuos ſubditos, non autem quantum ad prærogatiuam dignitatis, & Ordinis, egregiè Decian. *in d. cap. ſanè de offic. deleg.*

Quæ omnia multò magis locum habent in Sacriſta, vel alio ſimplici Sacerdote S. Mariæ Maioris, qui nullo iure præcedere poteſt in funere ducendo proprio Parocho defuncti; Tum quia Parochus defert Stolam. Tum quia eſt in actu ſui officii Sacerdotalis. Et tum quia eſt de hierarchia Eccleſiaſtica, de qua non ſunt Sacriſtæ, neque alii ſimplices Sacerdotes.

Neque obſtat decretum huius Sacræ Congregationis prò dictis Vicariis S. Io: & S. Petri, & prò Sacriſta S. Mariæ Maioris: quia fuit editum inauditis Rectoribus, & Parochis Vrbis. Et quia nulla in ipſo facta eſt, nedum reuocatio, ſed nè mentio quidem dicti Statuti Cleri Rom. Et tandem quia intelligendum eſt, quandò in funere cum proprio Parocho defuncti, interuenit Capitulum S. Io: vel S. Petri, vel S. Mariæ Maioris, & prò Capitulo Cathedralis declarauit hæc Sacra Congregatio 22. Martii 1631. apud Gauantum *in Enchirid. v. exequiæ in add. num. 13.* nempè:

Quan-

Digitized by Google

Quandò in funere interuenit Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, Curatus, & Sacriſta, licet amouibiles ſint, debent præcedere Parocho defuncti. Quemadmodum ipſi Canonici Cathedralis, & Collegiatæ præcedunt Parocho.

Ex eadem Sacra Congregatione in *Viterbien.* 25. Iun. 1611. in *Nullius* 12. Maii 1612. & in *Præneſtina Canonicorum* 14. Aprilis 1618. ſcilicet, *Canonici Cathedralis præcedere debent Parochum, etiam in funere, non autem alii*. Quod etiam tradit Card. de Luca *de præemin. diſcurſ.* 21. vbi refert, ità nouiſſimè declaratum fuiſſe in *Parmenſi* à Sacra Congregatione Rit. Cum itàque dicti Vicarij, & Sacriſta ſeorſim à ſuis Capitulis interſint funeribus, nullo modo præcedere poſſunt proprio Parocho defuncti, cum nullo modo ſint, neque dici poſſint pars, aut membrum Capitulorum. Quod locum habet etiam ſi vnus ex ipſis Canonicis ſeorſim à ſuo Capitulo intereſſet, vt firmat idem Card. de Luca *loco cit.* Quibus concinit Statutum Cleri Rom. eo *cap.* 5. §. 18. vbi ità diſponit; *Beneficiati verò, etiam Patriarchalium nulla ratione Parochis ipſis cum Stola interuenientibus præcedere poſſunt.* Ergò multò minus Sacriſta, & Vicarii, qui non ſunt pars Capituli, neque cum Capitulo interſunt funeri, vt ſuprà diximus.

Ad 2. Reſp. obſeruandum eſſe etiam Statutum Cleri Rom. *cap.* 2. §. 8. ibi: *Ad euitandam confuſionem, & prò maiori decoro Collegii Parochorum curabit Camerarius, vt in Proceſſionibus tam Parochi ſæculares, quam Parochorum ſubſtituti incedant in capite Proceſſionis, reliqui verò Rectores iuxtà ordinem eorum antianitatis ſubſequantur.* Quod non eſt diſſonum à iure communi. De iure enim is præcedit, qui in labore eſt antiquior inſtar militis. *l.* 2. *C. de offic. Magiſtr.*

Neque obſtat prætenſa conſuetudo contraria, quia debet eſſe centenaria, & immemorabilis, cum illi reſiſtat ius commune, & ſtatutarium, vel ſaltem quatragenaria. Purpur. *in l.* 1. *num.* 200 *ff. de offic. eius* Barbat. *conſ.* 1. *num.* 2. Rot. *dec.* 410. *n.* 1. *coram Seraph.*

HAbet Archiepiſcopus quidam ſuum Vicarium in ſpiritualibus Suffraganeum Archiepiſcopum Titularem. Quæritur:

An iſte præcedere debeat Epiſcopum Prouinciæ, qui eſt antiquior Suffraganeus, quandò ambo reperiuntur in iſtius Diœceſi, quandò in Prouincia, quandò in loco tertia. Et ſic tam extra Diœceſim, quam extrà Prouinciam? tomo 6. Conſult. 57.

PRimus caſus prò Epiſcopo reſoluendum videtur: Quia in ſua Diœceſi præcedit omnes, etiam maiores Ordine, vel dignitate, cum ibi ſit Pontifex. Chaſſan. *in catal. glor. mun. p.* 4. *conſid.* 44. Barb. *de iure vniuerſ. Eccleſ. cap.* 12. *n.* 11. Quare circumſcripta lege vrbanitatis, qui eſt actus merè voluntarius, in hoc primo caſu nulla videtur eſſe difficultas.

Secundum caſum ſubdiſtinguas in functiones publicas prouinciales, tam Eccleſiaſticas, quam temporales, puta in Synodo Prouinciali, Conſtitutionibus Epiſcoporum prouincialium, in Comitijs Regni, in Coronatione Regis, vel Reginæ, & huiuſmodi alijs, quæ geruntur ab Epiſcopis, & Prælatis Regni, ſeù Prouinciæ iure proprio illius particularis Prælaturæ, & in functiones priuatas indifferentes, ſicuti ſedere in Menſa, congredi priuatim, & id genus plura.

Circà functiones primi generis videtur pariter reſpondendum prò Epiſcopo, quoniam illi ſunt actus, qui geruntur in titulum ſub nomine Prælaturæ, & in quibus Archiepiſcopus titularis nullum ius habet interueniendi.

Circà verò functiones priuatas indifferentes videtur eſſe aliqua difficultas contrà Epiſcopum cum in illis non ius particulare ſuæ Prælaturæ, ſed dignitas in abſtracto conſideratur. Sed tamen puto prò Epiſcopo reſpondendum eſſe propter rationem habitualis iuriſdictionis, & præeminentiæ, quam Epiſcopus Prouincialis habet in Prouincia.

Hanc rationem comprobat obſeruatio totius ferè Germaniæ, vbi frequens eſt vſus Archiepiſcoporum habentium hos Epiſcopos titulares in Vicarios in ſpiritualibus.

Ad tertium caſum etiam prò Epiſcopo *reſp.* Nam habens dignitatem cum actuali poſſeſſione, & exercitio iuriſdictionis, videtur alteri habenti eandem dignitatem cum ſolo titulo præferendus, vt de Rege, vel Duce habente actu Regnum, vel Ducatum, quod præferendus ſit alteri carenti actuali poſſeſſione firmat Maſtril. *de Magiſtr. lib.* 4. *cap.* 13. *num* 71. & 82. vbi alij. Et in ſpecie de Epiſcopis actualem iuriſdictionem, ac poteſtatem habentibus, præferendis in loco tertio Epiſcopis, quorum Diœceſes ab infidelibus occupantur, quamuis antiquioribus, tenet Iacobat. *de Concil. lib.* 1. *ar.* 2. *num.* 72. *& ſeqq.*

An Conſules, Syndici, Nobileſque Ciuitatis in Proceſſione Sanctiſſimi Corporis Chriſti incedere liceat cum Cereis fanalibus poſt Capitulum, & immediatè ante Sanctiſſimum? tomo 6. Conſultat. 62.

REſp. Non licere prædictis laicis præfatum locum occupare. Siquidem cum in libro Cæremoniali mandetur, quod poſt Confraternitates laicorum ſequantur Religioſi, & ſucceſſiuè Nobiles, ac Magiſtratus, atque deindè Clerus, & Canonici, ac vltimo loco Dignitates

tes

Digitized by Google

tes cum pluuialibus, ſequitur, quod iſta loci occupatio ſit abuſus, atque adeò tolli debeat, & in terminis huius Proceſſionis, quod fieri debeat, ſaruata forma Cęremonialis, declarauit Sacra Rit. Congregatio in *Inſulana de Forio* 19. Iun. 1604. apud Barboſ. *collect. 606. n. 3.* quia Cęremoniale facit ius commune. Rot. *dec.* 701. *num. 1. par. 4. recen. tom. 3.*

At nihilominus Sacra Rit. Congregatio ſub die 13. Febr. 1666. in *Taurinenſi præcedentiæ* cenſuit, eiuſmodi Syndicos, & Conſules manutenendos eſſe in ſua poſſeſſione. Quod & alias cenſuit in *Foroliuienſi* 4. Aprilis 1606. his verbis: *Magiſtratus in Proceſſionibus Sanctiſſimi Sacramenti debet incedere in loco, in quo ſecundum antiquam conſuetudinem conſueuit incedere.*

Quis inter Parochos præcedere debeat? tomo 6. Conſult. 67.

ILle, qui prior fuit aſſumptus ad regimen ſuæ Parochialis. De iure enim is pręcedit, qui in labore eſt antiquior, inſtar militiæ. *l. 2. c. de offic. Magiſtr. l. fin. C. de tyron. num. 3.* Cyriac. *contron.* 201. *num.* 44. & Seraph. *dec.* 326. *nu.* 3. Et reſoluit Sacra Rit. Congregatio in *Maceratenſi præcedentiæ*, referente Eminentiſſimo Sacchetto, atque habetur in Statuto Cleri Romani *cap. 2. § 6.*

Vide fuſius *tom. 9. Conſul. 172. eod. tract.*

De præcedentia Viceparochi, & Parochi alterius Parochiæ. Vide de Parocho tomo 7, Conſult. 46.

An Sæculares manutenendi ſint in iure ſedendi in ſuis Sedilibus, ſiuè ſedibus poſitis in Eccleſijs? Vbi alia. tomo 7. Conſult. 48. Item vide tomo 1. Conſult. 7. tomo 3. Conſult. 3. to. 4. Conſult. 16. hoc eod. trac. ac vide de Eccleſijs hoc eod. to. 7. Conſul. 35. to. 8. Conſul. 54. & to. 9. Conſul. 147.

AFfirmatiuè: Nam licet laici ſint incapaces ſpiritualium, nullumque habeant ius poſſidendi ſedilia in Eccleſia, imò Ordinarius poſſit illa de facto remouere. Giouagn. *lib. 2. conſ.* 8. *n. 1.* Idem tamen procedit ſolum in principio appoſitionis ipſorum, non autem quandò in Eccleſia permanſerunt ſpatio alicuius temporis, Epiſcopo tolerante, tunc enim Epiſcopus citrà iniuriam illa nequit amouere. Gratian. *diſcep.* 210. *num.* 32. Sed illorum Domini manutenendi ſunt. Giouagnon. *ibidem nu.* 11. *& ſeqq.* Ex ſpatio quippè temporis præſumitur concurriſſe tacita licentia Epiſcopi, dum diù ipſe tolerauit. Rot. *dec.* 222. *par. 1. diu.* Sufficitque titulus decennalis ad præſcribendum contrà Epiſcopum præſentem, ſcientem, ac tolerantem.

Hinc quamuis Sacra Congregatio Epiſc. cenſuerit, quod ſedes eſſe non debeant in Eccleſia extrà tempus Concionum, vt in *Ianuenſi* 17. Aprilis 1583. Maximè ſi ſint occaſio ſcandali, vt in *Acheruntina* 24. Septembris 1585. niſi fuerint lapideæ, vel etiam ligneę parietibus adhærentes, vt in *Sarzanenſi* 21. Nouembr. 1600. & 28. Februarii 1601. Attamen in illis remouendis, vel alterandis, declarauit, quod non debeant permitti nouitates, vt in dicta *Acheruntina* 4. Iunii 1602. in *Ferentina* 8. Decembris 1645. Præſertim in Sede Epiſcopali, vel Principum laicorum, vt in *Ianuenſi* 27. Ian. 1597. Et quod poſſint à Dominis ornari, vt in *Andrienſi* 25. Octobris 1602. & eius etiam inſcriptio, vel aliud ſignum apponi 14. Ianuar. 1603. Quodue Superiores Regularium non poſſint illas remouere à loco ſolito, niſi cum circumſpectione, maximè ſi ſpectent ad Magiſtratum, vt in *Aſſiſienſi* 22. Martii 1603. Illæque remouendæ, quæ adeò Altari vicinæ ſunt, vt celebrantem impediant, vt in *Nullius Caſtriduranſis* 12. Nouembris 1623.

Inſtante tamen Epiſcopo Maceratenſi Sacra Rit. Congregatio declarauit Gubernatori Maceratenſi Pręſidi Prouinciæ non habenti facultatem Legati de latere, non competere Sedem ſub Baldachino, ſed ſine Baldachino, & ſine ſolio ſuprà ſcamnum Magiſtratus, ac proindè Epiſcopum, eo præſente in nullo loco Dięceſis debere à benedictionibus populi abſtinere.

Nullam prætereà deberi pręcedentiam Gubernatori, ac Pręſidi prędicto ſuprà Epiſcopum, etiam extrà Dięceſim degentem.

Epiſcopum non debere obuiam ire Gubernatori prędicto aduenienti ad Cathedralem, neque ab illa diſcedentem aſſociare.

Gubernatorem, ac Præſidem prædictum teneri accedere ad Epiſcopum, vt ab eo accipiat Candelam, & Palmam benedictam, etiam cum oſculo manus eiuſdem Epiſcopi.

Canonicos teneri præſtare Gubernatori Ciuitatis, ac Præſidi Prouinciæ conſueta obſequia, & quatenus de conſuetudine non liqueat, ſatis videri, vt per duos Canonicos excipiatur: & ad portam Eccleſiæ aſſocietur.

Magiſtratum teneri præſtare Epiſcopo, & Cathedrali Eccleſiæ conſueta obſequia, tum pręſente, tum abſente Gubernatore, & quatenus renuat præſtare, compelli poſſe.

Ad ſupplendum Magiſtratui abſenti in lotione manuum Epiſcopo poſſe ſubrogari alios nobiles viros, quibus tamen locus in ſcamno Magiſtratus minimè aſſignetur. Et ità ſeruari mandauit die 1. Aprilis 1662.

Reliqua vide dictis tomis, & Conſultat. citatis.

An

Digitized by Google

An Regulares, qui ex immemorabili ſunt obligati ad officiandum in Eccleſijs Cleri ſęcularis, praecedere debeant ipſi Clero? Vbi de actibus facultatiuis non inutilia. tom. 7. Conſult. 49.

MInimè: Quia de iure Clerus ſęcularis præfertur Regulari, tam in proprijs, quam in eorundem Regularium Eccleſijs. *C.Legat. C.Alia 16. quęſt. 1.* Io:Andr. *in cap. delictum de reg.iur. in 6* Gloſ. *in cap. Qualiter de accuſat.* Quia dignior eſt quoad authoritatem Cętus Clericorum ſęcularium, quam merè Monachorum. Valenz. *conſ.84.num.12.tom.1.* ac cenſuit ſæpius Sacra Rit. Congregatio, & nos alibi fusè.

Idque, non obſtante prætenſa conſuetudine, cum ſint actus interrupti, ac difformes ratione familiaritatis, & amicitiæ. Mantic. *deciſ.144. num.10. & dec.267. num.2.* Rot. *dec.46. nu.50. & dec.229. num.9. & 11.*

Quæ enim dependent ex mera voluntate non poſſunt pręſcribi, etiam per longiſſimum tempus. Gloſ. *in l.1.v.Communi diuidundo C. de an. except.* Bart. ibidem. Bald. *in l. cum notiſſimo* C. *de præſcrip.30.an.*

Hinc communiter docent, quod quæ ſunt merę facultatis non poſſunt pręſcribi, iuxtà tex. *in l.viam publicam ff. de via pub.* vbi Doctores, ac Canoniſtæ *in cap.ſignificante de appell.* Et quod ex gratia, & liberalitate per modum facultatis eſt alicui conceſſum, etiam ſi eſſet elapſum tempus immemorabile, poteſt negari. Greg. *dec. 161. num.16.* Surd. *conſ.127. num.82. cum ſeqq.* ac alij.

De controuerſijs praecedentiæ ab Epiſcopo componendis. Et de exemptis ad Proceſſiones publicas compellendis. tomo 8. Conſult. 54.

ORta controuerſia præcedentię inter Capitulum, Canonicos, Priores, & Magiſtratum Ciuitatis fuit dubitatum: An eam Epiſcopus, quacumque appellatione remota, compeſcere poſſet vigore facultatis ſibi à Conc.Trid. tributę *ſeſſ.25.de Regul.cap.13.*? Fuit dictum ex hoc decreto, non poſſe, quia caſum hunc non comprehendit Conc. decretum, cum Conc. dicat inter Eccleſiaſticas perſonas, hic autem ſunt ſęculares ex vna parte. Epiſcopus tamen curare debebit, vt obſeruetur id, quod hactenus ab annis 24. citrà fuit ſolitum obſeruari.

Delata ad Sacram Congregationem controuerſia de pręcedentia inter Dominicanos, Franciſcanos, Auguſtinianos, & Carmelitanos, ſumptę fuerunt informationes, & repertum, conſuetudinem inoluiſſe, atque obſeruatum fuiſſe ſemper, vt ea Religio, quę prius in loco habuit Monaſterium, illa pręcedat, quam conſuetudinem Greg. XIII. iuſſit obſeruari, & nihil innouari, Sic etiam cum Magiſtratus, & Populus Firmi conſueuiſſet concomitari Epiſcopum ad Eccleſiam pręcedendo, & poſteà vellet ſubſequi, non anteire, deciſum eſt, Magiſtratum debere præcedere Epiſcopum, prout hactenus conſueuit, quia Epiſcopum ſequitur Clerus.

Et cum ab Epiſcopo lata eſſet ſententia ſuper pręcedentia Eccleſiaſticarum perſonarum, & dubitatum eſſet, an eſſet per appellationem ſuſpendendum? Sacra Congregatio cenſuit, non eſſe ſuſpendendam, imò poſſe Epiſcopum eam exequi, & contrà inobedientes procedere iuris remedijs, Laicorum tamen eſſe appellationi deuoluiſſe, in qua dicta pars ius ſuum proſequatur.

Sed num per Bullam Greg. XIII. quę priuilegia Mendicantium, & aliorum Regularium reducit ad terminos iuris communis, & Conc. Triden. reuocata ſit Conſtitutio B. Pij V. qua ſtatuitur, Fratres Ordinis Prędicatorum vbique debere pręcedere cęteros Fratres? Sacra Congregatio cenſuit, non obſtare illam generalem clauſulam poſitam in Bulla Gregorij de pręfatis, & alijs omnibus literis, & Conſtitutionibus quomodolibet emanatis, tamen Pius V. ex capite iuſtitię videtur declaraſſe hanc controuerſiam pręcedentię, & iam Fratres Dominicani ſunt poſiti in poſſeſſione. Verum de hac re vide *tom.1. & 4.* Cumque Ieſuitę ſint Clerici Regulares, & in hoc decreto comprehendi videantur, conceſſum eſt illis Breue à Greg. XIII. nè teneantur accedere ad Proceſſiones.

Sed dubitatur in quibus Proceſſionibus intelligatur hoc decretum? Secundò an Regulares recuſantes accedere ad Proceſſiones, poſſint compelli cenſuris? Tertiò an à cenſuris in eos hac de cauſa latis, poſſint Regulares à ſuis Superioribus abſolui?

Et ad 1. Sacra Congregatio reſpondit, Concilium intelligi abſolutè de omnibus, & quibuſcumque Proceſſionibus publicis, & conſuetis, vel inductis prò bono publico, vel honore; non tamen compellendos ipſos Regulares exemptos accedere ad Eccleſias extrà propria Monaſteria prò celebratione Orationis 40. horarum Congregationi tamen probatur, quandò toti populo dicta Oratio indicitur in proprijs Eccleſiis huiuſmodi Orationi inſiſtere.

Ad 2. Regulares poſſe compelli ab Epiſcopo per cenſuram, & excommunicationem, de qua te nos etiam *tom.3.*

Ad 3. Non poſſe abſolui à ſuis Superioribus: quia ſunt excommunicationes ab homine, quarum abſolutio petenda eſt à Iudicibus, qui tulerunt, vel à Sanctiſſimo.

Hinc, cum Monachi Sanctiſſimę Trinitatis Cauenſis cogerentur ab Epiſcopo accedere ad Proceſſiones publicas, ipſi recuſantes, quippè quia nul-

Digitized by Google

nullius Diœceſis exiſterent, Sacra Congreg. cenſuit dictos Monachos non poſſe cogi ex hoc decreto ad proceſſiones. Tum quia Nullius. Tum quia non poſſunt dici exempti, cum nunquam ſubiecti fuerint Epiſcopo. Item quia habent concordiam vallatam confirmatione Sedis Apoſtolicæ, quam Conc. *cap.* 22. *eiuſdem ſeſſ.* 25. *de Regul.* non ſuſtulit. Quod ſi Epiſcopus velit eos cogere, tanquam ex conſuetudine inueterata obligatos ante Concilium, agat via ordinaria coram Iudicibus competentibus. Regulares verò degentes in Monaſteriis extra menia pluſquam per medium milliaris diſtantibus, ad proceſſionibus accedere non poſſe cogi, dixit Sac. Cong. Item nec Confraternitates laicorum, cum hic agatur de perſonis Eccleſiaſticis. Quomodò tamen cogi poſſint alias diximus.

Placet huc adducere, obiter tamen decretum generale Sac. Rit. Congregat. quod eſt tenoris ſequentis:

Cum pluries Sac. Rit. Congr. inhærendo decretis alias editis, & ſignanter in Lucerina *die* 22. *Nouemb.* 1664. 28. *Septemb.* 1675. *&* 13. Mart. 1688. *declarauit, nullo modo dandum eſſe Euangelium ad oſculandum ſæcularibus, etiam Præſidi in celebratione Miſſarum, nec prohibuerit vſum baldachini, & præſertim in* Acernina *die* 26. *Iun.* 1666. *in* Batenſi 5. *Martij* 1667. *&* 17. Iun. 1684 *in* Marſicenſi, Polignanenſi, & Miletenſi 5. *Mart.* 1667. *in* Hieracenſi 2. *Octobr.* 1683. *& in* B. tectenſi 23. *Septemb.* 1684. *ac inſuper denegauerit aſſiſtentiam in Presbyterio, & ſpecialiter in* Materanenſi 24. *Ianuar.* 1665. *in* Melphitana 15. *Iunij* 1667. *& in* Batenſi 20. *Nouemb.* 1677. *&* 22. *Febr.* 1687. *Eminentiſſimi, ac Reuerendiſſimi DD. Card. eidem Sac. Congreg. Præpoſiti mandarunt, vt prædicta decreta prohibentia perſonis ſæcularibus oſculum Euangelij, & vſum Baldachini, & aſſiſtentiam in Presbyterio tenouentur, & copia illorum transmittantur Archiepiſcopis, & Epiſcopis Regni Neapolitani, eiſdemque iniungendo, vt illa intimari faciant Superioribus Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, tam ſæcularibus, quam Regularibus, & in caſu tranſgreſſionis procedant etiam contrà Regulares auctoritate eiuſdem Sacræ Congregationis ad pœnam interdicti. Et ità decreuerunt in Eccleſiis Regni Neapolitani omninò ſeruari inſſerunt. Die* 13. *Martii* 1688.

Quæ omnia ſunt conſentanea iis, quę diximus *tom.* 1. 2. *&* 3.

Qui nam inter plures, æquales in officio, Magiſtratu, Senatu, cæteris paribus, prior cenſendus ſit, ille ne, qui prius titulum officii, Magiſtratus, Dignitateſque obtinuit, an qui poſſeſſionem? tom. 8. Conſult. 70.

CEnſeo, prioritatem huiuſmodi attendendam eſſe à die adeptæ poſſeſſionis officij, Dignitatis, &c. In materia enim præeminentiæ non attenditur prioritas tituli, ſed adeptę poſſeſſionis ad *tex. in l.* 1. vbi Barth. Io: de Plat. *in princ. C. de Conſult. lib.* 12. aliijque communiter. Ideòq; Canonicus Iudex, aut Officialis, qui præuenit in adipiſcenda poſſeſſione, præcedere debet alios in ſtallo, voce, optione, ac alijs actibus per *tex. in cap.* 1. ibique Canoniſtæ *de maior. & obed.* Bart. *in l.* 1. *num.* 4. *de alb ſcrib.* Bald. *in cap. cum olim num.* 1. *not.* 2. *de conſuet.* aliijque Rot. *in recen. par.* 2. *deciſ.* 410. *num.* 4. quæ diſtinguendo inter præcedentiam, quæ cohæret rei, & quę cohęret perſonæ, firmauit in *Vicen. Pręcedentiæ* 17. *April,* 1594. coram Gypſio, procedere de omnium Eccleſiarum obſeruatione, quod confirmauit *deciſ.* 372. *num.* 3 *par.* 1 *rec.* ac alibi.

Primò, quia prioritas, eiuſque prærogatiuę dantur antiquiori Officiali propter eius maiora onera, & ſeruitia, quę in officio ſubiit *l.* 2. *in fin.* ibi: *Is gradu cęteris antecedat, quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecit anteire, C. de offic. Magiſtr. Cau. mirantur in fin. d.* 65.

Deindè quia huiuſmodi præeminentia ſunt fructus poſſeſſionis. Gloſ. *in cap. cum olim de maior. & obed.* Caſsad. *deciſ.* 3 *de penſion. num.* 6.

Tertiò, quia, licet ſola collatio, ſiuè conceſſio officii concedat plenum ius in re *cap. fin. de conceſſ. preb.* antę tamen adeptam poſſeſſionem non perficitur aſſecutio officij, vel Dignitatis. Achil. *deciſ.* 9. *num.* 6. *de priu l.*

Atque ità iudicatum fuiſſe in Luſitania teſtatur Cabed. *deciſ.* 3. *par.* 1. *num.* 11. & aſſerit Surgens *de Neap. illuſtr. cap.* 29. *num.* 59. *in fin.* Gratian. *dec. March.* 16. *in addit. num.* 6. *&* 7. ac alii.

De præcedentia Clericorum Seminarii. Vide de Seminario tom. 9. Conſult. 81. num. 80. 81. 82. 83. in parerga.

De præcedentia inter Patronum in Eccleſia ſui iuriſpatronatus, & Dominum temporalem. Vide de Iurepatr. tom. 9. Conſult. 82. à n. 38. & ſeqq.

An Conuentus Regularium ſuppreſſus, & poſtea reſtitutus, cenſeatur reſtitutus quoad præcedentiam? tom. 9. Conſult. 183. Item vide tom. 1. Conſult. 138. & tom. 4. Conſult. 98. & Conſult. 198.

CEnſeo, per huiuſmodi reſtitutionem non recuperari pręcedentiam antiquam per tex. *in cap. quamuis de reſcript. in* 6. vbi exprimitur, quod reſtitutio facta à Papa nihil operatur in præiudicium eius, cui ante reſtitutionem fuit ius quęſitum, nec ſic retrotractio ad primęuum tempus, quia vt ibi dicitur, talis reſtitutio, vbi aliud non exprimitur, intelligitur fieri ſine iuris pręiudicio alieni, & ibi ità eſt caſus, ſecundum Io: Andr. Anchar. Gemin. Franchum, & omnes in Sum. textus, & firmant Abb. *in cap.* 1. *notab.* 2. *de Paroch.* Vltrad. *conſ.* 325. *num.* 8. Fed. de Sen. *conſ.* 26. *num.* 2.

Nam licet Regulares ſint primi ratione Conuentus, ad quem reſtituti fuerunt, ſunt tamen ſecundi, habito reſpectu ad reſtitutionem, & no-

Digitized by Google

uam gratiam, vt ponderat Gloſ. *in cap. Quamais*, ibi: *Quia non attendimus tempus reſtitutionis, niſi Papa aliud diceret in reſtitutione, videlicet, gratiam meam valere, perindè ac ſi reuocata non fuiſſet, etiam quoad prioritatem temporis.*

Eòque magis ſi fuerint ſuppreſſi motu proprio Papę, & abſque delicto, & poſteà redintegrati à Sac.Congregatione ex mera gratia. Quo caſu ſunt noui inter Regulares, & conſequenter non recuperant locum, & pręcedentiam, quia non intelliguntur redintegrati quoad omnia, vt declarat tex *in cap. ex insinuatione de ſimon.* & egregiè Bart. *in l. 2. ff. de decur.* Secus autem ſi eſſent redintegrati, ac reſtituti in priſtinum ex iuſtitia, tanquam iniuſtè ſuppreſſi, ac extincti: Quia tunc intelliguntur redintegrati quoad omnia, & redintegratio diceretur continuatio ſtatus primęui. Gloſ. *in d.l.2. ff. de decur.*

Cui nam debeatur pracedentia ratione antianitatis, Moniali nè, quę profeſsionem prius emiſerat, non completo anno probationis ex diſpenſatione Summi Pontificis, an Moniali poſteà profeſſę, ex quo ipſa naturaliter annum probationis antea compleuerit? tom. 10. Conſult. 6. Vide etiam de Regular. tom. 1. Conſult. 152.

RESp. Deberi huiuſmodi Moniali prius profeſſę, eique neganda non eſt manutentio, ſi docuerit de ſua quaſi poſſeſſione anteriori in Stallo, & Capitulo, accedente præcipuè conſuetudine, quod prima profeſſa pręcedat, quæ in hoc attenditur, etiam ſi in contrarium ius aſſiſteret. Rot. apud Poſt. *de manut. dec. 299. num. 1. & ſeqq. & dec. 372. num. 3. in fin. p. 3. rec.*

Quoniam antianitas incipit à die ſolemnis profeſſionis, tam inſpecta conſuetudine Monaſterij, quę ſola ſufficit, Rot. *dec. 214. num. 4. & 24. tom. 2. p. 4. recen.* quam diſpoſitione iuris communis, Butr. *dec. 868. num. 2.* Nam ante emiſſam profeſſionem Nouitia non efficitur filia Monaſterij, nequè eſt de corpore Monaſterij, *Cap. porrectum de regular.*

Nequè ad hunc effectum ſuffragatur anterior Nouitiatus: Quia profeſſio non poteſt retrotrahi ad tempus ingreſſus, quo talis profeſſio erat prohibita. Gloſ. *in l. talis ſcriptura §. fin. ff. de legat. 1.* & in terminis Paul. de Caſtro. *conſ. 432 num. 4. lib. 1.* Reliqua vide *cit. tom. 1.*

An Religioſi, Conuerſi, & Oblati ſedere poſsint in ſuperioribus Chori Sedibus prò Sacerdotibus, & Clericis Choro deſtinatis? tom. 10. Conſult. 56.

NEgatiuè omninò; Decet enim, ac honeſtum eſt in omni ordinata Republica, & politia quoque Monaſtica, eſſe diſtinctionem perſonarum inſtar Cæleſtis Hierarchiæ, & humani corporis, in quo multa ſunt membra; licet non eundem actum habeant, ſicuti ex vi Regulæ cuiuſcumque Religionis fuerunt ab initio diſtinctæ perſonæ, prioris ſcilicet ordinis Sacerdotes, ſecundi ordinis Clerici, tertij verò, ac vltimi ordinis Conuerſi, & Oblati, qui pariter in miniſterio habitu, & Officio ſunt diſtincti.

Denique relata in Sac.Cong.Rit. per Card. Franciottum controuerſia, a Fratribus Conuerſis, & Oblatis profeſſis Ord.min. excitata, ex quo ijs præcedentiam ibi deberi præſumerent ſupra Nouitios Clericos, qui non dum profeſſionem emiſerant.

Eminentiſsimi Domini viſis, ac maturè perpenſis &c. cenſuerunt, pracedentiam deberi Nouitijs Clericis ſupra laicos, iuxtà diſpoſitionem iuris communis, & Conſtitutiones editos à Capitulis Generalibus Romano, & Maſsilienſi: Et ità vbique & in toto Orbe ſeruandum eſſe mandarunt ſub pœnis in controuenientes, vel non acquieſcentes per Regula Conſtitutiones decretis, alijſque arbitrio Sac. Congregationis. Die 28. Septemb. 1658. Iul. Epiſcopus Sabinen. Card. Sacchettus. Franciſcus Maria Fębus Congregationis Sac. Rit. Secretarius.

De pracedentia Regularium incorporatorum in priori Prouincia, vndè diſceſſerat, vt in caſu poſito. Vide de Regular. tom. 10. Conſult. 62.

DE PRAECEPTO PASCHALI.

An poſsit dici, ſatisfeciſſe Can. Omnis, *qui à Dominica Palmarum per totam octauam Paſchatis extrà Parochiam propriam ſine ſui Parochi licentia communicauit?* tom. 1. Conſult. 298.

NEgatiuè. Ità Sac.Cong. Conc. in vna *Brixien.* 17. Maij 1598.

An Epiſcopus poſsit punire Equites Hieroſolymitanos, ſi tempore Paſchali non communicent? Vide de Equitibus tom. 1. Conſult. 327.

An Ecclesia Parochialis S. Io. Nationis Florentinę habeat reuera priuilegium quoad omnes nationales prò ſuſceptione Sanctiſsimę Euchariſtię in eadem Eccleſia prò ſatisfactione pręcepti Paſchalis? tom. 4. Conſult. 3.

NEgatiuè. Etenim tenentur omnes Chriſti fideles dum peruenerint ad annos diſcretionis ſuſcipere ſaltem in anno Sac. Euchariſtiam à ſuo proprio Parocho per tex. in *cap. Omnis vtriuſque ſexus, & de pęnit, & remiſſ.* eſtque

que definitum à Tridentino *ſeſſ. 13. de Sacram. Euchar. cau.9.* & tradunt Canoniſtæ, ac Theologico numiter.

Neque obſtat aſſertum priuilegium à Leone X. conceſſum Nationi Florentinæ, vt omnes, & ſingulę d. Nationis perſonę, quamuis infrà limites aliarum Parochialium Eccleſiarum Vrbis habitationem habeant, ſint, ac eſſe cenſeantur parochiani Eccleſię S. Ioannis eiuſdem nationis, & ad illam prò Sacramentis recipiendis, & audiendis diuinis diebus feſtis, & alias accedere poſſint.

Primò: quia eſt contrarium magno Concilio Lateranenſi in *d. cap. Omni de pęnit. & remiſ.* cuius in d. priuilegio nulla facta eſt reuocatio ſpecialis, atquè adeò non cenſetur illi derogatum, vt ex veriori, & magis communi ſententia ſæpius iudicauit Rota, nominatim in *Hiſpalen. decimarum coram Bichio 25. Iun. 1649.* in qua plures aliæ deciſiones conſtipantur.

Secundò: quia eſt abrogatum à Sac. Conc. Trid. *d. ſeſſ. 24. cap. 13. de ref. in fin.* In quo decreto expedienda ſunt verba illa: *vbi parochiales Eccleſiæ certos non habent fines,* vt in hoc caſu.

Tertiò: quia pone etiam, quod eiuſmodi priuilegium non eſſet à Tridentino reuocatum; illud tamen ſtrictè eſt recipiendum, & in ijs ſolum, in quibus ſine preiudicio aliarum Parochiarum obſeruari poteſt. Poteſt autem obſeruari, ſi dicti homines ad d. Eccleſiam accederent prò ſuſcipiendis Sacramentis, & audiendis diuinis diebus tantum feſtis, cum olim feſtis diebus ante Sac. Conc. Tridentinū nemo audire diuina, & Sacramenta percipere poterat, niſi in propria Parochia, vt habetur ex Conc. Nannatenſi relato *in cap. 2. de Paroch.* etiam ſub pœna excommunicationis ex ſpeciali ſtatuto Cleri Rom. vt ex eius vetuſtiſſimo codice manuſcripto *cap. 13.* apud Emin. Card. Vicarium.

Quarto tandem id euincitur ex abſurdis, & ſcandalis, quæ ex hoc priuilegio orirentur, non ſolum in Communione Paſchali, quia cum Florentini non ſint adſtricti ſuſcipere communionem Paſchalem, in quibus degunt, ſciri non poterit, an ſatisfaciant præcepto annuæ communionis. Sed etiam in adminiſtratione aliorum Sacramentorum, ſpeciatim Viatici, & Extremæ vnctionis, quæ nemini, vel paucis illius nationis hominibus adminiſtrarentur a Parocho S. Io: ob difficultatem illa miniſtrandi toti nationi per Vrbem diffuſæ. Ex Matrimonij autem Sacramento eadem ſequeretur perturbatio Reipublicæ, quam pro natione Gallicana diximus ſequi, in prima parte huius Conſultationis quam inuenies *in tract. de Sepulturis.*

Quibus accedunt prò Parochis reuocatio, ac moderatio inhibitionis factæ ad inſtantiam ipſius nationis contrà Parochos, & mandatum de manutenendo ipſos Parochos in ſua poſſeſſione, in qua exiſtunt, ac iuris aſſiſtentia per acta Cæſis ſub die 23. April. 1598.

Ac etiam adducitur decretum in Sac. Cong. Præfectorum coram Eminentiſſimo Card. Vicario ſub die 26. Febr. 1628. emanatum, quo decretum, vt ab omnibus Eccleſiaſticis, etiam nationalibus, & quomodolibet priuilegiatis dari debeat Eccleſijs Parochialibus quarta funeralis. Quod quidem decretum ſa: me: Vrbano VIII. porrectum fuit ab ipſo Sac. Congregationi Viſit. Apoſt. remiſſum, quæ ſub die 23. Ianuar. 1629. reſcripſit: Si Sanctiſſimo placuerit, videtur confirmandum decretum Illuſtriſs. D. Card. Vic. in Cong. Præfectorum cum reſcripto Suæ Sanctitatis habito ſub die 24. eiuſdem, ſcilicet. Sanctiſſimus annuit, vti etiam conſtat ex fide R.P.D. Ricciulli eo tempore Viceſgerentis, & Secretarij Eiuſdem Sac. Congregationis ſub die 27. Auguſti 1629. qui retulit, facto verbo cum Sanctiſſimo in Congregatione coram eodem Card. Vic. ſub die 21. Mart. 1629. Sanctiſs. D.N. annuiſſe, ac reſolutionem præfatam confirmaſſe, vt ſeruari mandaret omni appellatione remota, & alijs quibuſcumque non obſtantibus, prout latius in ſententia Eminentiſſimi Card. Vicarij.

Adducitur quoque ſententia ſub anno 1659. & per acta Florelli data à Reuerendiſſimo Viceſgerente, in qua definitiuè ſententiatur, Rectori S. Nicolai ad Cæſarinos fore, ac eſſe tradenda, & conſignanda, & cum effectu reſtituenda funeralia prò medietate, ſiuè eorum æſtimationem, mandatumque ſiuè mandata quæcunque executiua, & de conſignando contrà d. Eccleſiam S. Io: Nationis Florentinæ illiuſque Curatum, Adminiſtratores, & Officiales, ac eorum quemlibet &c.

In qua pariter ſententia declaratur, non licuiſſe, neque licere antedicto Curato, Miniſtris, aliiſque eiuſdem Eccleſiæ S. Io: Officialibus cogere vllos homines Florentinos, ſeù nationales in alijs Vrbis Parochijs degentes recognoſcere d. Eccleſiam S. Io: prò eorum peculiari Eccleſia parochiali, dictæque Eccleſiæ, Curato, officialibus &c. de, & ſuper præmiſſis perpetuum ſilentium imponatur, prout nos harum ſerie imponimus, imponique mandamus &c.

An, qui in Paſchate non recipit in ſua propria Parochiali Eccleſia Euchariſt. ſed in Sacroſ. Baſilica Lateranenſi, vel in Eccleſia Cathedrali ſuæ Diœceſis, ſatisfaciat Eccleſiæ pręcepto de annua Communione? tom. 7. Conſult. 89.

TEnendum eſt, eos non ſatisfacere in rigore iuris præcepto Eccleſiæ de annua Communione, niſi in propria Eccleſia Parochiali, vel niſi Sum. Pontifex, vel eius Card. Vicarius, aut Vicarij Viceſgerens, vel Epiſcopus, vel ſaltem proprius eorum Parochus expreſsè conſentiat.

Primò: quia, præter poteſtatem Ordinis in adminiſtratione Euchariſtiæ requiritur etiam pote-

ſtas iuriſdictionis, & ideò non eſt liberum cuilibet Sacerdoti hoc Sacramentum miniſtrare, ſed ſolum habenti iuriſdictionem reſpectu eius, qui illud adminiſtrat, vel facultatem ab eo, qui talem iuriſdictionem habet, vt colligitur ex Clem. *Dudum de ſepul.* & in ſpecie de hoc Sacramento ſic legitur in Conc.Carthag.1.*cap.*7. Idem decernitur in Conc.Meluitano *cap.*18.

Secundò: quia, licet Parochus Lateranenſis, vel Cathedralis poſſit omnium Confeſſiones audire, non ideò eſt omnium Parochus; ſicut nec Regulares, qui etiam in Paſchate audiunt omnium confeſſiones, dicuntur eorum Parochi, nec poſſint illis alia Sacramenta Parochialia miniſtrare.

Deindè: quia Parochus Lateranenſis, vel Cathedralis non eſt Parochus omnium incolarum Vrbis, vel Ciuitatis, vt ſaltem loquendo de iure, & ex conſuetudine hodierna docet Sanch. *diſp.*27. *num.*2. ex quo infert, non eſſe validum Matrimonium celebratum coram Archiepiſcopo Eccleſiæ Cathedralis ab incolis habitantibus in alia Parochia eiuſdem Ciuitatis. Quod etiam docet Pont. *lib.*5. *de matrim. cap.*12. *num.*7. Vndè ſicut Conc.Trid. exigit præſentiam proprij Parochi ad valorem Matrimonij, ità præceptum Communionis Paſchalis in *d. cap. Omnis* exigit quod accipiatur à proprio Parocho, vel de eius licentia. Si ergò in Trid. nomine proprij Sacerdotis non intelligitur Parochus Eccleſiæ Cathedralis, niſi in ordine ad incolas illius particularis Parochiæ, eodem modo in præcepto communionis Paſchalis nomine proprij Sacerdotis non debet intelligi in *d. cap. Omnis* Parochus Eccleſiæ Cathedralis, niſi in ordine ad incolas ſuæ peculiaris Parochiæ.

Ac poſtremò: quia Eccleſia Cathedralis non habet de iure communi hoc priuilegium; nam nullibi id decernitur. Etenim in can. *Sicut alterius* 7. *quæſt.*1. nil amplius habetur, quam quod Eccleſia vnius Epiſcopi ab alio diſponi non debet.

Atque ſæpius declarauit Sac.Cong.Conc. nominatim in *Limana*, in *Sutrina*, & in *Peruſina* Menſe Septemb.1649. Et Sanctiſſimo D.N. Innoc. XI ſub die 5. Febr. anni 1682. in audientia RR. Parochis Vrbis quotannis à Sanctitate ſua publicè data, inter cætera hæc viuæ vocis oraculo decreuit, omnes vtriuſque ſexus fideles, qui in Vrbe commorantur teneri prò ſatisfactione præcepti annuę Communionis Paſchalis Sac. Communionem a ſuo prop. Paſtore, ac Parocho in ſuis Eccleſijs Parochialibus, in quarum Parochijs habitant, ſuſcipere, nulloque modo d. præcepto ſatisfacere per Communionem in Eccleſia Lateran. vel Vaticana, vel nationali cuiuſuis nationis, vel in quacumque alia ſuſceptam. Et ità in poſterum omninò ſeruari mandauit, præſentibus Eminentiſſimo Card. Vic. Illuſtriſſimo Viceſgerente, meque Cleri Rom. Camerario, ac omnibus Parochis Vrbis, non obſtantibus quouis decreto Congregationis Viſitationis Apoſtolicę aliarumque Congregationum, ac priuilegijs quibuſcumque, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Poterit vero Epiſcopus, ſi voluerit permittere, quod omnes ſui ſubditi Communionem Paſchalem recipiant in Eccleſia Cathedrali, cum ipſe ſit eorum omnium Parochus. Quandiù tamen Epiſcopus hanc licentiam non tribuit, ſinguli debent in ſuis proprijs Eccleſijs Parochialibus Communionem recipere à ſuis Paſtoribus, vel de eorum licentia, vt pręcepto Eccleſiaſtico ſatisfaciant. Si quis autem bona fidę in Eccleſia Cathedrali alijſque eiuſmodi licentia Communionem ſumpſerit, ob hanc cauſam prò illa vice non erit moleſtandus.

DE PRÆDICATORIBVS, Vide de Concionatoribus.

DE PRESBYTERORVM FILIIS.

An ſit indulgendum, vt filius poſſit dumtaxat miniſtrare in Eccleſia, in qua ſuus genitor, quia 30. & vltrà annis obijt. alias Canonicatum obtinuit, ſed in nullo Sacro Ordine miniſtrauit, prohibente hoc Sac. Concilio Trid. ſeſſ. 25. c.15. de refor. & c.2. 3. & 4. de fil. presbyt. tom.1. Conſult.35.

AFfirmandum videtur; Quoniam quandò per 30. annos obliterata eſt memoria paterna, conſueuit Sac.Cong.Conc. benignè illegitimis fauorabili voto ſuccurrere, vt ex gratia Apoſt. valeant in Eccleſia, vbi eorum Patres beneficia obtinuerunt, nedum miniſtrare, ſed etiam beneficia habere, qua de re extant plurimę ſupplicationes ſignatę ex voto Sac.Congregationis, & nouiſſimè in vna *Biſuntina* 1663.

Et quidem non abſque ratione: Quia per 30. annos de iure cenſetur inducta obliuio, vbi autem ceſſat omne periculum ſcandali propter obliteratam memoriam paternam, ſuccurritur filio illegitimo, qui ex perſona ſua in nulla prorſus eſt culpa.

Digitized by Google

Prò illegitimo ex ſoluta quæritur: An diſpoſitio Sac. Conc. cap. 15. ſeſs. 25. de refor. *locum habeat, dum illius Pater fuit ſimplex Capellanus ad nutum amouibilis, & non titulatus in Eccleſia, in qua idem illegitimus obtinere debet beneficium, & an ſaltem ſit locus diſpenſationi?* tom. 1. Conſult. 279.

RESp. Poſſe cum illo diſpenſari. Ità cenſuit Sac Cong. Conc. in vna Hiſpalen. 14. April. 1646.

An, & quatenus Filij Preſbyterorum poſſint ſuccedere in beneficijs, vel obtinere penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ obtinuerunt eorum Patres, vel habere penſiones, quas ipſi Patres habuerunt? Et quid verſa vice? Vbi hæc diſputantur;

1 *Cui ex diſpoſitione iuris communis filijs tam illegitimi, quàm legitimi prohibeantur ſuccedere in beneficio paterno, an hodie, ſtante diſpoſitione Clem. VII. & Sac. Conc. Trid. quæ loquuntur ſolum de filijs illegitimis, remaneat prohibitio iuris communis quoad legitimos?*

2 *In quo differant hodie inter ſe diſpoſitio iuris communis, & Conſtitutionis Clementis, ac diſpoſitio Clementis, & decretum Tridentini?*

3 *Poſito Conc. Trid. decreto, an Sacerdos habens generaliter facultatem transferendi penſionem ſibi auctoritate Apoſtolica reſeruatam ſuper fructibus Parochialis Eccleſiæ ad quam antea præſentatus fuerat abſque vlla inſtitutione, poſſit eandem penſionem transferre in Clericum ſuum filium illegitimum, ad penſiones, & beneficia Eccleſiaſtica obtinenda à Sede Apoſtolica diſpenſatum?*

4 *An filius illegitimus poſſit obtinere beneficium in Eccleſia, in qua Pater olim ius habuerat ad Canonicatum, & præbendam in eadem Eccleſia Cathedrali, ſuper quibus tandiù litigauerat, donec ceſſerat iuri ſibi competenti, nec vnquam in eiuſdem Canonicatus, & præbendæ pacifica poſſeſſione fuerat, nec vnquam tanquam Canonicus in Choro, vel in Capitulo d. Eccleſiæ comparuerat, vel inſeruierat?*

5 *An prohibitio Conc. extendatur etiam ad filium legitimatum?*

6 *An illegitimus, cuius Pater fuit Rector Eccleſiæ Matricis, poſſit obtinere filialem dependentem, ſeù alias illi vnitam, in qua eadem Matrix habeat etiam quædam iura Parochialia, ſaluo decreto Concilij* cap. 15. ſeſs. 25. de refor.*?*

7 *An Nepos legitimus ex illegitimo Patre admitti poſſit ad beneficium, quod ipſius Auus habuit, non obſtante eodem Tridentini decreto?*

8. *An declaratio Sac. Congregationis qua deciſum fuit, Nepotem legitimum ex filio illegitimo non prohiberi obtinere beneficium auitum, procedat, etiam viuente Auo, & Patre, adeò vt Auus beneficium, quod hodie obtinet, huic Nepoti renunciare non poſſit, aut ſi tertio renunciarit, non ſit ſuper eo beneficio Nepoti penſio reſeruanda?* tom. 9. Conſult. 140.

AD 1. Affirmatiuè: Quia diſpoſitio iuris communis quoad filios legitimos Preſbyterorum non eſt innouata ex Conſtitutione Clementis, neque ex Sac. Conc. atquè adeò infertur, quod neque hodie filius legitimus poteſt obtinere beneficium, quod pater obtinuit, aut miniſtrare in Eccleſia, in qua immediatè pater adminiſtrauit, licet poſſit obtinere mediatè. Cap. *ad hæc de fil. præsb.* & ſupponit Rota *coram Seraph. dec.* 1142. *num.* 6. Non tamen prohibetur filius legitimus obtinere aliud beneficium in eadem Eccleſia, vel miniſtrare in Eccleſia diuerſa: Quia, cum in filio legitimo remaneat incorrecta diſpoſitio iuris communis, vtique eius prohibitio non trahitur ad diuerſa *d. cap. adhæc*, ibique Oſtien. *num.* 3. Anchar. *num.* 2. Butr. *num.* 5. Abb. *num.* 2. *de fil. præsb.* ac alii, Cumque prædicta procedant ex ea ratione, quod vbi adeſt media perſona, impeditur ſpecies ſucceſſionis, indè etiam fit, quod filius non prohibeatur præeſſe Eccleſiæ, cui pater ſinè titulo miniſtrauit. Cap. *Conſtitutus de fil. præsb.*

Sicuti neque locum habent, ſi Eccleſia, quam obtinet Pater, vniatur cum Eccleſia, quam obtinet filius. Nam vnio iſta, quæ intercedit, impedit ſpeciem illam hæreditatis ſucceſſionis, vbi fit citrà fraudem, ac dolum. Oſtien *in d. cap. ex tranſmiſſa num.* 2. Lotter. *lib.* 2. *de re benef. quæſt.* 48. *num.* 181 *cum ſeq.*

Parique ratione non prohibetur filius legitimus obtinere beneficium patris, quando illud mutauit ſpeciem, veluti quia de portione fuit erectum in Canonicatum. Achil. *dec.* 1. *de fil. preſbyt.* ac Pur. *dec.* 124. *lib.* 3.

Ad 2. Diſpoſitio iuris communis, & Conſt. Clem. differunt primò, quia ius commune prohibet filios obtinere beneficium Patris, ſeù miniſtrare in Eccleſijs, in quibus miniſtrarunt patres, ſiuè filij ſint legitimi, ſiuè illegitimi, *d. cap. adhæc de fil. presb.* At Conſt. Clem, & decretum Sac. Conc. loquuntur tantum de filijs illegitimis.

Differunt ſecundò: quia ius commune prohibet ſucceſſionem in beneficijs, quæ patres obtinuerunt immediatè. *d. cap.* 2. *ad extirpandas,* & cap. *Michael de fil. presb.* Sed Conſt. Clem. vt locum habeat, ſufficit, quod pater aliquandò beneficium obtinuerit; Et prohibetur ſucceſſio, tam mediata, quam immediata.

Differunt tertiò: quia ius commune loquitur de filijs Sacerdotum, & Clericorum, Clemens verò comprehendit etiam filios Religioſorum. Ex quo fit, vt non ſolum amplectatur filios natos ex Regularibus, ſed etiam ex Militibus Hieroſolymitanis, cum ipſi ſint verè, & propriè Religioſi.

Quod verò ad diſpoſitionem Sac. Conc. differt hæc a iure communi in iiſdem, in quibus differt

Conſt.

Conſt. Clementis,& vlterius:quia de iure communi filius non poteſt obtinere beneficium, quod Pater obtinuit, at vigore Conc. non ſolum prohibetur obtinere illud idem beneficium, quod obtinuit Pater, ſed nè aliud quidem ſimile, ſiuè diſſimile in eadem Eccleſia, vbi pater obtinuit; Quod procedit etiam si in ea pater habuiſſet ſolam ſedem in Choro ratione Dignitatis, quam obtinebat in alia Eccleſia, vt alias cenſuit Sac.Cong. & tradunt Garz. *d. p.7. cap. 3. num. 66.* & Saye. *dec. 1. tit. de conſtit.*

Ad 3. Videtur affirmatiuè reſpondendum. Nam ex parte filij ſublatum eſt impedimentum illegitimitatis per Apoſtolicam diſpenſationem, per quam fuit habilitatus ad Clericatum,& conſequenter ad obtinendas penſiones, ac beneficia ſimplicia, vt notat Innoc. in cap. *vlt.num. 2.de fil.Presbyt.* Oldrad.*conſ.215.nu.6.* Cald. *conſ. 66. num. 2.* Ex parte autem Patris Sacerdotis impedimentum non adeſt. Nam decretum Conc. *d.cap.15. ſeſſ.25.* non prohibet quominus filij illegitimi poſſint obtinere penſiones, quas eorum parentes obtinuerunt, ſed tantum prohibet, filios illegitimos obtinere penſiones ex fructibus beneficiorum, quæ parentes obtinebant, vel alias obtinuerunt, & ſic requirit, vt Patres habuerint titulum. At in caſu præſenti Pater non obtinuit Parochialem Eccleſiam, ſuper cuius fructibus habuit penſionem, ſed tantum fuit ad ipſam præſentatus, atquè ità non habuit titulum, ſed tantum ius ad rem cap. *quod antea de iurepatr.* & notatur in cap. *cum Bertoldus de re iud.* Præſentatio enim dicitur quoddam principium ad inſtitutionem obtinendam. Abb.*conſ.76.nu.3.lib.2.* Quamobrem ad hoc dubium Sac. Cong. Conc. cenſuit eiuſdem Conc. decretum *cap. 15. ſeſſ. 25* non obſtare, quin prædictus Sacerdos penſionem ſibi, vt proponitur, reſeruatam, transferre poſſit in Clericum eius filium illegitimum.

Ad 4. Reſpondetur ex ſententia eiuſdem Sac.Congregationis. Si Pater poſſeſſionem apprehendit, etiam si per ſolum Procuratorem apprehendiſſet filium comprehendi *in d.cap.15.ſeſſ.25.* Sed ſi Pater nunquam poſſeſſionem habuiſſet, nequè per Procuratorem, filium non comprehendi; Nam cum lex loquitur de obtinentibus beneficium, intelligitur cum apprehenſione poſſeſſionis. Cap. *ſi tibi conceſſo de præb. in 6.* Gloſ. *pragm. ſanct. tit. de collat.* §. *Item v. obtinebant, & de pacif poſſ.* §. *Ordinarij v. Inquirant.* Quinimmò Sac.Cong. cenſuit, filium illegitimum prohiberi ex Concilio obtinere beneficium, quod olim eius Pater abſque legitimo titulo,ac minus pacificè aliquandiù poſſedit.

Ad 5. Card. Alciatus hæc adnotauit. *Concilium dicit filiis Clericorum, qui non ex legitimo Matrimonio nati ſunt, & ſic excluduntur legitimati,qui non ſunt nati ex legitimo matrimonio.* Quod verum puto in legitimato per reſcriptum Principis; ſecus autem si filius eſſet legitimatus per ſubſequens Matrimonium. Quia talis venit appellatione nati ex legitimo Matrimonio, etiam in materia ſtricta: Nam retrotrahitur tempus. Gloſ. *in cap. innotuit v. coniugata de elect.* quam ſequuntur communiter DD. *in cap. Cum in cunctis cap. 13. eodem tit.*

Ad 6. Sac. Cong. reſpondit, illegitimum poſſe obtinere Eccleſiam filialem dependentem ſiuè alias vnitam acceſſoriè, ac per viam ſubiectionis Matrici, dummodò Pater in ea non miniſtrauerit. Vnitam verò æquè principaliter, ità vt titulatus in vna cenſeatur titulatus in vtraque, aut ſi in vtraque Pater miniſtrauit, non poſſe. Similem quæſtionem proponit Oſtien. *in d. cap. ex tranſmiſſa nu. 9.* vbi etiam Bellarm. *num.5.* & Butr. *nu.12. de fil. presbyt.* de quo ſupra.

Ad 7. Sac. Cong. die 21. Ian.1573. ex omnium ſententia, ſolo Cardinali Alciato dubitante cenſuit, non poſſe propter illam rationem finalem expreſſam in Concilio, vt paternæ incontinentiæ, quæ militat etiam in Nepote legitimo ex ſpurio, ac præſertim ponderando illam dictionem; *Longiſſimè arceatur,* ſic vt extendatur ad omnes alias perſonas, quæ memoriam hanc facilè refricare poſſent. Et quia communis opinio videtur eſſe in *d.cap. ad extirpandas,* quod prohibitio in filio extendatur etiam ad Nepotem legitimum ex ſpurio, vt atteſtantur ibi Abb. & Butr. ſecundum quam in terminis iudicauit Senatus Tholoſanus, vt refert, ac probat Rebuff. *in prax benef.fol.312.num.27.*

Poſtea superuenit alius caſus Legionenſis, quem Sanctiſſimus ad Cong. miſit, vt tandem decerneret. Viſæque fuerunt nouæ allegationes cum deciſione Rotæ, & die 17.Maij 1576. in Cong. eè maturè diſcuſſa ex nouem Cardinalibus, duo S.Crucis, & Commendonus cenſuerunt, amplius deliberandum, & videndam deciſionem Rotæ, Tres Geſualdus, Vrſinus, Alciatus prò Nepote omninò cenſuerunt. Quatuor Vuarmienſis, Lomellinus, Senonenſis, Carafa contrà Nepotem. Geſualdus fuit etiam in ſingulari opinione, nihil dicendum, ſed si dicendum, ſenſit prò Nepote, tamen referendum Sanctiſſimo.

Die 7.Iun.1576. Cong. generalis dixit, quod licet alias dubitauerit; tamen, viſa deciſione Rotæ, ſtat prò Nepote, & etiam Commendonus. Et ità quinque Cardinales ſteterunt prò Nepote.

Die 17. Iul. eiuſdem anni, cum Alciatus retuliſſet ſupradicta omnia, Sanctitas ſua, omnibus diligenter perpenſis, & memor illius *legis fin. C. de natural. liber.* item illorum verborum Concilij de diſpenſatione agentium, item aliarum rationum, alias adductarum, ſtatuit prò Nepote legitimo ex filio, ſeù filia illegitima, ità vt non comprehendatur decreto Concilij *d. cap. 15.* & ſic poſſit habere beneficium, quod fuiſſet Aui.

Ad

Ad 8. Non recedendo à principali declaratione in caſu propoſito, videtur reſpondendum, Nepotem legitimum ex filio, vel filia illegitimis non prohiberi, quin poſſit obtinere beneficium auitum, ſiuè penſionem ſuper fructibus auiti beneficij, ſiuè Auus, & Pater, vel Mater viuant, ſiuè non.

Quid autem iuris ſit in Nepote illegitimo ex filio itidem illegitimo, an ſcilicet excludatur à beneficio Aui? Vide Garziam *de benefic. p. 7. cap. 3. num.* 27. vbi refert deciſum prò Nepote.

Sed an ſicuti filius prohibetur obtinere beneficium, quod obtinuit pater, vel in Eccleſia, quam obtinuit pater, ità pater prohibeatur obtinere beneficium, quod obtinuit filius, vel in Eccleſia, quam obtinuit filius?

Si loquamur de patre legitimo, quæſtio diſcutienda eſt dumtaxat, inſpecta diſpoſitione iuris communis. Nam cum nequè Conſt. Clem. VII. nequè Conc. loquatur de filijs legitimis, ſed tantum de illegitimis, ſequitur, quod nequè loqui poſſunt de patre legitimo *ex reg. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. §. 1. inſtit. eodem tit.*

Si verò loquamur de patre illegitimo, quoniam in eo diſpoſitio iuris communis reperitur innouata per Conſtitutionem Clem. VII. & per Sac. Conc. Trid. *d. cap. 15. ſeſſ.* 25. quæſtio examinanda eſt ſecundum has diſpoſitiones, quibus perpenſis, si multa poſſent hinc indè afferri, recepta tamen opinio eſt, tam à Doctoribus, quam à Curia, vt nequè vigore Conſtitutionis Clem. nequè ex decreto Sac. Conc. impediatur Pater obtinere beneficium, quod obtinuit filius, vel in Eccleſia, quam habuit filius &c. DD. à nobis ſupra relati, quibus adde Gig. *de penſion. quæſt. 86. num.* 10. Rebuff. *in prax. tit. de diſpenſ. ſuper defec. natal. num. 29. & alios.* Eamque probauit Rota *in Burgen. penſionis* 12. *Iul.* 1579. *coram Bubalo, ac dec.* 195 r. *p. 3. diuer. & coram Seraph. dec.* 1442.

Quæ ſanè limitatur, quod viuente filio non poteſt obtinere beneficium in Eccleſia, in qua obtinuit filius. Quia eſſet opus, quod filius cogeretur ad reſignandum vigore Concilij, quod nè fieri contingat ſine culpa filij, ſatius eſt, patrem obtinere. vt explicat Garz. l. c. *num.* 30. *ac* 31.

Effata. In *Faren. Leodien. Tergeſten.* Filius non poteſt beneficium in eadem Eccleſia, in qua Pater habuit, obtinere, etiam mortuo Patre. Si autem ante Conc. habeat beneficium in Eccleſia, in qua pater non comprehenditur hoc decreto, ſi pater eſſet mortuus, antequam Conc. ligare inciperet, nec poteſt eſſe Capellanus, vel Coadiutor, nec Beneficiatus. Sac. Congregat. Conc.

In *Miranden.* Nec etiam filius illius, qui per procuratorem cœpit poſſeſſionem beneficij, ſecus ſi illam pater nunquam per ſe, vel per procuratorem accepiſſet, aut ſuper eo litteras Apoſtolicas non expediuiſſet, ſi eius collatio ad Sedem Apoſtolicam ſpectabat. Eadem Sac. Cong.

In *Ciuitatenſi*. Pater, qui eſt Coadiutor filii in Canonicatu, cedere tenetur omne ius filio, poſſet tamen aliquid ſibi reſeruare fructuum, aut penſionis. Eadem Sac. Cong.

In *Vicenſi*. In Eccleſiis Sororibus aliarum Eccleſiarum, ſicuti ſunt aliquæ in Hiſpania, in quarum altera reſidendo in principali reſidere præſupponitur, non poteſt pater reſidere in vna, & filius in altera. Eadem Sac. Cong.

In *Toletana*. Fuit tamen aliquandò conceſſum à Pio IV. patrem, & filium poſſe habere beneficium in eadem Eccleſia, de conſenſu tamen Epiſcopi, & maioris partis Capituli.

In *Cordubenſi*. Cum Patre habente præbendam Theologalem in Eccleſia, in qua eius filius illegitimus Canonicatum obtinebat, qui filius, licet Canonicatum dimittere teneretur, tamen ob virtutum ſuarum merita, & teſtimonium ipſius Epiſcopi, fuit diſpenſatum, ac etiam cum filio, dummodò idem Pater abſtineat ab Eccleſia, ſed per ſubſtitutum, ab Epiſcopo eligendum legeret, cum aliqua portio de conſenſu Capituli, & Epiſcopi aſſignatur. Eadem Sac. Congreg.

In *Burgenſi*. Filius illegitimus, qui vigore huius decreti reſignare tenebatur, non fuit excuſatus à reſignatione, etiamſi ſuper eo alter haberet regreſſum. Eadem Sac. Cong.

In *Cordubenſi*. Filius illegitimus, cum haberet penſionem ſibi datam in titulum, & illi, qui reſignauit ei reſeruauerit ſibi penſionem, & regreſſum, & prò expeditione reſignationis, ac liberatione penſionis dictus filius conſumpſerat totum patrimonium, in ea verò Eccleſia pater eius habebat aliam portionem, vndè filius nec retinere poterat, obſtante Concilio, nec reſignare, obſtante alio decreto Concilij, quod non haberet vndè viueret, nec minus ſuſpendi regreſſus, ideò in hac perplexitate adhibitum fuit moderamen, quod filius reſignaret portionem ſuam habenti regreſſum, vel cui voluiſſet, reſeruata ſibi congrua penſione, vel portione fructuum. Quod ſi habens regreſſum recuſet acceptare reſignationem, tunc, facta ei prius oblatione, & eo recuſante, poſſet alteri reſignare, reſeruata ſibi penſione, & ſuſpenſo interim regreſſu, ità vt locum habere non poſſit, niſi poſt ceſſum, vel deceſſum ipſius reſignantis. Eadem Sac. Cong.

In *Burgenſi*. Cum ante Concilium collatum fuiſſet alicui beneficium in Eccleſia, in qua Pater eius miniſtrauerat, hoc decretum non obſtat, licet poſſeſſionem dicti beneficij non obtinuerit, niſi poſt Conc. dummodò per eum non ſteterit, quominus prius poſſeſſionem illius adipiſcatur. Eadem Sac. Cong.

In *Vicenſi*. Filius omninò cogendus eſt reſignare beneficium, quod obtinet in illa Eccleſia, in qua pater obtinuit: quia filius ſemper repræ-

ſen-

ſentat incontinentiam paternam. Hoc tamen moderatum quandoque fuit de Ordinariorum conſenſu, ſi Pater reſignaſset ſponte beneficium. Eadem Sac. Cong.

In *Conchenſi*. Pius V. per ſuam Bullam aſſignauit terminum ſex Menſium omnibus Presbyterorum filijs, & reſignarent beneficia.

In *Calagaritana*. Illegitimus obtinens beneficium in Eccleſia, in qua pater habebat, & habens ius optandi, non poteſt, nec etiam per huiuſmodi optionem beneficium conſequi. Eadem Sac. Cong.

In *Tiraſonenſi*. Illegitimus, qui vigore diſpenſationis Apoſtolicæ aſsecutus eſt Canonicatum in Eccleſia, in qua pater ante concluſionem Concilii fuerat Archidiaconus, non poteſt alium Canonicatum in eadem Eccleſia aſsequi. Eadem Sac. Cong.

In *Mediolanenſi*. Non ſolum filius illegitimus non poteſt obtinere beneficium in ea Eccleſia, in qua Pater obtinuit, ſed nec canere in eadem Eccleſia tanquam Muſicus ſimplex. Eadem Sac. Congregat. Sed contrà *cap. conqueſtus de fil. Presbyt.*

In *Leodienſi*. Filius illegitimus ità eſt prohibitus miniſtrare in Eccleſiis, in quibus pater, vt non poſſit eſse beneficiatus in ea Eccleſia, cuius Canonici ità beneficiati in cęteris ſolemnitatibus ſolent canere in ea Eccleſia, in qua eſt pater illius, qui aliquam orationem dictarum ſolemnitatum, & proceſſionum dicere debet.

In *Compoſtellana*. Filii intrà trium Menſium ſpatium reſignare debent ſua beneficia. Quod adeò verum eſt, vt ſi poſt dictos Menſes tres reſignauerint, nihil eis prodeſt hoc decretum.

D E
PROCESSIONIBVS.

An poteſtas ſæcularis poſſit ſubditis ſuis diei feſti, alicuius indicere, & præſcripere obſeruationem, nec non præſcribere modum incedendi in Proceſſionibus, abſque Epiſcopi auctoritate? Vide de Feſtis to. 1. Conſult. 8.

Exemptio à Proceſſionibus an concedenda? tomo 1. Conſult. 122. ac vide to. 3. Conſult. 46.

PEtebatur à Patribus Capuccinis exemptio inſtar exemptionis anno 1641. conceſſę Fratribus Reformatis Min. Obſeruan. S. Franciſci à Proceſſionibus, quę ſępius ab Epiſcopis Italię indicuntur. Ad euitandam autem abuſus controuerſias, & diuerſitates opinionum, quę oriebantur in materia Proceſſionum, ſan. me: Vrb. VIII. anno 1628. Congregationem deputauit plurium Cardinalium, qui erant Congregationis Epiſcoporum Rit. & Sac. Concil. nec non omnes Secretarios earundem Congregationum, & omnibus maturè perpenſis emanauit declaratio tenoris ſequentis ab eodem Sanctiſſimo expreſsè approbata, & confirmata, atque ſucceſſiuè obſeruata:

Die 27. Iul. 1628. & 21. Auguſti, ac 19. Septembris eiuſdem anni habita fuit Congregat. &c. de Ordine, &c. in qua interfuerunt, &c. Auditis Procuratoribus Ordinum, negotioque maturè diſcuſso, vnanimiter cenſuerunt, poſse Epiſcopus pęnis ſibi bene viſis compellere quoſcumque Regulares recuſantes, etiam Monachos, & quomodolibet exemptos ad infraſcriptas Proceſſiones accedere, atque illi intereſse, exceptis dumtaxat in ſtrictiori clauſura viuentibus, & Monaſterijs vltrà medium milliare à Ciuitate diſtantibus, nempè in die feſto Sanctiſſimi Corporis Chriſti, in Litanijs maioribus, in Rogationibus, ac in quibuſcumque alijs publicis, & conſuetis, vel prò bono, cauſa, ac honore publico ab Epiſcopo in dictis Proceſſionibus, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, conſuetudinibus, vel pręſcriptionibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs tantum Apoſtolicis Sac. Conc. Trid. poſterioribus contrarium deſuper diſponentibus minimè ſublatis, Regularibus autem, & Confraternitatibus in Eccleſijs Regularium eſse permiſsum intrà eorum Eccleſię Clauſtra tantum Proceſſiones facere, & non extrà, Si verò Eccleſię Clauſtro careant, eiſdem Regularibus, & Confraternitatibus licere Proceſſiones facere intrà ambitum dumtaxat earundem Eccleſiarum, hoc eſt propè muros Eccleſię, ſiuè exeundo à ianua Eccleſię, & intrando per aliam, ſiuè per eandem ianuam, & ſemper propè muros Eccleſię, & non extrà dictum ambitum, niſi de licentia, & conſenſu, aut cum Cruce Parochi, priuilegijs pariter, vt ſuprà Apoſtolicis contrarium diſponentibus in ſuo robore permanentibus, quibus per hoc decretum minimè cenſeatur derogatum.

A' qua declaratione nullo modo recedendum videtur, nè exemplo vnius Religionis aperiatur via cœteris in abolitionem dictę declarationis, & renouationi pręcedentium inconuenientium, & abuſum in hac materia.

Sed potius expreſſis nominibus Epiſcoporum, qui tam frequenter indicunt Proceſſiones prouidendum cum dexteritate, & prudentia, vt reſtringant ad ſolitas, & neceſſarias Proceſſiones, iuxtà morem antiquum Eccleſię, iuxtà quam Patres Capuccini hactenus interfuerunt abſque præiudicio illorum de Obſeruantia, poteruntque in futurum intereſſe. Atque ideò die 18. Nouembris 1645. Sacra Congregatio Concil. cenſuit Sanctiſſimo referendum, non eſſe Fratribus Capuccinis concedendum priuilegium petitæ exemptionis à Proceſſionibus, ſed ſeruandas eſſe declarationes hac in re editas; Epiſcopos tamen, qui tam frequenter Proceſſiones indicunt, eſſe oretenus monendos, vt abſtineant.

An

Digitized by Google

An Ordinarius potuerit ſuſpendere Regularem ex eo, quod, cum ſit Superior, ac etiam Parochus, impediuerit, nè à Capitulo, & Canonicis Cathedralis Eccleſiæ duceretur Proceſſio ad ſuam Eccleſiam, & an concedenda ſit manutentio? Vbi de poteſtate Epiſcopi in exemptos. tomo 1. Conſultat. 162.

TEnendum eſt, ſuſpenſionem non potuiſſe imponi, & manutentionem eſſe denegandam: Nam quod attinet ad ſuſpenſionem. Primò ea nulla eſt ex defectu iuriſdictionis, ſine qua cenſuræ ſuſtineri non poſſunt. Gloſſa *in cap. cum ad quorundam v. Non tenere in princ.* de exceſ. Prælat. Suar. *de cenſ. ex diſp. 4. ſect. 7. nu.* 1. alijque communiter.

Nullitas verò ex defectu iuriſdictionis eſt manifeſta; Quia priuilegijs Gregor. XIII. Sixti V. & Clem. VIII. omnes, ac ſinguli huius Religionis Superiores, Officiales, Presbyteri, Clerici, cęteræque perſonæ profeſſæ, nec non familiares, & Miniſtri cum omnibus, & ſingulis Eccleſijs, bonis, mobilibus, & immobilibus, pręſentibus, & futuris, ac iuribus, iuriſdictionibus quibuſcumque, ac rebus, tam Sacris, & Religioſis, quam profanis ad ipſam Religionem ſpectantibus, ab omni iuriſdictione, poteſtate, ſuperioritate, & correctione quorumcumque locorum Ordinariorum, quacumque dignitate, pręeminentia, & authoritate fulgentium, & aliorum Iudicum Eccleſiaſticorum, & ſæcularium in perpetuum exempti, ac liberi, ſubque Sedis Apoſtolicę, ac D. Petri protectione immediatè recepti fuerunt cum clauſula ſublata, & decreto irritante. Cenſuræ autem in exemptos prolatæ ipſo iure defectu iuriſdictionis, nullæ ſunt. *cap. graue*, vbi Gloſ. *v. Relaxationes*, Ac Abb. *num. 3. de Offic. Ord. & in cap. cum dilectus num. 3. de Relig. domib.* Calder. *conſ. 9. de ſent. excom.*

Secundò. Lata fuit ab excomunicato, ac conſequenter nulla eſt etiã ex hoc capite. Suar. *diſp. 4. ſect. 1. num. 7.* & Doctores communiter. Quod autem Vicarius, qui eam intulit ſit excommunicatus, patet, quoniam in Bulla Cœnæ Domini *excom. 2.* anathemati ſubijciuntur illi omnes, qui iura ad Romanam Eccleſiam mediatè, vel immediatè pertinentia, nec non ſupremam iuriſdictionem Papæ, & eidem Romanæ Eccleſię competentem vſurpant. Nec videtur dubitandum, quin illi, qui ſibi iuriſdictionem vſurpant in exemptos, & immediatè Sedi Apoſtolicę ſubiectos iura ad Romanam Eccleſiam pertinentia, & iuriſdictionem Papæ, ac Romanæ Eccleſię competentem de facto vſurpare cenſeantur, vt poſt Sayr. aduertit Cochier. *de iuriſdict. Ord. in exemp. par. 4. quæſt. 71. num. 1.*

Tertiò. Eadem ſuſpenſio lata fuit ſine vlla monitione, ideòque licet eſset, iuxtà aliquos, valida, nihilominus eſset reuocanda. *Cap. Sacro de ſent. excom. cap. ſtatuimus eodem tit. in 6. & cap. Reprehenſibilis de appellat.*

Quo verò ad manutentionem, cum illa ſine poſſeſſione non detur, *vulg. §. Hodie Inſt. de interd.* Bart. *in l. 1. §. vlt. num. 14. ff. vti poſſid.* ſequitur, eam Capitulo, quod de quaſi poſſeſſione non non docet, minimè eſse concedendam.

An Epiſcopo liceat punire Confratres Sodalitatum renuentes interuenire Proceſſionibus? Vide de Confrater. tom. 1. Conſult. 307.

An ſit reuocandum decretum ab Epiſcopo editum circà Proceſſionem in die feſto Sanctiſſimi Sacramenti faciendam in Eccleſia Archipresbyterali cuiuſdam Caſtri ſuæ Diœceſis, non autem in Eccleſia Regulari Mendicantium? tomo 1. Conſult. 371.

REſp. Non eſse reuocandum, prout nec reuocauit Sacra Congregatio Conc. in vna *Hipporegien.* die 3. Iun. 1651. *ad cap. 13. ſeſſ. 25. de Regul.*

An Epiſcopus poſſit cogere Clerum totius Diœceſis ad intereſſendum Proceſſioni in die ſolemnitatis Corporis Chriſti? tomo 1. Conſultat. 385.

NEgatiuè. Ità cenſuit Sacra Congregatio Conc. in vna *Foroſempronien.* 4. Maij 1652. *ad cap. 13. ſeſſ. 25.*

An, & quibus pœnis Regulares compelli poſſint ad Proceſſiones? tomo 3. Conſult. 46. Item tomo 1. Conſult. 122. & aliqua ad rem to. 4. Conſ. 30.

CErtum omninò eſt, Regulares poſse compelli ad Proceſſiones. Habetur expreſsè ex Sacro Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 13. de Regular.*

At quibus pęnis? Num Cenſuris Eccleſiaſticis? Affirmatiuè. Primò, quia ex hoc decreto Concil. Epiſcopus poteſt compellere Regulares ad Proceſſiones. Igitur in illos habet iuriſdictionem vel ordinariam, vel delegatam. Si ordinariam, vt certum exiſtimat Bordon. *dec. Miſcell.* 92. poteſt etiam per cenſuras in Regulares procedere, quemadmodum poteſt in Clericos ſuos ſubditos. Si delegatam, adhuc etiam per cenſuras poteſt illos cogere. Delegatus enim ab homine, ſiuè à iure poteſt ſub cenſuris rebelles compellere ad obediendum per text. perſpicuum *in cap. Præterea 5. cap. ſignificaſti 7. & in cap ſanè 11. de offic. deleg.*

Secundò. Cum exemptio quandòque ſit omnimoda, & interdum ex parte: Vndè exemptus

in alijs, quæ ſub illa non comprehenduntur, ſed ſubiectus dicitur, *ex cap. cum Capella 16. de priuil. & ſeq. cap. ex ore 17. eodem*, negare nemo poteſt, Regulares non dici exemptos eò ipſo, quod compelli poſſunt ad Proceſſiones, vt non dicuntur exempti Clerici ipſi. At verò Clerici ad Proceſſiones ſub cenſuris compelli poſſunt. Ergò & Regulares.

Tertiò. Hanc ſententiam fortiter corroborat, quod Epiſcopus maiorem iuriſdictionem habeat in locum exemptum, & illius perſonam, quam in extraneas per tex. *in cap. 1. de priuil. § 1. in 6.* vbi Io: Monach. *num. 4. cum alijs*, & dixit Rota *dec. 702. num. 4. par. 1. diuer.* At palam eſt, quod Epiſcopus perſonas extraneas in ſua Diœceſi delinquentes cogere poteſt per cenſuras ex *cap. Poſtulaſti 14. de for. comp. & cap. 1. de rapt.* traditque Gloſ. *in cap. 1. quæſt. 92.* Bonac. alios referens *quæſt. 1. de cenſur. in comp. par. 11. num. 18.* Ergò inficias ire nemo poterit, eoſdem Regulares pariter poſſe per cenſuras compellere, cum in illos maiorem iuriſdictionem habeat, quam in extraneos.

Quartò. Quotidiana teſtantur exempla: Nam excommunicatio per Epiſcopum in Sacra Ordinatione comminata contrà illegitimè Ordinatos afficit etiam Regulares. Bonac. *de Ordin. par. 4. num. 32.* Ergò & in hoc caſu, cum Regulares non ſint minus ſubditi Epiſcopo quoad Proceſſiones, quam quoad Ordines. Quin immo videntur magis ſubditi quoad Proceſſiones: Quia quoad illas ſemper fuerunt ſubiecti Ordinario Epiſcopo, non verò quoad Ordines: Nam vſque ad Sac. Conc. Triden. ac etiam vſque ad quoddam decretum Clemen. VIII. Quaranta, Naldus, & alij *in Ordo* poterant Ordines ſuſcipere à quouis Epiſcopo.

De conſuetudine autem, qua Regulares ad Proceſſiones per cenſuras compelli receptum eſt, præter experientiam, teſtantur 23. Doctores, quos recenſet Diana *par. 8. tract. 7. reſol. 5.* Perez de Lara *de anniu. lib. 1. cap. 24. num. 14.* alijque plurimi. Quorum ſententiæ manus porrigit Sacra Congregatio Conc. quæ ſæpius declarauit quoad omnes Regulares, etiam Monachos non viuentes ſub ſtrictiori clauſura, & non diſtantes vltrà medium milliare, eos teneri indiſtinctè accedere ad publicas Proceſſiones, & ad id poſſe compelli, etiam per cenſuras, vt in ſpecie die 27. Iul. 1627. vt dictum eſt *cit. tom. 1. Conſult. 122.* vbi per extenſum reſolutionem inuenies.

Idem cenſuit in vna *Mediolanen.* 3. Auguſti 1658. Et in vna *Neapolitana* die 27. Februarij 1591. Exempti omnes, etiam Clerici ſeruientes Militiæ Hieroſolymitanæ ad Proceſſiones publicas, videlicet conſuetas, aut indictas pro bono publico, vel honore, &c. ire debent, & recuſantes per cenſuras Eccleſiaſticas cogendi ſunt ab Ordinario. Fallit in Clericis Societatis Ieſu, qui à Gregor. XIII. exempti ab hoc facti fuerunt. Et hoc decretum procedit etiam in Mendicantibus, non obſtante motu proprio Pij V. qui poſteà ab eodem Gregor. reductus fuit ad terminos Concilij. Item cenſuit, obtinentem in vna Diœceſi Abbatiam habentem Curam, iuriſdictionem in Commendam, & in alia beneficium ſimplex, teneri accedere ad publicas Proceſſiones.

Quod etiam cenſuit Sacra Rit. Congregatio in vna *Ferrarien.* tenoris ſequentis: Epiſcopus Ferrarienſis petijt à Sacra Rit. Congregatione declarari, an ipſe cogere poſſit Canonicos Regulares Lateranenſes S. Saluatoris, Oliuetanos, & Caſinenſes, vt accedant ad publicas Proceſſiones, iuxtà formam Sacræ Congregationis Epiſc. ſub 2. Maij 1600? Eadem Sacra Rit. Congregatio cenſuit, Regulares poſſe compelli, etiam per cenſuras, iuxtà declarationem Sac. Conc. Congregationis. Quam declarationem eadem Sacra Rituum Congregatio Ferrariæ, & vbique ſeruandam eſſe cenſuit, & declarauit die 27. Iul. 1609.

Idipſum declarauit in vna *Auerſana*, nempè, Monachos Caſinenſes Monaſterii S. Laurentij dictæ Ciuitatis teneri accedere ad Proceſſionem in die Conuerſionis S. Pauli, de qua agitur, & ad eam compelli, etiam per cenſuras. Et ità teneri mandauit, quibuſcumque non obſtantibus. Die 12. Februar. 1641.

Ac in vna *Tarentina*. Promotor Curiæ Archiepiſcopalis quæſiuit, vtrum teneantur Fratres Min. Refor. S. Franciſci accedere ad Proceſſiones Rogationum, & S. Caraldi Patroni, & an cenſuris poſſint compelli? Eadem Sacra Rit. Congregatio mandauit obſeruari decreta antiqua Sacræ Congregationis Conc. ſcilicet Regulares pœnis arbitrariis cogi poſſe ab Epiſcopo ad interueniendum dictis Proceſſionibus, niſi docuerint de Apoſtolicis priuilegiis contrarium diſponentibus, quæ ſint Concil. Trid. poſteriora. Die 3. Maii 1642.

Item in vna *Spoletana* die 25. Septembris 1649. & 7. Maii 1650.

Accedit declaratio Sacræ Congregationis Conc. 28. Aprilis 1629. in qua ità habetur: Sacra, &c. cenſuit, Monachos Cœleſtinos teneri accedere ad Proceſſiones S. Marci, & ad alias publicas, niſi exhibeant priuilegia Apoſtolica poſteriora publicationi Sac. Conc. Trid.

Priuilegium autem Apoſtolicum poſt Conc. Cœleſtinis conceſſum non eſt hactenus allegatum, quod ſuffragetur.

Verum propoſito hoc dubio in Sacra Congregatione Conc.

An ſcilicet in primo ingreſſu Viſitationis Epiſcopi, teneantur Regulares accedere ad Proceſſionem cum Clero ſeculari?

Cui dubio occaſionem dedit Epiſcopus Anagninus, qui occaſione ſuæ primæ Viſitationis, primique ingreſſus in Terram Carpineti dictus Epiſcopus plenariam Indulgentiam ex auctoritate S. D. N. publicare intendens, Edictum publicauit, quo compellebat Fratres ſtrictio-

tis

ris Ordinis ad intereſſendum ſub cenſuris dictæ proceſſioni prò primo ingreſſu: Quare ſuppoſitis ijs, quæ ab vtraque parte informante deducuntur. Quæritur:

An dicti Fratres potuerint ad prænominatam proceſſionem ab Epiſcopo compelli?

Die 9. Decemb. 1662. Sac. Congr. Conc. cenſuit, non potuiſſe.

Standum eſt itaque huic decreto in hoc caſu, quod authenticè vidi, ac legi; Quare in hoc quoque parendum.

An in Compromiſſo, atque Laudo in materia Proceſſionum inter Parochos, & Regulares, ſiuè Sodalitates laicorum requiratur auctoritas Superioris? tom. 3. Conſul. 47.

PRò negatiua ſententia, eam nempè haud requiri non mediocriter pugnat illa in primis ratio, quod in compromiſſo ad eff ctum, vt per Compromiſſarios decernatur modus celebritatis feſti cum ſolemniori, & frequentiori cultu, ac veneratione, populique concordia, nullatenus requiratur auctoritas Superioris, ſed potius locum habeat diſpoſitio *cap. 1. & cap fin. de pact. in 6.* cum verſetur in licitis, & honeſtis. Quia ſcilicet licitum eſt paciſci de modo ſeruando in inceſſu Proceſſionum in delatione Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti, vt aſſignetur Eccleſia, ex qua leuari, & ad quam referri debeat, vt diuini cultus ratio habeatur, & diſcordiæ tollantur. Idque præſertim quandò nulla inducitur Parochis conſiderabilis ſubiectio, ſed ſolum quædam ordinata adminiſtratio. In his enim non reperitur lex aliqua expreſſa contrarium diſponens, quemadmodum in ſpecie caſus haud diſſimilis ratiocinatur, & firmat Rota in *Calagurritana præeminentiarum coram Seraphino, vt in dec. 36. nu. 36. & 81.* quam refert, ac ſequitur Gratian. *in add. ad dec. March. 232. num. 1. & ſeqq.* & Ric. *in collect. dec. par. 6. collect.* 1386.

Eòque magis, ſi laudum ipſum fuerit vnanimiter mutua ſtipulatione acceptum, atque homologatum cum expreſſa promiſſione illius obſeruantiæ. Ex hoc enim habet vim rei iudicatæ. *l. cum anteà, & l. nè in arbitris C. de arbitr. l. non minorem C. de tranſact.* Bartol. *in l. 1. nu. 6. ff. de re iud.* Socin. *conſ. 25. in princ. lib. 1.* ac alij.

Deniquè ſit regula, quod pactum initum à Rectore Eccleſiæ, & à Regularibus, ſi non ſit in Eccleſiæ fauorem, non eſt perpetuum, niſi accedat Superioris auctoritas. Eſt autem perpetuum, ſi ſit ad Eccleſiæ fauorem. Tunc enim non eſt neceſsè, quod adſit auctoritas Superioris, quia hęc ſupponitur adeſſe, cum aliud non velit Superior, quam Eccleſiæ fauorem. Atque ità tradunt Archid. *in cap. 1. de pact. in 6. n. 1.* Io: And. *in princ.* Anchar. *ſub init.* Butr. *nu. 1. & 3.* Francus *n. item 3.*

CVM Beneficiati, & Clerici cuiuſdam Eccleſiæ ſurgere, ac detecto capite ſalutare debeant Canonicos accedentes ad illorum Eccleſiam die S. Marci. Quæritur:

An etiam debeant id obſeruare cum Parochis, & cætero Clero ſæculari, & Regulari ad eandem Eccleſiam eo die accedentibus? tom. 3. Conſult. 66.

AFfirmatiuè. Etenim mos reddendi ſalutationem eſt virtus ciuilis antiquiſſima naturalis. Eum Sacra Scriptura paſſim inducit, & Chriſtus Dominus Diſcipulis ſuis piè commendauit, *Matth cap 10. Eccleſiaſt. c. 22.* S. Baſil. *in epiſt. de ſolit.* Idem faciunt Scriptores profani. Plutarc. *in Marc. Craſſ.* Iſocrat. *ad Demon.* Euripid. *in Hippol. v. 95. & in med. v. 663.* Io: Stuc. *in Conu.* Ant. *lib. 2. cap. 31. & 32.* Solumque Anabatiſtæ hanc habebāt ſuperſtitionem, Reges Numidiæ, & Nero hanc ſuperbiam nemini reddendi ſalutationem. Quis igitur ex Chriſtianis maluerit imitari illorum hæreſim, iſtorum aſinitatem, quam morem Sanctorum Angelorum Dei? Etiam ſtatuæ, etiam beſtiæ ſalutationem non reddunt. Vide S. Auguſtinum *ferm. 24 de Sanct.* Alex. *in genial. dier. lib. 2. cap. 19* Io: Stuc. *lib. 2. cap 32.* & Theophialt. *de coutum.*

An permittendum ſit Confratribus vnius Sodalitatis, recens inſtitutæ, ſuas habere ſupplicationes, ſiuè Proceſſiones eodem tempore, atque eodem habitu, quo vtuntur, atque eas facere ſolent Confratres alterius Sodalitatis antiquioris? Vide de Confraternit. tom. 3. Conſult. 69.

De præcedentia Reformatorum S. Franciſci, ac de Obſeruantia in Proceſſionibus publicis. Vide de Præcedentia tom. 4. Conſult. 19.

An Epiſcopus in Proceſſionibus poſſit incedere ſolus, quandò cum pallio ſine cappa, & pileo Sacerdotali incedit, vel incedere debeat medius inter Dignitates? tom. 4. Conſult. 23. Item vide de Ritibus hoc eodem tom. 4. Conſultat. 94. num. 8. & 9.

DEbet incedere ſolus. Huic reſolutioni conſonat Conc. Carthaginenſe 4. *cap. 35.* tex. *in can. Epiſcopus 2. 95.* & Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 6. de refor.* quatenus diſponunt, quod Epiſcopis vbique is honor tribuatur, qui eorum dignitati par eſt, eiſque in Choro, in Capitulo, in Proceſſionibus, alijſque actibus publicis ſit prima ſedes, & locus, quem ipſi elegerint. Hoc idem reſoluit Sacra Rit. Congregatio 30.

Auguſti 1602. & 20. eiuſdem 1604. quæ cenſuit, aſſiſtentiam proprio Epiſcopo conuenire, quandò eſt paratus cum Mitra, ſed ſi incedit cum pallio, & pileo, non debetur aſſiſtentia, & proindè poteſt incedere ſolus. Præcipuè quia alias Vicarius generalis non haberet locum ſuprà Dignitatea. Quod eſt inconueniens.

Atque ità eadem cenſuit Sacra Rit. Congregatio in *Sauonenſi* 20. Decembris 1628. nimirum: *Epiſcopus Sauonenſis ſupplicauit, definiri:*

Primò: An ipſe in publicis Proceſſionibus cum cappa & bireto incedere debeat ſolus, aut medius inter Dignitates? Et Sacra Congregatio reſpondit, non inter Dignitates, ſed ſolus incedere debet.

Secundò: An in Proceſſione, in qua defertur aliqua Imago, ſeù Reliquia, ipſe cum cappa, & bireto incedere debeat ante, vel poſt Imaginem? Et Sacra Congregatio reſpondit, Epiſcopum poſt Imaginem, ſeù Reliquiam incedere debere, niſi adſit conſuetudo in contrarium,

Tertiò: Quis locus competat, ac debeatur Vicario Generali in dictis Proceſſionibus, abſente, & præſente Epiſcopo? Et Sacra Congregatio reſpondit, Vicarium Generalem in Proceſſionibus vltimo loco incedere debere inter Canonicos, ſeù Dignitates, dummodò non adſit conſuetudo in contrarium.

At quid ſi adeſſet exemplum Metropolitani, vel diſpoſitio Concilij prouincialis, vel conſuetudo Ciuitatis?

Ad 1. Cenſeo, exemplum Metropolitani non ligare Suffraganeos, cum ex ſua voluntate forſan medius incedat. Et facto enim particulari aliquis non obligatur, neque de iure obligari poteſt; Legibus autem, non exemplis eſt iudicandum. *l. Nemo C. de ſent.* & non tam ſpectandum eſt quod Romæ factum eſt, ſed quod fieri debet. *l. ſed licet ff. de Offic. Præſid.* Eòque vel maximè: quia exempla huiuſmodi ſunt contrà ritus, & decreta iam adducta, & Metropolitani exemplum non coarctat voluntatem Suffraganei, minuſque illi præiudicat, nè poſſit vti diſpoſitione Conciliorum, & Canonum. Præterea ſi exemplis eſſet iudicandum, non vtique eſſet diſcedendum ab exemplo Summi Metropolitani, ac Pontificis Maximi, qui in nocte Natiuitatis Domini, & tribus diebus Hebdomadæ Maioris, quandò incedit ſiue Mitra ad Matutinum, ſemper incedit ſine aſſiſtentia: Nam aſſiſtentia datur ad exercendum munera Aſſiſtentium, ſcilicet ad ponendum, ac deponendum Mitram, quæ cum non adſit, neque aſſiſtentia adeſſe debet. Quod ſi Metropolitanus Prouinciæ vtitur alio ritu, debet corrigi: quia eſt abuſus. Omnes enim Chriſtifideles debent Eccleſiæ Romanæ conformari.

Ad 2. Cenſeo in materia Sacrorum Rituum, non eſſe attendendam diſpoſitionem Concilij prouincialis. Si enim huiuſmodi Concilia poteſtatem haberent ritus condendi, nunquam eſſet adeunda Sacra Rit. Congregatio, & Cæremoniale Rom. prò ſola Vrbe eſſet editum. Solum igitur obſtaret conſuetudo legitima, vt in decretis adductis.

Dignitates, & Canonici cuiuſdam Eccleſiæ Collegiatæ depoſuerũt apud Eccleſiam Cathedralem quædam Corpora Sanctorum, vbi religioſiſſimè fuerunt ſeruata. Cum verò nunc petant depoſitum ſuæ Eccleſiæ reſtitui. Quæritur:

Quibus competat delatio dictorum Sanctorum Corporum in ſolemni Proceſſione translationis, an Dignitatibus, & Canonicis Cathedralis? Vbi formula translationis to. 4. Conſ. 24.

Spectare ad Cathedralem exiſtimo. Primò quia Canonici Cathedralis ſunt digniores in toto Clero. Qui autem dignior eſt, præcedere debet minus dignum, *arg. ex cap. præcipimus dec. 93.* Felin. *in cap. cum olim num. 1. de offic. de leg.* Rom. *ſingul.* 340. ac alii, & propterea præferendi in delatione Sacrarum Reliquiarum, vt maior honor Sanctis exhibeatur. Quia in præcedentia debet ſeruari Ordo Dignitatis, *leg. Omnes C. vt dignit. Ord. ſeru.*

Secundò. Cum debeat præcedere, qui eſt maior, & ille ſit maior, qui pluribus, & melioribus præeſt. *auth de defenſ. Ciuit* §. *nos igitur*, debet Capitulum Cathedralis præcedere Collegiatam.

Tertiò. Alias enim, ſi deferantur à Canonicis Collegiatæ, alterum ex his abſurdis ſequeretur. Aut enim feretra Sanctorum Corporum non poſſent conſtitui in fine Proceſſionis, vt decet, cum ille locus ſit dignior; Aut Canonici Collegiatæ occuparent dictum locum, qui debetur Canonicis Cathedralis ratione illorum præeminentiæ; Aut Proceſſio fieret ſine interuentu Capituli Cathedralis, quod eſſet in diminutionem honoris, ac venerationis Sanctis transferendis debitæ, ac non ſine notabili ſcandalo totius Ciuitatis, quæ omnia ceſſant, ſi id munus Canonicis Cathedralis relinquitur. Atque ità eſſe ſeruandum rectè cenſuit Epiſcopus Lucanus, cuius formam, vtpotè imitatione dignam circà translationem Sanctorum Corporum hic apponendum duxi.

Si prepari in mezzo della Chieſa auanti il Coro vn' Altare capace della Caſſa, ò Caſſe, riccamente ornato di candelieri con candele acceſe, altri vaſi con fiori, & altre argentarie, ſopra il quale vi ſi pongano i Corpi Santi, ò ſiano in caſſe coperte di drappo, ouero dette caſſe ſiano dentro ad vna lettica coperta di drappo d'oro, ò ſeta, la quale habbia due ſtanche, che auanzino da i quattro lati, per poterla portare ſopra le ſpalle medeſimamente coperte del medemo drappo, & in terra auanti l'Altare porre tappeti con coſſini per inginocchiarſi ſenz'altri inginocchiatori, ò banche, per non impedire la Chie-

Digitized by Google

Chieſa, & occupare il luogo al popolo, che veniſſe per far oratione a detti Santi.

Il modo, che ſi può tenere in portar detti corpi, s'intimi alle Religioni tutte, al Clero, & ad altri Preti, che con le loro Cotte, & a i Signori Canonici della Catedrale paroti ſecondo il loro ſolito, cioè ſopra il Rocchetto, ò Cotta, che portano, ò Piuiale, ò Pioneta, ò Tonicello, ſe hanno Ordini diſtinti, a quali ſpetta, come più degni, portar detti Corpi, ò ſiano nella lettica, ò in caſſa. Et intimar ſi doueranno ad vn'hora certa, la quale è ſolita ſempre d'eſſer doppo Veſpro, e così ſi è oſſeruato in Roma vltimamente nella traslatione del Cuore del Glorioſo S. Carlo Arciueſcouo di Milano.

Inuiato che ſarà la Proceſſione, prima, che ſi leuino i Corpi dall'Altare, i Cantori cantino vn'antiſona propria di detti Santi, e trà queſto mezzo la prima Dignità benedica l'incenzo, & incenzati, e detto il Veſpro, dirà l'Oratione, e ſe detti Corpi ſono nella lettica, quattro, ò più di detti Signori Canonici parati con le Pianete portino detta lettica ſopra le ſpalle, ouero ſe ſaranno dentro alle caſſe, ciaſcuno ne portarà vna, & hauerà il Piuiale, auertendo, che dette caſſe ſiano coperte riccamente con drappi d'oro, ò di ſeta di color conueniente a Santi, ſe ſono Martiri, roſſo, ſe ſono Confeſſori, Abbati, ò Vergini, bianco, e ciaſcuno, tanto Frati, quanto Preti, e Canonici debbiano hauere vna candela acceſa in mano di più, ò minor peſo, ſecondo la qualità delle perſone.

Se *ſi porteranno detti Santi Corpi nella lettica, vi ſi porti vn Baldachino ſopra, portato da Nobili della Città. E ſe il viaggio ſarà lungo, ſi potranno mutare di quando in quando, auertenda, che i più Nobili lo portino nell'vſcire, e gl'iſteſſi nell'entrare, doue hanno da collocarſi.*

Se *ſtaranno in diuerſe caſſe, non vi occorre Baldachino, che biſognarebbe ad ogni caſſo il ſuo, e ſarebbe confuſione, e perciò giudico più honoreuolezza, e maggior decoro portargli in vna lettica, come è ſtato fatto nella traslatione di molti Corpi Santi in Roma, per eſſer ſtati più Corpi inſieme.*

Per la ſtrada ſi potran cantare Inni, Salmi, e i Cantori mottetti, ò altro, ſecondo più piacerà loro. Giunti i Santi Corpi alla Chieſa, ſi metteranno ſopra l'Altare, doue ſi hanno da riporre, ſe non ſarà impedito, & eſſendo, ſi facci a canto vn'altro Altare, e iui ſi pongano ſopra, s'incenſi, ſi canti l'iſteſſa Antiſona, e verſetto, come di ſopra, ò altro ſimile, e ſi dica l'Oratione per la medema prima Dignità, e ſubito ſi potranno dagl'iſteſſi Signori Canonici metter dentro, doue hanno da ſtare.

Il modo di collocarli, auanti, che ſi facci la translatione di detti Corpi nell'iſteſſo Altare, doue ſi metteranno, vi ſi facci vna feneſtrella, ò tomba, ò buca, ſecondo la capacità della Caſſa, laſciandoui modo per poterui calare, ò metter detta Caſſa, e poterla commodamente, e preſto rimouere, ò vero ſe vi ſarà ſotto l'Altare, ò dietro qualche honeſto pilo di marmo, collocare detti Corpi, e accommodare talmente ogni coſa, che ſubito finita la cerimonia, e meſſiui i Corpi, ſi poſſa murare, ſenza più aprire, acciò che niuno gli poſſa più vedere, nè toccare. E perciò è neceſſario, che vi ſiano i muratori con loro ſtromenti, calcina, ò geſſo, e aſſicurare il tutto. E in queſto modo volle la Santità di Paolo V. che ſi faceſſe nella ripoſitione del Corpo di S. Agneſe, e prima, che partiſſe Sua Santità fù murata ogni coſa.

Quartò ex conſuetudine Eccleſiarum, quæ in præeminentijs potiſſimum attenditur. Ità enim ſeruatur in Eccleſia Mediolanenſi, vt digniores in Clero humeros ſubiaceant deferendis Sacris Reliquijs in translationum proceſſionibus, vt conſtat ex actis illius Eccleſiæ. Idem etiam ſeruatur in Eccleſia Bononienſi, vt ex eius Archiepiſcopali. Id ipſum obſeruatum lego in Ciuitate Lucana in translatione Imaginis B. Virginis Miraculorum ad Eccleſiam S. Petri, vt ex hiſtoria d. Imaginis.

Non obſtat, quod Sacra Corpora, quæ transferuntur, ſunt Eccleſiæ Collegiatæ, ideòque ad Dignitates, & Canonicos ipſius ſpectet eorum delatio. Nam in hac functione non debet conſiderari cuius Eccleſiæ ſunt Corpora, ſed potius publica translationis ſolemnitas, in qua etiam ſolet indici generalis proceſſio, ac indè Canonici Cathedralis non debent priuari iure ſuo incedendi in loco digniori, ac deferendi ſacra pignora. Quod munus pertinet ad digniores, cum etiam hoc modo maior honor exhibeatur ipſis Sacroſanctis Reliquijs, vt teſtatur Caſtald. *in prax. Cæremon. lib. 2. ſex. 10. cap. 4. de ord. ſeru. in translat. Reliq. & Sac. Imag. num. 20.* his verbis: *Decet, vt Sanctorum Corpora ab Epiſcopis, vel Abbatibus mitratis deferantur, prout legimus à S. Carolo Borromeo fuiſſe obſeruatum, cuius exempla ſecutus eſt pariter Card. Palleottus, quem laudabilem ritum à maioribus acceptum, etiam poſteri, ſi imitentur erunt in laudem.*

Ex quo fit, vt deficientibus Epiſcopis, & Abbatibus, hoc munus iure debeatur Canonicis Cathedralis, tanquam dignioribus ex toto Clero, iuxtà mentem S. Caroli, vt teſtantur acta Eccleſiæ Mediolanenſis relata, & de vniuerſali conſuetudine teſtatur etiam Michael Leonius vir Cæremoniarum peritiſſimus, quæ in materia præeminentiarum obſeruanda eſt, vt diximus.

Reliqua. *Vide de Ritibus eod. tom. 4. Conſul. 107.*

An Regulares poſſint vnquam in ſupplicationibus ſiuè proceſſionibus præcedere Clero ſeculari? Vide de Præcedentia. tom. 4. Conſul. 26.

De quadam Eccleſia Collegiata antiquitus Cathedrali, & poſtea ſuppreſſa, quoad proceſſiones &c. Vide de Parocho. tom. 4. Conſult. 29.

1. *An Capitulum Cathedralis, vel Collegiatæ Eccleſiæ cogere poſſit Clerum aliarum Eccleſiarum inferiorum, vt accedat ad ſupplicationem fieri ſolitam in Vigilia Sancti Titularis, vel Patroni?*

2. *An*

Digitized by Google

An Cruces diuerſarum Eccleſiarum loci incedere debeant ſimul, vna poſt aliam in capite ſupplicationis ante Clerum, & deindè Clerici, & Sacerdotes ſimul?

An Dignitates Eccleſiarum inferiorum in ſupplicationibus ſeparari poſsint à corpore ſui Cleri, & incedere in fine ſupplicationum à ſiniſtris Dignitatum *Cathedralis, vel Collegiatæ* Vbi.

Quænam ſint generales, ſiuè publicæ ſupplicationes, ſiuè proceſsiones? tom.4.Conſult.30.

Circà 2.quæſitum vide etiam eod.tr.*tom.6.Conſult.*58. Et vide de Funeribus *tom.* 8. *Conſult.* 73.

AD 1. Affirmatiuè: Nam Ordinarius poteſt cogere omnes Clericos, tam Sæculares, quam Regulares, etiam exemptos ad proceſſiones publicas, ſiuè generales Eccleſiæ, non autem particulares, vt ex Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.*25. *de Regul.cap.*13. Cum eorum tamen Cruce, vt declarauit Sac. Congr. Epiſc. in *Caietana* 14. Ianuar.1603. Non obſtante inhibitione. Eadem Sac.Congreg. in *Spoletana* 10.Ian.1648.& 14. Maij & 23. Iul.1649. Ac etiam Subcollectores ex Sac.Congr.Conc.in *Caiacenſi* 2.Mart.1654. Idque ſub cenſuris. Eadem Sac.Congr.18.Maij 1618. Sufficitque, ſi vocentur ſolito edicto. Eadem Sac. Congr. 14. Maij 1649. in *Eugubina*. Debent verò conuenire cum Clero, & populo in Cathedralem, vel Matricem, non autem expectare in via, vel in porta ſuæ Eccleſiæ. Eadem Sac.Congr. 6. Febr.1590. in *Fanenſi*, & 13.Nouembr.1600. Tenenturque intereſſe Curati, etiam Regulares. Sac. Congr. Concil.5. April.1631. Confraternitates verò laicorum poſſunt quidem inuitari, ſed non compelli ad publicas proceſſiones, minuſque poſſunt cogi ad recitandum aliquod officium, niſi eſſent Eccleſiaſticæ. Tunc enim ſubijciuntur viſitationi Epiſcopi, in quo caſu poſſunt cogi, ſed antea debent inuitari Sac.Congr.Conc.in *Papienſi* 8. Maij 1627.& in *Florentina* 13. Nouemb. eiuſdem anni. Eſtque Epiſcopus manutenendus in quaſi poſſeſſione cogendi Confratres per edicta pœnalia, exactionem pœnarum, aliaque iuris, & facti remedia ad intereſsendum ſolitis proceſſionibus, non obſtante aggregatione, niſi haberent priuilegium ſpeciale exemptionis. Eadem Sac.Congr.Epiſc. in *Viterbienſi* 9. Decembr. 1586. in *Camerinenſi* 16. Iul. 1624. & alibi.

Id verò non procedit in Clericis nullius Diœceſis, qui non poſſunt ad proceſſiones compelli ab Epiſcopo viciniori, ſed à Prælato ſuo. Neque in Clericis, qui ſunt extrà Ciuitatem in locis, in quibus habent Plebem in Ciuitate, vel Diœceſi, maximè ſi neque ſunt originarij. Eadem Sac. Congr. Epiſc. in *Panormitana* 23. Nouemb.1592. Niſi in proceſſionibus ſolemnibus in quibus interuenit perſonaliter Epiſcopus, vt vbi ſolitum eſt. Eadem Sac. Congr. in *Caietana* 5.Iun.1607.& Sac.Congr.Conc. in *Rauellenſi* 5.Mart.1646. Minuſque procedit in habentibus ſola beneficia ſimplicia, niſi adſit conſuetudo in contrarium. Eadem Sac.Congr. 12.Mart.1601.in *Gallipolitana*.

Generales autem, ſiuè publicæ proceſſiones illæ ſunt, quæ fiunt in feſtiuitate Corporis Chriſti, in Litanijs maioribus S.Marci, & minoribus Rogationum, quæue extraordinariè ab Epiſcopo indicuntur generaliter prò bono, vel honore publico, vt Iubilæi, Natiuitatis, vel Aduentus Principis, pròque diuina ope imploranda, ac ſimilibus, Ricc.*in prax.par.*1. *deciſ.*367. *num.*7. Tambur.*de iur.Abb.tom.*1. *diſp.*24.*qu.*8. *n.*2.& declarauit Sac.Congr.Conc.anno 1597. vt diximus *tom* 3.*Conſul.*46. quò adi.

Inter proceſſiones publicas enumerantur, etiam illæ, quæ ſunt de conſuetudine peculiarium Eccleſiarum, vel quas Epiſcopus generales declarauit, cuiuſmodi ſunt proceſſiones, quæ fiunt in Vigilia, vel feſto Titularis vel Patroni, vt habetur in Rituali Rom. *in tit.de proceſſ.*& poſt alios tradit Barboſ. *de offic.Epiſc.alleg.*78. *nu.*2. & 14.

Particulares verò, & priuatæ proceſſiones ſunt quandò fiunt in aliqua Eccleſia particulari à Capitularibus, & Clericis illius ex ſpeciali ratione eiuſdem Eccleſiæ, ſicut ea, quæ fit qualibet 3. Dominica in Matrice, vel Cathedrali ex Sac. Congreg. Epiſc. in *Verulana* 20. Iul.1592.

Ad 2. Dicendum eſt, id non licere, fuitque ſemper per decreta Sac.Rit. Congregationis improbatum, quod in proceſſionibus Cruces omnium Eccleſiarum turmatim permittantur, & Clerici, ac Presbyteri ſimul incedant, ſed quilibet Clerus iuxtà ordinatum ritum Eccleſiaſticum diſtinctè incedere debet ſub propria Cruce inſtar militiæ terrenæ. Qualibet enim choors militat ſub ſuo ſigno. Atque ità declarauit ſæpius Sac.Congr. præſertim in *Senogallienſi*, videlicet.

Narratum fuit in Diœceſi Senogallienſi, & præcipuè in Terra Montis Bodii vigere abuſum, quod in Proceſſionibus, in quibus interueniunt Sacerdotes diuerſarum Eccleſiarum incedentes ſub propria Cruce, turmatim, & confuſim incedere velle ſub vltima Cruce. Ideòque petitur declarari non conuenire, in illis verò Proceſſionibus, in quibus eſt antiqua conſuetudo incedendi ſub vnica tantum Cruce, digniorem locum deberi illis Sacerdotibus, qui interueniunt illi Eccleſiæ, cuius eſt Crux, quæ defertur in Proceſſionibus. Et Sacra *Rit. Congregatio reſpondit. In Proceſſionibus, in quibus Clerus Eccleſiarum Crucem defert, ſub eadem Cruce propria incedere debere. In Proceſſionibus verò, in quibus non interuenit, niſi vnica Crux, Clerum illius Eccleſiæ, cuius eſt Crux, quæ defertur, digniorem locum obtinere debere. Et ità ſeruari mandauit 29. Nouembris* 1632.

In Sorana *fit in cauſa circà modum procedendi in publicis Proceſſionibus in Terra Arpini Soranæ Diœ-*

ceſis

Digitized by Google

ceſſis, tam ab Abbate, & Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ S. Archangeli, quam etiam ab Archipresbytero, & Clero S. Mariæ, & à Clero aliarum Eccleſiarum Parochialium, ſiuè Collegiatarum eiuſdem loci, Sacra Rituum Congregatio, audita relatione Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi D. Card. Sabelli, cui hæc cauſa commiſſa fuerat, cenſuit, & declarauit, ſeruandum eſſe in futurum decretum per modum prouiſionis factum ab Epiſcopo Sorano ſub die 13. Aprilis proximi præteriti, in quo diſponitur, quod Clerus S. Archangeli, S. Mariæ, S. Andreæ, & S. Viti Terræ Arpini in publicis Proceſſionibus incedant per ordinem quilibet ſub propria Cruce, & Archipresbyter S. Mariæ in vltimo loco incedat à ſiniſtris Abbatis S. Archangeli. Et ità declarauit, & in dicta Terra Arpini ſeruari mandauit, quibuſcumque non obſtantibus, die 30. Iul. 1616.

Concinunt decreta Sacræ Congregationis Epiſ, quæ in *Tolcana* 23. Auguſti 1593. ità decreuit:

Curet Ordinarius, vt omnes, tam ſeculares, quam Regulares, cum in Proceſſionibus publicis, tum priuatis, ac in eis, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & aliis ſimilibus, bini cum modeſtia, & decentia incedant, & Ordines ipſi minimè confundantur.

Et in Necitonenſi 16. *Maii* 1588. *Nemo ſub alio vexillo incedat, niſi propria Crucis.*

Et in Verulana 31. *Maii* 1579. *Cruces in Proceſſionibus diſtinctè deferantur, non verò omnes ſimul.*

Ad 3. Conſtat, id eſſe contrà regulam naturalem in ſimilibus à Sacra Rituum Congregatione attendi ſolitam, eſtque etiam contrà ſimiles declarationes eiuſdem Sacræ Congregationis, quæ ſæpius ob eandem rationem reſpondit, Dignitates Eccleſiarum debere in Proceſſionibus incedere cum ſuo Clero, non autem cum Dignitatibus aliarum Eccleſiarum, vt in ſequentibus, & aliis huiuſmodi:

In Nucerina. *In cauſa controuerſiæ inter duos Abbates ſęculares Terrę Gualdi Sacra Rituum Congregatio reſpondit, quod quandò ſunt plures Abbates in eodem loco, habentes Clerum diſtinctum, debet in Proceſſionibus incedere quiſque cum ſuo Clero, & in ſuo loco. Die 19. Ianuar. 1633.*

In Colonienſi. *Dignitates, & Canonici Eccleſiæ Colonienſis narrantes in Proceſſionibus, quę fiunt per annum abſque Sanctiſſimo Sacramento conuenire omnia Capitula aliarum Eccleſiarum Collegiatarum eiuſdem Ciuitatis, quarum Præpoſiti, cum conueniant induti Pluuialibus, petierunt, an ſic induti debeant admitti cum Canonicis dictæ Metropolitanæ, prout admittuntur, quandò in Proceſſione cum Sanctiſſimo Sacramento: Dignitates, etiam Metropolitanæ induuntur Pluuialibus, vel deſinari, quid in poſterum ſeruandum ſit? Et Sacra Rituum Congregatio reſpondit, in Proceſſionibus ſine Sacramento Dignitates Collegiatarum incedere debere cum ſuis Capitulis ſine Pluuialibus. Die 29. Ianuar. 1628.*

Imò eſt etiam contrà mentem Cęremonialis Epiſcoporum *lib. 2. cap. 33. de Proceſſ. Corp. Chr. v. ordo autem*, vbi Collegiatæ integrę incedere iubentur ante Cathedralem, non autem miſceri cum alijs.

Atque ità quidem, vt ſententiæ contrà ſtatutum ritum Eccleſiaſticum ab Epiſcopis prolatæ non attendantur; Quia ſicut Conſtit. Clem. VIII. prò obſeruatione Cęremonialis ſuſtulit omnes contrarias conſuetudines, ità non videntur attendendæ ſententiæ, vt plurimum ex facilitate vel imperitia Iudicum emiſſæ. Hinc eſt, quod Sacra Rituum Congregatio reſcribendo prò obſequatione ſuorum decretorum, aliquandò mandauerit procedi ad illorum executionem, contrariis ſententijs non obſtantibus, vt in ſpecie in *Nolana*, quæ eſt huiuſmodi:

Ad preces Epiſcopi Nolani circà obſeruantiam decretorum ab hac Sacra Congregatione emanatorum ad fauorem Vicarij contrà Decanum eiuſdem Ciuitatis Nolanæ, eadem Sacra Congregatio decreuit, & ordinauit, decreta prædicta omninò obſeruanda eſſe, non obſtante prætenſa ſententia, ſeù appellatione. Die 8. Iul. 1602.

Nam vbi Sacra Congregatio manum appoſuit, non poteſt inferior ſe ingerere, *cap. cum noſtrum de appell.* Gonzal. *gloſ. 52. num. 27.* Eoque præcipuè, quia Sacra Congregatio procedit ſola facti veritate inſpecta, vt proindè non ſoleat attendere nullitates, ac ſolemnitates iuris, vt declarauit die 5. Iulij 1605. in hęc verba.

Sacra Rituum Congregatio reſpondit, in Congregatione non agi more iudicij, ſed manu Regia de rebus pertinentibus ad ipſam, & ad euitandas lites.

An liceat Regularibus, vel Confraternitatibus ducere ſupplicationem die Dominico vel alio die infrà Octauam Sanctiſſimi Corporis Chriſti? tomo 4. Conſultat. 85.

DIco, ijs licere dumtaxat illam intrà Clauſtra, & ambitum Eccleſiæ, exeundo ab illius ianua, & per eandem redeundo, non autem licere ipſis Regularibus, neque Confratribus ſupplicationem ducere intra limites Parochiæ, vt plures reſoluit Sacra Rituum Congregatio, præſertim in *Cęſarauguſtana* 17. Martij 1627. apud Nouar. in *Lucer. Regularium v. Proceſſio num. 27.* Et *Hiſpalen.* 16 Febr. 1628. relata à Barboſ. *in collect. Conc. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 13. num. 45. & de offic. Paroch. par. 1. c. 12. num. 13.* Et nos *tom. 1.* ex decreto generali Sacræ Congregationis Concilij. Ratio autem eſt, quia non habent territorium, neque iuriſdictionem.

An

An liceat vni Parocho, ſiuè Sodalitati religioſæ in vno Vico ſiuè Caſtello erectæ ducere proceſſionem intrà octauam SS. Corporis Chriſti eodem die, quo illam ſolet ducere alter Parochus, ſiuè altera Sodalitas erecta in alio Vico, ſiuè Caſtello valdè vicino, ac finitimo? Vbi quid de conſuetudine? tom. 4. Conſult. 99.

NEgatiuè: Nam licet permiſſum ſit, hanc proceſſionem ducere, id tamen non eſt permiſſum abſolutè, ſed quatenus honorificè duci poſſit, & ſtatis tantum diebus, vt ex Conc. Trid. *ſeſſ. 13. cap. 15.* vbi concinit Clem. 1. §. *Nos itaque de reliq. & vener. Sanct.* & Buratt. *deciſ. 43. num.* 8. Vndè, cum agatur de locis paruulis, & conuicinis, ac difficilè ſit, eam poſſe duci eodem tempore in vtroque loco cum iuſta, & debita veneratione ob penuriam præcipuè Sacerdotum, non modò poſſunt, ſed etiam debent ſtatui dies diuerſi, prout ſtatutos fuiſſe conſtat ex conſuetudine, quæ habet vim legis. §. *Siuè ſcripto inſtit. de iur. natur. gent.* cum vulgo relatis per Add. *ad deciſ. 539. num. 37. par. 4. tom. 3. recen.* Deficiente potiſſimum iure certo circà tempus ducendi proceſſionem, ſeruanda eſt conſuetudo. Rot. *deciſ. 94. num. 6. par. 4. tom. 2. recen.*

An in proceſſionibus ſolemnibus, precioſiora pluuialia debeant inſeruire Dignitatibus? Vide de Dignit. tom. 4. Conſult. 183. Sum. num. 3.

An populus tempore peſtis poſſit ſe obligare ad celebrandum quotannis feſtum B. Virg. & ducendum proceſſionem? Vide de Feſtis tom. 4. Conſ. 184.

Cui nam Sodalitati competat præcedentia in proceſſione SS. Corporis Chriſti &c.? Vide de Præcedentia tom. 4. Conſult. 196.

De origine, ac inſtituto Litaniarum, Rogationum, ac ſupplicationum. Vide omninò de Regular. tom. 5. Conſult. 54. à num. 8. & ſeqq.

Vtrum in Proceſſionibus vna tantum Crux deferri debeat, & quid in funeribus? tom. 6 Conſul. 58. & vide etiam t. 4. Conſ. 30. Sum. n. 2. ac de Funeribus tomo 8. Conſult. 73.

QVilibet Ordo, aut Religio ſuam propriam Crucem in proceſſionibus deferre poteſt. Idque nedum ex conſuetudine vniuerſali, verum etiam ex Conſtitutione Leonis X. *in Bulla* 27. per quam apertè mandatur, vt vnaquæq; Religio in cunctis Eccleſiaſticis functionibus incedat ſub propria Cruce cum decreto irritante, & clauſula ſublata, ità ſanè, vt nequè obeſt huius Conſtitutionis inobſeruatio contraria. Et nos diximus ſupradict. *tom. 4. Conſul. 30. Sum. n. 2.* & alibi.

Sed quid dicendum in funeribus? Regula eſt, quod ſemper Crux illius Eccleſiæ deferatur, in qua defunctus ſepeliri debet. Ità Sac. Cong. Epiſc. decreuit obſeruandum eſſe vbique, vt in *Caſtellanetenſi* 1593. & in *Barenſi* 29. Iul. 1616. & in *Potentina* 14. Iun. 1647. Declarauitque Sac. Rit. Congr. in alia *Barenſi Terra Medugni* 2. Auguſti 1631. & in *Meſſanenſi* 12. Febr. 1635. Eius hæc ſunt verba:

In funeribus deferenda eſt vnica tantum Crux illius Eccleſiæ, ad quam Corpus transfertur, poſtquam ſequi debent immediatè perſonæ illius Eccleſiæ, & deindè cæteri ſecundum antianitatem, vt cenſuit eadem Sacra Rituum Congregatio in Narnienſi 30. *Septembris* 1614. *& in* Andrienſi 22. *Nouembris* 1631. *ad* 3.

Et elicitur ex Rit. Rom. *in rub. de exeq. ord.* atque Romæ obſeruatur.

Id tamen intelligendum eſt; dummodò non interueniat Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, ſub cuius Cruce omnes funus aſſociantes incedere debent. Et hinc Curatus, & Sacriſta Cathedralis, etiam amouibiles, quandò interuenit Capitulum dictæ Cathedralis, debet præcedere proprio Parocho defuncti. Eadem Sacra Congregatio Rit. in Piſaurenſi 22. Mart. 1631. vt diximus *de Præcedentia*. Vel dummodò non extet conſuetudo à tempore immemorabili obſeruata, quod in aſſociatione cadauerum, etiam quandò interueniunt Capitulum, & Canonici Cathedralis, non deferatur ſolummodò Crux eiuſdem Cathedralis, ſed etiam Crux Eccleſiæ, ad quam corpus defuncti defertur, aliorumque etiam Regularium, qui fuerint vocati.

At cur in funeribus vna tantum Crux deferatur? Vel quia ſunt Proceſſiones meſtæ; Vel vt differant a Proceſſionibus, quæ fiunt prò viuis; Vel vt ſciant fideles ad quam Eccleſiam conuenire debeant ad orandum prò defuncto; Vel ad denotandum prærogatiuam Eccleſiæ tumulantis; Vel vt doceamur, quod pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas, Regumque turres, &c.

An Conſules, Syndici, Nobileſque Ciuitatis in Proceſſione Sanctiſſimi Corporis Chriſti incedere poſſint cum cereis fanalibus poſt Capitulum, & ſic immediatè ante Crucem? Vide de Præcedentia tom. 6. Conſult. 62.

1 *An Regulares prohibere poſſint Parochis celebrationem Proceſſionis die Dominica intrà Octauam Corporis Chriſti, vel alio die?*

2 *An in ſuis Proceſſionibus poſſint mutare viam ſemel electam?*

3 *An extrà propria Clauſtra, dum proceſſionaliter incedunt intrà limites alienæ Parochiæ poſſint deferre Stolam?* tom. 6. Conſul. 63.

AD 1. Negatiuè: Nam de iure ad Parochos ſpectat facere quaſcumque Proceſſiones in-

trà

Digitized by Google

trà limites ſuarum Parochialium priuatiuè quoad omnes, etiam Regulares, qui nequeunt eas facere ſine Parochorum licenria. Barboſ. *ad Conc. Trid. ſeſſ. 15. de Regul. cap. 23. num. 45.* Nihil tefragantibus Conſtitutionibus B. Pij V. & Clem. VIII. prò Dominicanis: Nam illæ non comprehendunt Parochos, nec tollunt eorum iura, cum non fuerit eis derogatum, & proptereà cenſentur ſine præiudicio iuris Parochialis, nequè ex eis Regulares poſſint impedire illorum Proceſſiones die Dominico infrà dictam Octauam reſolutum fuiſse à Sac. Rit Congregatione in *Materanen.* 15. Maij 1632. refert Barboſ. *de offic. & poteſt. Paroch. c. 12. num. 14.* Aduerſaturq; Ordini Hierarchico, iuri Canonico, Cæremoniali, Conſtitutionibus Apoſtolicis, & decretis Sacrarum Congregationum, quod Regulares præcedant Clericis, illiſque prohibeant per ſuos limites ducere Proceſſiones. Sperell. *dec. 179. num 11. & ſeqq tom. 2.* Rota in *Oppidenſi Proceſſionum* 15. Iunij 1648. *coram Veroſpio*.

Et confirmatur: quia nè Parochus quidem impedire poteſt alteri Parocho, nè faciat Proceſſionem in propria Parochia, vt deciſum eſt à Rota *apud Burattum dec. 43. num. 1.* & in *Caſarauguſtana dedicationis* 18. Decembris 1618. *coram Manzanedo*: Nam quilibet Parochus habet ius ad omnia Parochialia exercenda in ſua Parochia, quorum vnum eſt Proceſſiones facere. Si igitur aliquis attentat impedire Proceſſiones, attentat ipſum priuare proprio iure, atque adeò facit contrà iuſtitiam, atque incurrit excommunicationem Papæ reſeruatam in Bulla in Cœna Domini, & in Concilio Trid. *ſeſſ. 22. cap. 11. de refor.*

Ad 2. Etiam negatiuè, cum non poſſint mutare viam ſemel à principio electam, ſicut reſoluit eadem Sacra Congregatio in *Piſaurenſi* 14. Nouembris 1613. & in dicta *Materanenſi* apud Barb. *loc. cit. num. 15.* & tradunt Portel. *in add. ad dub. Regul. v. Proceſſiones num. 18.* Nouar. *in Sum. Bullar. tit. de Proceſſ. Regul.*

Ad 3. Item negatiuè: Quoniam de iure Stolæ, eſt de iuribus Parochialibus, & pròindè ſpectat priuatiuè ad Parochos, vt in puncto reſoluit Rota in *Romana iurium funeralium* 4. Iul. 1653. §. *Quibus conſequens & §. ſeq. coram Reuerendiſſimo Zarate Valliſoletano*, & tradit Lezan. *in Sum. quæſt. Regul. cap. 12. num. 41. vbi num. 3.* ſubdit, fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione Conc. ſub die 2 Iul. 1620. non poſſe Regulares deferre Pluuiale, aut Stolam extrà Eccleſiam, aut Clauſtrum per alienas Parochias.

An Fratres Ordinis Prædicatorum, ac Sodalitates Roſarij, erectæ in eorum Eccleſijs ducere poſſint Proceſſionem Roſarij prima Dominica Octobris cuiuslibet anni per alienas Parochias, abſque interuentu, & licentia Parochorum? to. 6. Conſ. 65. & vide tom. 8. Conſult. 31.

TEnendum eſt, non licere, niſi ex priuilegio. Id probo tum ex præſcripto iuris communis, tum ex decretis Sacrarum Congregationum Conc. Epiſc. & Rit. quibus vetitum eſt quibuſcumque Regularibus, ac Sodalitatibus facere Proceſſiones intrà limites alienæ Parochiæ, abſque licentia Parochi.

Ex præſcripto quidē iuris communis: quia facere Proceſſiones eſt actus iuriſdictionis, Ricc. *par. 1. dec. 90. num. 2.* Iuriſdictio autem in alieno territorio exerceri non poteſt, atque adeò nec fieri queunt Proceſſiones, vt rectè concludit P. Donatus *in princ. rer. Regul. tom. 1. par. 2. to. 13. quæſt. 81. num. 1. & ſeqq.* & ante ipſum Tamburr. *de iur. Abb. diſp. 15. quæſt. 7. num. 79. tom. 2.* Zerol. *in prax. v. Proceſſiones num 4.*

Ex decretis autem Sacrarum Congregationum: quia ſic pluries fuiſſe reſolutum referunt quamplures Regulares, nominatim Peyerin. *tom. 2. priuileg. Conſtit. 7. Pij V §. 10. num. 11.* Nouar. in *Lucerna Regul. v. proceſſiones num. 25.* & poſt alios idem Donat. *loc. cit. num. 5. 6.* referens duo decreta Sac. Rit. Congregationis.

Idem decreuit Sac. Rit. Cong. 26. Febr. 1628. vt ſequitur:

In Regularium Eccleſijs habentibus Clauſtra, fiant proceſſiones intrà Clauſtra tantum, ſi non habent Clauſtra, fiant propè muros Eccleſiæ ſiuè exeundo ab vna porta, & intrando per aliam Eccleſiæ portam, ſiuè per aliam. Extrà ambitum Eccleſiæ non licet Regularibus facere proceſſiones, niſi de licentia, conſenſuue Parochi, ſaluis priuilegijs, ſi qua ſint. Proceſſiones verò Confraternitatum non debent extendi per vias, ſed circà muros Regularium, qui eas regunt.

Quod etiam declarauit in *Limana* 15. Decemb. 1632. & in *Aretina Montis S. Sauini* 19 Maii 1614. & antea. in *Aretina* 1613. & in *Gabaldicenſis Inſulæ* 28. Auguſti 1615. & 18. Feb. 1617. & in *Hiſpalenſi* 28. Febr. 1628.

Id ipſum ſæpè ſanxit Sac. Congr. ſuper Epiſc. vt in *Placentina* 26. April. 1605. in *Cortonenſi* 22. Nouemb. 1593. in vna *Conuentualium* 5. Feb. 1602. Et luculenter decreuit Sac. Congr. Conc. cuius verba hæc ſunt:

Sac. Congr. cenſuit, Regularibus, & Confraternitatibus in Regularium Eccleſijs erectis permiſſum eſſe proceſſiones facere inter eorum Eccleſias, & Clauſtra tantum, & non extrà; Si verò Eccleſiæ Clauſtro careant, eiſdem Regularibus, & Confratribus liceat proceſſiones facere intrà ambitum dumtaxat

eiuſdem Eccleſiæ, ſiuè exeundo ex vna ianua Eccleſiæ, & intrando per aliam, ſiuè per eandem, & tunc propè muros Eccleſiæ, & non extrà ambitum, niſi de licentia, & conſenſu, aut Cruce Parochi, non obſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus, vel præſcriptionibus, etiam immemorabilibus, Priuilegijs Apoſtolitis, Sac. Conc. Trid.° poſterioribus in ſuo robore permanentibus, quibus per hoc decretum minimè cenſeatur derogatum. Die 27. Iul. & 21. Auguſti, ac 19. Septemb. 1628.

Quod decretum fuit à SS. expreſsè approbatum, & confirmatum, ac ſucceſſiuè obſeruatum, vt retuli *tom.* 1. *Conſult.* 121. *num.* 1. hoc eod. tract.

An in funere, cui Capitulum Cathedralis intereſt, poſsint Regulares ſuam erigere Crucem? Vide de Funeribus tom. 6. Conſul. 74.

An Epiſcopus in proceſsionibus poſsit poſt ſe deferre ſellam geſtatariam? Vide de Epiſc. tom. 7. Conſult. 47.

An, & quatenus, præſuppoſita etiam legitima licentia, Confraternitates ſuas proceſsiones facere poſsint? tom. 8. Conſult. 31.

HVIuſmodi proceſſiones non poſſunt extendi vltrà limites proceſſionum, quæ ex deuotione Confraternitatibus permittuntur, debentque contineri intrà terminos habiles, & à iure permiſſos abſque alterius detrimento: Quia in licentia Principis ſemper intelligitur clauſula abſque alterius detrimento, *leg.* 2. §. *ſi quis à Principe ff. ne quid in loca pub.* Abb. *in cap.* 1. *num.* 20. *de iudic.* ac etiam licentia cenſetur conceſſa terminis habilibus, & ſeruatis à iure requiſitis. Rot. *deciſ.* 84. *num.* 4. *par.* 2. *diuer.* & *deciſ.* 106. *num.* 10. *poſt Magil. de ſubaſt.*

Proindèque ſeruanda eſt per Confratres forma in iure præſcripta in proceſſionibus Confraternitatum, & à nobis pluries relata, præcipuè *tom.* 6. *Conſul.* 65. *hoc eodem tract.*

Quoad aliam partem quæſiti Vide de Alien. rer. Eccleſ. d. tom. & Conſult.

De controuerſijs præcedentiæ ab Epiſcopo componendis. Et de exemptis ad proceſſiones publicas compellendis. Vide de Præcedentia tom. 5. Conſult. 54. & ſeqq.

1 *An Vicarius Capitularis poſſit indicere proceſſiones publicas ſine conſenſu Capituli, & minari Cenſuras, & pænas Canonicis proceſſionibus non intereſſentibus? Et quatenus negatiuè:*

2 *An ſaltem poſſit eas indicere ſine conſilio Capituli, ac minari cenſuras, & pænas, vt ſupra?* Vide de Vicario tom. 10. Conſult. 121.

An liceat Miniſtris *Conſolationis Vrbis facere proceſsionem per Parochiam intrà octauam SS. Corporis Chriſti, præſertim die, quo fit per Eccleſiam Parochialem?* Vide de Hoſpital. tom. 10. Reſolut. vlt. ſiuè *Aliena* Sum. num. 3.

DE PROTHONOT. APOSTOLICIS HONORARIIS.

An Clericus, qui nupſit cum Vidua, & ſoluto Matrimonio, habitum Cleri alem reaſſumpſit, quique fuit à Sede Apoſtolica creatus Protbonotarius Apoſtolicus bonorarius, gaudeat priuilegio fori? Vide de Immunit. tom. 1. Conſult. 225.

An Protbonotarii Apoſtolici honorarii gaudeant priuilegio fori, ſi beneficium Eccleſiaſticum non habeant, neque habitum, & tonſuram deferant, & Eccleſiæ inſeruiant &c.? Vide de Immunit. to. 3. Conſult. 7. num. 87.

An Protbonotarii extrà numerum poſſint concionari cum amiculo breui, paſſim Mantelletta, *& Carbaſina præſulàri, vulgò* Rocchetto? tom 4. Conſult. 22.

AFfirmatiuè. Extat enim decretum Sac. Rit. Congregationis in vna *Mazarienſi* tenoris ſequentis:

Iacobus Altauilla à SS. D. N. Prothonotarius extrà numerum turbatus à Vicario Capitulari Ciuitatis Mazarienſis in delatione habitus prælatitii, nempè Rocchetti, cum Mantelletto coloris violacei, nec non loco in Eccleſiis, & functionibus Eccleſiaſticis, Prothonotariis debito, ſupplicauit non prohiberi. Et Sac. Cong. Rit. cẽſuit, Prothonotarium extrà numerũ non poſſe prohiberi deferre habitum Prælatitium, nempè Rocchettum cum Mantelletto coloris violacei, & in Eccleſiis, & functionibus Eccleſiaſticis cum eodem habitu incedere, & ſedere, iuxta diſpoſitionem Ceremonialis lib. 1. cap. 13. Die 28. Septemb. 1630.

Atqui ex Gloſſa in Clem. 1. §. *ſi verò v. ad diuina de for. comp.* prædicatio verbi Dei, nedum inter Eccleſiaſtica, ſed Diuina connumeratur, comparaturque text. *in cap. interrogato* 94. *d.* vbi: *Sanctæ prædicationis officium de offic. ord.* ac firmanit Rota *in Vliſſipponen. iuris nominandi, vel eligendi Concionatorem* 16. *Nouemb.* 1663. *coram Merlino deciſ.* 618. *à num.* 1. in qua latè ex pluribus Sacræ Scripturæ teſtimonijs, Conciliorum decretis, Summ. Pontificum reſcriptis, ac Sanctorum Patrum Theologorum, & Canoniſtarum ſententiis oſtenditur, prædicationis munus eſſe magnum miniſterium, opus Euangeliſtæ, pabulum Chriſtifidelium, & ſimilia, vt idcircò non videatur dubitandum, quin inter Eccleſiaſticas functiones connumeretur.

De

De Archipresbytero Prothonotario. Vide de Archipresbytero.

An Dignitatibus, & Canonicis, creatis Prothonotariis titularibus, relicto antiquo habitu, liceat in Choro, Capitulo, aliiſque Canonicalibus functionibus uti Carbaſina præſulari, vulgò Rocchetto, *& amiculo breui, vt aiunt* Mantelletto *violacea?* tom.4.Conſult.76.

NOn licet. Ità enim ſepius decreuit Sac.Rit. Cong. ac præcipuè ſemel in *Aſculana* per hæc verba:

Archidiaconus Prothonotarius non poteſt lucrari diſtributiones quotidianas, & fructus ſuæ præbendæ Archidiaconalis, niſi in habitu proprio, & Archidiacono conuenienti in Choro, vt Eccleſiæ aſſiſtat functionibus loco ſibi debito, tanquam Archidiacono, incedat, & dum celebrat, non ex altari, ſed ex Sacriſtia, vt cęteri Canonici, debet ſumere paramenta. Quod ſi voluerit in habitu Prothonotarii in functionibus, quibus intereſſe debet, vt Archidiaconus interuenire, nihil de fructibus, & diſtributionibus participare poterit, eique aſſignandus erit locus, non ſupra, neque inter Canonicos, ſed poſt Abbates, vt in Cæremoniali Epiſc. lib.1. cap. 3. ad fin. & *tanquam extraneus reputabitur. Et ità declarauit, & in Eccleſia Aſculana ſeruari mandauit 16. Mart.1610.*

Et iterum in eadem ſub 19.Nouemb.1611.

Cum Archidiaconus, qui eſt prima Dignitas in Eccleſia Aſculana Apuliæ, ex gratia Sedis *Apoſtolicæ* Prothonotarius *creatus fuerit, & in habitu Prælati in dicta Eccleſia incedere voluiſſet, contradicentibus Epiſcopo, & Canonicis, recurſum habuit ad* Sac. *Rit. Cong. ſupplicans declarari ſibi licere vti dicto habitu in Choro inter Canonicos loco ſibi debito, offerens, ſe velle dimittere diſtributiones quotidianas. Et negocium fuit commiſſum Illuſtriſſimo D.Card.Peretto.* Eadem Sac.Cong *à decreto alias in ſimili facta ad inſtantiam Theſaurarij. & Magiſtri Cęremoniarum eiuſdem* Eccleſiæ *Aſculanæ ſub die* 16. *Mart.* 1610. *non eſſe recedendum cenſuit, nempè debere Archidiaconum in Choro, & in aſſiſtentia Epiſcopi, & in proceſſionibus publicis, & in omnibus alijs actibus, & functionibus ſibi tanquam Archidiacono competentibus non vti habitu Prothonotarij. Extrà verò Chorum, proceſſiones, & functiones, & alios actus publicos poſſe vti habitu Prothonotarij, iuxtà formam ſui priuilegii. Et ità declarauit &c.*

Idem quoque declarauit in *Melitenſi* 7. Auguſti 1621.& in *Tricaricenſi* 14. Mart. 1614. & in alijs relatis à Barboſ.*de Can.& Dignit.c.*5.*num.* 53.*& ſeq.& cap.*18. *num.* 35. in quibus declaratum fuit, licere vti dicto habitu in actibus extraneis, non competentibus ſibi, tanquam Canonico, vt in aliis eo titulo competentibus, & vbi Capitulum interuenit, prohibetur delatio habitus, vt per eundem Barboſ. *de iur Eccleſ.lib.*1. *cap.*23. *num.* 19. *& ſeqq.* Ac cenſuit eadem Sac.Congreg.17.Iun. 1623. & 18. Iul. 1626.

Ratio autem eſt: quia vti Prothonotarius nullum ius habet in diſtributiones, & actus Capitulares, ſed reputatur tanquam extraneus, & ideò debet interuenire vti Canonicus, vel Dignitas; Quandò autem interuenit vti Canonicus vel Dignitas, debet vti habitu, qui vt tali ei competit.

Neque ſatis eſt pœna amiſſionis diſtributionum. Primò quia in pleriſque non habentibus diſtributiones, locum habere non poteſt. Secundò: quia Sac.Cong. vtentem habitu Prothonotarii non ſolum priuat diſtributionibus, ſed reputat extraneum, & tanquam talem denegat ei locum inter Canonicos, & Dignitates, vt in allegata *Aſculana*, & in *Spoletana Terrę Caſcię* 23.Mart. 1619. & teſtatur Barb. *de Can.& Dignit.d.c.num* 53.*et in collect. dec.Apoſt.*97. *num.*6. *ac in ſelect.Can.cap.*36.*num.*5.

Hinc poterit Epiſcopus prohibere vſum huiuſmodi habitus ſub pœna excommunicationis.

An Prothonotarii Apoſtolici titulares præcedere debeant Canonicos Eccleſiæ Cathedralis, quandò iidem Canonici vti ſinguli, non autem vti in Collegium, et Corpus coaliti, incedunt? Vide de Præcedentia tom.4.Conſult.88.

DE QVÆSTVATIONIBVS. Vide de Indulgentiis tom.6.Conſult.90.& de Regular. pręcipuè tom.1.Conſult.411.& tom.8.Conſult.12.Ac de Immunit.tom.8.Conſult.64.

DE RECVSATIONE EPISCOPI. Vide de Epiſc. tom. 10. Conſult. 4 & de Regularibus tom.1.Conſult.85.& tom.9.Conſult.151.

DE RECVSATIONE IVDICIS REGVLARIS. Vide de Regular. tom.10.Conſult.83.item tom. 9. Conſult.151. & eodem tom.1. Conſult.85.

DE REGVLARIBVS.

*An, quandò non poteſt formari proceſſus prò declaratione nullitatis profeſſionis, iuxtà formam decreti Sac.Conc.Trid.*ſeſſ.25.cap.19.de Regul.*propter temporis, quod excurrit diuturnitatem; poſſit, ac debeat diſpenſari ſuper dicto decreto, & cauſa remitti Eminentiſſimo Vrbis Vicario, & Patri Generali Religionis prò dicta declaratione?* tom.1. Conſult. 4.

AFfirma. Primò: quia diſpenſationis difficillimę in iure ſcilicet diuino, vt in votis, & iuramentis, maxima difficultas implendi votum eſt cauſa ſufficiens, quod probatur ex vſu Eccleſiæ, quæ ſic proſpicit filiorum infirmitatibus, & eſt communis omnium Doctorum, vt teſtatur Sanchez *lib.8.de Matrim.diſp.*20.*num.*18. Si autem maxima difficultas eſt cauſa ſufficiens diſpenſandi, potiori iure impotentia, vel, vt aiunt, impoſſibilitas. Cum autem agatur in præſenti de lege humana, nimirum de prædicto Trid. decreto, nec tantum mediocris, aut etiam maxima difficultas intercedat dictum decretum ſeruandi, ſed vera impoſſibilitas, eaque non tantum moralis, ſed phyſica, non ſufficiens modò diſpenſationis, verum etiam neceſſaria cauſa cenſenda eſt.

Secundò: quia præfatum Tridentini decretum ex duabus partibus conſtat. Prima eſt, vt elapſo quinquennio, nulliter profeſſus non admittatur ad declarationem dictæ nullitatis. Altera eſt, vt ab Ordinario, & Superiore loci, in quo emiſſa eſt profeſſio, cauſa iudicetur. Quod ſpectat ad primam decreti partem perſpicuum eſt ex ipſo vſu ſæpè, ac ſæpius ab Eccleſia ſuper illa diſpenſari, quandò iuſta, & probabilis cauſa mouet ad diſpenſandum, quandò ſcilicet Profeſſus reclamare non potuit, ſed eadem ratio æquè militat prò altera decreti parte, quandò nimirum obſeruari non poteſt, vt in hoc caſu.

Tertiò, & præcipuè id verum eſt cum cauſa iam affecta fuerit Sedi Apoſtolicæ ex reſcripto Principis, ex quo nulla iniuria fit Ordinario. Fagnan.*in cap.Verum de for.comp.à num.*25.*ad* 28. vbi multos citat, & expreſsa iura adducit, ac teſtatur ità reſolutum fuiſse in Sac. Congreg. à Sanctiſſimo ſpecialiter deputata die 14. Mart.1650.

Quartò: quia maximum damnum, præſertim ſpirituale, quod indè diſpenſandus pateretur, ſufficientem, præbet diſpenſationis cauſam, vt colligitur ex D.Tho:2.2.*queſt.*97.*art.*4.Gallieg.*de cognat.ſpir.cap.*22.*num.*7.

An Regulares renunciantes ſententia Rotali, et exequutorialibus, relaxatis prò obſeruatione ſuorum priuilegiorum, nempè diſtantię Cannarum inter alias Eccleſias ædificandas, ac ſimilium, incurrant aliquam pęnam Canonicam, præſertim ſi id faciant timore maioris mali? tom.1.Conſult.5.

VIdetur nullam pœnam incurrere. Etenim Extrauagans *Ambitioſæ de reb.Eccleſ. non alien.* non procedit in renunciatione eiuſmodi priuilegiorum. Pelliccion. *illuſtr. quæſt. lib.* 1 *queſt.*41.*cap.*29. Ea ratione: quia per hanc renunciationem res reuertitur ad ſui naturam, & ad ius commune, ideòque poteſt fieri conuentio ſuper hoc ſine authoritate Superioris. Abb.*in cap.veniens num.* 22. & ibi Add. *de pręſcrip.* Felin.*in cap.cum omnes num.* 8. *de conſtit.* qui plura exempla congerit.

Idque potiſſimum procedit, ſi Regulares coacti fuerint ad ità agendum propter timorem maioris mali euitandi: Renuncians enim priuilegio facit tantummodò actum nullum, ſed nullo iure cauetur, quod poſſit puniri.

Quod autem ſit nulla renunciatio propter metum, non poteſt in dubium reuocari. Canoniſtæ *in cap ſi de terra* 6.*de priuil.* vbi Hoſtien. *n.*3. Io:Andr.*num.*1.Dec.*num.*30. vbi de communi.

An Profeſſi Regulares, qui litteras latinas neſciunt, poſſint Regulam ſuæ Religionis è latino in vulgarem, et patrium ſermonem reddere? tom.1.Conſult.12.

REſp. id rectè fieri poſse. Debent enim intelligere omnia, quæ in Regula continentur, nè incidant in peccatum, aliquid omittendo, cum ſit materia grauis, quæ obligationem ſuaptè inducit ſub mortali.

Et in materia ferè pari habemus diſpoſitionem *l.*1.*§.fin.ff.de verb.oblig.* vbi ſancitur, quod in ſtipulationibus ità loquendum ſit, vt quiſque alterius intelligat linguam. Quod etiam docet Bart. *eod.loco num.*1. & Alex.*num.*8.

Exempla de hac re extant in pluribus Religionibus, præſertim S.Baſilij, & S.Auguſtini, ac Carmelitarum, quæ prius habuerunt Regulam, & Conſtitutiones materna lingua Tyrijs donatas. Quia dulcius ab vnoquoque ſuſcipitur, quod patrio ſermone narratur, vt probè ad rem dixit Caſſiod.*in Script.Diuin.*

Qui-

QVidam Religioſi iuſſi à Viſitatoribus generalibus, vt coram ipſis comparerent, & ſcripturas quaſdam conſignarent, non paruerunt, quia Superiores immediati Prouinciæ generaliter præceperant, nè aliquis eiuſdem Prouinciæ Religioſus dictis Viſitatoribus obediret; Quare ij putauerunt bona fide obediendum eſſe potius ſuis Superioribus immediatis, quam Viſitatoribus. Ob non comparitionem, & non conſignationem eiuſmodi declarati fuerunt excommunicati.

Quæritur:

An ſtante dicta bona fide, poſſint excuſari ab incurſu excommunicationis? tom. 1. Conſult. 16.

AFfirmatiuè. Quandoquidem neque in modo loquendi, neque in re eſt aliqua difficultas: Nam quoad modum loquendi Theologi in materia cenſuratum varias cauſas adducunt, quibus aſſerunt fidelis excuſari ab earum incurſu, vt ignorantiam, impotentiam, metum abſque vllo ſcrupulo vtentes hoc modo loquēdi. Homo excuſatur ab incurſu cenſuræ ob ignorantiam inuincibilem facti, vel iuris propter metum, propter impotentiam. Ità Filiuc. *de cenſur. tr. 1. cap. 8. num. 239. & ſeqq.* Bonac. item *de cenſur. diſp. 1. quæſt. 2. per tot.* & DD. quos citat, quibus alijs adſtipulantur.

Quod verò attinet ad rem, certum eſt, bonā fidem excuſare ab excommunicatione. Tum quia ex communi ſententia bona fides excuſat à culpa, & per conſequens etiam à cenſura. Tum quia bona fides, quemadmodum excludit contumaciam, ità etiam impedit nè locum habeat excommunicatio, vt docent communiter D. Tho. *in ſupplem. 3. p. quæſt. 21. ar. vlt. quæſt. 2.* Richard. *ar. 3. quæſt. 1.* ac alij. Tum etiam quia ignorantia inuincibilis, ſeù probabilis ſacti, vel iuris excuſat à cenſura. *cap. ſi verò* & ibi Gloſ. *v. Ignorauerit*. Filiuc. *l. c. à num.* 129 Ignorantia autem inuincibilis, ſeù probabilis, vel eſt idem quod bona fides, vel eam producit; Vndè inuincibiliter ignorans rem eſſe alienam, dicitur poſſeſſor bonæ fidei. DD. cit. ab eodem Bonac. *de contrac. diſp. 1. quæſt. 2. pun. 1. num. 1.*

An qui poſt mortem mandat ſuum corpus indui habitu Tertiariorum, ſit ſepeliendus in Eccleſia Regularium? Vide de Sepult. elect. tom. 1. Conſult. 17. Sum. num. 9.

An Prior Commendatarius teneatur Ordines ſuſcipere? Vide de Parochō tom. 1. Conſult. 19.

An legitimatus à Principe poſſit aſſumi ad dignitatem Generalatus? tom. 1. Conſult. 21. & vide etiam tom. 7. Conſult. 34.

AFfirmatiuè, ità quod, non ſolum poſtulari iuxtà terminos cap. *Innotuit de elect.* Sed etiam elegi poſſit, licet requiratur legitimatus, ſicut ad Epiſcopatum, & Archiepiſcopatum, quibus Generalatus æquipatatur *ad cap. Cum in cunctis de elect.* Nam pleniſſimè eſt legitimatus, & reſtitutus natalibus quoad ſpiritualia, illegitimè natus per Sac. Canones, ſiuè ius poſitiuum prohibita.

Contrà hanc ſententiam opponitur cum Mayolo *d. l. 1. de irregul. c. 14. num. 15.* Abb. *in cap. ad extirpandas de fil. presbyt. in fin.* qui citat etiam Raymundum, aſſerentibus, hunc abſque diſpenſatione non poſſe promoueri ad Epiſcopatum, ac proindè nec ad Generalatum: quia in cap. *In cauſis de elect.* præcipitur vt nullus fiat Epiſcopus, niſi ex legitimo Matrimonio fuerit procreatus. Ergò illegitimus, licet canonicè fuerit factus legitimus, ad Generalatum ſiuè ad Epiſcopatum promoueri non poteſt.

Hinc ità cenſuit Sac. Cong. Conc. his verbis:

Illegitimus Regularis, ſed ad inſtantiam Patris legitimatus in infantia per legitimationem ampliſſimam vigore facultatum Dominorum de Campegijs, non poteſt eligi Generalis in ſua Religione. 12. Mart. 1629.

An, & quomodò tranſitus de vna Religione ad aliam ſtrictiorem ſit de iure, & ex Sac. Conc. Trid. permiſſus? tom. 1. Conſult. 39.

REgula quidem eſt iure, Regularibus permitti tranſitum ad ſcrictiorem ex *cap. Licet* 18. vbi DD. communiter *de Regular. cap. ſanè c. Statutum eodem tit.* & nominatim tradit Gloſ. *cap. 2. v. Monachus 19. quæſt. 3. & in cap. Intelleximus in fin. de ſtat. & qual.* vbi Innoc. *num. 2.* Abb. *num. 1. oppoſ. 1.* ac alij.

Quæ ſanè regula intelligenda eſt, vt inquit Hoſtien. *in d. cap. Licet num. 9.* iuxtà terminos eiuſdem cap. licet, vbi ità habetur: *Debet tranſeundi licentiam poſtulare, nè bonum obedientiæ contemnere videatur.*

Prætereà d. regula procedit concurrentibus hiſce requiſitis. Primum, quod tranſitus fiat mero ſtudio, & zelo perfectioris vitæ, non autem temeritate, lenitate, odio, contemptu, vel alia qualibet animi perturbatione, vt indicant verba ipſius *cap. Licet. nec non ſtatuimus 19. quæſt. 3.* vt vtrobique firmant DD. ſpeciatim Abb. *in cap. Licet num. 2.* Hoſtien. *num. 7.* ac alii.

Ideò tranſiens tenetur cauſam exprimere ſuo Prelato, & iſtam ille ponderate, vt notat Io: And. *in eodem cap. Licet*, & ibidem Innoc. *num. 1.* Card. *num. 14.*

Secun-

Secundum requiſitum eſt, vt procedat petitio licentiæ à ſuo Prælato Regulari, vt apertè diſponitur *in d. cap. Licet.* Abb. *num.* 2. *&* 11. Hoſtien. *num.* 15. ac alii; Aliàs poteſt Prælatus Regularis ſuum ſubditum ad Religionem vindicare ex *d. cap. Mandamus 19. quæſt.* 3. & docent *in d. cap. Licet.* Abb. *num.* 10. *&* 15. Hoſtien. *num.* 5. *&* 7.

Tertium requiſitum eſt, vt ex tranſitu prima Religio iacturam, ſeù læſionem non recipiat, vt aſſerunt benè in *eodem cap. Licet.* Abb. *num.* 12. Hoſtien. *num.* 5. *&* 12. Io: And. *num.* 1. & plures alij ab alijs relati.

Quapropter Sac. Cong. Conc. ſequendo declarationem antiquam ſub anno 1583. cenſuit in vna *Rothomagen.* die 18. Iul. 1648. & in vna *Venetiarum* die 17. Iul. 1649. tranſitum ad ſtrictiorem permitti non debere, niſi petita licentia à ſuo Prælato Regulari, & quatenus conſtet, fieri mero zelo maioris perfectionis vitæ, auditis Superioribus eiuſdem Religionis, à quà receditur circà cauſam huiuſmodi tranſitus, nec non quatenus iactura ipſius Religionis ceſſet, cum inquiunt Anchar. *in d. cap. Licet num.* 7. Butr. *num. item* 7. *in fin.* Card. *num.* 4. præſumatur, in dubio, tranſitum vt plurimum fieri ex leuitate, vel alia ſimili cauſa, non autem ex mero zelo, & quod Angeli Satanæ ſæpè ſe conforment in Angelos lucis.

An Canonici Regulares Ordinis Præmonſtratenſis, & ſimiles ſint capaces Eccleſiæ Parochialis, ſaltem Iuriſpatronatus? Vide de Paroc. tom. 1. Conſult. 44.

An, deferente Epiſcopo aliquam Sanctorum Reliquiam, etiam Protectoris Ciuitatis, ſiuè Patroni in publica ſupplicatione, ſi tranſeat ante Monaſterium, vel Eccleſiam alicuius Ordinis Mendicantis, vel alias Regularis, teneantur ijdem Regulares exire domo, ſeù Eccleſia, & Reliquiam etiam cum thurificatione venerari, & an ad id cogi poſſint, aut debeant? tom. 1. Conſult. 53.

NVllibi, quod viderim, in Sacris Canonibus cautum eſt, quod Regulares exeant domo, vel Eccleſia prò hac thurificatione. Ex quibus cenſeo, huiuſmodi egreſſum venerationem, ac thurificationem eſſe quidem piam, ac Religioni, Religioſiſque viris conſentaneam, non tamen neceſſariam, ac proindè poſſe Epiſcopum Regulares hortari, non tamen cogere, maximè exemptos, ac peculiaribus priuilegijs Sedis Apoſtolicæ præmunitos. Facit ad rem exemplum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramenti quod licet aſſiduè ab ijs, qui ſupplicationibus interueniunt, thurificetur, non tamen ab illis, ante quorum Eccleſiam defertur, ſolet thurificari.

Vtrum poſſit licitè, ac iuſtè recuſari Viſitator Regularis miſſus à Generali? Et quid de ſententia lata poſt recuſationem? to. 1. Conſult. 85. Item vide fusè tom. 9. Conſult. 151. ac tom. 10. Conſult. 83.

AFfirmatiuè. Quandò nimirum conſtat iniquè ſe gerere Generalem, aut velle ſe gerere contrà bonam famam, & opinionem alicuius Religioſi. Ità expreſsè habetur *in cap. ſiquidem contrà Clericum de for. comp. & cap.* 2. *Requiris, & cap. cum ſpeciali de appell.* vbi Hoſtien. *num. vlt.* Io: And. *num.* 18. Burr. *num. fin.* ac alij. Et declarauit Sac. Cong. Epiſc. & Regul. in vna *Ordinis S. Auguſtini* die 22. Nouemb. 1616. Vbi etiam habetur, quod cum aliquis Superior localis recuſauerit aliquem Viſitatorem, vt ſuſpectum, ſi Viſitator, dum eliguntur arbitri, procedat ad aliquem actum, attentat, ac proindè debent omnia geſta poſt allegationem ſuſpicionis in priſtinum reſtitui, quandò præſertim fuit appellatum ab vlteriori proceſſu, & fuerunt electi arbitri. Dec. *in d. cap. cum. ſpeciali in fin.* Alex. *conſ.* 89. *lib.* 1. *num.* 5. Rom. *conſ.* 220. *num.* 3. Lancell. *de attent. p.* 2. *cap.* 6. *à num.* 4.

Recuſationis autem cauſa eſt ſuſpicio de P. Generali mittente Viſitatorem. Cauſæ verò ſuſpicionis ſunt multæ, præcipuè inimicitia inter ipſum Generalem, & ſubditum Prouincialem, vel magna coniunctio Generalis cum parte contraria, vel ſi partialiter ſe gerat contrà alios, præſertim quandò ille Prouincialis eſt bonæ famæ, & tendit ad reformationem ſuæ Prouinciæ. Item ſi Generalis eſt commenſalis partis contrariæ d. Prouinciali. Ità Syluest. *v. Recuſare.* Peyr *in formul. lit. R. cap.* 2. *num.* 2. Et cenſuit Sac. Cong. Epiſc & Regul. in vna *Burgi S. Sepulcri* die 30. Octob. 1612. & in vna *Fanen.* die 20. Nouemb. 1646.

Ratio eſt, quia ceſſat finis Viſitationis iuſſæ per Conc Trid. *ſeſſ.* 13. *cap.* 1.

Notandum tamen, non eſſe neceſſariam cauſam ſuſpicionis debere aſſignari à recuſante in ſcriptis coram Iudice, ſed ſufficere, ſi fiat oretenus, quia ius in d cap. cum ſpeciale, vbi traditur forma recuſationis, id non exigit. Ità Portell. *in reſol. p.* 1. *conſ.* 22. *num.* 6. Peyr. *loc. cit. cap.* 2. *num.* 2. ac alij.

An hæc recuſatio poſſit fieri coram Protectore Ordinis, & Protector poteſtatem habeat reuocandi talem Viſitatorem? Reſp. affirmatiuè cum Lezana *tom.* 2. *cap.* 2. *num* 8. ex Conſt. Pauli V. & Vrb. VIII. & Greg. XIII. *Si autem à Prælatis ſuis grauari prætendant ad ipſius Ordinis Protectorem, ſicut antiquitus ſemper conſuetum fuit, recurſum habeant.* Et Sac. Cong. Epiſc. & Regul. clarius id declarauit apud Conſtitium *in ſum. priuil. Maris Magn. tit.* 6. *Fratres grauati à Generali, ad Protectorem recurſum faciant.* Ac Clem. VIII. id declarauit in Conſtitutione ſua 110. ac Sixt. V. in ſua Conſt. *ad Romanum ſpectat in* 2. *tom. Bull. num.* 71.

Sen-

Digitized by Google

Sententiam veeò latam poſt recuſationem, & appellationem eſſe nullam peobatur ex Gloſ. *in cap. Quoties 2. quaſt. 6. cap. Quia ſuſpecti 3.4.5.* traditque Roman. *conſ.220. num.7.* Borg. Caualc. *dec.33.p.3.* & pluries decisum fuie in Rota, præſertim in *Hiſpalen primitiarum* e5. *Ian.* 1618. *coram Pamphilio & dec.2.num.17.p.2. & dec. 165.num.2.p.6.recen.*

An *Commendatarius Monaſterij iam Regularis, cui annexa eſt cura animarum, teneatur ad reſidentiam, & per ſeipſum curam exercere?* Vide de Reſidentia tom.1. Conſult,86.

1 *An Regularibus, qui è Religione egreſſi ſunt, non ex ſua culpa, cum de ſua innocentia iuridicè conſtet, ſed ex acerbiſſimo, atque etiam notiſſimo Superiorum odio, quam ob cauſam reditus ad Religionem, eſt illis moraliter impoſſibilis, poſſit iuſtè imponi obligatio migrandi ad alium Regularem Ordinem?* Et

2 *An vllum eſſe poſſit inconueniens, ſi eiuſmodi Regulares eximantur ab obedientia, & iuriſdictione Religionis, & conſtituantur ſub iuriſdictione Epiſcoporum?* tom. e. Conſult, 87.

AD 1. Negatiuè. Primò probatut auctoritate, & communi conſenſu Doctorum. Nam Roderic. *tom.1. quaſt Regul.quaſt.3. ar.2.* Lezan, *v. Apoſtata num.3.* Bonac. *de Clauſur. quaſt.32. 12.§.4.* ac alij docent Profeſſis eiectis ex aliquo Regularium Ordine obligationem migrandi ad alium Ordinem, non poſſe vlla auctoritate imponi; Si igitur non poteſt ea obligatio imponi eiectis, quibus ob grauem culpam poteſtas adepta eſt fruendæ ſuæ Religionis, quo iure illa imponi poterit innocentibus profeſſis, quibus ſine ſua culpa, aliorum iniuſto odio, & iniqua perſecutione reditus in Religionem lactus eſt impoſſibilis?

Secundò probari poteſt eationibus conuincentibus, quæ afferuntur à dictis Doctoribus. Primò eſt eiectos ad ingreſſum alterius Ordinis compelli non poſſe, idcircò, quod, vt dicit Suarez per profeſſionem ſuam non ſe obligarunt ad aliam Religionem, quam ad ſuam. Per ipſos autem non ſtat, quominus in ſua Religione viuant. Eiectio enim debet eſſe inuoluntaria exparte eiecti. Quo igitur iure obligari poſſunt ad aliam Religionem profeſſi, quam non vouerunt, cum ſua Religio ſit illis facta impoſſibilis alieno vitio, non ſuo, cuius contrarium eſt in eiectis?

Secunda ratio affertur à Suarez, & alijs, quod ad ſtatum ſupernaturalem, & cõſilia Chriſti nemo teneri poteſt, niſi ad id, quod ſe voto obligauerit. Eiecti autem non vouerunt aliam Religionẽ, quam ſuam, ſicut qui promiſiſſet ingredi determinatam Religionem, & in illa non reciperetur, non teneretur aliam quærete quia ad vnam ſolam ſe obligauit.

Ad 2. Nullum eſſe inconueniens, ſi profeſſi eximantut ab obedientia, & iuriſdictione Religionis, & conſtituantur ſub iuriſdictione Epiſcoporum.

Incommoda, quæ obijci poſſunt, videntur commodè reduci ad quatuor capita. Vel ex parte vototum, & profeſſionis ſolemnis, vel ex parte Religionis, vel ex ædificatione publica, vel denique ex nouitate, & exemplo ſingulari. Quare breuiter, & dilucidè demonſtrandum eſt, num ex dictis capitibus inconueniens meritò, & prudenter opponi poſſit?

Ac primò nullum eſſe inconueniens ex parte votorum, ſiuè profeſsionis ſolemnis facilè eſt oſtendere: Nam quod attinet ad vota paupeetatis, & caſtitatis nulla opus eſt diſpenſatione, cum profeſſi in eorum obſeruantia cum Dei gratia cupiant perſeuerare. Quod autem attinet ad votum obedientię erga Supeeiores Religionis, opus eſt quidem diſpenſatione, vel in ſubſtantia eius voti, vel in eius vſu, & exercicio; Sed neutro ex capite vllum inconueniens duci poteſt. Nam quod attinet ad diſpenſationem in eius ſubſtantia, poteſtas eſt in Sum. Pont. ad eam concedendam, cum adſit cauſa ſufficiens, nempè impoſſibilitas motalis ad reditum in Religionem.

Nec etiam habet vllum inconueniens diſpenſatio in uſu, & exercitio eius voti, nam vt docet Suar, *tom.4. de Relig. tr.8. lib.3. cap.7. num.* 150. illa concedi poteſt cum facultate manendi extrà domos Ordinis ob maiorem quietem, & quaſi gratificationem laborum Regularis, vel ad poſtulatum alicuius Prælati, etiam ſine magna neceſſitate, ſunt eius verba.

Secundò probatur, nullum eſſe inconueniens ex parte Religionis. Tũ quia nulla in eo Religioni fiet iniuria quia Religioſi dederunt ei iniuſtã cauſam. Tum etiam quia in d. perſecutione Superiores id, ad quod tenebantur vi contractus mutui, qui includitur in profeſſione ipſi violarunt. Ideò non fit Superioribus iniuria. Tum quia primarius finis Religioſæ profeſſionis, vt docet Suarez *l.c.tr.8.lib.3.c.8.n.3.* cum D. Tho. *2.2.q.188. ar.8.* non eſt bonum Religionis, ſed bonum, & perfectio vouentis. Sed bonum profeſſorum, imò abſoluta neceſſitas poſcit diſpenſationem. Ergò illa diſpenſatio non eſt iniurioſa Religioni: Tum quia, vt docet Suarez. *eodem loco tom.3. lib.11. cap.3. num.6.* cum cæteris Theologis, promiſſionis obligationem ceſſare, quandò contingit tanta mutatio circà ſtatum promittentis.

Tertiò probatut, nullum adeſſe inconueniens ex parte ædificationis. Primò enim Religioſorum propoſitum eſt, Deo, & Deipara iuuantibus, non minus religioſè, & piè viuere, quam in Religione vixerunt, & eius propoſiti fidem facere poteſt eorum vita in Religione, & deindè fortaſſis alibi acta. Secundò propoſitum eſt profeſſorum, non ſolum viuere piè, ſed etiam in communi. Tres enim, vel quatuor,

vt

vt eſt in iure faciunt, Collegium, nec deerunt alij, qui ſe adiungant, huiuſmodi autem genus vitæ nihil habet diſcrepans ab ædificatione.

Quartò probatur, nullum eſſe inconueniens ex parte nouitatis, aut exempli ſingularis: Nam primò eiuſmodi diſpenſatio communis eſt cum eiectis, alijſque vt dictum eſt, nec habet ſingularitatem in profeſsis, aut nouitatem, niſi in cauſa, hoc eſt ad innocentiam iuridicè probatam eiuſmodi diſpenſatione ab oppreſsione protegendam. Quæ ſingularitas cauſæ, vt ſuprà probatum eſt, concludit, eiuſmodi diſpenſationem profeſsionis ſingulariter, ac præ cæteris concedendam.

Regularis, completo probationis anno, in Conuentu tamen ad Nouitiatum non deſignato, emiſit iuxtà Conſtitutiones, & more Religionis profeſſionem expreſſam, & vti profeſſus perſeuerauit in eadem Religione vltrà quinquennium; quo tempore cum licentia Prouincialis egreſſus prætextu nullitatis profeſſionis, eò quod Nouitiatum non fecerat in Conuentu deſignato, & de licentia Vicarij Epiſcopi, Matrimonium per verba de preſenti contraxit, aſſerens illud contraxiſſe, attenta d. licentia Prouincialis, ſimpliciter conceſſa egrediendi ob ſupradictam nullitatem, licet ab aliquibus audiret, quod neceſſè erat licentiam obtinere à Sede Apoſtolica. Qua ſerie facti ſuppoſita. Quæritur:

An eidem Regulari obſtet decretum Vrbani VIII. die 5. Ian. 1636. ex ſententia Sac. Congregationis Conc. editum, de quo alibi, ità vt tanquam profeſſus remaneat Religioni adſtrictus, nec ab ea exire, & multò minus validè Matrimonium contrahere potuerit?

2 An d. *Prouincialis, qui licentiam exeundi, & Vic. Generalis Epiſcopi, qui licentiam Matrimonij contrahendi dederunt, in pœnas inciderint in eodem decreto expreſſas?* tom. 1. Conſult. 88.

Quoad primum quæſitum. Vide etiam Conſultat. 146. eiuſdem tomi, vbi latè, ac tom. 6. Conſult. 43.

Ad primam partem dubij vrget pro affirmatiua, vt d. decretum obſtet, atque adeò d. Regularis remaneat Religioni perpetuò adſtrictus: Nam licet in eo decreto explicitè non dicatur exire volentes poſt quinquenniũ prætextu nullitatis profeſſionis, id tamen virtualiter continetur, dum ſemel, iterum, atque tertiò illos exprimit profeſſos, eiſque poſt quinquennium adimitur poteſtas dicendi quoquo modo de nullitate receptionis, & profeſſionis, & tanquã Apoſtatas mãdat puniri, & prò talibus haberi relatiuè ad decretum de Apoſtatis, & eiectis, in quo ſupponitur eſſe profeſſos, & Religioni perpetuò adſtrictos. Vel ſaltem vti caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis. *Cap. ſuſceptum de reſcrip. in 6. cum ſimilibus*, & Rodriquez *tom. 3. quæſt. Regul. 17. ar. 1. & 2. circa fin.* Mirand. *in manual. Prælat. tom. 1. quæſt. 24. poſt med.* de iure autem communi emittens profeſſionem nulliter, ſi perſeuerat in Religione poſt annum completum, per tacitam profeſſionem efficitur Profeſſus, per tex. *in cap. ex parte 29. de Regul. cap. 1. §. ſi verò eodem tit. in 6.* cum alijs. Ac cenſuit eadem Sac. Cong. Conc. in ſequenti declaratione, ac in alijs ſæpè.

Die 29. Mart. 1578. Sac. Cong. Conc. cenſuit, quod profeſſio expreſſa fuerit nulla, ex quo tamen poſt expletum annum probationis permanſit in habitu regulari per duos, vel tres annos, cenſeri tacitam feciſſe profeſſionem, & dici profeſſum.

Secunda verò pars dubij remanet reſoluta ex ipſo decreto Vrb. VIII. verſ. *ſi verò ijdem, vt ſupra recepti*, cum d. decretum fuerit iuſſu Sum. Pontificis tranſmiſſum, & notificatum omnibus Nuncijs, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Superioribus Ordinum, eiſque iniuncta obſeruantia, & notificatio, qui retulerunt, illud exequutos fuiſſe.

Atque ità Sac. Cong. Conc. in vna *Salutiarum* die 4. Martij 1651. præuia matura diſcuſſione, cenſuit, ſupradictum decretum Sa: me: Vrb. VIII. die 5. Ianuar. 1636. ex ſententia eiuſdem Sac Congregationis editum, obſtare in caſu, de quo agitur; Mulierem tamen poſſe in iuribus ſuis audiri, Prouincialem incidiſſe in pœnas in eodem decreto expreſſas; Vicarium verò eſſe prius audiendum, & ità referendum Sanctiſſimo, omneſque Eminentiſſimi Patres, excepto Cardinali de Lugo, cenſuerunt in d. decreto Vrbani VIII. permiſſum eſſe, & admitti profeſſionem tacitam.

Extat hæc Regularis Conſtitutio: Si quis defectum illegitimitatis cælauerit, ſtatim ac ſciatur, expellatur, etiam ſi profeſſionem emiſerit. Congregationis quippè animus eſt, eos, qui prædictum defectum patiuntur, & cælant, ad profeſſionem non recipere. Ex his quæritur:

1 An

1 *An profeſſio cum tali impedimento emiſſa ſit nulla?*

2 *An, data nullitate, liceat Religioni ſic nulliter profeſſum expellere abſque interuentu Ordinarij, & non ſeruata forma præſcripta in Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 16. de Regular?* tom. 1. Conſult. 89.

AD 1. Videtur affirmatiuè reſpondendum ex perſpicua Conſtitutione Religionia confirmata à Sum. Pont. Conſtitutio verò excludẽs à Religione illegitimè natos non eſt contrà, ſed ſecundum ius, cum tales in peccato geniti, vt plurimum ſoleant eſſe imitatores, & hæredes incontinentiæ paternæ, vt proindè ad Sacri Altaris miniſterium ſint inhabiles, niſi diſpenſentur, *vt in c. 1. d. 56. cap. 1. de fil. presbyt. in 6. cum concordantibus*. Et licet ingreſſus in Religionem per argumentum ex d. Canonibus inductum, videatur eis permiſſus; tamen permiſsio eſt contrà Conſtitutiones Religionis, quæ non dicuntur contrà, ſed præter ius, vt in materia Conſtitutionum Synodalium eſt axioma protritum, maximè ſtante Conſtit. 71. Sixti V. ingreſſum Religionis preciſè illegitimis prohibente.

Atqui etiam ſi nullitas profeſsionis non reſultaret ex Conſtitutionibus Religionis conſideratis tanquam legibus, reſultat ſanè ex illis tanquam continentibus proteſtationem, quod ſcilicet animus Religionis eſt illegitimos ad profeſsionem non admittere; Cum enim profeſſio ſit contractus inter profeſſum, & Religionem, vtriuſque conſenſum requirens, certè non poteſt valere, ſi deficiat conſenſus vnius. Nauar. *conſ. 27. n. 2. & 11.* Sanch. *diſp. 37. nu. 30.* alijque communiter.

Ad 2. Pariter affirmatiuè reſpondendum videtur quia magis recepta ſententia eſt, decretum Conc. Trid. procedere in nullitate proueniente à iure communi; non autem ex peculiaribus Conſtitutionibus, ſiuè Statutis Religionis, inducentibus impedimentum perpetuum. Tunc enim ratione plurium inconuenientium exindè reſultantium, nè decretũ Conc. emanatum fauore Religionis retorqueatur in eius odium, probabilius eſt, illum non habere locum, vt ex Nauar probat Sanch. *d. diſp. 37. num. 31.* & docet Rodriq. *d. quæſt. 11. ar. 2. ac alij*.

Secundò: quia, dato etiam, quod decretum Concilij, tanquam generale comprehenderet nullitatem ex quacumque cauſa prouenientem; attamen id procedit in caſu, de quo loquitur, nimirum quandò Religioſus vult impugnare profeſsionem, non quandò Religio vult dimittere nulliter profeſſum. Ideòque cum Concilium in ea parte, qua requirit interuentum Ordinarij, ſit exorbitans, quia dat cognitionem Ordinario in cauſis Religioſorum, qui ab eius iuriſdictione ſunt exempti, quorum cognitio anteà ſpectabat ad propriũ Prælatum regularem, tanquam Ordinarium Religioſorum, non extendendum de caſu ad caſum, iuxtà regulas vulgares, & præcipuè vbi concurrit diuerſitas rationis, quæ in hoc caſu videtur manifeſta.

Hæc quidem opinio, quamuis minùs à veritate videatur abeſſe, mihi tamen ſatis probatur ſententia contraria, quæ planè eſt conſentanea menti Sacrorum Canonum, & Sac. Conc. Trid. Quare, omiſſa diſcuſsione, an ſit plenè, & concludenter probata prætenſa illegitimitas, qua de re latè, & pulcrè poſt alios Sperell. *to. 2. dec. 175.* à num. 12. contrà d. ſententiam electionis vrget, quod profeſsio in Religione etiam per illegitimos emiſſa ſuſtineatur, tam de iure communi, Cap. *dec. 56. de fil. Presbyt.* ea ratione, quod filijs non poſſunt iniquitates parentum obeſſe. Bordon. *in tr. de profeſſ. cap. 2. quæſt. 52.* quam ex Conſtitutionibus Greg. XIV. & Clem. VIII. reducentibus Conſtitutionem Sixti V. ad terminos iuris communis, iniungendo Superioribus Regularibus, vt inquirant diligenter ante admiſsionem, & profeſsionem de legitimitate. Lezan. *in ſum. tom. 1. cap. 24. num. 21.* &c.

Vndè, licet in Conſtitutione huius Religionis permittatur, poſſe illegitimos à Religione eijci, huiuſmodi tamen permiſsio intelligitur ad præſcriptum Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 25. de Regul. cap. 19.* vt ſcilicet præcedat declaratio Ordinarij, & Superioris Regularis coniunctim, cum diſpoſitio *d. cap. 19.* locum habeat in quacumque inualiditate profeſsionis, ibi: *Quacunque de cauſa*. Et ità declarauit Sac. Cong. Conc. in vna *Neapolitana* mox adducenda.

Ac etiam quando profeſſus exire non vult è Religione, ſed Religio vult Profeſſum à Religione expellere, vt cenſuit eadem Sac. Cong. in his declarationibus:

In *Neapolitana* die 16. *Decemb.* 1617. *Eminentiſſimi Patres Sac. Conc. Trid. Interpretes ex communi omnium ſententia cenſuerunt, decretum eiuſdem Sac. Conc. cap. 19. ſeſſ. 25. de Regul. vendicare ſibi locum, non modò cum Profeſſus nullitatem ſuæ profeſſionis allegat, cauſaſque deducit; Verum etiam cum Superiores ipſi ex ſe illum eijcere, tanquam inualidè profeſſum: Referendum tamen Sanctiſſimo D. N. qui die 18 eiusdem in Conſiſtorio probauit ſententiam Sac. Congregationis.*

Idem cenſuit die 28. Auguſti 1621. Idem in *Firmana* die 13. Nouembris 1638. in qua Congregatio iuſſit, profeſſum eſſe ad habitum eiuſdem Religionis reſtituendum. Et in terminis de illegitimitate in vna *Neapolitana Diſcalceatorum* die 15. Nouembris 1653. declarauit, obſeruandam eſſe formam Sac. Conc. Trident. vnà cum Ordinario.

Quæ quidem rationes nituntur ea potiſſimum ratione, quod Sac. Conc. iuſſit, Ordinarium in hoc iudicio adhiberi, quia Regulares, qui agunt cauſam ſuæ Religionibus, non habuit prò Iudicibus vndequaque integris: Nam quoties declaratio inualidatis profeſſionis cederet in damnum Religionis, Superiores non

Nn   eſſent

Digitized by Google

eſſent faciles ad ſententiam nullitatis ferendam. Contrà verò procliuiores eſſent ad iudicium inualiditatis, ſi profeſſus eſſet moleſtus, rixoſus, odioſus, vel alias non vtilis Religioni. Siquidem experientia docuit, Regulares conſueuiſſe multoties expellere etiam legitimè Profeſſos prætextu incorrigibilitatis, eum re-vera tales non eſſent, ideòque editum fuit poſt diutinam, & maturam deliberationem decretum de Apoſtatis, & eiectis. Ac propterea Sacrum Conc. voluit, adhiberi Ordinarium in Coniudicem exemplo legis ciuilis, vt in *auth. ſi verò contingerit C. de iur. Ord.* & iuxtà conſilium Oldradi 147. cum ibi adductis.

Et ità declarauit in pari caſu Sacra Congregatio Conc. die 23. Ianuar. 1666. in vna *Eremitarum Camaldulentium Profeſſionis*. Cum enim enarratum fuiſset, quod inter cętera, quæ ſtatuta ſunt in Conſtitutionibus Patrum Eremitarum Congregationis Camaldulenſium per Sedem Apoſtolicam, cum clauſula tamen: *Dummodò Sacris Canonibus, & Conc. Trid. decretis non aduerſentur, &c. confirmatis*, habentur infraſcripta omiſſis, &c.

Se qualch'vno ſi riceuerà, che non habbia paleſato di neſſer ſtato Nouitio d'altra Religione, ò taciuto, che habbia alcuna infermità graue, & incurabile, ò contagioſa, ancorche faceſſe profeſſione, ſia nulla, come fatta contro la volontà, e conſenſo di quelli, che l'hanno riceuuto, e ſi ordina, che ſubito ſia mandato via, &c.

Ad conſulendum Monaſticæ ſui Ordinis diſciplinæ, & ad ſuotum Monachorum religioſam tranquillitatem ſeruandam ſupplex petijt Procurator Generalis Eremitarum Camaldulenſium, vt Sacra Congregatio declarare dignaretur:

1 An, ſi quandò comperiatur, Nouitium ex præſcripto Conſtitutionis interrogatum aduerſus ipſam commiſiſſe, impedimentum occultando, poſſit idem Nouitius poſt emiſſam profeſſionem illicò per Superiorem expelli?

2 An verò in hac quoque facti ſpecie ſeruanda ſit forma decreti Sac. Conc. *in cap. 19. ſeſſ. 25. de Regular?*

Sacra Congregatio reſpondit; *Poſſe, ſeruata forma Concilii.*

An Collegiata ſecularis, per vnionem factam Congregationi Regularium, remanſerit extincta? Vide de Capitulo tom. 1. Conſult. 90.

De præcedentia Generalium Mendicantium, & Monachorum in Capella Pontificia. Vide de Præcedentia tom. 1. Conſult. 105.

An donatio quorundam bonorum titulo eleemoſynæ facta Religioni, in quam quis poſt 15. vel 20. dies ingreditur, & deinde poſt alios 15. ex illa diſcedit, ſit iudicanda perpetua, itàut non poſſit amplius per ipſum reuocari? tomo 1. Conſ. 106.

Affirmatiuè: Quia etiam in donatione facta Monaſterio ab ingredi volente, tanquam facta inter viuos, non reuocatur, quandò poſteà donans ex eo egreditur, ſed adhuc remanet penes Monaſterium. Ità Gloſ. *vlt. in cap. Quod à te de Cler. coniug.* vbi Anan. *n. 6.* Hoſtien. *in cap. in præſentia num. 14. de prob.* Quod, & quandò donatio non eſt immenſa, nimirum omnium bonorum, tenuit Abb. *in d. cap. Quod à te num. 6.* Vbi ait, quod ſi expreſsè quis donauit omnia bona à ſua in ingreſſu Religionis, à qua receſſit, tunc donatio reuocatur, quia non eſt veriſimile, quod ſe de omnibus bonis ſpoliaſſet non tranſeundo, ideòque reuocat, recedendo. Quod ſi donauit aliqua bona, tunc videtur donaſſe, non cauſa ingreſſus. Idem *in cap. cauſam 14 de probat. n. 4.* Card. *cap. ſtatuimus quaſt. 4. de Regular.* Armil. Angel. Syluest. Roſel. & alij apud Sanch. *in decal. lib. 7. cap. 1. num. 4. & ſeq.*

An promiſsio, ſiuè donatio facta à Patre Monaſterio, in quo ſuus filius adhuc Nouitius exiſtit, ſit contrà decretum Sacri Conc. Triden. ſeſs. 25. cap. 16. de Regular. atque adeò nulla, etiam ſi facta ſit inter viuos, ac ac bonis propriis ipſius donantis, ſitque habitura effectum poſt profeſſionem? tom. 1. Conſul. 109.

Dicendum eſt, eſſe validam: Nam ponderandum eſt, quod Sac. Concil. in hoc non diſponat expreſsè; Quare licet hoc dilemmate argumentari.

Vel Sac. Conc. illas iuri communi remittit, vel ſaltem tacitè, & interpretatiuè de iiſdem diſponere cenſetur. Si primum, non eſt cur ex hoc capite de iiſdem promiſſionibus, ſiuè donationibus ambigatur, aut de illorum validitate, aut nullitate. Si ſecundum dicatur, tunc illius tacita mens ex illis, quæ expreſsè habet con ijcienda venit, & hæc eſt vera legis interpretatio, ſiuè argumentalis, & illatiua explicatio. Caſtr. *conſ. 338. num. 2.* Fagnan. *in cap. Quoniam de conſtit.* Ab eo ſcilicet, quod lex definit expreſsè circa vnum, & à ratione, qua id ſtatuit, colligitur illud, quod propter eandem rationem circa illud ſtatuiſſet, ſi de illo expreſsè diſpoſuiſset. Et hoc eſt tacitum legis ſenſum, eiuſque mentem interpretari. Sed Conc. *d. cap. 16. ſeſſ. 25. de Regul.* non prohibet pro-

promiſſiones, vel oblationes tempore probationis Nouitij Monaſterio factas, nec illas abſolutè reijcit, ſed permittit expreſsè ipſis quaſcumque promiſſiones, & obligationes cuiuſcumque de licentia Ordinarij facere, quæ in terminis eiuſdem Conc. non intelliguntur effectum ſortiri, niſi ſequuta profeſſione. Et hoc quia ſic ceſsat ratio Concilij alias prohibentis, cum per id ſufficienter conſulatur profeſſionis libertati, quæ fuit vnica finalis cauſa decreti. Igitur vel nihil ſtatuitur, etiam tacitè de parentum promiſſionibus, ſed iuri communi relinquit, vel vtique tacitè, & interpretatiuè illas concedit parentibus de proprijs bonis factas, cum vtrobique, imò à fortiori ceſſet ratio legis; Tacitum enim reſultans ex expreſso ceſſat, ceſſante expreſſo. *l. 3. §. fin. ff. de ſeru. reſtit.* Caſtr. *conſ. 196. num. 3. lib. 2.*

Atque adeò donationem, ſiue promiſſionem eiuſmodi fuiſse validam declarauit Sacra Congregatio Concilij in vna *Mediolanen. donationis* 11. Martii 1662.

An Profeſſus in vna Religione transiens ad aliam, quæ dubitabatur, vtrum fuerit approbata à Sede Apoſtolica, à qua deindè ſuppreſſa fuit, teneatur redire ad primam, vel ingredi aliquam Religionem approbatam? tomo 1. Conſult. 112.

NEgatinè: Quia, cum huiuſmodi Religioſus de conſenſu primæ Religionis, & cum licentia, & authoritate Sacræ Congregationis ad ſecundam ritè, & legitimè tranſierit, vtique remanſit omninò ſolutus, & liber à votis, & vinculis prioris Religionis, & ipſa pariter libera ab obligationibus ergà eum contractis. Ità Sanch. *in decal. lib. 6. cap. 7. num. 86.* Bordon. *de profeſs. Regul. cap. 2. quæſt. 72.* Bonac. *tom. 1. tr. de Clauſur. quæſt. 2. pun. 9. §. 4. difficul. 1. n. 1. & 3.* alijque.

Quod adeò verum eſt, vt prior Religio poſt emiſſam validam profeſſionem in ſecunda, non tenetur amplius recipere, vel alere transeuntem, ſi ad ipſam redierit. Silueſt. *v. Religio 4. quæſt.* 5. Sanch. *loco citato num.* 104. Bonac. *ſup. num.* 4. & alij.

Quin etiam caſu, quo ipſe vellet ad priorem licitè redire poſt emiſſam profeſſionem in ſecunda indigeret noua profeſſione, perindè ac ſi de nouò afficeretur Religioſus. Quia priora vota remanſerant extincta per profeſſionem in ſecunda Religione, ideòque neceſsè eſt, vt reuerſus ad priorem iterum profiteatur, ſeque ſubijciat illius Superioribus, à quibus ſe exemerat. Bordon. *ſuprà cap. 2. num. 72. & reſol. 57.* & concinit. Donat. *ibidem quæſt. 52. num. 11.* ex Canoniſtis aſſerit Panorm. *in cap. Abbate nu. 5. de verb. ſignif.*

Idque quidem perſpicuè habetur ex diplomate ſuppreſſionis iſtiuſmodi Religionis. Ex quo enim liquet, Pontificem cogitaſſe, ac ſciuiſſe, quod in dicta Religione aderant tranſlati ex aliis Religionibus, vt oſtendunt illa verba: *Ex aliis Religionibus, etiam Mendicantium profeſſos ad ſe tranſeuntes recipere conſueuerint.* Item, quod Religio ſuppreſſa non eſſet approbata à Sede Apoſtolica, ibi; *Et quamuis de ſui fundatione, & erectione huius Sedis Apoſtolicæ auctoritate legitimè facta per ſcripturas, & relationes nuper exhibitas minimè docuerit.* Et tamen, his non obſtantibus, voluit, & diſpoſuit, quod omnes recepti in dicta Religione poſſint viuere in ſeculo ſub poteſtate Ordinariorum, ibi: *Congregationem huiuſmodi perpetuò ſupprimimus & extinguimus, ac Religioſos Congregationis ſuppreſſos huiuſmodi, qui in eadem Congregatione vota Regularia emiſerunt, quoad vixerint omnimodè iuriſdictioni, & obedientiæ Ordinariorum locorum ſubiicimus.*

Quibus verbis intelliguntur liberi à Religione, & ſubiecti Epiſcopo in ſeculo. Nauar. *de Regular. comm. 2. n. 37.*

Quamobrem non poteſt opponi, neque prætendi, quod huiuſmodi profeſſus teneatur redire ad Religionem, prætextu, quod ipſe eſſet tranſlatus ex alia Religione, & quod Religio ſuppreſſa non eſſet approbata, dum Pontifex his omnibus cognitis, & perpenſis, voluit nihilominus, quod poſſit permanere in ſeculo ſub iuriſdictione Epiſcopi cum clauſula ſublata, & decreto irritante, quæ adimunt omnem iuriſdictionem, & impediunt, nè poſſit aliter iudicari, nec interpetrari. Rot. *coram Seraph. deciſ. 1020. num. 1. & coram Burat. dec. 831. num. 4. & dec. 77. num. 9. par. 5. & dec. 168. num. 8. par. 6. rec.* ac paſſim alibi.

An poſſint eligi in Conſeruatores Regularium Archiepiſcopi, & Cardinales? Vide de Conſeruator. tom. 1. Conſult. 113.

An Regulares, præſertim Ord. Prædicator. teneantur ad refectionem viarum? Vide de Immunitate to. 1. Conſult. 125.

An Vicarius Generalis Ordinis digníoris deputatus per Pontificem, viuente ſuo Generali, tam eo præſente, quam abſente, præcedere debeat Vicario Generali alterius Ordinis inferioris, etiam per Pontificem deputato in locum tamen Generalis demortui, vt toti Religioni præſideat? Vide de Præcedentia tom. 1. Conſul. 132.

Digitized by Google

An conuentio, ſiuè tranſactio inter Epiſcopum, & Monaſterium, abſque Priore inita, in qua inter cætera conuentum eſt, quod Epiſcopus tanquam perpetuus Abbas dicti Monaſterii in executionem eiuſdam prætenſæ vnionis, poſsit liberè vti iure illud perſonaliter viſitandi quoties voluerit, & quandò ipſe voluerit, aut non potuerit, poſsit mittere Viſitatores ſæculares, adiuncto Regulari. *Item, quod tanquam perpetuus Abbas in dictis Bullis prætenſæ vnionis conſtitutus, poſsit ad nutum inſtituere, ac deſtituere Priorem, eumque etiam ex alia Congregatione aſſumere, & ſi quis Monachus ſe à Priore grauatum ſenſerit, poſsit, petita ſolam, licet non obtenta licentia, adire Epiſcopum, & ab eo ad Nuntium, ſit valida, & ſuſtinenda?* tom.1.Conſult.136.

DIcendum, tranſactionem huiuſmodi eſſe inualidam, & læſiuam, atque adeò non eſſe confirmandam. Et quoad nullitatem ea controuerti non poteſt. Non enim in hoc contractu interuenit Prior Monaſterij, qui præ omnibus deſideratur, iuxtà tex. *in Clem.1. de reb. Eccleſ. non alien.* Felin. *in cap. cum omnes nu.17. de conſtit.* Fulgol. *conſ.231. num.4.* Alex. *conſ.17. num.4. lib.4.* Hi enim contractus fieri debent Capitulariter, præuia omnium legitima vocatione, vt aduertit idem Fulgol. *eodem loco*. Quo caſu, non ſolum Superior, verum etiam ſimplex Monachus non vocatus, & contemptus operatur nullitatem actus. *Cap. Quod ſicut* & ibi DD. *de elect.* Sperel. *dec.181. num 10.* Angel. *conſ.269. n.2.* & Bald. *conſ.475. n.11 lib.1.* Sicuti etiam ille remanet nullus, quando omnes vocati non conſentiunt. In huiuſmodi enim alienationibus voluntarijs non ſufficit maior pars, vt in terminis tranſactionis firmat Rota *in recen. dec.755. nu.4. par.2. & deciſ. 289. n.4. & dec.270. n.8. par.4. & coram Seraph. dec.708. num.3.*

Sed quatenus interueniſſet conſenſus Prioris, & Monaſterij, adhuc deficeret altera ſolemnitas, beneplacitum nempè Sedis Apoſtolicæ, quod omninò requiritur, quandò exempti à iuriſdictione ordinaria, & immediatè ſubiecti Sedi Apoſtolicæ, ſe aliquo pacto ſubijciunt Ordinarijs. Rota *dec.454. num.10. & dec.461. nu.2. & 20. par.5. recen.* Quod beneplacitum, et ſi fuerit reſeruatum, cum tamen hucuſque non fuerit obtentum, & Monachi concordiam impugnent, ſuumque conſenſum reuocauerint, ex hoc ſolum corruit, nec poteſt amplius agi de confirmatione: Quia in hac materia ante obtentum beneplacitum, locus eſt pænitentiæ. Caputaqu. *dec.12. n.4. par.3.* Achill. *deciſ. de pact.* Rota *dec.573. par.1. diuer.* Mareſcot. *var. reſol. lib.1. cap.14. num.1.*

Cum defectu ſolemnitatum concurrit etiam defectus cauſæ, quæ pariter requiritur in alienatione rerum Eccleſiarum. Cum enim non verſemur in contractu neceſſario, ſed voluntario, non poteſt dari alia cauſa ſufficiens, quam euidens vtilitas. Hæc autem non ſolum non concurrit in hoc caſu, verum etiam læſio eſt euidens: Nam licet controuerti non poſſit, quod hoc Monaſterium fuerit vnitum Menſæ Epiſcopali, tamen cum detur duplex genus vnionis, vnum eſt, quod complectitur tam ſpiritualia, quam temporalia, alterum verò, quod comprehendit temporalia tantum, adeò vt quoad reliqua, & præſertim ſpiritualia res vnita remaneat in priſtino ſtatu, vt aduertit Rota *dec.758. num.1. & ſeq. par.1. diu.* Flor. de Men. *var. reſol. lib.1. quæſt.10. num.16. & ſeq.* Dubitari non poteſt, quin hoc Monaſterium fuerit vnitum quoad temporalia tantum. Tum quia ità in dubio præſumitur, cum ſemper ea ſit capienda interpretatio, quæ minus præiudicetur Eccleſiæ vnitæ. Imol. *in cap. de Monachis num.7. de præb. & dign. ad med.* Tum etiam quia in præſenti nulla adeſt dubitatio, quia hæc complectatur tantum temporalia. Quia in proemio vnionis conceſſæ per Pontificem aſſeritur, *quod bona eiuſdem Eccleſiæ ſint validè diminuta propter malum regimen Abbatum, &c.* Et inferius: *Ad hoc, vt Epiſcopus iuxtà Epiſcopalis dignitatis exigentiam facilius ſe ſuſtentare poſſit.* Vndè cum hæc enunciatiua ſit cauſa finalis, & loquatur tantum de rebus temporalibus, idem etiam dicendum eſt de tota diſpoſitione, & vnione,

Dum ergò Monaſterium, non obſtante vnione, temporalibus exceptis, remanſerit in ſuo primæuo ſtatu, læſio tranſactionis redditur enormiſſima, vt conſtat clarè ex facultatibus conceſſis Epiſcopo in dicta tranſactione, nempè viſitandi tam per ſe, quam per alium ſæcularem, inſtituendi Priorem ad nutum, &c. quæ omnia ſunt contrà Sacros Canones, & reſolutiones Sacræ Congregationis. Vndè hæc concordia eſt inualidiſſima, & conſequenter nullatenus confirmanda.

De præcedentia tam inter Ordines Mendicantium, quam Monachorum. Vide de Præcedentia to.1. Conſult.138.

An Nuntii Sedis Apoſtolicæ poſsint Superiores compellere ad recipiendum Religioſos expulſos ab eorum Religione? Vide de Nuncijs tom.1. Conſult.140.

1 *An prò ſoluendis impoſitionibus* Cameralibus, *tam antiquis, quam modernis Religioni impoſitis, & per Monaſteria prò rata ſoluendis, poſsit fieri noua taxatio, & æqua diſtributio impoſitionum præfatarum iuxtà modernos redditus itàut tam antiqua, quam moderna onera ſint ſoluenda prò rata redditnum nunc exiſtentium, vel potius antiquæ impoſitiones ſint ſoluendæ ſecundum antiquas taxationes?*

2 *Et an modernæ impoſitiones dici poſsint à 15. annis citrà, vel à quanto tempore?* to.1. Conſult.142.

AD

AD 1. Non videtur dubitandum, quin prò ſoluendis Cameralibus, tam modernis, quam antiquis, noua fieri poſſit taxatio iuxtà modernos redditus, & ſtatum præſentem bonorum Monaſteriorum, itaut ſterilium cum fertilibus, fertilium cum ſterilibus æqua fieri debeat compenſatio, & Monaſteria, quę plus habent redditum, plus etiam ſoluant, & quæ minus habent exonerentur ad tex. *in l. omne territorium C. de cenſib. & conſtit. lib.* 11. vbi Gloſ. *fin.* & Io: de Plat. ac alibi Bald. *in l. etiam n.* 17. *C. de execut. rei iud.* Gall. *conſ.* 6. *n.* 6. ac alij.

Impoſitiones enim huiuſmodi, ſeù collectæ ſuper fructibus prædiorum inducuntur, atque adeò per æs, & libram imponi debent, iuxtà facultatem patrimonii, & ſecundum redditus ex eiuſmodi bonis percipi ſolitos. Bart. & DD. *loco alleg.* Add. Ruin. *conſ.* 51. 116. *nu.* 6. & *conſ.* 51. *num.* 10. *vol.* 3. Aym. *conſ.* 195. *n.* 1. ac alij.

Qui planè redditus, cum ex varietate temporum, vel augeantur, vel minuantur, vel quia pretia rerum mutentur, vel quia fertilitas, & ſterilitas locorum diuerſificetur, vt experientia docet, atque habetur *ex l. pretia rerum ff. ad l. falcid.* æquum etiam, & iuri conſonum eſt, vt augeatur, vel minuatur taxatio impoſitionum, ſeù collectarum, iuxtà illorum augmentum, ac diminutionem, *arg. tex. in d. l. omne territorium*, vbi Io: de Plat. & in terminis Bald. *conſ.* 387. *lib.* 3. ac alij.

Quippè iniquum eſſet, quod in oneribus non ſeruaretur æqualitas, & pauperum bona magis, quam diuitum aggrauarentur, ac plus æquo ſoluerent contrà publicam vtilitatem. Crauet. *conſ.* 195. *num* 9. Sylueſt. *loc. cit. num.* 21.

Ad 2. Modernę impoſitiones illæ dici poſſunt, quorum taxatio iuxtà exiſtentes bonorum redditus facta, illius etiam hodierno tempore congrua, & proportionabilis cognoſcitur, quæque fuerint intrà quinquennium inductæ, vel illarum reformata diſtributio iuri conſentanea cenſetur. Menoch. *eo loco num.* 90. cum Boſſio *eodem tit. de Principe num.* 103. ac Lancellot. Gall. *conſ.* 27. *num* 75.

De Commenda Monaſterii quoad Inſtitutionem Vicarii Curati in perſona Clerici 25. *annorum non complet. &c.* Vide de Parocho to. 1. Conſ. 141.

An Religioſi poſt expreſſam profeſſionem extrà Monaſteria ad receptionem Nouitiorum deſignata perſeuerantes vltrà annum in eadem Religione, abſque reclamatione, ſeù proteſtatione, habitum profeſſorum geſtantes, & cętera omnia, prout alii Religioſi verè profeſſi peragentes, ſint etiam Religioni in ſpecie, vel in genere adſtricti, non obſtantibus San: me: Clem. VIII. decretis cum clauſula ſublata, & *decreto irritante?* to. 1. Conſul. 146. & vide Conſult. 88. ac tom. 3. Conſult. 37. & tom. 6. Conſult. 43.

AD propoſitam difficultatem quoad receptos, & profeſſos intrà Italiam diſtinguendum eſt inter illos, qui poſt profeſſionem expreſſam ex dicto decreto inualidè emiſſam voluntariè abſque reclamatione per annum completum, & vltrà perſeuerant cum habitu profeſſorum, exercendo actus fieri ſolitos à Profeſſis, ac inter illos, qui poſt profeſſionem expreſſam, vel non continuantur in Religione per annum completum, vel ſi per annum completum, vel ſi per annum non voluntariè, ſed cum reclamatione, & non concurrentibus alijs de iure communi requiſitis ad profeſſionem tacitam inducendam: Nam in illis, in quibus ceſſat profeſſio tacita à iure inducta ſuccurrendum erit remedio per ipſummet Clementem VIII. obſeruato, nec non ab Vrb. VIII. in Breui nouiſſimè edito, ſcilicet diſpenſatione cum his omnibus, qui contrà formam dicti decreti fuerunt profeſſi, emiſſa per eoſdem de nouo profeſſione, iſtorumque voluntas procuranda erit, liniendo illorum animos Chriſtiana charitate, & prudenti dexteritate, ac rationibus, vt potiſſimum euitentur inquietitudines, ſcandala, iurgia, & ſimilia.

Primi vero, qui per annum, & vltrà in Religione vt ſupra perſeuerarunt, cenſeri debent Religioni ex tacita profeſſione adeò adſtricti, vt prętextu nullitatis, receptionis, & profeſſionis ex dicto decreto non poſſint ab ipſa Religione exire, vel eijci. *Cap. Vidua cap. ex parte de Regular.* & clarius *cap.* 1. *cum ibi adnotatis eodem tit. in* 6. Vitalin. *in Clem. eos num.* 24. 25. & 38. vbi Cardin. *num.* 4. *in fin. eodem tit.* qui firmant nullam in contrarium admitti probationem.

Et hęc concluſio procedit, non obſtante nullitate pręcedentis expreſſæ profeſſionis vigore eiuſdem decreti, vt declarauit Sacra Congregatio Conc. in ſeqq. declarationibus, in quarum caſibus profeſſiones pręcedentes erant initæ ex decreto ipſius Sac. Conc. *cap.* 15. *ſeſſ.* 35. *de Regular.*

Die 28 *Martii* 1578. *Sacra Congregatio Concil. cenſuit, licet profeſſio expreſſa fuerit nulla, ex quo tamen poſt completum annum decimum ſextum permanſit in habitu per tres, vel quatuor annos, cenſeri feciſſe tacitam profeſſionem.*

Die 6. *Nouembris* 1621. *in vna* Romana *Sacra Congregatio Conc. inhęrendo declarationibus alias factis, cenſuit, Io. Petrum eſſe tacitè profeſſum, & Religioni adſtrictum, etiam ſi non probetur, ipſum habuiſſe ſcientiam indiuiduam nullitatis profeſſionis expreſſè ab eo prius emiſſę.*

Die 13. *Ianuarii* 1583. *Dubitatum fuit, an ſi aliqua mulier ignara decreti Sac. Conc.* cap. 16. ſeſſ. 25. de Regular. *profeſſionem emiſerit ante* 16. *annum, & poſteà, illo exoleto, per duos annos permanſerit in Religione, teneatur facere de nouo profeſſionem expreſſam, an verò ſufficiat tacita, quæ à iure præſumitur? Sacra Congregatio reſpondit, ſufficere tacitam.*

In

In *vna* Hiſpalen. *Sacra Congregatio cenſuit, profeſſionem Oratoris expreſſam, factam ante annum probationis eſſe nullam, ideòque ipſum non eſſe adſtrictum Religioni, niſi tantum tempus lapſum eſſet, vt concurrentibus his, quæ de iure communi requiruntur, tacitam in eo Monaſterio profeſſionem emiſiſſet.*

Idem cenſuit in *Romana* 28. Auguſti 1621. ac ſæpè alibi.

Siquidem, cum dictum decretum Clemen. VIII. explicitè non loquatur de profeſſione tacita, neque illam ſpecificè irritet, ſicuti ratione non ſpecificæ irritationis huiuſmodi profeſſio tacita non fuit ſublata à Sacro Concil. Triden. *d. cap.* 15. ex ſuprà alleg. declaration. & firmat Rodetic. *quæſt. Regul. tom.* 3. *quæſt.* 17. *ar.* 1. *in fin.* Mirand. *in Manual. Prælat. tom.* 1. *quæſt.* 24. *ar.* 12. *poſt med.* & clarius cenſuit eadem Sacra Congregatio in ſequentibus declarationibus.

Sacra, *&c.* *cenſuit* cap. 15. ſeſſ. 25. de Regul. *non ſuſtuliſſe tacitam profeſſionem, quæ inducitur per annum, & diem computandum poſt 16. annum perfectum eius, qui Monaſterium ingreſſus eſt.*

In *vna* Comenſi Sacra, *&c. cenſuit, tacitam profeſſionem à decreto* cap. 15. ſeſs. 25. de Regul. *non eſſe excluſam, concurrentibus ad tacitam profeſſionem de iure requiſitis.*

Idem in *Cremonen.* in *Venetiarum*, & in pleriſque alijs.

Quinam prius admittendus ſit ad profeſſionem Regularem, ac præcedere debeat, ille ne, qui prius receptus eſt ad habitum, an qui prius habitum ſuſcepit? Vide de Præcedentia tomo 1. Conſult. 149. Et de Monial. tom. 10. Conſult. 6.

An Regularis, qui ab aliquot annis, relicto Clauſtro, ſpretaque obedientia vagatur, incedendo tamen in habitu Regulari, ac in priuata domo viuenda, non ſine ſcandalo, inciderit in pœnas, etiam Apoſtaſiæ, itaut tanquam Apoſtata ſit puniendus? tomo 1. Conſul. 152.

Videtur intrare diſpoſitionem decreti Vrban. VIII. *de Apoſtat. verſ. Rurſus ſtatuit*, vt ſcilicet ab Ordinario conijci debeat in Carceres, & Superioribus Regularibus conſignari puniendum, eò quod loquitur, nè dum de proprijs Apoſtatis, ſed etiam de fugitiuis, ibi: *Vbi fugitiui*, qui dicuntur omnes Regulares degentes extrà Clauſtra abſque licentia ſui Superioris, etiam ſi in habitu Regularium animo non recedendi à Religione incedant. Sanch. *in Sum. tom.* 1. *cap.* 16. *num.* 7. Bordon. *in reſolut. & conſil. Regul. reſol.* 41. *num.* 12. qui alios adducunt.

Eo maximè, cum tanto tempore fuerit vagus, & fugitiuus extrà obedientiam Superioris. Ex hac enim diuturna vagatione, & Clauſtri deſtitutione ſufficienter colligitur animus Religionem deſerendi, *ex reg. tex. in l. Quicquid de reg. iur. §. Pauonum cum ibidem notatis inſtit. de rer. diuiſ. cum ſimilibus.*

Confirmatur nedum ex diſpoſitione Conc. Trid. *cap.* 4. *v. nec liceat ſeſſ.* 25. *de Regul.* Verum etiam ex diſpoſitione *cap.* 3. *ſeſſ.* 6. ex qua Regulares in domo priuata degentes, poſsunt, non obſtantibus priuilegiis, ab Epiſcopo Diæceſano puniri. Et ità ſæpius cenſuit Sacra Congregatio Concil. præſertim in vna *Tricaſtrinenſi* die 14. Decembris 1647. & in terminis huius caſus in vna *Cracouienſi* die 17. Maii 1654. declarauit, Superiorem Regularem vti poſse iure ſuo, iuxtà Conſtitutionem Vrbani VIII. *de Apoſtat. & eiect.*

An Ordinarius potuerit ſuſpendere Regularem ex eo, quod, cum ſit Superior, ac etiam Parochus, impedinerit, nè à Capitulo, & Canonicis Cathedralis duceretur Proceſſio ad ſuam Eccleſiam, & an concedenda ſit eidem Capitulo manutentia? Vbi de poteſtate Ordinarii in exemptos, ac de eorum priuilegiis non pauca? Vide de Proceſſionibus tomo 1. Conſult. 162.

In quibus caſibus debeat Epiſcopus procedere contrà Regulares ingredientes ſepta Monaſterii, etiam ad cenſuras, &c? Vide de Monialibus tom. 1. Conſult. 163.

An poſſint eligi in Conſeruatores priuilegiorum Regularium, ipſi Regulares, cuiuſque ſint Ordinis, aut Societatis? Et an Conſeruatores non legitimè electi poſsint in Epiſcopos ferre excommunicationis ſententiam, eoſque carceribus mancipare, Sede Epiſcopali priuare, aut indè amouere, ſeù in excluſum eiicere, aut ab omnibus relegare? Vide de Conſeruator. tom. 1. Conſult. 165.

An *Commendatores Ordinum Militarium poſſint retinere, & carcerare Sacerdotes ſæculares ad curam animarum à ſe deputatos, ac alia ſimilia facere?* Vide de Equitibus tom. 1. Conſult. 173.

An, & quatenus noui Conuentus, ſiuè Monaſteria, vel domus Regularium *erigi poſſint, ac debeant?* tom. 1. Conſul. 179.

Concilia, Canones, Conſtitutiones Pontificiæ, decreta Sacræ Congregationis Epiſc. & Regul. ac Sac. Viſitationis Apoſtolicæ Oracula a Pontificibus viua voce emiſsa, ac deniquè ius Cæſareum interdicunt Regularibus ædificare noua Monaſteria, Conuentus, Eccleſias, ac domos, niſi auditis Superioribus aliorum Conuentuum, qui ſunt in illo loco, ac in vicinis ad quatuor milliaria, ac niſi auditis, & conſentientibus incolis, & habitatoribus eiuſdem loci, alijſque intereſse habentibus, conſtiterit ibi in numero 12. commodè manuteneri poſse.

Et

Et quidẽ ad Concilia, & Canones quod attinet id prohibetur à Conc. Vuormacienſi *Can. Quicumque* 16. *quaſt.*1. ab Agathenſi *can.*17. *regiſtrato in Can. Monachis* 12. *quaſt.*2. à Chalcedonenſi *act.*11.*can.*4.*relato in Can. Verè* 16. *eadem quaſt.* 1. *& Can. Quidam* 18. *quaſt.*2. à Lateranenſi *in cap.*2.*de Eccleſ.ædif.* à Lugdunenſi *in Clem. Cupientes de pœnis. in* 6.*vbi Gloſ.v.Conſtitutionis* declarat, confirmari Conſtitutionem Bonif. VIII. *in cap. vn. de exceſ. Prælat. in* 6. & denique à Tridentino *cap.*3. *ſeſſ.*25. *de Regular.* traditque Rot. *in Ciuitaten. Conſtitutionis Capella* 1588.

Quod ad Conſtitutiones Pontificias extat Conſtit. Clementis IV. §.1. Conſtit. 2. Iulij II. §.4. Conſtit 99. Clem. VIII. §.1. Conſtit. 31. Greg. XV. §.2. Conſt. 25. Vrb. VIII. per totam data Idibus Octob. 1652. per quas ijdem Pontifices prohibendo erectionem præfatam ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, & Ordinarij idipſum ampliant, confirmant, ſtabiliunt.

Quod verò ad decreta, ea emanarunt, & quidem multa, cum à Sac. Congregatione Epiſc. & Regul. tum à Sac. Viſitatione Apoſtolica. De primis teſtatur Clemens VIII. in cit. ſua Conſtitutione ac Tambur. *de iur. Abb. diſput.* 33. *qu.*1. *poſt num.*3. vbi Eminentiſſimi Cardinales fatentur, ſe primò decreto tempore Clemen. VIII. condidiſſe, iterumque pręcipiunt, quod de cætero Monaſteria, Conuentus, Domus Congregatio, vel Societas quocũque nomine nuncupentur, non erigantur, niſi citatis, & auditis Prioribus, vel Procuratoribus aliorum Conuentuum ibi exiſtentium, conſtitoque de non præiudicio illorum. Quorum meminit Lezan. *quaſt. Regul. v. Monaſt. num.*9. & Peyrin. *in formul. lit. Z. cap.*3. & de ſecundis ſub Vrb. VIII. die 28. Iun. 1625. teſtatur idem Lezan. *loc. cit. num.*17.

Oracula verò Pontificia referuntur ab eodem Lezan. *con.* 17 & à Tambur. *poſt d. num.* 3. pręſertim Greg. XV. ſub die 25. Aug. 1621. & Vrb. VIII. ſub die 28. Auguſt. 1624.

Ac demum quoad ius Cęſareum. Iuſtinianus Imperator idipſum iuſſit in auth. *Vt nullus fabricet Oratorij domos præter voluntatem Epiſcopi*, ibique Cyriac. & Iulian. Patritii *Conſtitutione* 67. *cap* 1.

Cauſę multę, pręcipuè pręiudicium.

Quare hodie ex dd. Conſtitutionibus non licet Regularibus ſine licentia Epiſcopi, & ſolemnitatibus prædictis mutare locum etiam in eadem Ciuitate, quia eadem eſt ratio præiudicij vicinorum, & propter argumentum de toto ad partem, *leg. quæ de tota ff. de rei vind.* Gemin. *in cap.*1. *de exceſſ. Prælat. in* 6. Cherubin. *ſuper Bull.* 11. *Clem. VIII. Schol.*1. alijque. Nec videtur recendum à noſtra ſententia, quia verè in tali mutatione reperitur erectio, ſeù fundatio in aliquo nouo loco, quod eſt prohibitum in d. Bulla Clem. VIII. & decreto Gregor. XV. & Conc. Trid. niſi cum licentia Epiſcopi. Imò in d. Bulla Vrb. VIII. prohibetur loca, etiam incepta, finiri. Atque ità cenſuit Sac. Congr. die 6. Febr. 1645. his verbis:

Sacra &c. Auditis partibus, & negatio ad relationem Eminentiſſimi Caſarini diligenter examinato, & maturè diſcuſſo, cenſuit, non eſſe permittendam præfatam tranſlationem Congregationis S. Caroli in caſu, & ad effectum, de quo agitur, præmiſſis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque non obſtantibus.

Et iterum die 14. *Decembr.* 1635. *Eminentiſſimo Bentiuolo, referente, partibus auditis, ac re maturè diſcuſſa, cenſuit, iniungendum eſſe Fratribus Carmelitis Diſcalceatis, prout præſentis decreti virtute iniunxit, vt omninò recedant à præfato loca, vbi nouum ſui Ordinis Conuentum fundare cœperant, neque in alia loca eiuſdem Ciuitatis illum erigere valeant, niſi ſeruata forma, & adimpletis omnibus conditionibus contentis in Conſtitutionibus, & Decretis Apoſtolicis, ac præſertim in decreta S. D. N. ſuper erectione nouorum Conuentuum nuper edito.*

Reædificationem verò quod attinet, diſtingui debet duplex ſpecies. Altera quandò non tota antiqua deſtruitur Eccleſia. Altera quandò toto ædificio veteri diruto, reædificatur: Tunc enim in reædificatione Eccleſiæ modernæ, tanquam diuiſæ ab antiqua, requiritur licentia. Tambur. *d. diſp.*5. *num* 2. *&* 3. *& lib,*1. Lap. *alleg.* 68. *num.* 1. *&* 2. Rebuff. *in prax. benefic. tit. de tranſlat. Epiſc. num.* 3. *&* 11. ac alij. Maximè quandò noua Eccleſia conſtruitur in alio loco ex diuerſa materia, & diuerſa forma, vndè per talem mutationem dicitur nouum ædificium *l.* 1. §. *Siquis ædificium*. Vbi Bart. Alex. Ruin. *ff. de nou. oper. nunc.* alijque & in Conſt. Clem. IV. & Vrb. VIII.

Et quod ad ampliationem, quandò illa contingit, præuia deſtructione veteris ædificij, & conſtructione moderni in ampliori forma, videtur comprehenſa ſub eiſdem prohibitionibus. Bordon. *d. controu.* 36. *num.* 21. *&* 22. Lezan. *l. c.* ac alij; Quare tunc ſolum licet loca iam cum licentia legitima Epiſcopi poſſeſſa, augere, ſeù extendere, quandò talis extenſio veteres limites non egrediatur conſideratos in priori licentia, iuxtà decretum Greg. XV. quia ſic fieret nouum præiudicium alijs Religioſorum locis.

Ac tandem quoad perfectionem Eccleſiæ iam inceptæ obſtat Conſt. Vrbani, quæ prohibet etiam perfectionem, adſtringitque Regulares ante illius publicationem: quia reuocat licentias antea conceſſas, & effectum non ſortitas: Imò ſi iuſtificetur, quod Regulares præexiſtentes prò complendo, & perficiendo ſuo Monaſterio, vel Eccleſia indigerent eodemmet ſitu vbi noui Religioſi intendunt ædificare ſuam Eccleſiam, certi iuris eſt, quod tanquam antiquiores in loco, poſſunt, non ſolum impedire ipſis nouis Religioſis conſtructionem nouæ Eccleſiæ ſed illos cogere ad vendendum d. ſitum, & ſeruitutem altius non tollendi, per Gomez *ad l. Thauri* 46. *num.*6. *&* 9. Cabed. *dec.*

152.

152.*num.*1.*&* 22.ac alii. Quinimmò, ſi ædificata fuerit poſt nunciatum nouum opus, demolienda eſt, cum Eccleſia non ſit conſtruenda in præiudicium alterius. Ità probat ad literam Tex. *in cap.*1. *de nou.oper. nunc.* ibique Gloſ. & DD. ſignanter Abb.*num.*1.

An, & quomodò ſit neceſſarius Epiſcoporum conſenſus in erectione Monaſteriorum? tom.1. Conſult. 181.

LIcet tam de iure communi, quam ex diſpoſitione Sac.Conc. Trid. atque Conſtitutionibus Apoſtolicis in fundatione nouorum Conuentuum requiratur Epiſcoporum licentia, nihilominus quia poteſt dari euentus, quod illi abſque iuſta cauſa recuſent einſmodi conſenſum præſtare; ideò promptum, & Canonicum remedium eſt, quod Romano Pontifici nuncietur, quodue de ipſius licentia fiat erectio, vt in ſimili reſcripſit Alexan. III. *in cap. Nullus laicus* 17. *de iurepatr. in fin.* ibi: *Et ſi quis Epiſcopus improbitatis, vel auaritiæ cauſa conſentire noluerit, Rom. Pontifici nuncietur, & quod offerendum eſt, tunc eius licentia offeratur.* Quod ibidem dixit, ac proindè confirmat Abb.*in princ.*vbi *nu.*2.quærit: An poſſit etiam recurri ad Archiepiſcopum, & affirmatiuè reſpondit, cum hac verò differentia, quod in Archiepiſcopo eſt dubium, an ipſe poſſit licentiam dare, ſupplendo negligentiam, aut improbitatem Epiſcopi, an ſolum poſſit eum compellere, vt conſentiat, qua de re ait eſſe varias opiniones, verum rectè concludit reſpectu Papæ rem prorſus carere difficultate, quod nimirum cognita iniuſtitia denegationis conſenſus fundationi Eccleſiæ, vel reſeruationi iurispatronatus, poſſit Epiſcopus, vel à Superiore compelli, vel ipſe Superior conſentire debeat, vt plenè probat Lambert. *de iurepatr. lib.* 1. *par.*2 *quæſt.*1.*art.*2. *num.*1.*cum ſeqq.* & Viu.*eod.tract.lib.*2.*cap.*1.*num.*22.

An Monaſteria Regularium, atque etiam Collegia Societatis Ieſu teneantur ad ſolutionem taxæ Seminariorum, tam reſpectu redditum Abbatiarum, iis Collegiis, ac Monaſteriis vnitarum, quam reſpectu redditnum aliorum bonorum, quæ ab ipſis poſſidentur? Vide de Seminario tom.1.Conſult.223.

An *Monaſteria Regularium, ſiuè Religioſi Clauſtrales comprehendantur ſub decreto Sac. Conc. Trid.* cap.4.ſeſſ.22. de refor. *vbi diſponitur ità: Quicumque in Cathedrali, vel Collegiata ſæculari, vel Regulari Eccleſia diuinis mancipatus officiis in Subdiaconatus ordine ſaltem non ſit, vocem in huiuſmodi Eccleſiis in Capitulo non habeat, etiam ſi hoc ſibi ab aliis fuerit conceſſum?* tom.1. Conſult.226.

AFfirmatiuè, ſi in Conſtitutionibus Religionis aliter expreſsè non caueatur. Tum quia decretum abſolutè loquitur de omnibus Collegiatis, etiam Regularibus. Tum quia hæc videtur eſſe omnium Religionum praxis, cui ſententiæ ſuffragatur Suar. *tom.*4. *de Relig. tract.*8.*lib.*2.*cap* 4.*num.*5.Hinc votum datum ab eo, qui non eſt in ſacris, inualidum eſſe aiunt Lezan.*tom.*1.*cap.*15.*num.*4. Cuch.*lib.*4. *de elect.num.*76. ac alij non pauci. Ac declarauit Sac.Congreg.Conc. vt habetur *ex lib memorial.* 191.*pag.*388.*et lib.decretorum* 19.*pag.*56. Cum enim expoſitum fuiſſet, quod quidam Sacerdotes, & Clerici in Sacris Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci Congregationis Galliæ prætendentes virtute Conc.Trid.quod *ſeſſ.* 22.*c.*4. diſponit, vt ſequitur *Quicunque in Cathedrali, &c.* ſupplicat humiliter EE.VV. prò parte Superiorum dicti Ordinis Procurator Generalis prò opportuna declaratione, an ſcilicet d. cap. Conc.det vocem in Capitulis eam aliundè non habentibus, & an Regulares Mendicantes comprehendantur in *d.cap.* cum Bellarm. *in d.cap.*& Roderic.*tom.*2. *quæſt.*52. *art.*5. aſſerant non comprehendi, afferantque declarationes Sacræ Congregationis de anno 1570.& 1576. & prò gratia &c.

Die 1.*Febr.*1653.*Sacra &c.cenſuit* cap.4. ſeſſ. 22. *comprehendere etiam Regulares Mendicantes, itaut Regulares, qui non ſunt in Ordine Subdiaconatus, vocem habere non poſſint in Capitulis, & actibus Capitularibus, ſi in Conſtitutionibus eiuſdem Religionis aliter expreſſè non caueatur.*

Quod recentiſſimè eadem Sac.Congr.iterum declarauit in vna *Præmonſtratenſi*, in qua quærebatur: An Præfecti Ordinis Præmonſtratenſis, ſed in Ordine ſacro minimè conſtituti, poſſint in electione vocem habere? Et quatenus negatiuè reſponderetur. Quæritur:

An pœna nullitatis electionis, & priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ contrà admittentes ad ſuffragia ferenda prænarratos profeſſos in Ordine ſacro non conſtitutos, ſtatuenda ſit, vt petitur?

Sac.Cong.&c.die 23.*Ianuar.*1666.*reſpond. Ad* 1.*negatiuè. Ad* 2. *affirmatiuè.*

Vtrum renunciationes, & donationes factæ, præſertim à minori, inter viuos omnium bonorum, ante ſuſceptum habitum regularem ſub conditione, ſecuta profeſſione, non aliter, nec alio modo, poſſint infrà duos Menſes proximos ante profeſſionem emittendam ad præſcriptum Sac.Conc.Trid. reuocari, & ad fauorem Monaſterii, vel alterius perſonæ fieri? tom.1.Conſult.228.

POſſe reuocari, atque adeò ſecundam donationem eſſe validam; Nam cum ſit indubitatum, quod huiuſmodi prima donatio ſit facta intuitu profeſſionis in Religione, & quidem conditionaliter, vtique ante ſubſequutam profeſſionem poteſt reuocari. Tum ex eo, quia donatio illa cenſeri debet cauſa mortis, & ità ſit quandóque reuocabilis, cum profeſſio

ſio religioſa ſit quædam mors ciuilis. Rota *in Romana donationis de Melchioriis die 16. Mar. 1620. coram Buratto*. Tum etiam quia illa verba, ſequuta profeſſione, habent vim conditionis ſuſpenſiuæ, hoc enim eſt de natura ablatiui abſoluti. Purpurat. *conſ.* 492. *num.* 22. Rimin. *iun. conſ.* 339 *num.* 60. *& ſeq. vol.* 3. Oſaſch. *deciſ.* 455. *num.* 5. *et* 6. Adeò quidem, vt interim donatio nullum effectum obtineat, poſſitque quandòcumque reuocari, ac liceat de ea pœnitere. Batt. *in l. ſub conditione ff. de ſolut.* & Magiſtrum ſequuti *eodem loc. num.* 61. Purpur. *ibid. num.* 2. Oſaſch. *vbi ſup. nu.* 6. Menoch. *conſ.* 388. *num.* 13. *et ſeqq.* aliique.

Atque ità etiam declaraſſe Sac. Congregationem Conc. teſtatur Gallemart. *in eundem locum ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regul.* in hæc verba: Si donatio, vel renunciatio facta fuerit intuitu Religionis ingrediendæ, tunc tanquam facta in fraudem huius Canonis, videtur ſubeſſe huic diſpoſitioni ex ſententia Congregationis.

De Equitibus quoad penſionem. Vide de Penſion. tom. 1. Conſult. 229.

An Epiſcopus poſſit viſitare Domos Parochiales Regularium? Vide de Viſitatione tom. 1. Conſult. 253.

De Equitibus quoad beneficia poſſidenda. Vide de Equitibus tom. 1. Conſult. 254.

An decretum Vrb. VIII. de Monaſt. erect. §. 14. Bull. nou. tom. 4. pag. mihi 143. *prohibens erigi Monaſteria, ſeu Conuentus, in quibus* 12. *ſaltem Religioſi ſuſtentari non valeant, adiecta pœna ſubiectionis iuriſdictioni Ordinarii loci, ſit correctorium, ſeu abrogatorium Conſtitutionis Greg. XV. in ord.* 31. *eod.* tom. 4. pag. 138. *abſolutè prohibentis erectionem Monaſteriorum, ſeu Conuentuum, in quibus* 12. *ſaltem Religioſi ex redditibus, et eleemoſynis conſuetis ſuſtentari non poſſunt, ità vt altas erectio, quamuis ex pio legato facta, cenſeatur prohibita, et indigeat diſpenſatione Apoſtolica?* tom. 1. Conſult. 257.

Reſp. Non eſſe abrogatorium. Ità Sac. Cong. Conc. die 13. April. 1652. in libello intercesſione Cardinalis Pamphilij ad eandem Sac. Congregationem remiſſo.

An Ordinarius poſſit Regularibus degentibus abſque licentia Sedis Apoſtolica in Hoſpitiis non approbatis, prætextu negotiorum, et litium, præcipere, vt reuertantur ad Clauſtra, ſub pœna Apoſtaſiæ, vel alia? tom. 1. Conſult. 264.

Affirmatiuè. Ità elicitur ex Trid. *ſeſſ.* 6. *c.* 3. *de refor. et ſeſſ.* 25. *cap.* 14. *de regul. iuncto c.* 4. *verſ. non licet,* eadem, ac etiam ex Conſtit. Vrb. VIII. *de Apoſtat.*

An liceat Epiſcopo punire Regulares, prohibita, vel indecentia in Eccleſiis ſuorum Ordinum committentes circà Miſſæ Sacrificium? tom. 1. Conſult. 265.

Affirmatiuè. Ità reſoluit Sac. Cong. Conc. in vna *Vercellen.* die 21. Mart. 1643. *ex cap. vnic. ſeſſ.* 22. *de obſeruat. et euitan. iuncto cap.* 14. *ſeſſ.* 25. *de Regular.* In d. enim Concilij loco Epiſcopi conſtituuntur quoad exemptos Delegati Sedis Apoſtolicæ in ordine ad executionem illius decreti, & proindè authoritate Apoſtolica poterint punire Regulares committentes abuſus, & quæ dedecent celebrationem Miſſarum, cum ibi eis facultas data ſit, vt ſtatuant, compellant cenſuris, puniantque.

An liceat Epiſcopo ex cauſa ſibi benè viſa benedictionem prædicandi in propria Eccleſia dandam Regularibus, limitare ad tempus, et abſolutè datam reuocare, vel Regularibus profeſſionem fidei emittere nolentibus, illam denegare? tom. 1. Conſult. 266.

Reſp. Poſſe, ſi ità expedire iudicauerit. In hoc tamen cautè procedat, quare licentiam abſolutè datam non poteſt limitare ad tempus abſque cauſa. Quod cenſuit Sac. Congreg. Conc. in eadem *Vercellen.* die 21. Mart. 1643. ex Trid. *cap.* 2. *ſeſſ.* 25. *et cap.* 4. *ſeſſ.* 24. *de refor.*

An liceat Regularibus in propriis Oratoriis, vel in propriis Eccleſiis extrà tempus Aduentus, et Quadrageſimæ ſermonem habere, abſque benedictione Ordinarii? tom. 1. Conſult. 267.

Non licere. Ità reſoluit Sac. Cong. Conc. in eadem *Vercellen.* die 21. Mart. 1643. *ad cap.* 4. *ſeſſ.* 24. *de refor.*

An Regulares obloquentes de Ordinario in ſuis ſermonibus, quos habent in Oratoriis, vel in propriis Eccleſiis, poſſint ab eodem Ordinario puniri? tom. 1. Conſult. 268.

Reſp. Poſſe, iuxtà mentem Sacræ Congregationis Conc. expreſſam in dicta *Vercell.* 21. Mart. 1643. *ex cap.* 3. *ſeſſ.* 6. *et cap.* 14. *ſeſſ.* 25. *de Regul. iuncto cap.* 2. *ſeſſ.* 5.

An Epiſcopus poſſit Monaſterio pauperrimo Lectori Regulari Cleri ſæcularis aſſignare aliquam portionem mulctarum in recognitionem? to. 1. Conſult. 270.

Quatenus ſit locus pius, & pauper, poteſt Epiſcopus aliquid ei de mulctis, & pœnis impertiri. Ità cenſuit Sac. Congreg.

Conc.in vna *Fulginaten.* 14. Mart. 1648. ex Trid *cap.*3 *ſeſſ.*25. *de refor.*

An Generales Ordinum poſſint propria auctoritate celebrari facere in Monaſteriis aliarum Ciuitatum, Prouinciarum, & Regnorum, etiam extrà Italiam, quantitatem Miſſarum, prò quibus vni tantum Eccleſiæ eleemoſynæ fuerunt erogatæ? Vide de Miſſæ Sacrif.tom.1.Conſult.275.

Qua pœna, et à quo ſit puniendus Sacerdos Regularis, qui abſque prævia Ordinarii approbatione, confeſſiones ſecularium audit? Vide de Confeſſion.tom.1.Conſult.278.

An renunciatio facta à Nouitio coram Vicario foraneo ſine licentia Epiſcopi, ſit valida? tom.1. Conſult.281.

NOn eſſe validam. Ità declarauit Sac. Congreg.Conc.in vna *Sarzanen.* die 4.Februar. 1648.*ad cap.*16.*ſeſſ.*25.*de Regular.*

An decreta generalia Clem.VIII. eorumque confirmatio ab Vrb.VIII. facta in decretis de Regularibus Apoſtat. extendantur ad Conuentus extrà fines Italiæ exiſtentes? tom.1. Conſult. 282.

NEgatiuè. Ità declarauit Sac. Cong.Conc. die 4.Febr. 1648. in vna *Regularium S. Dominici in Gallia.*

An Regularis, qui habet votum in Capitulo generali, et ob paupertatem non valet perſonaliter ad locum Capituli valdè diſtantem ſe transferre, poſſit per Procuratorem in dicto Capitulo votum dare? to.1. Conſult. 286.

REſp. Cauſas deductas non ſufficere. Ità cenſuit Sac. Cong. Conc. in vna *Bulgariæ* die 3. Decemb.1644.*ad cap.*6.*ſeſſ.*25. *de Regul.*

An, et quatenus Religio Theatinorum comprehendatur in prohibitione de rebus Regularium non alienan.? Vide de Alienat. rer.Eccl. tom.1. Conſult.289.

An ſubſiſtat declaratio definitorii, quod Regularis ſit excommunicatus vitandus, et ideò non poſſe votum dare, cum celebratione Capituli ſubſequuta? tom.1.Conſult.290.

REſp. Capitulum ſubſtineri. Ità declarauit Sac. Cong. Conc. in vna *Portugallen.* die 5. Nouemb.1644.*ad cap.*3.*ſeſſ.*25.*de refor.*

An Confeſſores, tam ſæculares, quam Regulares poſſint abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, vigore ſuorum priuilegiorum? Vide de Confeſſione tom.1.Conſult.292.

An Confratres Ordinum Mendicantium impediri poſſint ab Epiſcopo, quominus eleemoſynas quærant in ipſamet Diœceſi, in qua illorum Conuentus exiſtunt? Vide de Confraternit. tom.1. Conſult. 296.

An Regulares peccent, ſi omittant in Canone Miſſæ commemorationem prò Epiſcopo loci; vel in eius locum ponant Superiorem Religionis? Vide de Miſſæ Sacrificio tom.1.Conſult.297.

An per licentiam conceſſam alicui Regulari, vt alium quemcumque Religioſum Ordinem ingredi poſſit, liceat ipſi ingredi in aliquem ex Ordinibus Militaribus? to.1.Conſ.299.ac latè vide etiam to.9. Conſ.170.

REſp.Non licere, Ingredi Militares, niſi exprimatur. Ità declarauit Sac.Cong.Epiſc. & Regul.die 7.Nouemb. 1585. ad inſtantiam Societatis Ieſu. Et ità ex praxi Sac. Congregationis obſeruatur omninò.

An admitti poſſint Regulares prò viſitandis SS. Apoſtolorum Liminibus? Vide de Epiſcopis tom. 1. Conſult.304.

An liceat Epiſcopo in Viſitatione Eccleſiæ Parochialis Religionis Hieroſolymitanæ decreta facere circà curam animarum &c.? Vide de Equitibus tom.1. Conſult.305.

An liceat Regularibus commoranti per aliquot dies in eorum Conuentu, ibique defuncto omnia Sacramenta adminiſtrare, & in ſua Eccleſia dare ſepulturam? to.1. Conſul.306.

NOn licere abſque licentia Parochi, cui quarta funeralis debetur. Ità declarauit Sac. Cong.Conc.in vna *Ripana* 3.Febr.1652.*ad cap.*11.*ſeſſ.*25.*de refor.*

An annus inceptus habeatur prò completo quoad Dignitates Regularium? to.1.Conſult.309.

TEnendum eſt, requiri annum completum. Quod etiam declarauit Sac.Cong. Conc.in vna *Congregationis Montis Virginis* die 3. Febr. 1652.*ad cap.*6.*ſeſſ.*25.*de Regul.*

Id autem in iure firmiſſimum cenſeo: Nam ille dicitur per annos 20. in Religione viuere, qui compleuit annum 20. Siquidem viuere annum vigeſimum dicit viuere ſupra talem annum, & ipſum excedere, qui enim non excedit, annum 20. non vixit. Hoc enim modo loquendi requiruntur anni tanquam numerabiles, annus autem inceptus, & non completus non poteſt numerari prò vno anno, & ideò non facit numerum cum cæteris completis. *l. Anniculus ff. de verb.ſignific.* Quod etiam expreſsè deducitur *à l. 1. ff. de manumiſſis,* ex quo manifeſtè habetur, quod, vt quis non ſit minor aliquo de-

tet-

terminato anno ; debet agere ſaltem diem vltimum illius anni . Idem etiam habetur *ex l. denique §. minorem ff. de minor.*

Cui doctrinæ non obſtat, quod in fauorabilibus, præſertim in ordine ad Dignitates , annus inceptus habetur prò completo *l. Ad Rempublicam ff. de mun. & bonor.* Et proindè non erit minor annis 20. qui vigeſimum attingit ? Reſp; id verum eſſe quandò fauor eſt merus fauor, & reſpicit ſolum commodum perſonæ , ſecus autem quandò habet annexam adminiſtrationem rerum publicarum , vt Vlpianus in *cit. loc.* limitat . In caſu autem noſtro agitur de adminiſtratione totius Religionis , ex qua dependet bonum commune ipſius, & ideò iuxtà cit. tex. lex prædicta non habet locum, ſed debet expectari annus completus .

An ſit conualidanda profeſſio emiſſa ante legitimam ætatem falſis fidibus, vt in caſu poſito , id poſcentibus Superioribus , & meritis ipſius Regularis optimis ? tom. 1. Conſult. 313.

RESp. Eſſe validandam , quatenus opus ſit , prout etiam cenſuit Sac. Cong. Conc. in vna *Mantuana* die 15. Octobris 1644. *ad cap. 5. ſeſſ. 25. de Regul.* Requiritur tamen noua acceptatio Prælati , ſicut quandò Matrimonium fuit irritum ob aliquod impedimentum, requiritur nouus conſenſus vtriuſque. Contrarium ſentit Nauar. *lib. 3. de Regular. conſ. 35. num. 3. & conſ. 46. num. item* 3. Sed eſt prò foro interno.

An Regulares approbati ab Ordinario vnius Diœceſis ad Confeſſiones ſæcularium, poſſint in alia Diœceſi Confeſſiones audire ? Vide de Confeſſion. to. 1. Conſult. 314.

An Oblati Regularium , qui clauſtraliter viuunt, poſſint ſepeliri in Eccleſiis Regularium ? Vide de Sepult. elect. tom. 1. Conſult. 315.

An , & quatenus in Tribunali Nunciaturę Apoſtolicę relaxari poſſint inhibitiones ad fauorem Regularium delinquentium ? Vide de Nuncijs tom. 1. Conſult. 320.

An, & quatenus Regularis in Cathedrali poſſit eſſe Theologus Prębendatus &c. ? Vide de Capitulo tom. 1. Conſult. 323.

An Regulares poſſint in ſuis Eccleſiis *, etiam contradicente Epiſcopo, petita ab eo , & non obtenta licentia, prędicare ?* tom. 1. Conſ. 327.

RESp. Non poſſe, contradicente Epiſcopo, niſi ex legitima conſuetudine. Et ità declarauit Sac. Cong. Conc. in vna *Foroliuien.* 9. Febr. 1647. *ad cap. 4 ſeſſ. 24. de refor.* ac tenent Piaſec. *in prax. par. 3. art. 6. num. 9.* Franciſcus Leo *in theſaur. for. Eccleſ. par. 1. cap. 8. num. 6.* contrà plures Doctores .

An Regulares prò rata penſionum , quibus fruuntur, tenentur contribuere Seminario ? Vide de Seminario tom. 1. Conſult. 338.

An Epiſcopus poſſit viſitare Capellas campeſtres , quę à Regularibus poſſidentur ? Vide de Viſitatione tom. 1. Conſult. 348.

An Monachus hæres inſtitutus , poſſit de licentia Superiorum Regularium acceptare , & habere vſumfructum bonorum hęreditariorum prò ſuis religioſis neceſſitatibus , non obſtante diſpoſitione Sac. Conc. Trid. cap. 2. ſeſſ. 25. de Regular. *Verba autem Inſtitutionis ſunt hęc :* Con *queſto però , che l'vſufrutto de' miei beni ſtabili , e ſemouenti ſpettino al P. N. e non al Monaſtero , il quale pretendendo conſeguire l'vſufrutto predetto , in tal caſo dichiaro per non hauerlo ſcritto herede , ma s'intenda fatto luogo a' ſoſtituti , che ſuſſeguentemente dichiaro ?* tom. 1. Conſult. 349.

RESp. negatiuè . Ità declarauit Sac. Cong. Conc. in vna N. die 17. April. 1649. Non enim conformatur iuris diſpoſitioni , quod Religioſus poſſit habere vſumfructum legatorum, cum id repugnet Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 2. de Regul.* quod ità interpretata eſt Sac. eius Cong. vt illum nequeat habere , etiam de licentia ſui Superioris Regularis , licet in ordine ad religioſos vſus . Ex impedimento enim legis redditur caduca voluntas teſtatoris, atq; adeò etiam voluntas Religioſi eam exequentis : Voluntas enim teſtatòris legibus interdicta non eſt ſeruanda *§. fin. Inſtit. de legat. & §. diſponat auth. de nupt.* Nequè poteſt dominari, niſi ſit legitima, *l. Cum quæſtio in fin. C. de legib.* Quia non poteſt priuata diſpoſitio diſpoſitionem legis immutare . *l. nemo poteſt ff. de legat.* 1.

An, & quandò Regulares teneantur ad ſolutionem decimarum ? Vide de Decimis tom. 1. Conſult. 355.

De Proceſſione Sanctiſſimi Corporis Chriſti quoad Regulares . Vide de Proceſs. tom. 1. Conſult. 371.

An Regulares de licentia ſuorum Superiorum poſſint recipere Ordines , etiam ab Epiſcopo , in cuius Diœceſi non exiſtunt Monaſteria , in quibus Ordinandi degunt ? Vide de Ordine tom. 1. Conſult. 390.

An Conſeruatores Regularium in cognoſcendis cauſis eorum Regularium habeant iuriſdictionem priuatiuè quoad Nuncium Apoſtolicum , habentem poteſtatem Legati à latere ? Vide de Conſeruator. tom. 1. Conſult. 392.

An Regulares, qui occaſione recitandi Roſarium in ſuis Eccleſiis exponunt Sacra Myſteria, & faciunt pias exhortatinnes, teneantur petere benedictionem ab Ordinario loci? tom.1.Conſ.407.

REſp. teneri. Ità declarauit Sac.Cong.Conc. in vna N. die 14.Ang.1643.

An Regulares, qui ob occupnta, deuaſtata, vel combuſta Monaſteria ab Hereticis ſe conferunt in aliam Ciuitatem, poſsint ordinari ad titulum paupertatis? Vide de Ordine tom.1.Conſult.408.

*An Fratres Sanctiſsimæ Trinitatis Captiuorum comprehendantur in decreto Sac.Conc.*cap.9.ſeſſ.21. de Refor.*innouato in Conſtitutione B.Pii V. quæ eſt 31. in ordine, non obſtantibus priuilegiis Ordini conceſsis ab Innoc. III. & Clem.IV. ſuper eleemoſynis quærendis?* tom.1. Conſult.411.

REſp. comprehendi. Et ità fuit reſolutum à Sac.Cong.Conc.die 15.Feb.& 21.Auguſti 1642.ac 20.Iun.1643.*ad cap.9.ſeſſ.21.de refor.* Et ex *tom.8.Conſult.*12. ad eundem quæſitum adduntur ſequentia:

Sac.Congr.Conc.ad *d.cap.9.ſeſſ.21. de refor.* in *Aquilana* cenſuit, facultatem cum conditionibus infraſcriptis quandòque etiam concedendam nonnullis Religioſis, & licet Regulares non poſſint prohiberi, quominus eleemoſynas quærant, tenentur tamen Fratres, qui extrà Monaſteria degunt, vt eleemoſynas nomine ſuorum Monaſteriorum quæritant, licentiam ſuorum Superiorum Ordinarijs locorum oſtendere, nè aliqua fraus committatur, prohibentur tamen laici eleemoſynas nomine Monaſteriorum quærere.

Sac.Congr.ſuper Epiſc.in *Aretina Epiſcopo.*

Ancorche dal Sagro Concilio di Trento ſia ſtato proibito il nome de' Queſtuanti per i molti abuſi, che andauano introducendo con ſcandalo de' Fedeli, non però ſi hà da credere, che habbia voluto leuar la cerca delle limoſine per gl'Oſpidali, doue ſi eſercita attualmente l'Oſpitalità. Et eſſendoſi più volte querelato il Procurator Generale della Religione di S.Antonio di Vienna d'alcuni Ordinarij, che a' Deputati di quella Religione niegano la licenza di poter cercar limoſine nelle loro Dioceſi. Queſti miei Signori Illuſtriſs. della Sag. Congregatione hanno ſempre riſoluto à fauore dell'Oſpidale ſudetto, ordinando, che a' Deputati loro debba dagl'Ordinarij darſi la licenza predetta, purche eſſi moſtrino in autentica forma le lettere della loro deputatione, ſiino perſone honeſte, e di buona vita, e non participino delle limoſine, faccino l'officio loro modeſtamente, e ſenza dolo, non benedicano, nè in qualſiuoglia modo ſugellino animali, nè tampoco portino iſtrumenti da poterlo fare. Non predichino, nè faccino prædicare. Non habbiano Reliquie, carte, imagini, aghi, o altri ſimili iſtrumenti ſoliti portarſi già da queſtuanti. Non publichino indulgenze, non faccino imprecationi, nè minaccie, nè meno vſino arte, etiandio ſotto preteſto di dire ſopra gl'animali l'oratione di S.Antonio, ma ſemplicemente con pietà, e modeſtia, ſonando anche vna ſola campanella giuſta l'indulto di detta Religione, & vſo domandino, ò piglino quello, che ſarà dato loro ſpontaneamente, ſenza allegare in ciò conſuetudine, o conuentione alcuna, a' 13. di Settembre 1591.

An Epiſcopus poſſit cogere Confeſſarios Regulares ad intereſſendum Congregationibus Caſuum Conſcientiæ? Vide tom.1. Conſult. 417. & tom.8. Conſult.18.de Confeſſion.

An in caſu neceſſitatis, ex quo primus Conuentus extrà Ciuitatem erectus fuerit conſenſu Regularium, ibi præexiſtentium, indeque demolitus ob cauſam publicam, poſſit transferri intrà Ciuitatem abſque alio eorundem Regularium conſenſu? to.1. Conſult.429.

REſp. Non poſſe. Quia cum Regulares non præſtiterint ſuum conſenſum per Conſtitutiones Apoſtolicas requiſitum, niſi contemplatione fundationis faciendæ extrà Ciuitatem, ex qua non oriebatur ipſis conſiderabile præiudicium, non debet iiſdem Mendicantibus præiudicare, prout certè notabiliter præiudicaret per hanc Conuentus in Ciuitatem introductionem, præſertim ob nimiam propinquitatem aliorum Monaſteriorum; Vndè non poteſt ſeruari ſpatium ter centum cannarum determinatum per Clementem IV. ad fauorem Fratrum Minorum, nec non Carmelitarum, & Prædicatorum reintegratum per *Iul. II.* non obſtante reductione ad. 140. nonnullis Religionibus per eundem Clem. facta, ſicuti vtriuſque priuilegij tenorem referunt Rodriquez *quæſt. Regul. tom.1. quæſt. 49. art. 5. per tot.* Mirand.*in man.Prælat.quæſt.35.art.4.* ac alij.

An Syndici S. Franciſci gaudeant priuilegio fori? Vide de Immun. tom.1. Conſult. 445.& to.2. Conſult.63.

An Epiſcopus poſſit carcerare Regulares renuentes conſignare Reum confugientem ad eorum Eccleſias? Vide de Immun. tom.1.Conſul.465.

An

*An decretum Sac.Conc.Trid.*cap.17.ſeſſ.25.de Regular.& Monial. *diſponens, puellas profeſſionem emittere non poſſe, antequam earum voluntatem explorauerit Epiſcopus, vel eo abſente, aut impedito, eius Vicarius, comprehendat etiam viros, ſi in ingreſſu Religionis, antequam habitum ſuſcipiant, prætendatur à parentibus, conſanguineis, vel Curatoribus non liberos, ſed coactos fuiſſe?* tom.2. Conſult. 3.

Dicendum eſt, Sac. Conc. Trid. circà explorationem virorum nihil innouaſſe. Eo enim loco de ſolis mulieribus eſt ſermo, & redditur ibi ratio, vt earum libertati conſulatur. Quare viros non comprehendit, neque ad illos extenditur. Nam idem Trid. *ſeſſ.24.de Matrim.cap.9.* volens comprehendere eos, qui cogunt, ſiuè viros, ſiuè mulieres ad Matrimonium id expreſſit. Cum ergò in præſenti decreto exprimat ſolas puellas, non extenditur ad viros. Nec militat eadem ratio: Nam cum frequentiſſimum ſit, puellas ſic cogi, raro autem id accidat reſpectu virorum, & legis ſit frequenter contigentibus proſpicere, *leg.nam ad ea ff. de legibus*, conſultò Tridentinum ſolum explorationem puellarum decreuit. Qua ratione cum multis alijs Sanchez *lib.7.de Matrim.diſput.*12. *num.*25.*& diſp.*16.*num.*6. defendit, pœnas ſtatutas raptui fœminæ non extendi ad raptum viri, nec ſtatuta vxoricidio extendi ad viricidium *lib.4.cap.4.num.3. in decalog.* ſuſtinet cum Suarez *tom.3.in par.diſp.23.ſect.5.num.*8. decreto eiuſdem Trid. *d.ſeſſ.25.cap.18. de Regul.* non comprehendi illos, qui cogunt viros ad Religionis ingreſſum, vel ab eo ipediunt. Accedit, quod ex Conſtitutione Sixti V.circà receptionem Nouitiorum inter alia præcipitur Regularium Superioribus, quod conſtare faciant, intrare volentem ſuſcipere habitum ſponte ſua, non inductum, neque coactum. Quare libertati virorum etiam conſultum videtur.

Atque ità Sac. Cong. Conc. die 1 Octob.1667. in vna *explorationis*, cenſuit, decretum Sac. Conc. Trid. in *cap.17.ſeſſ.25. de Regul. & Monial.* non comprehendere viros.

Ad quæ onera teneantur Tertiarij S. Franciſci, qui non habent requiſita &c.? Vide de Immun. tom. 2. Conſul.63.& vide etiam tom.1.Conſul.486.

An à Conſeruatoribus Regularium *detur appellatio ad Delegatum Apoſtolicum in* Regno *Sardiniæ?* Vide de Appellat. tom.3.Conſult.1.

An Epiſcopus *poſsit prohibere Regularibus ne Miſſas celebrent in Eccleſiis ſæcularibus, ſed in Eccleſiis eorum Ordinum, &*

An poſsit compellere Regulares *ad exhibendum libros Sacriſtiæ, in quibus adnotantur celebrationes Miſſarum?* Vide de Miſſæ Sacriſ.tom.3. Conſult.9.

An Fratres Min.*Obſeru.ſint capaces Legati?* Vide de Legat.tom.3.Conſult.16.

Cui nam competat ius porrigendi aſperſorium aquæ benedictæ Epiſcopis Archiepiſcopis &c.etiam in Eccleſijs Regularium? Vide de Præcedent. tom.3. Conſult.18.

1. *Quæ portio annua ſit aſsignanda à* Regularibus *Vicarijs* Curatis *ſæcularibus perpetuis?*
2. *An electio Prædicatorum in eiſdem Eccleſiis Parochialibus ſpectet ad Epiſcopum, an potius ad eoſdem* Regulares? tom.3. Conſult.31.

Ad 1. Certum eſt ad Epiſcopus pertinere, vt aſſignetur congrua Vicarijs ex diſpoſitione S.Conc. *ſeſſ.7.cap.7.de refor.* Vndè B.Pius V.ſtatuit, vt non minor centum ſcutorum ſtatuatur, e Rot.coram Mantic. *dec.269.* dixit eſſe taxandam in ducatis 50.& in ducatis 75. non computatis omninò incertis, ſeù funeralibus, eleemoſynis, oblationibus, & huiuſmodi; Atque extat magiſtralis deciſio Coccini inter recentiores *deciſ.230.num.2.& ſeqq.par.6.* vbi hoc fuit dictum cum ſuppoſitione, quod omnes expenſę ſpectabant ad Monaſterium, & non ad Vicarium. Ideòque in caſu, quo expenſas facit Vicarius, cenſeo iuſtam eſſe regulariter taxationem in ſcutis centum, niſi aliter Epiſcopus iudicauerit, cui multum in hac materia tribuendum eſt. Rot. *deciſ.5.num.2. par.2. diu. & deciſ.240. in fin.par.1. recen.* Ac declarauit Sac. Congr.Conc. in *Ferrarien.* 16.Febr.1658. nempè ſufficere congruam ſcutorum 90. monetę illarum partium liberam ab omni onere. Porrò S Cong. ſuper ſtatu Regularium 8.Oct. 1670. declarauit, quod Superioribus Regularibus minimè fas ſit cum ipſis Vicarijs iam deputatis, ſeù deinceps deputandis publicas, aut ſecuras pactiones, ſeù conuentiones inire ſuper diminutione, aut alteratione, ſeù variatione d.Congruę, eaſque pactiones, ſeù conuentiones, tanquam de ſimoniaca labe, atque auaritia ſuſpectas Sac. Cong. omninò reiicit, atque interdicit, eoſque, qui contrafecerint pœnis aduerſus ſimoniacos editis teneri decernit, quibuſcumque non obſtantibus.

Ad 2 Ius eligendi Prędicatorem ſpectare ad Regulares, quatenus Vicarius perpetuus non voluerit per ſe concionari. Ità declarauit eadem Sac.Cong.Conc.in *d.Ferrarienſi* 16.Feb.1658. Quia cura habitualis in huiuſmodi Eccleſijs reſidet apud Regulares. Qua de re vide *tom.1.* de Prædicatoribus.

An

An ius conferendi habitum Tertij Ordinis S. Frantiſci perſonis ſecularibus in ſeculo exiſtentibus in domibus priuatis extrà Congregationem abſque vllius voti obligatione &c. ſpectet ad Fratres Capucinos, an ad Fratres Tertiarios in Congregatione viuentes cum votorum obligatione? tom. 3. Conſult. 34.

RESp. Nulla priuilegia Capuccinis circà præmiſſa competere, vtpotè ſublata per Breue Pauli V. in quo fuit eis hoc ad iſtantiam Tertiariorum expreſsè prohibitum. Ità Sac. Cong. Epiſc. & Regul. in *Mazaren.* 3. Decemb. 1655. & in vna *Capuccinorum* 9. Iun. 1656.

1. *An Regularis prætendes, profeſsionem ſuam emiſiſſe per vim & metum, aliamue cauſam, poſsit etiam poſt quiquennium dicere de nullitate ſuæ profeſsionis?*
2. *An profeſsio ſit nulla, ſi non emittatur in Monaſterio, in quo Nouitiatus peragitur?* to. 3. Conſul. 37. ac vide etiam to. 1. Conſul. 88. & 146. & to. 6. Conſul. 43. huiuſmet tract.

AD 1. Negatiuè poſt Conc. Trid. quia *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 19. quadam velut præſcriptione decreuit. *Quod quicumque Regularis prætendat ſe per vim, & metum ingreſſum eſſe Religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile, velitque habitum dimittere quacumque de cauſa, aut etiam cum habitu diſcedere sine licentia Superiorum, non audiatur, niſi intrà quinquennium tantum à die profeſsionis, & tunc non aliter, niſi cauſas, quas prætendit, duxerit coram Superiore ſuo, & Ordinario.*

Hinc meritò Sac. Cong. Conc. declarauit in ſimilibus caſibus denegandam audientiam, quam declarationem Greg. XIII. cófirmauit. Et alias etiam eadem Sac. Cong. ità declarauit:

Quæritur: vtrum vigore Conſtitutionis Sixti V. ſub annum 1587. *incip. Cum de hominibus, poſsint nunc bi Capuccini reclamare, non obſtante illius reuocatione, quam reuocationem in Ordine non fuiſſe receptam, aut ſaltem nunquam ſibi innotuiſſe, aſſirmant? Sac. Cong Con. reſp. obſtare lapſum quinquennij eiuſdem Conc. decreto præfixi, ac proindè non poſſe reclamare.*

Ad 2. Communis ſententia eſt, profeſſionem huiuſmodi eſſe validam: Quia nullo iure cautum eſt, vt profeſſio fiat in eodem loco, vbi paratus eſt Nouitiatus. Dian. *par.* 9. *tract.* 7. *reſol.* 4. ibique Bordon. & Pellizzar. Lezan. *conſ.* 8. *num.* 30. ac alij.

An, & quibus pænis Regulares compelli poſſint ad proceſſiones? Vide de Proceſſion. tom. 3. Conſult. 46.

Circà funera inter Parochos, & Regulares? Vide de Funeribus tom. 3 Conſult. 48.

De Præbenda Theologali, & lectione Sacræ Scripturæ quoad Regulares. Vide de Capitulo tom. 3. Conſult. 62.

An Fratres Min. de Obſeru. poſſint ducere proceſſiones tempore, quo ducunt Conuentuales, vt aiunt Cordonis? Vide de Confraternit. tom. 3. Conſult. 69.

An Tertiarij, qui viuunt in propria domo cum vxoribus, gaudeant priuilegio fori? Vide de Immun. tom. 4. Conſult. 6.

An Fratres noui Conuentus Reformati S. Franciſci accedentes ad proceſſiones publicas, aut priuatas ſeparatim à Fratribus antiqui Conuentus S. Franciſci de Obſeruantia, & ſub propria Cruce reſpectu Conuentuum aliorum Ordinum, debeant incedere in loco, iuxtà antiquitatem Conuentus Fratrum de Obſeruantia? Vide de Præcedentia tomo 4. Conſult. 19.

An Regulares poſſint vnquam præcedere Clero ſæculari? Et quid in Eccleſijs ipſorum Regularium. Quid in caſu, quo Regulares ſint Superiores Cleri Sæcularis? Vide de Præcedentia tomo 4. Conſult. 26.

An liceat Regularibus, vel Confraternitatibus ducere ſupplicationem die Dominico, vel infrà Octauam Sanctiſſimi Corp. Chriſti? Vide de Proceſſion. tom. 4. Conſult. 85.

An Conſtitutio Greg. XIII. de præcedentia inter Mendicantes habeat quoque locum inter Ordines Monachorum, Vide de Præcedentia to. 4. Conſul. 98. & tom. 1. Conſult. 138.

An Grancie, ſiuè membra Conuentuum Regularium poſt Conſtitutionem Innocentij X. ſint amplius Regulares, ideòque poſsint gaudere priuilegijs Regularium, & præcipuè aſſeruare Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum illudque Fidelibus adminiſtrare, aliaue facere, quæ ad Parochum in ſua Eccleſia ſpectant? tom. 4. Conſult. 152.

AFfirmatiuè: Nam ſunt membra Conuentuum, & ideò non fuerunt per ſuppreſſionem ſæcularizata, & Regularium priuilegijs priuata. Quoniam, vt conſtat ex d. Conſtitutione Innoc. incip. *Inſtauranda data Idibus Octobris* 1652. de quibus poſtea, & ex literis Sacræ Congregationis ſuper ſtatum Regularium, quæ illam explicant, ſolum interdicitur Regularibus Clericis, nè in Grancijs pernoctent, & habitent. Cæterum Conuentus huiuſmodi parui cum ſuis Eccleſijs non ſunt ablati à proprietate, dominio, & adminiſtratione Conuentuum prin-

principalium, quorum ſunt membra, quinetiam permittantur ibi manere Religioſi non Clerici, eiuſdem Regularium Superioribus committitur earundem Eccleſiarum adminiſtratio, & cura, atque iniungitur, vt per Sacerdotes ſæculares, vel Regulares Miſſæ celebrentur de more, ſaltem diebus feſtis. Et amplius vbi Eccleſiæ ſunt Parochiales, & Cura animarum Superioribus Regularibus reſeruatur; licet adminiſtranda per Sacerdotes Sæculares ab ipſis ſuperioribus eligendos, & ab Epiſcopo approbandos. Hiſque duobus exceptis, omnia iura huiuſmodi Eccleſiarum præſeruantur Conuentibus principalibus, quorum illæ ſunt membra.

Verba autem litterarum hæc ſunt: *Nella Bolla di N.S. nuouamente publicata ſopra l'eſtintione, e ſuppreſſione de' piccioli Conuenti, ſono anche compreſi i membri de' Monaſterij, e le Grancie, doue per lo poco numero de' Religioſi non può ſecondo il ſuo iſtituto oſſeruarſi la diſciplina regolare, ancorche habbiano anneſſa la cura dell'anime, o ſiano parochiali. E però il P.Generale, e i Prouinciali, e i Superiori de' Conuenti douranno fra il termine preſcritto nella detta Bolla rimouere i Religioſi, non ſolo da membri, grancie, e parochiali eſpreſſe di ſopra, ma ancora da ogn'altra non eſpreſſa, che in queſta Religione ſi troui, e collegarli di famiglia ne' Monaſteri d'oſſeruanza, e non permettere, che in quelle habiti per l' auuenire alcun Sacerdote, o Chierico profeſſo ſotto le pene contenute nell'iſteſſa Bolla. Permettendo la Santità Sua, che i Superiori Regolari, quando non habbino perſone ſecolari idonee, e fedeli di loro ſodisfattione, delle quali poſſano ſeruirſi per la cura, e amminiſtratione di quei beni, liberamente poſſano in ciò valerſi dell'opera de' loro Conuerſi, o Laici profeſſi inſino ad altro ordine di Sua Beatitudine, e con queſto, che habbino particolar auuertenza di deputarſi perſone di buon'eſempio, inuigilando, che pe'l tempo, che iui dimoreranno viuano religioſamente, nè diino altrui occaſione di ſcandalo, ſopra di che incarica ſtrettamente la coſcienza de' medeſimi Superiori, i quali douranno anche hauer cura, che nelle Chieſe, o Capelle di detti membri, e grancie, doue ſin'ora è ſtato ſolito di celebrarſi la Meſſa, vi ſi celebri anche in auuenire, almeno le Domeniche, e Feſte di precetto da Sacerdoti ſecolari, & anche da Regolari, purche non pernottino ſuori de' Monaſteri. Parimente nelle grancie, a membri, che in qualunque modo hanno anneſſa la cura dell'anime, o ſiano Parochiali, non vuole la Santità Sua, che detta cura s'eſſerciti da Regolari, ma che iui da' Veſcoui Dioceſani, a' quali in conformità ſe ne dà l'ordine, ſi deputino Sacerdoti ſecolari idonei in Vicarij amouibili, o perpetui, come parerà a loro più eſpediente per lo buon gouerno delle Chieſe, da nominarſi da Superiori de' Monaſteri, a' quali le ſudette grancie, e membri ſi appartengono, e da approuarſi da' medeſimi Veſcoui, con l'aſſegnamento d'vna congrua portione a loro arbitrio ſopra i frutti delli ſteſſi membri, o grancie, conforme alla diſpoſitione del Sagro Concillo di Trento. Non intende però la Santità Sua, che dalla detta eſtintione, o ſuppreſſione nel poſſeſſo, o proprietà de' beni, e altre ragioni di eſſi membri, grancie ſij generato alcun pregiuditio a' Monaſterij principali, a' quali di ragione ſi deuono, ma che detratta la detta congrua, e ſodiſfatto a' peſi delle Meſſe, & altri oblighi, che iui ſaranno, il reſto rimanga ad vtilità, e commodo de' Monaſteri ſudetti. Tutto ciò notifico a V.P. d'ordine eſpreſſo di Noſtro Signore, incaricandole di darne ſubito auuiſo a' medeſimi PP.Generale, Prouinciale, e Superiori, perche adempiſchino in ogni parte la ſanta mente di Sua Beatitudine, e all'oratione di V.P. mi raccomando. Roma a' 10. Decembre 1652.*

Verum hanc in rem, præter ea, quæ à Sa: me: Innoc.X. ſuper exſtinctionem, & ſuppreſſionem paruorum Conuentuum in cit. Conſtitutione *Inſtaurandæ* conſtituta ſunt, ea etiam, quæ à Sacra Congregatione in ſuis declarationibus pendiculatè ſunt ſcripta, exequamur.

In Hoſpitijs, vel Grancijs non permittitur habitatio Religioſorum, neque Curæ exercitium per Regulares. ſed per Presbyteros ſæculares, ab ipſis Regularibus nominandos. Permittitur item habitatio Regularium laicorum, ſeù Conuerſorum prò fructibus colligendis. 10. Decemb. 1652.

Conuentus parui reſtituti ſubiecti ſunt Ordinario, donec per Sac. Congreg. declaratum fuerit, ibi commodè degere poſſe, & cum effectu degere 12. Religioſos. Et ſi interim non alantur in eis ſaltem ſex Religioſi, quorum ad minus quatuor ſint Sacerdotes maturæ ætatis, gratia reſtitutionis nulla ſit. In alijs verò non ſuppreſſis, in quibus quandòque dictus numerus non alitur, datur iuriſdictio Ordinario, tanquam Delegato Apoſtolico. 10. Februarij 1654.

Super quo decreto die 27. Iul. 1655. emanarunt à Sac. Congregatione ſuper ſtatu Regularium ſequentes declarationes à Sum. Pontifice approbatæ,

Epiſcopus in Conuentibus ſuæ iuriſdictioni ſubiectis non poteſt Abbates, Priores, Guardianos, & alios Superiores locales deputare, vel familiam conſtituere.

Ex rationabili tamen cauſa poteſt Religioſos à dictis Conuentibus amouere, commonito prius Superiore Regulari, ad quem pertinet, vt eoſdem Religioſos aſſignet in alijs Conuentibus.

Regulares eorundem Conuentuum compelli poſſunt ab Epiſcopo ad exibendos libros introitus, & exitus, & reddendas rationes adminiſtrationis.

Poteſt Epiſcopus in eiſdem Conuentibus ſe ingerere, etiam in ijs, quę Regularem diſciplinam concernunt.

Eccleſię dictorum Conuentuum, & Capellæ Granciarum, in quibus degunt Conuerſi prò agrorum cultura, poſſunt ab Epiſcopo viſitari.

Sicut etiam ipſi Conuerſi.

Et

Et Granciæ, licet nullus ibi degat Conuerſus.

Non tamen licet Epiſcopo viſitare Conuentus, tam ſuppreſſos, & poſteà reſtitutos, quam non ſuppreſſos, ad effectum cognoſcendi, an in illis reipſa alantur ſex Religioſi, antequam aliundè conſtet de fundamento intentionis Epiſcopi, & deficientia numeri conſtituti.

Non licet Epiſcopo tales Conuentus viſitanti quicquam accipere procurationis nomine.

Iuriſdictio prædicta competit etiam Vicarijs Generalibus Epiſcoporum, & alijs inferioribus Prælatis proprium territorium, ac iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus.

Prouinciales, & alij Superiores Regulares poſſunt huiuſmodi Conuentus Ordinarij iuriſdictioni ſubiectos, & Religioſos in illis degentes, viſitare, corrigere, & punire, omnemque iuriſdictionem in eos exercere, ſicut poterant ante dictum decretum, non tamen priuatiuè quoad Epiſcopum.

Si Superior Regularis in cauſa præuenit contrà ſubditum degentem in aliquo ex ijſdem Conuentibus Ordinario ſubiectis, fabricando proceſſum, vel eum carceri mancipando, Epiſcopus non poteſt huiuſmodi cauſam reaſſumere, inhibere, niſi ex iuſta cauſa, veluti cum videt Superiorem Regularem ex odio, vel amore, cupiditate, vel metu, aut ex nimia ſeueritate, vel indulgentia quid durius, aut remiſſius conſtituere, quam cauſa depoſcit, in quo ipſius Epiſcopi conſcientia oneratur.

Non licet è conuerſo Superiori regulari Religioſum ab ipſo inquiſitum è loco amouere, & ſi amotus fuerit, poteſt Epiſcopus cauſam proſequi, & illum quibuſcumque remedijs reuocare, etiam inuocato auxilio Ordinarij, & brachio ſæculari cuiuſcumque loci, in quo Religioſus ille reperiatur.

Quo caſu excepto, ſi ſuperior localis, vel etiam prouincialis voluerint aliquem ex Fratribus à Conuentu remouere, id Epiſcopus prohibere non poterit.

Si à Conuentu primum ſuppreſſo, & deindè Religioni reſtituto, abſint ex aliqua rationabili cauſa, & ad breue tempus vnus, vel plures ex numero ſex Religioſorum ibi degentium, gratia reſtitutionis ob id non eſt nulla, nec Conuentus remanet ſuppreſſus, omni tamen fraude ceſſante.

Conuentus tamen remanet ſubiectus iuriſdictioni Ordinarij, tali abſentia durante.

Iterum verò impleto numero, Conuentus recuperat priſtinam exemptionem.

Si gratia reſtitutionis Conuentus ſuppreſſi reddatur nulla ex eo, quod in illo ad formam decreti cum effectu non alantur ſex Religioſi, & poſtea contingat eiuſmodi numerum impleri, non reuiuiſcit gratia reſtitutionis Conuentus.

Antequam Epiſcopus Conuentus poſſeſſionem apprehendat, vel Religioſos expellat eò, quod gratia reſtitutionis, vt ſupra redditur nulla, debet præcedere declaratoria ipſius Epiſcopi cum cauſæ cognitione.

A qua declaratione licet Religioſis ad Sedem Apoſtolicam appellare quoad effectum deuolutiuum tantum, non autem quoad ſuſpenſiuum.

Ætas autem matura ad hunc effectum dicitur completo anno 40.

An Epiſcopus poſſit viſitare domum Parochialem cuiuſcumque Ordinis exempti? Vide de Viſitatione tom.4. Conſult.155.

An Epiſcopus præcipere poſſit Regularibus, quod abſtineant, etiam ſub cenſuris, ab audiendis Confeſſionibus in eorum Eccleſijs à Dominica Palmarum, vſque ad Dominicam in Albis? Vide de Confeſſion. tom.4. Conſult.163.

An decretum de reb. Regul. non alien. comprehendat obligationem factam à Superioribus Regularibus prætextu emptionis bonorum prò ſuis Monaſterys? Vide de Alien. rer. Eccleſ. tom.4. Conſult.166.

An Regulares poſſint appellare ad Superiores Sedis Apoſtolicæ, omiſſo medio? Vide de Appellation. tom.4. Conſult.167.

An Breue Apoſtolicum obtentum à Regulari ſuper prorogatione ſui officij, ad quod nulliter fuerat electus, ſit validum? tom.4. Conſult. 169.

Reſpondendum cenſeo, Breue huiuſmodi eſſe ſubrectitium: Quia Pontifex proceſſit per viam prorogationis, & extenſionis officij præexiſtentis, ideòque ſuppoſuit in perſona Indultaris officium legitimè præexiſtens: Nam prorogatio duo ſupponit, nempè ſubiectum probabile, & extenſibile ligitimè præexiſtens, & ipſum actum prorogationis, & extenſionis factum ab habente poteſtatem, vt in ſimili, Lotter. *de re benefic. lib.1. quæſt.4. num.352.* Vt propterea officium prorogatum non dicatur nouum officium, ſed primum, quando diſponens, durante primo officio, vſus eſt verbo *prorogamus*, iuxtà theoricam Bart. *in leg.4. num.3. ff. de damn. infect.* quam ſequuntur communiter DD. quos ibi congerit Apoſtil. *lit. C.*

Hoc autem ſuppoſitum currit: quia officium penes Regularem nulliter electum, non aderat, & conſequenter nec adeſſe poteſt prorogatio: Quia res prorogata eadem reputatur, ſicuti ad tex. *in leg.2. §. ſed manente ff. de precar.* pluribus firmat *Rot. dec.21. num.8. de præb.* Cumque de iure, ac ſecundum naturalem rationem, deficiente prorogabili, impoſſibile ſit adeſſe prorogatum, dicendum eſt ex mente Pontificis actum prorogationis corruere: quia talis præſumitur intentio Pontificis, qualis eſt legis ſcriptæ, ac naturalis rationis, vt Poſt Bald. & alios per eundem allegatos tradit Dec. *conſil. 33. num.5.*

Ex

Ex quibus ſubreptio Breuis euitari non poteſt. Tum ex defectu ſubiecti prorogabilis, & ſic ex defectu cauſæ finalis, ob quam Pontifex motus fuit ad gratiam faciendam, & qua deficiente, conueniunt omnes gratiam vitiari: Pariſ. *de confid. quaeſt.* 46. *num.*38. & eſt concluſio indubitata, quod ſi Pontifex ſciuiſet talem defectum, non conceſſiſſet, ex relatis per Cęlſ. *dec.* 311. *num.*7. Tum quia, cum agatur de nullitate ſuppoſiti, reſultante ex facto proprio impetrantis, ipſo iure præſumitur in eo dolus, qui in gratioſis vitiat gratiam, etſi alias Pontifex fuiſſet conceſſurus. Mohed. *dec.*8. *de reſcrip. ante fin.* Rota *apud. Seraph. dec.*601. *num.*2. *& in recent. dec.* 295. *num.*13. Fagnan. *in cap. ſuper litteras num.*7. *de reſcrip.*

An, & quatenus ex conceſſione Regularibus facta, Eccleſia mutauerit ſtatum, & ex ſaeculari effecta ſit regularis? Vide de Eccleſ. tom.4. Conſult.173.

An Confeſſores Regulares ſemel ab Epiſcopis, ſiuè Ordinarijs locorum liberè approbati, poſſint ab eiſdem in nouo examine reprobari? Vide de Confeſſ. tom.4. Conſult.174.

An Epiſcopus poſſit iterum viſitare Conuentum Regularium, ad cognoſcendum ſi decreta ab ipſo emanata in alia viſitatione, ſint adimpleta &c. vt in caſu poſito? Vide de Viſitatione tom.4. Conſult.178.

An inter Religiones Mendicantium debeatur praecedentia Religioni Praedicatorum? Vide de Præcedentia tom.4. Conſult.198.

An Prouincialis, aliuſque Praelatus regularis, ſiuè eorum Vicarij ab ipſis deputati, pendente accuſatione, ſiuè appellatione ſuper eorum electione, poſſint adminiſtrare, & gubernare ſuam Prouinciam? to. 4. Conſult.200.

Regula eſt, quod Prędatus, ſiuè Officialis accuſatus, accuſatione pendente, imò etiam poſt latam ſententiam, quandò ab ea appellauit, non ſuſpenditur ab exercitio prælaturæ, vel officii, tex. *in cap. nonne* 8. *quaeſt.*4. Gloſ. *in cap. ſępè v. Sententia in fin. de appell.* Felin. *in cap. Omnipotens ſub init. eodem tit.* Lancellot. *de attentat. accuſat. ſeù inquiſitione pendente cap.*5. ac pleniſſimè in terminis Nouarius omninò videndus *in addit ad dec.* 8. de Franch. *verſ. prò qua facit textus.*

Dantur autem aliqui caſus, quibus fortè permiſſa eſt talis ſuſpenſio, & in illis etiam cum magna circumſpectione, ac ſtrictè proceditur, quia remotio dedecus eſt, vt in hac ſpecie inquit Franch. *d. dec.*8. *in fin.*

Primus eſt, quandò de delictis grauiſſimis, quæ Prælato opponuntur, conſtat per vulgatã infamiam, & vehementem ſuſpicionem, proceditur que per viam inquiſitionis, nè ſcilicet ſit in poteſtate cuiuſvis accuſatoris aliquem ab officio, ſiuè electione reuocare, vel remouere, per tex. in *in cap. inter conſuetudines* 10. *de purgat. can.*

Secundus eſt, quandò agitur contra officialem ex eo, quod deliquerit in officio, & tunc ob delicta in officio commiſſa, dummodò tamen concurrat diffamatio, proceditur ad ſuſpenſionem. De delictis verò ante officium nulla habetur ratio ad hunc effectum. Bart. *in leg. libertus §. in quaeſtione ff. de munic.*

Tertius caſus eſt, quandò crimina non ſolum ſunt grauiſſima, ſed notoria, vel vehementi ſuſpicione probata, ad quod caput reducuntur ſimonia, ſuſpicio hæreſis, ac huiuſmodi, text. *in cap. per tuas de ſimon.*

An praetenſio Eccleſiae ſaecularis, quod in aſſociatione Cadaueris ad Eccleſiam Regularium debeant interuenire tot Presbyteri ſaeculares, quot Regulares, habeat aliquam iuris aſſiſtentiam &c.? Vide de Funer. tom 4. Conſult.205.

De Concionatoribus Regularibus. Vide de Cioncionat. tom.4. Conſult.206.

An Parochi exigere poſſint aliquid aliud ab haeredibus eorum, qui ſepiliri volunt in Eccleſiis Regularium? Vide de Sepult. elect. tom.4. Conſult.208.

An Parochi poſſint exigere nomine quartae funeralis medietatem omnium, quae offeruntur in funere in Eccleſiis Regularibus? Vide de Funerib. tom.4. Conſult.215.

An liceat Regularibus ſepelire in ſuis Eccleſiis Confratres Laicos, qui in illis ſepulturam non elegerunt? Vide de Sepultur. election. tom.4. Conſult.216.

An Regularibus debeatur medietas cerae cuiuſdam funeris, vt in caſu poſito? Vide de Funerib. tomo 4. Conſult.217.

An Patres Generales Ordinum in viſitando aliquam Congregationem reformatam, debeant ſocios aſſumere ex eadem Congregatione reformata? tom.4. Conſult. 218.

Affirmatiuè. Ità enim ſtatutum fuit quoad Carmelitas Reformatos à Paulo II. vt in Marc Magno eiuſdem Religionis apud Lezan. §.27. *poſt med.* & obſeruat ipſe ſub *n.*238. *& in ſumm. v. Reformati num.*5. Quæ conceſſio videtur communicata omnibus Reformatis aliarum Religionum, idem Lezan. *num.*6. Pellizar. *tom.*2. *tract.*9. *cap.*4. *nu.*3. ac Peyr. *de relig. ſubd. cap.*18. *quaeſt.*1. *§.*2. *in* 4. *arg.*

Ratio eſt: quia Reformati ſunt ſeparati totaliter à primo Ordine, ſolumque remanent ſubiecti

Generali,& non alijs ideòque nō debet,nequè poteſt eorum viſitatio fieri cū alijs perſonis ex ordine antiquo. Quia non poteſt Generalis aſſumere in ſocios Viſitatores Religioſos alterius Ordinis, quem viſitat, vt proindè in Clemen. 1. *de elect.* prohibita ſit electio de Religioſo diuerſi Ordinis, cum non poſſit conſulere, qui non eſt benè inſtructus in Regula, & inſtituto eorum, qui ſunt viſitandi. *Payr. loc.cit. q.1. cap.18. §.2. concluſ.2.* Rodriq. *tom.3. quaſt.regul. 77.num.9.*

Ex quibus ſequitur, huiuſmodi Congregationes reformatas non teneri ad procurationem prò Aſſiſtentibus, qui non ſunt ex eiuſdem Congregationis: Quia cum non poſſint, nequè debeant viſitare, nequeunt procurationem petere, vel conſequi, *can. relata 19. quaſt.1 cap. Si Epiſcopus 6. de offic. Ordin. in 6.* & Lezan. *in dict. Mare Magno num. 239.*

An ſit indulgendum petitioni Superiorum Regularium, vt eycere poſſint è Religione aliquos Regulares peſtiferos homines pluſquam incorrigibiles, corde per multos annos in malam induratos, ad euitanda multa mala, & ſcandala Religioni? tomo 5. Conſult. 51.

Eſſe indulgendum cenſeo: Nam Religioſus de iure communi legitimè eijci poteſt a Religione per Prælatos. Primò quandò eſt notoriè incorrigibilis, *cap fin. de ſtat. Monach. §. Porrò in fin.* Secundò quandò ſine graui infamia Religionis ob ſceleris enormitatem retineri non poteſt, Sanch. *in decalog. lib.6. cap.9 num.19.*

At verò nihil reſpondendum eſt, prout reſpondit Sac. Congr. Conc. in vna *Prouincia Germaniæ Ordinis Minorum eiectionis* ſub die 14. April. 1663.

Obſeruanda itaque eſt forma decreti de Apoſtat. & eiectis, quod antiquo iuri communi nonnulla prudentiſſimè addidit, & hanc rem peruersè iam deformatam in ordinem, ac ſtatum decorum, ac tutum reſtituit, cuius tenorem lege inter Conſtitutiones Vrb. VIII. *in Bullar. num.26. §.6.* E ſumma enim Superiorum Regularium poteſtate ſummum odium aliquandò in ſuos ſubditos ſuſpectamus. Quare legibus hoc, & moribus fieri debet, atque ex vſu forenſi, nè maieſtas iuſtitiæ imminuatur neglectim, & eius ſecuritas contemptui haberi ſinatur. Vide præ cæteris Delbene *de Offic. S. Inquiſ. par.2. dub.236. per plures ſectiones*, vbi prædictum decretum varijs eiuſdem Sacræ Congregationis Concilij declarationibus illuſtrat.

1. *An Regularibus liceat cadauera defunctorum aſſociare cum Stola?*
2. *Ecquid ſi ſint Capellani Confraternitatum?*
3. *An liceat ijs domibus, nauibus, cymbis &c. benedicere?*
4. *An in obitu Parochianorum poſſint pulſare Campanas peculiari ſigno? Et in Sabbato Sancto antequam pulſentur Campana Cathedralis?*
5. *An proceſſiones extrà ſuas Eccleſias, & Clauſtra per Parochiam ducere, & Eccleſias præcipuè Sanctimonialium ingredi? Et*
6. *An poſſint conſtruere nouam Turrim Campanariam, cum noua, & magna Campana, præſertim propè Eccleſiam Parochialem, aut Monialium?*

Vbi de origine, & inſtituto Litaniarum, Rogationum, ac ſupplicationum piè, & eruditè. tomo 5. Conſult. 54.

Ad 1. & 2. non licere. Vſus enim Stolæ, præſertim in funeribus eſt ſignum iuriſdictionis Parochialis. Quare Sac. Congr. Rit. in *Nucerina* die 24. Octob. 1609. & in *Praneſtina* 13. Iul. 1619. declarauit, Parochum tantummodò Stolam deferre debere, ac omnes alios præcedere. Idem habetur ex Rituali Rom. *in rub. de exeq.*

Ad 3. Non licere. Hinc Sac. Congregationes Rit. & Viſitat. Apoſtolicæ ſæpius declararunt, benedictiones domorum, palmarum, & aliorum huiuſmodi pleno iure ſpectare ad ſolos Parochos; nam iſtæ functiones pertinent ad Parochum ratione muneris, quo fungitur, ac ſunt de iure ipſius, ità ne non poſſint per alium exerceri, niſi vſurpet ius proprium Parochi. Et ideò præſeruantur Parochis in omnibus priuilegiis conceſſis Regularibus per clauſulam: *Sine tamen quorumcunque iurium Parochialium præiudicio*, vndè Pellizzar. *tom.2. manual. Regul. tract.8. cap.2. sect.2. num.47.* rectè ait, non poſſe Regulares dare pacem, denunciare dies Feſtos, benedire domibus, & id genus alia, quæ ad Parochum pertinent: quia dicta clauſula complectitur omnia.

Ad 4. Reſpondetur quoad primam partem, non poſſe. Habetur ex Rit. Rom. *in rubr. de exeq.* per hæc verba: *Tunc vbi viget pia conſuetudo pulſetur Campana Parochialis Eccleſia aliquibus ictibus, ad ſignificandum fidelibus inſtantem mortem expirantis.* Et quo ad 2. partem, nequè poſſe. Quare Sac. Congr. Concil. in *Capuana* 23. April. 1591. ità ſcripſit Archiepiſcopo: *Il Priore, e i Frati di S. Maria ſono ſtati ragioneuolmente poſti in prigione per hauer nel Sabbato Santo ſciolto le Campane prima, che ciò ſi foſſe fatto nella Metropolitana di V.S. alla quale come capo, doueuano hauer riſpetto, e parendo, che baſti il riſentimento fatto, alla riceuuta gli farà ſcarcerare, con far loro vna buona monitione, auuertendo però, che non paghino coſa alcuna per pena.*

Quod etiam conſtat ex Concil. Lateranenſi ſub Leo-

Leone X. *ſeſſ.*21. vbi habetur, quod Campanæ pulſari non debeant in Ciuitate ante ſignum Cathedralis, in Diœceſi verò ante ſignum Matricis, vel Parochialis Eccleſiæ. Id tamen limitatur, niſi conſuetudo legitima eſſet in contrarium, vel Eccleſiæ multum diſtarent, vt declarauit Sac. Congr. Epiſc. in *Surrentina* 16. Iul. 1601. & in *Theleſina* 15. Febr. 1622. Alijs verò temporibus non poſſe prohiberi Regulares nè Campanas pulſent ante Cathedralem ex Sac. Congr. in *Lancianenſi* 7.Iun.1619. Fuitque in Sac.Congr.de Propag. Fid.anno 1643. abrogatum decretum nè Rutheni Græci vniti pulſarent Campanas in Sabbaro Sancto ante Latinos. Et ad effectum pulſationis ſufficit probare, Eccleſiam eſſe Parochialem, antiquiorem, digniorem, & maiorem, ex quibus concluditur, eſſe Matricem, vt per Sac.Rit.Congregationem in *Sorana* 8.Iun. 1641.

Vndè quandò clariſſimè conſtat; duas Eccleſias eſſe inter ſe independentes, & vnam non habere iuriſdictionem in alteram, non poteſt altera priuari ſua iuriſdictione matricitatis, vt alteri ſoli detur, ſed in hiſce caſibus, conſulendo vtriuſque dignitati, ac ſeruando inter vtramque paritatem, interdicitur vtrique exercitium comulatiuum, ità vt non poſſint ambæ eodem tempore pulſare Campanas, ac deferre SS.Euchariſtiæ Sacramentum. Reſeruatur verò vtrique Eccleſiæ vſus alternatiuus dictorum actuum, adeò vt vna Eccleſia vno anno, altera altero prius pulſet Campanas, & ſola deferat proceſſionaliter Sanctiſſimum. Quod tanquam iuſtum,& æquitati conſonum amplexa eſt Sac. Rit. Congr. in *Theatina* 1628. ipſaque experientia comprobauit longo temporis curſu, ac exemplorum numero. Nam hoc pacto tollitur occaſio turbarum, & ſcandalorum inter populos, vt præ cæteris locis videre eſt in Ciuitate S.Angeli, vbi ſumma cum quiete ſeruantur iſtæ ſolemnitates alternis vicibus per duas Matrices in executionem motus proprij Sixti V.

Ad 5. Etiam negatiuè: Nam ex iure communi Regulares extrà ſua Monaſteria non habent Conuentus ſuis finibus circumſcriptos. Card. *Clem.*1.*num.*1.*de ſtat.Monach.* & alij cum Rota coram Verallo *deciſ.*225. *num.*2. ac alibi frequenter,& declarauit Sac. Rit. Congr. in *Lycienſi*: *Sacra &c. iuxtà alias reſpondit, nullo modo licere Regularibus facere proceſſiones extrà Clauſtra Monaſteriorum, prout nec etiam licere ipſis Regularibus publicè exponere SS.Euchariſtiæ Sacramentum ſine expreſſa licentia Ordinariorum. Et ità in vtroque caſu obſeruari debere declarauit die* 28.April.1640. De quo etiam nos alibi.

Ad 6. Negatiuè per tex.*in cap.parentibus de priuil.* vbi Abb.*num.*4. ait, quod indebitus ſonus turbat audientes extra locum, ibique Decian. *num.*5. & Soccin. *num.*6. cui opinioni adhæret Sac. Congr. ſuper Epiſc. & Regul. imponi Turri Campanariæ nouam, & maiorem Campanam, & impoſitam mandauit amoueri, nè turbaret Moniales vicinas, & præſertim in vna *Auguſtinianorum* 21. Ianuar. 1642. & Confraternitatibus iniunxit, vt amouerent Campanam, ſi ex eius pulſatione turbentur vicini Regulares; id tamen pendet ex maiori, vel minori vicinitate Eccleſiarum, quæ examinanda eſt.

Porrò quas Græci Litanias, Latini Rogationes, & ſupplicationes vocant, & ad vitanda quidem mala fiunt, atque omne effugiendum periculum, ſed non ſine ieiunio, ac veſti humili, aut habitu lugubri,vocibus in modum ſupplicantis, vt Beleth. & Durand. teſtantur. Extat græcum vocabulum Litaniarum, etiā in *Epiſt.* 63.*Baſilij*, & explicatur *in can.*32.Concil. Magontini ſub Carolo Magno celebrati.

Supplicationū vſus apud Ethnicos fuit longè frequentiſſimus in primis apud Romanos,eorumque tempore inſtitutum fuit,hoc eſt publica feriatio,& tribus de cauſis eas inſtitutas ab illis reperimus.

Primò,cum aliquod à Dijs Romani petere inſtituiſſent, præſertim cum bellum aliquod ordirentur. De huius generis ſupplicationibus loquitur Liuius.

Secundò,in rebus aduerſis fiebant ſupplicationes ad Deorum iram deponendam.Liu.*lib.*10.

Tertiò,etiam in proſperis, puta ob victoriam &c. cum Dijs gratias eſſent acturi. Liu. *lib.*3.

De Lectiſternijs, quorum crebra eſt mentio, Liu. *lib.*5.*ab Vrbe condita*.

Obſeruatum quoque fuiſſe, morem Litaniarum, & Rogationum, hoc eſt publicarum, & communium ſupplicationum, non ſolum in veteri, ſed etiam in nouo Teſtamento periculoſis temporibus nemo poteſt negare. Sic cum Petrus ab Herode in carcerem coniectus eſſet, conuenerunt fideles in vnum locum, & per ſupplicationes liberationem à Deo petierunt. Talium ſupplicationum meminit etiam Irenæus.

Et in illis publicis ſupplicationibus, Eccleſiam ad ardentiores preces peculiaribus exhortationibus, & geſtibus excitatam fuiſſe conſtat ex Cypriano, Iuſtino, Tertulliano &c.

Hoc ipſo etiam tempore hymnum Angelicum, quem Triſagium vocant, diuinitus eſſe reuelatum narrant, vt Litaniarum, & ſupplicationum precibus insereretur. Qua de re Niceph. *lib.*14. *cap.*46. Et ſucceſſiuè in multis Orbis partibus hic vſus excreuit.

Prima quidem harum ſupplicationum inſtitutio, quando periculum illud ingruit, Paſchale fuit,verum ne iungerentur Reſurrectionis gaudijs luctus orationum, & ieiunantium afflictatio,triduum illud paucis annis poſt eſt electum, quod ſacrum præcedit Feſtum Aſcentionis,vt Auitus eadem explicat homil.quæ etiam citatur à Greg. Turonenſi *lib.*2. *cap.*34.

Mox verò hæc Litania non ſolum in Gallia, ſed etiam toto Orbe Chriſtiano approbata, & recepta

cepta fuit cum Auito commemorat Sidon. Auernorum Epiſcopus *Epiſt.7. ad Mamercum, & lib.5.Epiſt.4.ad Aprum.*

Aurelianenſe etiam Conc.pauló poſt hęc tẽpora celebratum *Can.29.* has Rogationes ſanciuit.

Dicitur autem hæc Litania *minor*, quia à minori, nempè à ſimplici Epiſcopo, & in minori loco, ſcilicet Viennæ in Gallia inuenta, & primum inſtituta eſt. Minor tamen antiquior eſt tempore; nam inſtituta fuit tempore Zenonis Imperatoris.

Maior verò Litania celebratur in Feſto S.Marci. Ea inuenta, ac inſtituta eſt à S.Greg. Magno Papa anno Chriſti 590. ad auertendam peſtem inguinariam, ſiuè inflaturam inguinum. Eius inſtitutionis cauſas Paulus Montis Caſini Monachus, qui Longombardorum hiſtoriam ſcripſit, prodidit.

An Regularibus liceat in proprijs Eccleſiis mulieres poſt partum ad purificationem admittere? tom.5. Conſult. 76.

Dicendum eſt, præciſa legitima conſuetudine, ſpectare ad Parochum priuatiuè quoad Regulares, atque alios quoſcumque.

Primò: quia purificatio huiuſmodi eſt quid Sacramentale. Nauar. *in man.cap.22. num.83.* Ità vt, ſi quis cenſuris ligatus puerperas ad purificationem admitteret, efficeretur irregularis. Nald. *in ſumm.v. mulier num.10.* Atqui prohibitum eſt Regularibus, alijſque Sacramentalia alienis Parochianis miniſtrare; nam ad eum pertinet Sacramentalia miniſtrare, ad quem & Sacramenta; ſunt enim veluti pars Sacramentorum. At Sacramenta ſuis Parochianis miniſtrare ad ſolum Parochum ſpectat. Quod quidem certum eſt, loquendo de his Sacramentalibus; Vndè cum purificatio puerperæ ſit Sacramentale, dependens à Sacramento Matrimonij, & Baptiſmi, quorum adminiſtratio ad ſolum Parochum ex officio ſpectat, ex Trid. *ſeſſ.24.de refor.matrim.cap.1 cap.2 ac alibi*; Vtique ad illum ſolum ſpectat illud adminiſtrare. Eſt enim eiuſdem naturæ. Ancharan. *conſ.283.num.2.ex leg. eni iuriſdict.omn.Iud.*

Secundò: quia huiuſmodi purificatio fit publicè cum ſuperpelliceo, & Stola, ac aqua benedicta, quæ ſunt iuriſdictionis. At Regulares nullam exercere poſſunt in alienos iuriſdictionem, nullamque benedictionem publicè impertiri queunt. Quæ ratio, atque diſtinctio eſt Sac. Congregationis Epiſc. & Regul. expreſſa ſub die 31. Auguſti 1628.

Tertiò: quia Parochus habet fundatam intentionem ſuper omnibus oblationibus, quæ ſiunt à ſuis Parochianis intrà Parochiam, *ex cap. Quoniam de decim. & cap. Paſtoralis de his, quæ ſiunt à Prælat. in fin.* vbi Butr. Abb. Imol. ac alij. Quamobrem Parochum dumtaxat, & non alium debere accipere eleemoſynam occaſione benedictionis reſoluit Sac. Rit. Congr. in *Acheruntina* 25. Iun. 1601. traditque in hac ſpecie Genuenſis *in prax.cap.57. num.13.*

Quartò: quia admiſſio illa ad purificationem per Regulares eſt ſimplex actio, quæ fit ab ipſis, qui non ſunt Miniſtri Eccleſiæ ex officio, neque Eccleſiæ nomine id præſtant, cum eos ad id non inſtituerit. Quare nil aliud eſt, quam vulgaris benedictio: Nam licet Regulares quoq; Sac.Ordinibus initientur; non ſunt tamen totius Eccleſiæ alicuius, ſed Eccleſiæ ſuæ priuatæ Miniſtri, hoc eſt miniſtrant in ſola proprij Monaſterij Monachorum Congregatione neq; ſunt Miniſtri Eccleſiæ ordinarij, ſicuti ſunt Parochi, qui ex prima ſui inſtitutione Eccleſię Miniſtri ad miniſtranda Sacramenta, & Sacramentalia potiſſimũ vocati, & inſtituti ſunt.

Quintò: quia ità religioſè obſeruatur in Vrbe Sacrorum Rituum Magiſtra, Rot.*deciſ.657.n.21. & deciſ.745. num. 12. coram Merlino*. Item & Mediolani, vt patet ex Conc. Prouinciali *p.1. tit.30.& par.2.mon.2.* atque alibi, conſtatque ex Ritual.Rom.per Paulum V. edito, qui in Diplomate illius confirmationis, poſtquam retulit, qualiter Pius V. & Clem.VIII. Breuiarium, Miſſale, & Cæremoniale condiderunt, ità ſubiungit: *Reſtabat, vt vno etiam volumine comprehenſi ſacri, & ſinceri Eccleſiæ Catholicæ ritus, qui in Sacramentorum adminiſtratione, aliiſque Eccleſijs functionibus ſeruari debent ab ijs, qui curam animarum gerunt, Apoſtolicæ Sedis auctoritate prodirent.* Vndè Gauant. ſuper rubricas Miſſalis *par.4.tit.19.num 1.& 20.* rectè obſeruat, quod benedictiones, quæ ſunt in Miſſali à quocunque Sacerdote, citrà præiudicium iurium Parochialium, fieri poſſunt, quæ vero ſunt in Rituali, vt eſt benedictio puerperæ ad Parochos propriè pertinent.

Sextò: quia Parochi de iure diuino ad huiuſmodi munia obeunda conſtituti ſunt; Vndè D. Paulus *ad Titum* 1. præcipit Epiſcopo *Cretenſi*, vt conſtituat per Ciuitates Presbyteros, vt poteſtatem exerceant. Hoc modo, & Paul. & Barnab. *Act.* 14. conſtituebant per Ciuitates Presbyteros, vt quiſque ſuæ Ciuitatis, non alterius curam gereret. Petrus quoque 1. *Petr.*1. ſiuè Epiſcopos, ſiuè Parochos alloqueretur, proprium dumtaxat illis gregem, non alienum, non vniuerſalem paſcendum commendat, cum ait; *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei*, non ſanè omnium Parochiarum, Diœceſum gregem, ſed eum tantum, qui cuique commiſſus eſt, gregem curandum præcipit. Quod dixit Ignat. *Epiſt.ad Antioch.* Quid ità? Vtique quia Parochis, multò magis Regularibus proprias Parochias tantum, non alienas commiſſas agnoſcebat. Et Patres, ac Concilia quid magis inculcant, quam Presbyteros ſua Parochia contentos eſſe debere, neque illis quicquam in aliena Parochia, & alienos Parochianos agere, Ità Conc Ancyranum *cap.*13. Concil. Nicenum *cap.60.* & Concil. Nannatenſe *cap.8.* Quomodò igitur Regulares poteſtatem

habent

Digitized by Google

habent in omnes alienos Parochianos, in puerperas purificandas, quandò id etiam alieni Parochi non habent, niſi ex licentia proprij Parochi?

Septimò probatur ex congruentijs, & quidem vrgentiſſimis. Prima eſt. Cum ad eam benedictionem puerperæ de iure non obligentur, ſi relinquatur in earum libertate ad illam recipiendam, facilè fiet, vt pleræque eam omninò negligant: quia Parochus non poterit in eas animaduertere. Et tamen eſt cæremonia laudabilis, & conſeruanda, vt ſtatuitur in Synodo Prouinciali Mechlinienſi *tit. de Sacram. cap* 4. & Mediolan. & in Archiepiſcopali Bononien.

Secunda: quia in Vltramontanis partibus, ſpeciatim in toto Belgio, moris eſt, vt puerperæ, quæ ex concubinatu, vel fornicatione notoria pepererunt, nõ niſi ab Archipresbytero, ſeù Decanis purificentur, vt iſtius purificationis occaſione informationem accipiant de Patre prolis natæ, quam ad Vicarium Epiſcopi tranſmittunt, vt contrà fornicatorem caſtigandum iuridicè procedatur; Si enim eſſet Regularibus conceſſum puerperas purificare, omnes promiſcuè purificarent; Vndè magnum ollium fornicatoribus pateret.

Tertia eſt: Quia quemadmodum prohibetur Regularibus habere Commatres, *cap. Non licet de conſecr. d.* 4. *& cap. Monachi eod.* ità debet illis prohiberi (niſi fortè ſint Parochi) puerperas purificare, in quarum purificatione ſolent in multis locis Obſtetrices interuenire.

An Regulares, qui nullitatis ſuę profeſſionis conſcij ſe ad ſac. Ordines promoueri faciunt, incidant in pœnas Conſtitutionis B. Pij V.? Vbi plura de Ord. Sac. collatis ſine titulo legitimo Beneficij, Patrimonij, Religionis &c. Vide de Ordine tom. 5. Conſult. 77.

1. *An Regulares ad exercendum munus Parochiale in Indijs ritè, ac rectè à Magiſtratibus laicis, vel à Principe inſtituantur?*
2. *An iidem Regulares poſſint obtinere, & exercere iura Parochialia ſine licentia Epiſcopi?*
3. *An acta ab ijs geſta ſint valida?*
4. *An, & quas cenſuras incurrat Confeſſarius abſoluens ſine approbatione?* tom. 6. Conſul. 1.

AD 1. Si attendamus ius commune, prouiſio illa tanquam facta per abuſum laicæ poteſtatis, eſt nullius momenti, nullumque ius tribuit, & tam conferentibus beneficia, quam recipientibus, hoc modo, *ex cap. ſi quis deinceps* 16. *quæſt.* 7. ingreſſus Eccleſię interdicitur, quouſque locum talem per ambitionem obtentum deſerant. Vndè prouiſio eſt nulla, & incurrunt interdictum ab ingreſſu Eccleſię ad tempus. Comitol. *lib.* 1. *quæſt.* 78. *num.* 5. *&* 6. Turrecrem. *in cap. Quoniam* 16. *quæſt.* 7. Item tales ſunt excommunicandi, tam ſcilicet conferentes, quam prouiſi de beneficio aliquo per abuſum laicæ perſonæ, *cit. cap. Quoniam, cap. ſi quis Clericus, cap. ſi quis Epiſcopus* 16. *quæſt.* 7. *& cap. Præterea de iurepatr.* Imò ſunt ipſi prouiſi ipſo iure excommunicati excommunicatione non reſeruata *ex d. cap. Quoniam, & cap. Si quis Clericus* 16. *quæſt.* 7. Comitol. *loc. cit. num.* 5. Ipſi autem laici conferentes beneficia incurrunt excommunicationes, & pœnas latas contrà vſurpantes iura beneficiorum, ſeù Eccleſiarum, quæ ſunt Papæ reſeruatę ex *Bull. in Cœna Domini cap.* 17.

Et ex Conc. Lateran. ſub Leone X. recipiens beneficium à laico Domino, non habente Apoſtolicæ Sedis priuilegium, ſeù titulum, ſaltem coloratum, redditur inhabilis ad beneficia quælibet obtinenda, donec à Papa fuerit diſpenſatus. Diaz. *cap.* 13. *pr. crim.*

Si verò illa prouiſio, ſeù inſtitutio in Parochia ad præſentationem Prælati regularis fiat à Magiſtratu, ſeù Principe laico, habente ad id Apoſtolicum priuilegium, valida eſt, & ius tribuit, non ſecus ac ſi ab Ordinario Eccleſiaſtico facta eſſet; vndè prouiſus poterit exercere iura parochialia iuxtà ius commune, & propria Religionis priuilegia. Hoc autem caſu pœnæ prædictæ ceſſant. Parz. *de benef. par.* 1. *cap.* 2. *num* 33. *cum allegat.* requiritur tamen prò iuſtificatione talis priuilegij laicæ poteſtatis ad conferenda beneficia Eccleſiaſtica; vt vel conſtet de ipſo priuilegio, vel ſaltem adſit præſcriptio, ſeù obſeruantia temporis immemorabilis cum fama talis priuilegij, Garz. *nu.* 38. Prò iuſtificatione verò prouiſi ſufficit, quod laicus habeat titulum coloratum.

Ad 2. Non poſſe: Nam Greg. XIII. in Conſtitutione ſua, quæ incipit: *In tanta rerum, & negotiorum mole*, prædictum Pij V. Conſtitutionem reuocauit, & ad terminos Sac. Conc. Trid. reduxit, cuius decreto *in cap.* 11. *ſeſſ.* 25. *de refor.* aduerſabatur.

Ad 3. Poſito, quod iſti Regulares obtinuerint parochiale officium per abuſum laicæ poteſtatis, ac etiam per pactum ſimoniacum cum Magiſtratu laico. Et poſito etiam, quod priuilegium dictorum Religioſorum ſit reuocatum per Conſtitut. Gregor. XV. & ſic non potuerit validè tale officium parochiale ſine licentia Epiſcopi exercere; tamen ſi in illa Religione, ſcilicet Indiarum, communi populi opinione tales Religioſi dicto modo deputati, reputati ſunt tamquam legitimi Parochi, valida fuerunt acta ab eis geſta, ſcilicet abſolutiones Sacramentales, & Matrimoniorum benedictiones, & coniugia ipſorum, &c. quia eſt ſatis probabilis multorum Doctorum ſententia, quod communis error, etiam ſine titulo colorato, ſuppleat defectum tituli, & ſuſtineat geſtum, vt tenent relati à Sanch. *lib.* 3. *de Matrim. diſp.* 20. *num.* 48. quibus adhæret Genuenſ. *in pract. cap.* 50. *in annot. num.* 3. ac alij.

Ad 4. Reſp. *ex cap. Placuit de pœnit. d.* 6. *& cap. Placuit*

cuit 9. quæſt.2. ab Vrbano II. ſtatutum eſt, vt nulli Sacerdoti licet alienum ſubditum ad Sacramentum Pœnitentię recipere ſine illius proprij Sacerdotis conſenſu. Qui verò contrà hæc ſtatuta facere tentauerit, ait Vrb. gradus ſui periculo ſubiaceat. Quod intellige ſignificari ibi ſuſpenſionem ferendę ſententiæ arbitrio Iudicis. Roderic. *quæſt.Regul.18.ar.1. n.2.* Præpoſ.*in d.cap. Placuit 9. quæſt.2. in princ.* Nauar.*in d.cap.Placuit de pœn.uum.6.in princ.*

An, & quatenus Regulari impertiri poſſit, ac debeat licentia exeundi à ſua Religione, vt cum reſeruatione votorũ in habitu Presbyteri ſæcularis viuere valeat in ſęculo? tõ.6.Conſ. 9. & vide etiã to.1.Conſ.87.

CErtum eſt ad hoc requiri cauſam, eamque grauem. Vt eſt odium intimum, & inexpiabile inter ipſum Regularem, & eius Superiorem, lis criminalis, quæ inter ipſos inimicitiam capitalem inducit, *leg. licet ff. de arbitr. teſtib.in authen. ſi dicatur*, ibique Bartol. *Cod. de teſtib.* Lanfranc. *in tract. de teſtib.* ac alij.

Præcipuè verò ſi huiuſmodi inimicitia comprobetur perſecutione, incluſione carceraria, & cum odio concurrat iuſtus metus mortis ex probabili cauſa cadens in virum conſtantem, quod per ſe ſatis eſt ad liberandum Regularem à Religione, Grammat.*dec.crim.5. num.8. cum ſeqq.* Rot.*in Conchenſi Nullitatis Ordinis 10. Mart.1606.coram Pegna.*

Ac ſi præcipuè ad aliam Religionem tranſire non poſſit ob inhabilitatem fide Medicorum probandam, ſiuè ex mala valetudine, ſiuè ex ſenectute contractam. Præterquamquod non tenetur tranſire, niſi ad Religiones ſimiles. Similes autem Religiones non recipiunt profeſſos alterius Religionis, quod probari debet atteſtationibus huiuſmodi Superiorum Religionum. Sicque etiam concurrat qualitas bonæ vitæ, & famæ, teſtimonium Religionis, & obſeruantiæ Regularis datum à ſuis Superioribus, & conſenſus Procuratoris Generalis ſuæ Religionis.

His itaque alijſque generis eiuſdem extantibus, cenſeo, concedendam eſſe licentiam huiuſmodi Regulari degendi in ſæculo in habitu Presbyteri ſæcularis. Per quam licentiam fit liber à Clauſtris, & delatione, etiam occulta, habitus regularis, & ab obedientia regulari, & relinquitur ſub correctione, & obedientia Epiſcopi, ſicuti cęteri Clerici ſæculares. Quæ licentia ſemper petenda eſt à Sede Apoſtolica.

An Regulares priuilegiati poſſint vti Altari portatili, etiam inuito Epiſcopo Diœceſano? Et quatenus negatiuè, an de illius licentia, & approbatione? Vide de Miſſæ Sacrific.tom.6.Conſult.12.

De Regularibus Miſſionarijs multa. Vide de Miſſionar.tom.6.Conſult.16.

An Regularis, qui falsò probauit nullitatem ſuæ profeſſionis, & deindè Matrimonium contraxit, & in S.Officio comparuit ſponte. Sit ei indulgendum, vt poſſit vel viuere cum Vxore, vel liberari à vinculo matrimoniali, vt in caſu poſito? Vide de S.Offic.tom.6.Conſult.43.ac ſimilia vide etiam tom.1.Conſult.88.& 146.eiuſdem tract.

An Reliquiæ Sanctorum exiſtentes in Eccleſiis Regularium, poſſint ab Epiſcopo viſitari? Vide de Canonizat.tom.6.Conſult.61.

An Regulares poſſint prohibere Parochis proceſſiones, &c.? Vide de Proceſſion.tom.6.Conſult.63.

An Eccleſiæ Regularium, & aliæ quæcumque vllum habeant ius ſuper quarta funeralium eorum, qui in eis ſibi eligunt ſepulturam, quandò in eiſdem Eccleſiis funeralia non fiunt? Vide de Funerib. tom.6. Conſult.88.

An Epiſcopus in Eccleſiis Parochialibus exemptis tempore viſitationis, poſſit, etiam inuitis Regularibus, conferre Sac.Ordines, ac Chriſma, aliaque Pontificalia exercere? Vide de Epiſcop. tom.7. Conſult.7.

1. *An in Eccleſiis Monaſteriorum Regularium Sæculariżatis, in quibus exercebatur per Monachos cura animarum, ſicuti etiam nunc exercetur per Sacerdotes ſæculares, ſpectet apponere Œconomum, occurrente illarum vacatione, ad Epiſcopos, an ad Abbatem, cui ſubijciuntur, cum eiſdem priuilegijs, & exemptionibus tamen conſuetis, & non contrarijs Sac.Canonibus, Sac. Conc. Trid.decretis, & Apoſtolicis Conſtitutionibus, & coram quo ſit faciendus concurſus?*
2. *An Epiſcopus poſſit corrigere, ac punire Curatos, ac Monachos ſæculariżatos, alioſque Clericos poſſidentes beneficia in ſupradictis Eccleſiis ob delicta ab eiſdem commiſſa, & præcipuè in his quæ pertinent ad curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem?*
3. *An Curati præfatarum Eccleſiarum teneantur accedere ad Synodum Diœceſanam Epiſcopi, vel potius ad Synodum dicti Abbatis?*
4. *An Rectores, ſeù Capellani dictarum Eccleſiarum poſſint audire Confeſſiones Sæcularium, etiam de caſibus Epiſcopo reſeruatis, abſque eius licentia?*
5. *An ad Epiſcopum pertineat concedere Dimiſſorias pro ordinandis Clericis dictarum Eccleſiarum?*
6. *An Epiſcopus poſſit viſitare Clauſuram Monialium exiſtentium in ſupradictis Monaſterijs, vel in eis ſaltem exercere iuriſdictionem vti Delegatus Apoſtolicus, ac etiam Confraternitates laicorum, quæ habent Altare in præfatis Eccleſiis?*
7. *An Epiſcopus poſſit viſitare dictas Eccleſias, & in eis exercere Pontificalia, & præcipuè Sacra-*

Digitized by Google

cramentum Confirmationis adminiſtrare?

8. *An ad Epiſcopum ſpectet cognitio cauſarum validitatis iuriſpatronatus laicalis, & honeſtatis perſonarum præſentatarum ad beneficia in dictis Eccleſiis exiſtentia? In quibus reſoluendis plura in explicationem Tridentini adducemus*. tom.7. Conſul.8.

RESolutio horum, ac huiuſmodi dubiorum maximè pendet à duobus. Primò, an probetur, quod Eccleſiæ, de quibus agitur, exiſtant intra fines Epiſcopatus. Secundò, an ex litteris ſuppreſſionis, & ſæcularizationis eædem Eccleſiæ effectæ fuerint proprium territorium, adeò vt amplius non ſint, neque in Diœceſi, neque de Diœceſi. Addi poteſt tertium, an per ſæcularizationem exemptiones, quę antea conceſſę fuerant Regularibus, adhuc durent quoad Clericos ſęculares ſubrogatos in Eccleſijs olim ſubiectis eiſdem Regularibus?

Si verſemur in primo dubio, reſpondetur.

Ad 1. Appoſitionem Æconomi in hiſce Eccleſijs Curatis, dum vacant, ſpectare ad Epiſcopum, tam de iure communi, Butr. *in cap. cum vos num.7. de offic. ordin.* Innoc. *in cap. 1. num.5. vt Eccleſ. benef. ſin. aliqua dimin. confer.* ac alij; quàm vigore Conc. Trid. *ſeſſ 24. cap.18. de refor.* Et cenſuit Sac.Cong.Conc.in *Aquileienſi* 14 Iun.1569. ac in *Taruiſina* his verbis:

Cum vacauerint beneficia Curata Abbatis prouiſioni ſpectantia, Epiſcopus Ord. loci edicta concurſus proponere debet, & Abbas collationem facere approbato ab eodem Epiſcopo, & Examinatoribus Ordinarij. Idemque obſeruandum, ſi Patriarcha, ſeù alij habeant collationem Parochialium exiſtentium in aliena Diœceſi. Et in hoc caſu deputatio Vicarij, donec prouideatur Parochialis de Rectore, ad Epiſcopum, in cuius Diœceſi Parochialis eſt, cum congrua arbitrio ſuo fructuum portionis aſſignatione ſpectabit.

Et quoad 2. partem dubij conſtat ex eodem Tridentini decreto, concurſum fuiſſe Epiſcopis, ac eorum Vicarijs commiſſum, illumque eſſe de iuriſdictione ordinaria firmauit Rota *deciſ.41. ſub num.9. p.5. rec.*

Ad 2. Ex dictis ſequitur, correctionem, & punitionem Parochorum, quoties delinquunt in concernentibus curam animarũ, & Sacramentorum adminiſtrationem, ſpectare ad Epiſcopum, ac eius Vicarium, & conſtat etiam ex ſequentibus declarationibus.

In Tergeſtenſi. *In Monaſterijs Virorum, ſeù Mulierũ in quibus malè ſpiritualia adminiſtrantur, Epiſcopi, vltrà admonitiones, alia etiam remedia adhibere poſſint.*

In Puntin. *Parochiales Eccleſiæ vnitæ Monaſterijs, quæ ſunt capita Ordinum, ſed ſunt extrà dicta Monaſteria, poſſunt ab Epiſcopis viſitari.*

In Laudenſi. *Epiſcopus nullam iuriſdictionem habet, etiam in ſæculares Sacerdotes curam animarũ exercentes in ijs Monaſterijs, in quibus eorum Generales Sedem ordinariam habent.*

In Legionenſi. *Epiſcopus poteſt viſitare Eccleſias curatas, quibuſcumque Regularibus Monaſterijs vnitas, præterquam in caſibus exceptis in hoc decreto. In Eccleſijs verò vnitis Religioni Hiereſolymitanæ ſeruandæ ſunt Bullæ Pij V. Ac alibi ſæpè.*

Ad 3. Reſp. Curatos præfatarum Eccleſiarum teneri accedere ad Synodum Epiſcopi ex Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.24. cap.2. de refor.* etiam ſi Parochiales poſſunt dici exemptæ. Nam Synodus Epiſcoporum dicitur de iure diuino inſtituta, & in ea Curati rationem ſui officij reddere debent. Rebuff. *conſ.164. à num.6. & ſeqq.* Vgol. *de offic. Epiſc. cap.48. §.1.* & Tambur. *de iur. Abb. lib.1. diſp.24. quæſt.4. & 5.* vbi etiam ampliatur in Abbatijs, & Parochialibus nullius Diœceſis.

Ad 4. Quando loca ſunt in Diœceſi, Epiſcopus habet intentionem fundatam, quod nemo admitti poſſit ad confeſſiones ſæcularium audiendas, niſi præuia approbatione à ſe facienda. Trid. *ſeſſ.23. cap.15. de ref.* & Clem. *Dudum, §. ac indè, vbi alii de ſepult.* Rot. *dec 655. præcipuè num.2. p.4. recen. confirmata coram Card. Panzirolo*, ac proindè requiritur licentia ad abſoluendum à caſibus reſeruatis. Vgolin. *de offic. Epiſc. cap.36. §. 1. & ſeqq.* ac patet ex ſequentibus declarationibus ad *d. cap.15.* Conc. etiam quoad Regulares, vbi quoque obiter alia

Cong. Epiſc. & Conc. cenſuit, Regulares ad audiendum in Ciuitate, & Diœceſi ſæcularium confeſſiones, ſemel ab Epiſcopo, præuio examine approbatus, iterum ab eodem Epiſcopo non eſſe examinandos. Cæterum à ſucceſſore poſſe vtique examinari, iuxtà Conſt. *B.Pii V. datam 8 Idus Auguſti an.6. quæ à Greg. XIII. non eſt reuocata per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Conc. Trid. Quod extenditur ad* Sacerdotes *ſæculares.*

In Foroſempronienſi. *Monachi exempti in Monaſteriis, & locis, in quibus iuriſdictionem temporalem, & ſpiritualem habent, Confeſſarios, & Concionatores eligere non poſſunt ſine approbatione, vel examine ab Epiſcopo, intra cuius Diœceſis fines loca ſita ſunt.*

In Toletana. *Hoc decretum habet locum etiam in Presbyteris ſæcularibus ſubiectis Prælatis, etiam exemptis, dummodò ſint in Diœceſi. Item Sacerdotes Hieroſolymitanæ Militię, ſi non ſunt Parochi, non poſſunt audire confeſſiones, nec alia Sacramentalia adminiſtrare, niſi ab Epiſcopo ſint approbati.*

In Materana. *Commendatarii Abbatiarum in iis, quæ ſpectant ad approbandum Sacræ Confeſſionis Miniſtros, ſe interponere non debent, ſed hanc cognitionem, & curam Epiſcopo, vti Ordinario, cui huiuſmodi data eſt facultas, ex hoc Conc. decreto relinquere. Die 22. Ianuar. 1569.*

In Reatina. Vicario Apoſtolico. *Quod Confeſſarii Regulares, qui Confeſſiones audiunt Regularium, tam Mulierum, quàm Fratrum, non poſſunt ab Epiſcopis cogi ad examen ex hoc decreto; ſi tamen ad tales confeſſiones audiendas deputati fuerint à Superioribus Regularibus. Die 29. Ianuar. 1574. ex Sac. Cong. Epiſc.*

Ead.

Digitized by Google

Ead.Sac.Cong. *D'ordine di Papa Gregorio XIII, ſi comanda à tutt'i Superiori di Regolari di Roma, che ſcriueſſero per tutti li Conuenti, e Monaſteri, che ſi leuaſſe l'abuſo d'aſcoltare le Confeſſioni nelle Celle de Conuenti, e Monaſteri, ettiandio, che le Celle haueſſero le Crati, che riſpondeſſero in Chieſa, el Confeſſore ſteſſe di dentro. Die 25. Auguſti* 1575.

In Cremenſi. *In riſpoſta, quanto al decreto, che niun Confeſſore, etiandio approuato dall'Ordinario poſſa nel tempo Paſquale vdir le Confeſſioni d'alcuno ſenza licenza del proprio Curato, vi ſi dice, che non ſi deue oſſeruare in modo alcuno, poiche aſſai ſodisfa all'obligo ſuo il penitente, portando al Parocho la fede d'eſſerſi confeſſato da perſona approuata. E queſto baſta in tutti gl'altri luoghi. Facendoui anche ſapere, che ſe alcuno coſtì haueſſe opinione, che le confeſſioni fatte ad vn Regolare approuato foſſero nulle, ò i Confeſſori foſſero ſoſpetti, caderà nell'errore contenuto nell'Eſtrauagante di Gio: XXII. che comincia :* Vas electionis. *Ead. Sac. Cong. Epiſc. die 3. April.* 1584.

In Camerinenſi Vicario. *Si è riferita à queſti miei Signori Illuſtriſſimi, quanto ſcriuete circa i Frati Mendicanti, & in riſpoſta vi ſi dice, che quando eſſi non ſono atti ad eſſer'approuati aſſolutamente per vdire le Confeſſioni, non ſi debbono in modo alcuno ammettere ad tempus. Perche oltre non ſi debbono ammettere à carico di tanta importanza perſone ignoranti, ſi da loro occaſione di eſſercitarſi più negli ſtudi, e ſe vi ſono poi di quelli, che ſono atti, e rieſcono nell'eſame, deue concederſi loro licenza di confeſſare non determinata, mà aſſoluta, e generale, che così comanda il decreto del Conc. E si bene ſi hà da caricar la coſcienza de gl' Eſaminatori nell'eſame, tuttauia è officio del Vicario vedere bene, che non ſi faccia torto à gli eſaminati, ne meno ſi approuino ignoranti; poiche dall'vno patiſcono danno, e dishonore le Religioni, e dall'altro ſi cauſa detrimento all'animo. E piaciuta poi la diligenza, che quando i Regolari confeſſano infermi, debbano auuiſare i Curati, acciòche poſſano prouedere all'omme di quanto fà loro biſogno. 7. Marzo* 1585.

Vbi non adeſt copia Confeſſariorum peritorum, poteſt Ord. approbare ad tempus, ſed abſolutè. Vbi verò adeſt copia, debeat approbari Cong. Epiſc. Patriarchæ Veneto die 15. Mart. 1594.

In Lucana Epiſcopo. *Quod mandet omnibus Confeſſariis, tam ſecularibus, quàm Regularibus, quod intra annum, aut plures dies, poſtquam Confeſſiones ægrotorum audiuerint, in ſcriptis faciant fidem Curato de tali confeſſione.* 4. *Febr.* 1586. *Congregatio Epiſcop. Et prò Min.Obſer.* 17. *Iun.* 1602. *& prò Canonicalibus* 1. *Iul.* 1606. *& in* Senogallien. 26. *Auguſti* 1616. *& prò omnibus Regularibus* 13. *Septemb.* 1641. *&* 22. *Septem.* 1645. *ac* 8. *Octob.* 1649. *&* 7. *Ian.* 1650. Quod Romę pręcipitur ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto audientibus Cõfeſſiones ſine nouo examine, & approbatione, ex decreto viſitationis Apoſtolicæ.

In Gerundenſi. *Quod pro licentijs exercendi curam animarum, confeſſiones audiendi, & earum reuocatione nihil prorſus ſoluatur. Ead. Cong. Epiſc. anno* 1588.

Cong. Conc. cenſuit, Confeſſionem eius eſſe nullam, qui omnia Sacerdoti non approbato ab Ord. confeſſus eſt peccata ſua, ignorans, eum non eſſe approbatum, Et licet verè coram Deo ſit abſolutus, attenta eius bona fide, tamen cum ſciuerit, eum Confeſſarium non eſſe approbatum, teneri confeſſionem reiterare.

Prælati Regulares, ſeù alij Religioſi Confeſſarij non poſſunt audire Confeſſiones ſecularium, qui ſunt de familia, aut deſeruiunt ipſorum Monaſterijs abſque approbatione, vel licentia Epiſcopi. Cong. Epiſt. 14. *Auguſti* 1568.

Quod verò ad caſus reſeruatos.

In Neapolitana. Cardinali Archiep. *SS. D. N. de ſententia Cong. cenſuit ex facultatibus per Mare Magnum, aliaque priuilegia Regularibus conceſſa, datum non eſſe eis poteſtatem abſoluendi in caſibus Epiſcopo reſeruatis. Neque etiam id poſſunt vigore cuiuſcumque* Societatis, *ſeù Confraternitatis quomodocumque hactenus priuilegiatæ, niſi poſt Conc. Trid. confirmatio in ſpecie ſuper abſolutione caſuum, ac cenſurarum facta fuerit, aut nominatim alicui Societati talis facultas data ſit à Sede Apoſtolica poſt Concilium. Eadem Sac. Cong. Conc.*

In Oſcen. Taruiſien. & Veronen. *Neque Mendicantes, neque Ieſuitæ, neque alij vigore Maris Magni poſſunt abſoluere à caſibus reſeruatis.*

In Mediolanenſi. *Confeſſarij habentes ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ facultatem abſoluendi à nonnullis maioribus caſibus Sanctiſſimo reſeruatis, non poſſunt abſoluere à caſibus, quos Epiſcopus ſibi reſeruat.*

In Cremonenſi. *Præpoſitus exemptus debet abſtinere à caſuum reſeruatorum abſolutione, tam quoad laicos, quàm quoad Clericos.*

In Veronenſi. *Pœnitentiarius non poteſt abſoluere à caſibus reſeruatis, niſi de licentia Epiſcopi.*

Regulares abſoluentes laicos excommunicatos à Canone, aut à ſententiis Synodalibus incurrunt ipſo iure excommunicationem Rom. Pontifici reſeruatam. Clem. Religioſi de priuil.

Qui abſoluunt à caſibus reſeruatis in Bulla Cœnæ, incurrunt eandem ſententiam excommunicationis, & alias pœnas, prout in d. Bulla.

Alia apud alios, Vide Theſaurum *de poteſt. abſol. à caſibus &c. & cenſuris &c.* & Conſtitutionem Clem. X.

Ad 5. Affirmatiuè ex decreto Sac. Conc. Triden. *ſeſſ.* 23. *cap.* 10. & conſtat ex his declarationibus.

In Marſicana. *Dare literas dimiſſorias ad Ordines Clericis nullius Diœceſis, illoſque ordinare, non ad Abbatem eorum Superiorem, quamuis Abbatialis iuriſdictio intra fines plurium Dięceſum exſtat, ſed ad Epiſcopum, intra cuius Dięceſis fines ſunt Ordinandi. Quòd ſi non conſtat, tunc dare literas ſpectat ad Epiſcopum viciniorem, aliter promoti ſunt ſuſpenſi, & miniſtrantes irregularitatem incurrunt, & pęnas Conſt. Sixti V.*

In Farfenſi. *Commendatarius Abbatię habens iura Epiſcopalia non poteſt concedere literas dimiſſorias.*

Ad

Digitized by Google

Ad 6. Pariter affirmatiuè, ex *cap.8. ſeſs.22.* Conc. Trid. vbi loquitur etiam de locis pijs priuilegio munitis; traditque Barboſ. *de poteſt. Epiſc. p.3. alleg.102. num.5. & 6.*

Ad 7. Affirmatiuè quoque quoad primam partem ex eodem Trid. *ſeſs.21. cap.8. & ſeſs.24. cap.9. de refor.* quæ decreta loquuntur etiam de Eccleſijs exemptis, ſtatuitque quod eadem etiam in ijs Eccleſijs ſæcularibus obſeruentur, quæ in nullius Diœceſi eſſe dicuntur, vt ab Epiſcopo, cuius Cathedralis Eccleſia eſt proximior, ſi id conſtet, alioquin ab eo, qui ſemel in Conc. Prouinciali a Prælato loci illius electus fuerit, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato, viſitentur, non obſtantibus priuilegijs, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus quibuſcumque. An etiam loquatur de Regularibus? Dic, quod Monaſteria etiam Regularia viſitat Epiſcopus, ſi ſint Commendata, dummodò in eis non vigeat Regularis obſeruantia, iuxtà *cap.8. ſeſs.21.* Si verò vigeat obſeruantia Regularis, & tunc quoad principalia loca manebit iuxtà illum textum, quo verò ad membra ſæcularia per Clericos ſæculares regi ſolita, quæ ſubſunt dicto capiti Regulari viſitabit Epiſcopus. Ità pluries fuit dictum, niſi d. membra pendeant immediatè à capite, & ſint eiuſdem Regulæ, iuxta notata *in c.11. ſeſs.25. de Regul.* Et licet alij codices conciliares legant, *ſi id poſſit*, vera tamen lectio eſt, *ſi id conſtet*. Et ità Sac. Cong. cenſuit in Conuerſanenſi 16. Febr. 1570.

Sac. Cong. decreuit, quod Collegiata nullius Diœceſis debet viſitari à viciniori Epiſcopo, tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegato.

Sic de alijs beneficijs nullius Diœceſis ſtatuendum eſt, vt viſitentur à viciniori Epiſcopo.

Quod verò ad 2. partem alibi ad diſquiſitionem vacauimus.

Ad 8. Etiam affirmatiuè ex diſpoſitione eiuſdem Sac. Conc. Trid. *ſeſs.14. cap.12. & 13.* quod procedit, etiam ſi inſtitutio ſpectaret ad Abbatem, cum ſemper cognitio validitatis, ſeù inualiditatis Iuriſpatronatus ſpectet ad Epiſcopos, vt in declarationibus expreſſis *ad cap. 9. ſeſs.25. de refor.* notandumque, quod decretum *d. cap. 13.* loquitur dumtaxat de examine faciendo ab Ordinario de perſona præſentati ſecundum *cap.13. ſeſs.7.* Et ideò ſalua remanet inſtitutio pertinens ad inferiores, vt in *cap.9. ſeſs.25.* Idemque decretum in *cit. cap.13. ſeſs.14.* loquens de examinandis, & approbandis omnibus Beneficiatis, habet locum etiam in alijs perſonis, quæ admittuntur in Eccleſijs receptitiis, vt ex Sac. Cong. in *Calaguritana*.

Ex d. autē c.9. ſeſs.25. *Sac. Cong. in* Laudenſi, Bergomenſi, ac alibi *cenſuit; quod decretum procedit, & qualitates requiſitæ attendendæ ſunt, etiam ſi ageretur in poſſeſſorio.*

Et in Nouarienſi. *Beneficia iuriſpatronatus non poſſunt conferri conſanguineis, & aliis perſonis prohibitis in Conſt. B. Pij V. ſub die 1. April.* 1568.

In Lucana. *Cognoſcere de iuribus iuriſpatronatus ſpectat ad Epiſcopum, quamuis inſtitutio pertineat ad Capitulum.*

In Feretrana, Lauden. &c. *Hoc decretum habet locum, tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, vndè admittenda non eſt præſentatio, nec facienda inſtitutio, niſi verificato patronatu. Si autem Ordinarius poſt Conc. cognouit de iurepatronatus, & admiſit, non poteſt Patronus repelli, ſecus ſi abſque cauſæ cognitione dimiſſus eſſet, & ſi conſtat iuſpatronatus non habere qualitates requiſitas, abrogatum eſt.*

In Vercellenſi. *Iuſpatronatus acquiſitus per augmentum tertiæ partis dotis ante 40. annos à die confirmationis Conc. numerandos, validum eſt. Si verò eſt acquiſitum intra 40. annos, Epiſcopus vti Sedis Apoſtolicæ Delegatus illud examinare debet, & quod non in euidentem factum inuenerit, reuocabit, reſtitui tamen debet Patronis id, quod hoc nomine ab eis datum eſt, prout in fine huius decreti ſtatutum eſt.*

In Vulterana. Placentina, & alibi. *Ad probandum iuſpatronatum non requiritur, vt ſimul probetur dotatio, vel fundatio, ac immemorabilis, ſed alterutrum ſufficit.*

In Tudertina. *Iuſpatronatus probatum ſolo documento fundationis, ſine aliqua præſentatione, non tollitur à Concilio, niſi tantum temporis præteriiſſet, quantum de iure requiritur ad præſcribendam Eccleſiæ libertatem.*

In Placentina. *Præſentationes factæ à Patronis in beneficiis ante Concilium fuerunt validæ, ſiuè ex conſuetudine, ſiuè ex priuilegio, ſecus ſi poſt Concilium; quandòquidem in hoc decreto ſuſtulit priuilegium; non autem fundationem.*

In Tudertina. *Iuſpatronatus ex ſolis præſentationibus vltrà hominum memoriam probatur, licet in eis nulla mentio facta fuerit de fundatione, aut dotatione.*

In eadem. *Duæ præſentationes factæ poſt Concilium à prætenſis Patronibus habent locum in poſſeſſorio; non autem in petitorio.*

In eadem. *Illa verba:* antiquiſſimum temporis curſum, *intelliguntur prout de iure.*

In Tarentana. *Ad conficiendum tempus immemorabile currunt anni elapſi vſque ad terminum controuerſiæ motæ. Idemque cenſendum eſt de ſpatio 50. annorum, quorum vnum requirit Concilium ad probandum iuſpatronatus.*

In Taruiſina, Cremonen. &c. *Omnes præſentati ab Epiſcopo ſunt examinandi, etiam quod inſtitutio ad inferiores pertineat. Nam Epiſcopus probare debet, an ſint ætate, litteris, & ſufficientia idonei, licet eſſent alienæ Diœceſis*, vt d. cap.13. ſeſs.14.

Penen. Cremonen. *Etiam ſi iſti inferiores, inſtitutores eſſent Monachi, vel Capitulum, examen præſentatorum ad omnia beneficia iuriſpatronatus, ad Epiſcopum pertinet.*

In eadem. *In beneficijs autem ſimplicibus, quæ non ſunt de iurepatronatus, ſed ſunt ad collationem inferiorum, examen non eſt neceſſarium.*

Iacen. Mediolanen. Cremonen. *Adeò verum eſt, quod in beneficiſs iuriſpatronatus examen eſt neceſ-*

ſarium ab Epiſcopo fieri, quod procedit etiam, ſi Capitulum, vel inferiores inſtitutores haberent iuriſdictionem Ordinariam in Clericos ad illa beneficia præſentatos.

In Camerinen. *Illi 40. anni numerandi ſunt à die confirmationis Concilii; Nam licet à die, quo vellet Ordinarius inquietare ſuper validitate iuriſpatronatus eſſent tranſacti 40. anni, hoc nihil obſtat examini. Interea tamen, dum fit examen, nullus eſt in ſua quaſi poſſeſſione turbandus.*

In Bononienſi. *Licet Epiſcopus poſſit reuidere vniones à 40. annis citrà factas, vt in decreto, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus; non impeditur tamen quominus poſſit id facere prout iuris fuerit.*

In eadem Camerinen. *Iuſpatronatus minus legitimè conſtitutum Epiſcopi reuocent, ſoluto tamen patronis quicquid Eccleſiis ratione augendæ dotis datum fuerit.*

Verum quandò non agitur de Eccleſijs exemptis, vel ſimplicis Nullius, ſed pleno iure ſpectantibus ad aliquam Abbatiam, quæ in nullo Epiſcopatu conſiſtit, tunc illæ ſub nullo Epiſcopo ſunt, vt in nullius Epiſcopi territorio, ſed in ſpeciali Prouincia Papæ, vt annotauerunt Io: And. *in add. ad Specul. tit. de priuil. & in cap. cum contingat num. 4.* ac Butr. *num. 11. col. 3. propè fin. de for. comp.* Hinc.

Ad 1. Reſpondetur, vtrumque ſpectare ad Abbatem, vti habentem in eis territorium proprium, & ius cum ſolito conuocandi Synodum, iuxtà declarationes Sac. Cong. editas ſuper decreto Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de ref. cap. 14.* quas referunt, & ad hoc ponderat Garz. *de benef. p. 9. cap. 2. § . 1. à num. 129. & ſeq.*

Ad 2. Negatiuè: Quia diſpoſitio Conc. *ſeſſ. 25. de regul. cap. 11.* loquitur de exemptis, qui ſunt in Diœceſi Epiſcopi, nec ideò habere locum poteſt in Curatis Eccleſiarum, quæ iuxtà ſuperius dicta ſunt de territorio Abbatis.

Ad 3. Etiam negatiuè, ex eo quod accedere ad Synodum Epiſcopi eſt ſignum ſubiectionis *cap. fin. de cauſ. poſſ. & propriet.* qua prorſus ergà Epiſcopum carent inſeruientes curæ animarum in dictis Eccleſijs, quæ ſunt de alieno territorio.

Ad 4. Videtur affirmatiuè reſpondendum, ſi fuerint per Abbatem approbati: Nam cum ſit nullius Diœceſis, & quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habeat in dictis Eccleſijs, vtique ſub decreto Conc. *ſeſ. 23. de ref. cap.* 15. venit appellatione Epiſcopi.

Ad 5. Negatiuè: Quia diſpoſitio Conc. *ſeſſ. 23. de ref. cap.* 10. loquitur de conſtitutionibus intrà fines alicuius Diœceſis, non autem de habentibus territorium ſeparatum cum plena iuriſdictione, & iure viſitandi, & congregandi Synodum.

Ad 6. Negatiuè in vtroque dubio: Nam quoad clauſuram Monialium obſtat, quod neque licet Epiſcopo in Moniales exemptas, cum Bonifac. VIII. *in cap. vn. § . fin. de ſtat. Regul. in 6.* id demandauerit ſuis Prælatis.

Quod verò ad Confraternitates Laicorum ratio deſumitur ex ipſo decreto Conc. *ſeſſ. 2. de refor. cap. 8.* dum loquitur de munitis priuil. exemptionis.

Ad 7. Si loquantur de viſitatione, verba Conc. *ſeſſ. 7. de ref. cap. 7.* verificantur etiam in inferioribus habentibus iura Epiſcopalia. Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 18. qu. 6.* Barboſ. *in collect. Conc. ſeſſ. 21. de ref. cap. 8. nu. 5.* ac ſententia Rotæ *coram Gypſio deciſ. 298. p. 4. diu.*

Si verò de exercitio Pontificalium, dicitur, Epiſcopum viciniorem non poſſe Pontificalia exercere in Eccleſijs, ac locis Abbatiæ, quæ ſit nullius Diœceſis, ſine expreſſa licentia Abbatis.

Si demum de adminiſtratione Sacramentali Confirmationis, dicitur, inferiorem ab Epiſcopo, cui ille ſubeſt, abſque licentia viciniotis, poſſe vocare quem maluerit prò d. Sacramento Confirmationis adminiſtrando Aldan; & Barb. vbi ſupra.

Ad 8. Reſp. quod Sac. Cong. eam non abnegauit inferioribus Epiſcopo, ſi habuerint iuriſdictionem Ordinariam in loco, cuius verba refert Garz. *de benef. p. 2. cap. 3. num. 19. prop. fin.* ac Barb. *in collect. ad d. cap. 9. Conc. num. 77.*

1. *An Epiſcopus poſſit publicè denunciare excommunicatum Regularem exemptũ, qui ob delictum notorium incidit in excommunicationem latam à iure, vel ab homine, ſaltem, vt ab alijs euitetur?*

2. *An Superior Regularis Nuncium Apoſtolicum, non Iudicem Synodalem, & à Diœceſi Epiſcopi denunciantis vltrà duas dietas diſtantem, poſſit in Conſeruatorem eligere?* tom. 7. Conſul. 10.

AD 1. Affirmatiuè per *tex. in Clem. vn. § . Præcipientes de conſang. & affin. Clem. 1. de priuil.* vbi Canoniſtæ *cap. 1. de pœn. in 6.* tradente etiam Gloſs *in cap. cum voluntate, § . fin. de ſent. excomm. & in Extrauag. vn. de priuil.* ibique DD, quibus adſtipulatur Felin. *in cap. non poteſt num. 3. de ſent. & re iud.* Abb. *in cap. nimis graue nu. 4 & 5. de exceſ. Præl.* ac alij.

Non obſtat prætextus exemptionis vigore priuilegiorum à iuriſdictione Epiſcopi: quia agitur ſolum de denunciatione excommunicationis; Epiſcopo autem per priuilegia Regularium non eſt interdicta facultas denunciandi, nam ea tantum ſublata ſunt, quæ expreſsè eximuntur. Franc. *in cap. 2. n. 10. de conſtit. in 6.* Gratian. *diſcept. 918. num. 11,* Rot. *deciſ. 324. num. 15. & 16. p. 1. recen.*

Ad 2. Negatiuè ex verbis Conſt. Greg. XV. *de Conſeruator. §. 2. & 3.* Excipe, niſi Regulares Nuncium Apoſtolicum in ſuum Conſeruatorem ex ſpeciali Indulto à Summo Pontifice ſibi conceſſo eligere poſſint. In quo caſu Epiſcopus, qui actum iuriſdictionalem in Regulares exercet, dum illos præcedente declara-

toria excommunicatos denunciat, nulliter, ac de facto procedit. Conſeruator enim eſt Iudex priuatiuè quoad Ordinarium, Sanch. *conſ. moral. lib. 6. cap. 9. dub. 5. num. 4.*

An Regulares poſſint cum expreſſa licentia Sac. Cong. Conc. iuxtà eius decretum ſub die 7. Septemb. 1624. & 19. eiuſdem 1643. de quo nos alibi, imponere cenſum vitalitium, etiam ſine pecunia numerata, illumque poſtea ſine d. licentia caſſare, ac eius pecuniam in mutuum accipere? tom. 7. Conſult. 12.

QVoad primam partem affirmatiuè reſpondendum eſt. Etenim dubitari non poteſt de validitate cenſus vitalitij, tam ex communi Canoniſtarum, quàm Theologorum ſententia, vt per Rot. poſt Conc. *de cenſib. dec. 514. num. 2. &* 3. Idque etiam ſi non interueniat actualis numeratio pecuniæ. Nam hoc requiritur in alijs cenſibus perpetuis, comprehenſis in Conſtitutione B. Pij V. non autem in cenſu vitalitio, qui in illa non comprehenditur. Altograd. *conſ. 18. num. 19. lib. 1.* Felician. *de cenſ. tom. 2. lib. 1. cap. 7. num. 5.* alijque.

Quod autem ad 2. partem reſp. non poſſe Regulares ab hoc cenſu recedere, illumque conuertere in purum mutuum, quoad cenſum, quia cum ex dictis appareat, quod acquiratur Monaſterio ius irreuocabile, & agatur de cenſu vitalitio, cuius pretium nunquam repeti poteſt, Conc. *d. quæſt* 10. *num. 26.* Rot. poſt eum *dec. 9. num. 12.* non poſſunt ſine beneplacito Apoſtolico illum caſſare, & præiudicium inferre Monaſterio, dum non agitur de iure acquirendo, ſed de iam quæſito, vt in terminis cenſus Ricc. *deciſ. 134. p. 1,* Donat. Ant. de Marin. *reſol. lib. 1. cap. 6. num. 10.* alijque.

Et quoad mutuum certum eſt, quod vigore mutui contracti a Regularibus, bona Eccleſiæ non poſſunt alienari ſine beneplacito Apoſtolico, etiam ſi prætendatur, mutuum fuiſſe conuerſum in eorum vtilitatem.

Neque obſtat, quod ſubſiſtente cauſa, bona poſſint generaliter obligari abſque beneplacito Apoſtolico: Nam contrarium decreuit Sac. Cong. Conc. decreto ſuo, cuius ſumma eſt huiuſmodi:

Sac. Cong. &c. *Speciali S. D. N iuſſu Generalibus, & Prouincialibus &c. & quibuſcunque alijs Superioribus Regularibus &c. omnium rerum &c. alienationem, omnemque pactum, & quod ipſorum dominium transferatur, cenſus perpetuos, ſeu vitalitios, hipothecas &c. fieri perpetuò prohibet, atq; interdicit abſque ipſius Congregationis Conc. expreſſa licentia &c. alienationes verò, pacta, cenſus, hipothecas &c. Sanctitatis ſuæ auctoritate ipſo iure nullas, atque irritas decreuit &c. hac die 7. Septembris 1624. Cumque poſt editum decretum de reb. Regul. non alienan. compertum ſit, Regulares, qui eodem decreto prohibentur cenſus imponere &c. loco cenſuum, & contractuum huiuſmodi pecunias accipere mutuò, etiam ſine alicuius lucri ſolutione &c. cum obligatione, ſeù hipotheca bonorum &c. Cumque ex huiuſmodi contractibus eludatur mens Sac. Cong. S. D. N. approbante, decreuit, & declarauit, non licere Regularibus pecunias, vt ſupra proponitur, accipere, & ſi acceperint, in ipſius decreti pœnas ipſo facto incidere &c. Die 21. Martij 1626. quod innouatur hac die 19. Septemb. 1643.*

Vtrùm Regularis profeſſus, qui fuit baptizatus tanquam expoſitus, ità tamen, vt ex publica fama ipſius parentes non ignorentur, neq. prorſus ſit incertum, an ex illegitimis nuptiis ſit conceptus, poſſit eligi in Generalem, vel obtinere alias Prælationes ſuæ Religionis? tom. 7. Conſul. 34. Ac vide etiam tom. 1. Conſul. 21.

PRæter ea, quæ in d. tom. 1. dicta ſunt, hic quoque reſpond. negatiuè ex ferè communi Doctorum ſententia, qua generatim ſentiunt, expoſitos eſſe reputandos illegitimos, atquè adeò irregulares, *cap. cum in cunctis, & cap. Innotuit de elect. cap. 1. & cap. fil. de fil. presb.* Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 11. num. 1. & 3.* Angel. *in l. liberorum, ff. de jis, qui not. infam.* ac alij. Quia in dubio, ſaltem ante factum pars tutior eligenda eſt, ideò in praxi quando non conſtat de parentibus expoſitorum, non ſunt temerè ordinandi, quia parentes eorum ignoti ſunt, ſi tamen conſtet eſſe legitimos, ordinari poſſunt. Tolet. *in ſum. lib. 1. cap. 58. num. 2. in fin.* Auil. *de cenſur. p. 7. diſput. 3. num. 9.* dicens probabiliorem.

Præcipuæ rationes, quibus innituntur, ſunt. Primò, quia res dijudicanda eſt à communiter accidentibus. *l. ſiuè poſſideatis, C. de prob.* Gloſ. *in l. neque naturales eodem tit.* Communiter autem, qui exponuntur ſunt illegitimi. Secundò, quia expoſiti cenſentur tanquam vulgo quæſiti, hoc eſt Filij publicarum meretricum, qui nullum certum Patrem habent. vt docent Bald. *in l. vulgò in prima lectura ff. de ſtat homi. in princ.* Paleot. *de noth. cap. 63. num. 2.* At vulgò quæſiti ſunt illegitimi, *DD. l. c.* Tertiò, quia in dubio tutior pars eſt eligenda. Quartò, in dubio non præſumitur quis legitimus. Angel *in d. l. liberorum ff. de his, qui not. infam.* & Alciat. *locis cit.* Ergo expoſitus, de quo eſt dubium, an ſit legitimus, non debet præſumi, quod ſit legitimus,

Poſita igitur hac irregularitate ex illegitimis natalibus orta, per ingreſſum Religionis, & profeſſione in ea emiſſam, dictus Regularis non eſt habilitatus ad Prælationem regularem, *per tex. expreſſum in cap. vt filij de fil. presbyt.* Vbi DD. omnes, nominatim Fagn. *à num* 14.

Quin etiam ſi nulla extaret publica infamia, concludendum eſt cum Rodriquez rerum Regularium peritiſſimo *tom. 1. quæſt. Regul. 13. art. 1.* vbi ſic rem abſoluit.

Expoſiti legitimi cenſentur ſecundum opinionem doctiſsimorum Virorum; vndè non videntur indigere diſpenſatione, vt ad Sac. Ordines promoueantur, nec etiam facti Regulares videntur indigere diſpenſatione, vt ad Prælationes regulares admittantur. Cum tamen circà hoc ſit varietas opinionum, conſultius erit, vt minimè ad Prælationes regulares admittantur, niſi cum eis prius ſecundum terminos priuilegiorum Regularium diſpenſetur. Hactenus Rodriquez.

Sed ceſſat omnis difficultas ex ſtylo Cancell. Apoſtolicę, de quo teſtatur Pyrrhus Corrad. *in princ. diſp. Apoſt. lib. 3. cap. 2. à num. 1.* vbi aſſerit, diſpenſationem cum huiuſmodi expoſitis peti, & concedi cum omnibus qualitatibus, conditionibus, clauſulis, & decretis, cum quibus conceduntur prò illegitimis. Et *num. 3.* ſubijcit formulam ſupplicationis prò expoſitis ſecundum eundem ſtylum, in qua inter cætera apponitur clauſula reſtrictiua, citrà diſpenſationem ad Dignitates. Quare non amplius dubitandum, quin huiuſmodi expoſiti ſint irregulares, atque adeò inhabiles ad Prælationes ſuę Religionis, etiam ex ſtylo Rom. Curiæ, quæ in hac materia facit legem, & prò lege ſeruatur. *cap. ex litteris de conſt. cap. quam graui de crim. falſ.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 6. num. 210.*

De ſepultura Confratrum Defunctorum in Eccleſiis Regularium. Vide de Sepult. elect. tom. 7. Conſult. 36.

An, & quatenus poſſit Epiſcopus celebrare Pontificaliter, vel celebrari facere in Eccleſiis Regularium, aliiſque exemptis, ſiuè eo præſente, ſiuè abſente? Vide de Epiſcop tom. 7. Conſul 45.

An *Regulares obligati ad officiandum in Eccleſiis Cleri ſęcularis, præcedere debeant ipſi Clero?* Vide de Præced. tom. 7. Conſult. 49.

An *Commendatarij poſſint viſitari ab Ordinariis &c.?* Vide de Viſitatione tom. 7. Conſul. 65.

An R*egularis degens extrà Clauſtra, ſi delinquat, puniri debeat à Nuncio Apoſtolico, vel ab Epiſcopo, qui præuenit?* Vbi alia ad rem. tom. 7. Conſul. 68.

QVod puniri debeat ab Epiſcopo certi iuris eſſe non ambigo: Nam dubitari nequit de iuriſdictione Epiſcopi procedendi in omnibus cauſis criminalibus contrà Regulares, degentes extrà Clauſtra, ex Conſtitut. X. Pij IV. § 5. *tom. 2. Bull.* ex decreto Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 6. cap. 3. de reform.* & ex decretis illius Sac. Congregationis ſub anno 1624. quæ habentur poſt Conſtitut. 26. Vrb. VIII. §. 4. *Bull.* in quibus fuit conceſſa plena facultas Ordinarijs locorū procedendi contrà dictos Regulares degentes extrà Monaſteria, tam cum habitu, quam ſine habitu. Quod religiosè obſeruatur, teſte Barboſa *de poteſt. Epiſc. alleg. 105. num. 14.* & Genuen. *in prax. cap. 59. alias 57. num. 2. & 9.* ac Ciatlino *controu. for. cap. 50.*

Neque obſtat Breue Clem. VIII. datum ſub 19. Ianuar. 1592. Nam prætermiſſis pluribus, quæ dici poſſent de non comprehenſione præſentis caſus, reſpondetur, certiſſimum eſſe in illo non tribui iuriſdictionem Nuncio Apoſtolico per ſe ſolum procedendi contrà Regulares fugitiuos, & degentes extrà eorum Monaſteria, & ſic non dicitur attributam eſſe priuatiuè quoad Epiſcopum, ſed cumulatiuè. Rom. *conſ. 393. num. 1.* & firmant Abb. cæterique ſcribentes ad *cap. Paſtoralis de offic. ord.* Couar. *in cap. Alma Mater par. 1. §. 12 num. 3. de ſent. excom. in 6* quos ſequitur Rot. *coram Coccino dec. 316. num. 7. & coram Merlino dec. 152. num. 3.* in quibus refertur declaratio Sac. Congr. Conc.

Regulares itaque exempti, qui intrà Clauſtra habitant, ſed extrà Clauſtra notoriè delinquunt cum ſcandalo populi, Epiſcopo inſtante, à Superiore ipſorum intrà tempus ab Epiſcopo præfigendum, ſeuerè puniendi ſunt, & Epiſcopus ab eodem Superiore de punitione facta certior fieri debet, alias Superior à ſuo Prælato officio priuandus, & delinquentes prędicti ab Epiſcopo puniri poterunt. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 14. de Regul.* Quod procedit etiam in Equitibus Hieroſolymitanis, vt cenſuit Sac. Congr. Conc. in *Mediolanenſi* 13. April. 1591. & SS. laudauit 17. Iun. eiuſdem anni, & ex Clem. VIII. *Conſt. 39. ſuſcepti muneris*, ſtatuitur pœna priuationis dignitatum, & officiorum obtentorum latæ ſententiæ contrà Superiores cuiuſcumque Ordinis Regularium, ſupradictum Trid. decretum non obſeruantes in omnibus, & per omnia, & additur, quod ſi Superior Regularis ſuum Religioſum, vt ſupra delinquentem non punierit, & illum à loco delicti ad alium ſuæ Religionis locum tranſmiſerit, inſtante Epiſcopo loci prædicti, intrà terminum ab ipſo præfigendum, debeat d. delinquentem ad locum delicti reſtituere, & reuocare, alias idem Superior incurrat pœnam priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ Papæ reſeruatam. Et nihilominus, creſcente contumacia, poterit Ordinarius, ſeù Diœceſanus loci, ad quem tranſmiſſus eſt delinquens, ſiuè requiſitus ab Ordinario loci delicti, ſiuè aliter informatus, procedere aduerſus eundem, iuxtà d. decretum Trid. tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus, eumque ſeuerè punire. Quæ omnia non procedunt quandò Regularis delinquit extrà Clauſtra ſine ſcandalo, licet delictum probari poſſit. Sac. Congr. Conc. in *Vintimilienſi*.

Quod Trid. decretum amplio cum Piaſecio, Naldo, & Portello apud Dian. *tom. 2. reſol. 132.* vt ſi Religioſus habitans intrà Clauſtra, extrà Clauſtra delinquat, vt ſupra ſcandaloſè, & notoriè, & in flagranti deprehendatur, poteſt

Ordi-

Ordinarius loci ſtatim illum in carcerem conijcere, & proceſſum formare, etiam antequam Superioris Regularis appareat negligentia, & delinquentem deindè cum actis, & informatione ad d. Superiorem tranſmittere ex Sac. Conc.in *Mediolanenſi*. Certioratio verò debet fieri in ſcriptis, ex eadem Sac.Congr.in *Lucana* 23. Nouemb. 1630. quæ antea 26. Iul.1627. cenſuerat, eſſe iudicium Archiepiſcopi Mediolanenſis, vel alterius Ordinarij cognoſcere, an punitio à Superiore Regulari inflicta fuerit leuis, vel ne.

Vndè eadem Sac.Congr.ſub 19. Septembr. 1625. cum quæreretur à Regularibus.

1. *An Epiſcopus ſtatim habita notitia delicti Regularis, notoriè, extrà Clauſtrum delinquentis, poſſit informationem capere, & illam ad Superiorem Regularis mittere, vt nequeat de eodem delicto ignorantiam præſumere?*

Reſpondit, poſſe.

2. *An ſufficiat, quod Epiſcopus vna vice Superiorem Regularem moneat, eique terminum præfigat ad caſtigandum ſubditi delictum?*

Sac Congr.reſpondit, ſatis eſſe, vt Epiſcopus ſemel inſtet Superiori Regulari, eique tempus præfigat, ad eiuſdem Conc.præſcriptum.

3. *An ſufficiat, quod Superior Regularis ad Epiſcopum mittat copiam tantum ſententiæ, vt Regulares dicunt, vel debeat remittere acta omnia ſuper delicto agitata, ad effectum, vt Epiſcopus videre poſſit, ſi in hoc adimpleta fuerint verba d.decreti Trident.* ſeuerè puniatur*, nec ne?*

Sac.Congr.reſpond. non ſufficere, vt ſententiam, aut etiam acta ad Epiſcopum tranſmittat, ſed opus eſſe, vt de punitione ipſa, & ſententiæ executione Epiſcopum certiorem faciat.

4. *An Regularis delinquens notoriè in Eccleſia, ſeù Monaſterio ſui Ordinis, in quo degit, ità vt populo ſcandalo ſit, dicatur delinquere extrà* Clauſtra, *vt locus ſit diſpoſitionibus Sac.Conc.Trident.* cap.14. ſeſſ.25.de Regul.?

*Sac.*Congreg. *cenſuit, delinquere extrà Clauſtra, ſi in Eccleſia* Monaſterij *delinquit, niſi clauſis portis Eccleſia, & ſolis Regularibus in ea exiſtentibus, fuerit commiſſum delictum.*

Denique quæſitum fuit, an d.decretum Trid.intelligatur etiam cum delictum commiſſum fuerit intrà Eccleſiam, vel Clauſtra?

Sac. Cong. reſpond. facultatem Epiſcopo attributam vindicare ſibi locum, etiam cum Regulares notoriè, cum ſcandalo extrà Clauſtra *intrà Eccleſiam delinquerent, non ità ſi intrà Clauſtra.*

Et in *Nouelenſi*, in qua Epiſcopus ſupplicauit prò reſolutione infraſcriptorum dubiorum.

1. An *Superior* Regularis *poſſit repetere teſtes ſæculares prò informatione delicti coram* Epiſcopo *iam examinatos, nouoſque teſtes vocare, ac illis iuramentum de veritate dicenda præſtare, præuia citatione in ſcriptis prò parte etiam Iudicis laici, & ſub pœna pecuniaria eidem* Fiſco *applicanda?*

2. An *ſuppoſita, vt licita repetitione præfata, poſſit Regularis* Superior *vti alio ſui Ordinis ſocio Regulari prò Cancellario in repetitione dictorum teſtium, & aliorum examine ad proceſſum, quem ipſi vocant* ad defenſam, *conſtruendum, vel potius teneatur adhibere* Cancellarium *Epiſcopi, aut alium publicum Notarium?*

3. *An ſati factum ſit diſpoſitioni, ac menti* Sac.Conc. *ſi Superior Regularis, non modò Epiſcopum certiorem non faciat de ſeuera punitione Regularis delinquentis, ſed depoſitionibus teſtium ab eodem Regulari Superiore receptorum vnà cum ſententia declarationis innocentiæ delinquentis dumtaxat intrà præfixum terminum tranſmiſſionis, delinquentem ipſum ad locum delicti commiſſi liberè dimittat?*

4. An *ſit factus locus diſpoſitioni* Conc *de priuatione officij Regularis Superioris, & de punitione delinquentis ab Epiſcopo facienda, quotieſcumque iterum citati, iidem coram Epiſcopo negant, ſe ità teſtificaſſe, ſicut ſcripſerat Regularis, vel fatentur, ſe falſum depoſuiſſe coram ipſo Regulari, ab eo ſeductos, & minis, ac timore laicorum delinquentis attinentium corruptos, & à quo quibuſcumque pœnis puniendi veniant* Regulares *ſeductores, & falſa ſcribentes præfati, ne illorum delicta remaneant impunita?*

Eadem Sac.Cong.Conc.die 14.Mart.1648.ad ſupradicta dubia ità reſpond.

Ad 1. *Exprimendos eſſe caſus particulares.*

Ad 2. *Superiorem Regularem ad perficiendum proceſſum poſſe vti opera* Cancellarij *Regularis iuxtà præſcriptam Conſtitutionem ſui Ordinis, abſque tamen fraude, ne delicto remaneant impunita.*

Ad 3. *Superiorem* Regularem *teneri ad* Epiſcopum *mittere ne dum ſententiam, ſed etiam omnia acta, & certiorare in ſcriptis de punitione, & ipſius ſententiæ executione.*

Ad 4. *Poſſe Epiſcopum procedere, ſi de fraude conſtet, nè huiuſmodi delicta Regularium remaneant impunita contrà diſpoſitionem Sac. Conc. & Conſt. fel.rec.Clem.VIII.*

At ex eodem Trid. *ſeſſ.6. cap.3. de ref.* Nemo Regularis extrà Monaſterium, ſeù Clauſtra degens, etiam cum licentia ſuorum Superiorum quocumque exemptionis priuilegio Religionis tutus cenſetur, quominus ſi deliquerit ab Ordinario loci, tanquam ſuper hoc à Sede Apoſtolica Delego, ſecundum Canonicas Sanctiones viſitari, puniri, & corrigi valeat. Quin etiam ſi degat extrà Clauſtra de licentia Apoſtolica, vt ſæpius declarauit Sac. Congr. eiuſdem Conc. præcipuè 20. Nouemb. 1626.

Fuitque dubitatum in Sac. Congr. Conc. vtrum exiſtentes in aliqua domo erectioni Monaſterij deſtinata, comprehendantur in hoc decreto? Et fuit reſolutum, quod licet ibi exiſtant de licentia ſuorum Superiorum, tamen ſi non haberent in domo *Priorem*, ſiuè Guardianum, & non viuerent iuxtà inſtitutum Regulæ, comprehenderentur in hoc decreto *cap.3. ſeſſ.6.* & ab Ordinario puniri poſſent die 24.Maij 1588.

Quæſitum etiam fuit, an *Equites* Hieroſolymitani per Diœceſes vagantes, ſubdantur virtute

huius

huius decreti Ordinario illius loci, vbi degunt? Et licet de iure, & auctoritate huius textus reſponderi poſſet affirmatiuè, tamen per Bullam B. Pij V. ſubduntur Magno Magiſtro. Et ita decreuit moltoties Sac. Congreg. Epiſcop.

An Monaſterium S. Gregorij Vrbis Congregationis Camaldulenſis poſſit ſibi retinere partem eleemoſynæ Miſſarum diſtributarum in Monaſteria d. Congregationis. Item de redditibus Sacrarij. de ſatisfactione Miſſarum &c.? Vide de Miſſæ Sacrific. tom. 7. Conſult. 74.

An qui aliquo modo, etiam diſputandi, aut veritatis indagandæ gratia, impugnat, vel in dubium reuocat Sac. Societ. Ieſu Inſtitutum, ſiuè Conſtitutiones, incurrat pœnam aliquam Eccleſiaſticam? tom. 7. Conſult. 88.

NVllo modo dubitandum, eſt, quin iſte ſit cenſendus manifeſtus tranſgreſſor Bullarum Apoſtolicarum. Primò, quia quicquid ſit, an res, de qua diſputatur, aut veritatis indagandæ cauſa impugnatur, licita ſit, & an ab Apoſtolica Sede fuerit confirmata, certiſſimum eſt, illam fieri ex præſcripto Conſtitutionum d. Societatis, & Greg. XIII. & XIV. cupientes proſpicere paci, ac quieti d. Societatis, & ad coarcendam contradicentium audaciam, qui non deſiſtebant ab impugnatione huius Inſtituti, præcepiſſe in virtute S. Obedientiæ ſub grauiſſimis cenſuris, & pœnis, nè quis Inſtitutum, Conſtitutiones, aut quemuis earum articulum, quouis diſputandi, etiam veritatis indagandæ quæſito colore in dubium reuocaret (multò minus impugnat) volentes, vt ſi quid dubij oriri contingerit, ad Sedem Apoſtolicam referretur, ad quam tantum in his ſpectat manum apponere.

Ex his ſequitur, eum, qui obortum ſibi dubium de re aliqua non retulerit ad Sedem Apoſtolicam, ſed ipſam impugnauerit, ac damnauerit, poſt viſas Apoſtolicas Bullas id interdicentes, facere contra expreſſam prohibitionem Sum. Pontificum. Eman. Rodriq. & Ludou. Mirand. illius *in quæſt. reg. tom. 1. qu. 5. art. 5.* huius *in manual. Prælat. tom. 1. par. 3.* & Bonac. *tom. 3. de cenſur. in part. d. 2. quæſt. 3. pun. 35.*

Deinde quia Conſtitutiones Societatis Ieſu ſunt confirmatæ à Sede Apoſtolica, & confirmatio talis eſt, vt Sac. Rota expreſsè deciderit *in Romana Legati coram Buratto dec. 245. & in 4. par. rec. per* Farinac. *par. 2. deciſ. 477. num. 12.* Conſtitutiones Societatis eſſe Conſtitutiones Papales, & tales cenſendas eſſe. Vndè infertur, non ſolum impugnari Conſtitutiones Societatis, ſed Conſtitutionem Pontificiam.

An, & quatenus Regulares teneantur ad Decimas Parochis, aliiſque ſoluendas, & qua ratione Decimæ ad Monaſteria peruenerint? Vide de Decimis tom. 8. Conſult. 8.

An Epiſcopus claudere poſſit feneſtras, ac erigere murum viridarij Regularium, quia ſupereminent Monaſterio Monialium, quas ipſi Regulares inſpiciunt? tom. 8. Conſul. 10.

REſpond. Poſſe prouidere, ſumptibus cui de iure. Ità Sac. Congr. Conc. in *Vrbinatenſi* 10. Mart. 1663. *ad cap. 5. ſeſſ. 25. de regul.* vbi omnia, quæ ad conſeruationem Clauſuræ pertinent, Ordinario committuntur. Et ideò prò opportuno remedio poteſt Epiſcopus extollere murum viridarij Regularium, & claudere feneſtras, ſaltem vitreis ſpeculis, ſi non reſpondent in Clauſuram, ità vt non poſſint aperiri. Reliqua ad rem vide de Monialibus, vbi ſatis.

An Regulares habentes Conſeruatorem legitimè electum debeant coram eodem Conſeruatore conueniri in cauſis ciuilibus, requirentibus diſcuſſionem, & iudicialem indaginem, quandò ſunt Rei, an potius coram Ordinario? tom. 8. Conſult. 33.

DIe 24. Mart. 1657. Sac. Congr. Conc. inhærendo declararionibus alias editis, cenſuit: *Regulares, etiam Reos debere in huiuſmodi cauſis iudicialem diſcuſſionem, & indaginem requirentibus, coram Ordinario, & non coram Conſeruatoribus conueniri?*

Cum autem aliqui Regulares aſſerant, habere priuilegia expreſſa, & ſpecifica, etiam circà huiuſmodi cognitionem iudicialem per ſuos Conſeruatores legitimè electos faciendam, ideò quæritur:

An eis obſtet ſupradicta declaratio?

Videtur non obſtare. Primò quicquid ſit de declarationibus alias editis, id videtur exprimere literalis diſpoſitio Conſtitutionis Greg XV. in qua Conſeruatores iuxtà illius præſcriptum eligendi non deputantur, vti nudi, & ſimplices Conſeruatores prò conſeruandis, & defendendis Regularibus à manifeſtis iniurijs, & violentijs, quales conſiderati fuerunt *in cap. 1. & 2. de offic. & poteſt. Iud. Deleg. in 6.* Sed conſiderantur, & nominantur, etiam tanquam Iudices, vt *in §. 1. 2. & 8.* cum expreſſa, & ſpeciali iuriſdictione illis attributa in cauſis tantum, in quibus Regulares tanquam Rei coram ipſis trahi, & conueniri contigiſſet. Ex huiuſmodi enim Iudicum denominatione conceſſa cenſetur facultas procedendi in dictis cauſis, etiam ſi requirerent iudicialem indaginem, ex deductis in *deciſ. 616. num. 2. & 3. par. 2. recen.*

Deindè, quia §. 9. d. Conſtitutionis concedens dict. iuriſdictionem literaliter comprehendit actorem trahentem, & conuenientem Reum, tractum, & conuentum, & Iudicem, coram

quo

Digitized by Google

quo dicta actiua, & paſſiua tractio, & conuentio exerceri debet, proindéque, dato concurſu d.Iudicis, Actoris, & Rei, neceſſariò reſultat proceſſus formaliter iudicialis, & cum tela, indagine, & diſcuſſione iudiciali, iuxtà *cap. forus de verb. ſignif.* & dixit Rot. in *Calaguritana Beneficiorum de Morigo 11.Febr.1611.coram Coccino.*

Vndè cum d.priuilegia non fuerint reuocata ſed ſimpliciter redacta ad terminos Conſtitutionis Greg.XV.vt in ſpecie declarauit Sac. Congreg.Conc.in hoc decreto.

Vtrum Conſt.fel.recor.Gregor.XV. circà Conſeruatores Regularium publicata anno 1621. cum declarationibus Eminentiſſimorum Sac. Congreg. Concil. Trid. Interpretum deſuper editis, aquè afficiat, & comprehendat Religioſos Societatis, Ieſu, ac reliquos Regulares, ità vt omnia alia prædicta Societatis priuilegia fuerint reducta ad terminos dict. Conſtitutionis, & ſic in poſterum debeant ab eis eligi Conſeruatores iuxtà formam, & tenorem præfata Congregationis? Reſponſum, huiuſmodi Conſtitutionem cum declarationibus, vt præfertur, editis, aquè afficere Religioſos Societatis Ieſu, atque aliorum Ordinum, & Conſeruatores ad illius præſcriptum eſſe eligendos, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, quippèque omnia ſunt redacta ad terminos ipſius Conſtitutionis.

Et in eadem fuerit etiam declaratum, Regulares ære alieno grauatos ad ratiocinia, & prò teſtamentorum executionibus obligatos coram Conſeruatoribus, quatenus illos habeant, conueniri debere, vt in ſubiecto decreto.

An *Regulares grauati ære alieno, vel ad ratiocinia, vel teſtamentorum executores, poſſint conueniri coram Ordinario, ſi Conſeruatores non nominauerint intrà tempus habile ab Ordinario præſcriptum? Reſpondit, Regulares in cauſis prædictis coram Ordinarii loci eſſe conueniendos, ſi ad præſcriptum Conſtitut. sa:me:Greg.XV. Conſeruatores non elegerint, ipſius electionis documentum intrà præfinitum tempus in actis Curiæ ipſius Ordinarij non exhibuerint, ac dimiſerint.*

Ità verò cum expediri non poſſint abſque diſcuſſione, & indagine iudiciali, vtique dicendum videtur, ſupradictam Sac.Congr. declarationem non obſtare Regularium priuilegijs.

An Regulari danda ſit petita copia actorum in cauſa criminali cum teſtium omnium, expreſſione? tom.8. Conſult.41.

AFfirmatiuè: quia id expreſsè diſponitur in Conc.generali relato *in cap.qualiter, & quandò 24.de accuſat.* his verbis: *Et non ſolum dicta, ſed etiam nomina ipſa teſtium ſunt ei, vt quid, & à quo ſit dictum, appareat, publicanda, nec non exceptiones, & replicationes legitimæ admittendæ,* quod etiam clarè ſancitum legitur in reformatione Tribunalium Pauli V.§.10.*tit. de Iudic.crim. num.26.* & concinunt omnes Canoniſtæ *in d.cap. qualiter, & quandò,* & DD. communiter excipientes ſolum crimen hæreſis ob contrariam diſpoſitionem Conſtitutionis 40. Paul.V.

Ratio autem, ob quam publicanda ſunt nomina teſtium in *alleg.cap.qualiter,* nimirum: *ne per ſuppreſſionem nominum infamandi per exceptionum verò excluſionem deponendi falſum audacia præbeatur.* Cognitis namque nominibus, poſſunt opponi exceptiones contrà perſonas, & dicta, quæ depoſitionibus omnem tollerent fidem, alias ſi nomine, & cognomine celarentur, ſequeretur abſurdum, quod nempè quis ex dicto forſan inhabilis plecti poſſet. Garz. *diſp.crim.22.num.4. & ſeqq.* qui loquitur etiam in crimine hæreſis.

An *Edictum Epiſcopi, quo præcipitur ſub pœna excommunicationis, alijſque arbitrarijs, quod nemo admittat ad celebrationem Miſſarum Presbyteros, abſque eius licentia, comprehendat etiam Regulares?* Vide de Miſſæ Sacrific.tom.8.Conſ.42.

An, & quibus in caſibus Monachi, & Regulares ſubſint Epiſcopo? Vbi prius de eorum origine, ſucceſſione, progreſſu &c. to.8.Conſ.43.

NOn obſtantibus quibuſcumque priuilegijs Regulares, etiam intrà Clauſtra degentes ſubſunt viſitationi, aut iuriſdictioni Epiſcoporum in caſibus infraſcriptis:

Primus eſt in Regularibus, qui, quamuis non exerceant animarum curam perſonarum ſecularium, tamen adminiſtrant perſonis ſecularibus aliquod Sacramentum, prænia Epiſcopi licentia, aut in alicuius Sacramenti adminiſtratione de facto, abſque vlla auctoritate ſe ingerunt ex Conſt.Greg.XV.*de exemp.priuil.*

Secundus, tertius, & quartus eſt, cum Regulares delinquunt circà perſonas degentes intrà ſepta Monaſteriorum Monialium, aut circà earundem Monialium Clauſuram, aut circà bonorum adminiſtrationem Monaſteriorum Monialium, ex eadem Conſtitut. Gregor.XV. §.*Ad hæc.*

Quintus, ſextus, & ſeptimus habentur in ipſa Conſtitutione. §.*Ac ſimiliter*, vbi indulgetur Epiſcopis, vt poſſit vnà cum Superioribus Regularibus Abbatiſſarum electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, & præſidere. Et in Regularibus, qui deputari non poſſunt ad audiendas Confeſſiones Monialium, etiam Regularibus ſubiectarum ſine Epiſcopi approbatione. Et in Regularibus adminiſtrantibus eorundem Monaſteriorum bona, qui adhibitis Superioribus, tenentur ſingulis annis reddere rationem adminiſtrationis Epiſcopo loci.

Octauus caſus eſt in Regularibus, qui libros de rebus ſacris imprimunt, vel imprimi faciunt ſine nomine Auctoris, aut illos vendunt, vel etiam apud ſe retinent abſque Epiſcopi, & ſuorum Superiorum examine, & approbatione.

Nonus eſt *in capit. 1. §. in Monaſterijs ſeſſ.* 5. quo

quo ſtatuitur, vt in Monaſterijs Monachorum, vbi commodè fieri poteſt, lectio Sacræ ſcripturæ habeatur. Quod ſi Abbates negligentes fuerint, Epiſcopi locorum in hoc vti Sedis Apoſtolicæ Delegati eos ad id opportunis remedijs compellant.

10. Caſus eſt in Regulari, qui in Eccleſia ſui Ordinis ſine benedictione, vel in Eccleſia alterius Ordinis ſine licentia Epiſcopi, aut in alterutra, contradicente Epiſcopo, prędicare prohibetur, *in cap.2.v.Regulares verò ſeſſ.5.& c.4.ſeſſ.24* de quo alibi diximus.

11. Habetur *in cap.2. verſ.Si verò quod abſit ſeſſ.5.* in Regulari, qui errores, & ſcandala diſſeminauerit, etiam ſi in Monaſterio ſui, vel alterius Ordinis prædicauerit, de quibus *Clem.1. de priuil.& exceſ.Prel.* ac alibi. Debet enim ei ab Epiſcopo munus prædicationis interdici, vt ibi præcipitur.

12. Eſt circà Conſeruatores: nam in Conſtitutione Gregor.XV. *de Conſeruat.* inter cætera ſtatuitur, vt Regulares, qui ſecus, quam iuxtà formam ibi præſcriptam Conſeruatores eligere, aut electis vti auſi fuerint, vocatiua, & paſſiua ſint ipſo iure priuati, & illorum Conuentus, ac Monaſteria, eorumque perſonæ, ac bona careant Conſeruatore ad annum, ità ut illorum cauſæ interea coram locorum Ordinarijs cognoſci, ac definiri debeant, & nos alibi.

13. Eſt quoad Indulgentiarum publicationem, & eleemoſynarum erogationem, de quibus in *cap.9.ſeſſ.21.* & nos alibi.

14. Habetur in *cap.vnic.ſeſſ.21.de obſeruat.& euit. in celebr. Miſſ.* ibi: *Neuè patiantur in domibus, atque omninò extrà Eccleſiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata Oratorijs ab eiſdem Ordinarijs deſignanda, & viſitanda Sanctum hoc Sacrificium à ſæcularibus, aut Regularibus quibuſcumque peragi.* Quibus verbis ſublatum eſt priuilegium ab Honorio III. conceſſum Fratribus Prædicatoribus; & Minoribus celebrandi in Altari priuilegiato viatico, etiam Epiſcopo non permittente, iuxtà tex.in *cap. in his de priu.* & diximus alio loco *de Miſſę Sacrific.* quo adi.

15. Eſt in Regularibus, qui Confraternitatum, vel Hoſpitalium adminiſtrationem ſuſcipiunt. Poteſt enim Epiſcopus eos cogere ad reddendas rationes adminiſtrationis, & in eos, quos culpabiles repererit ad iuris præſcriptum animaduertere, iuxtà *cap.8. & 9.ſeſſ.22.* vt Sac. Congreg.declarauit.

16. Quoad Confraternitates laicorum in Eccleſijs Regularium exiſtentes, quas Epiſcopus poteſt viſitare, atque ab illarum Adminiſtratoribus rationes adminiſtrationis exigere, ad præſcriptum *d.cap.8. & 9.ſeſſ.22.* non tamen poteſt earum Capellas inibi ſitas, aut Altaria viſitare, niſi quatenus Confratrum adminiſtrationem concernunt, vt ſimiliter Sac.Congr. reſoluit.

17. Quoad interſtitia, & examen Ordinandorum in *cap.11.12.& 13.ſeſſ.23.* quibus diſponitur, vt promoti ad Ordines minimè poſſint ad altiorem gradum aſcendere, & Sac. Congreg. cenſuit comprehendere etiam Regulares. Idem de interſtitijs ſeruandis ab eiſdem Regularibus, quorum iudicium ad Epiſcopos reſoluit ſpectare eadem Sac.Congr.

18. Eſt quoad Confeſſiones Sacramentales perſonarum ſæcularium, etiam Sacerdotum, quas nec Regulares audire poſſunt, niſi fuerint ab Epiſcopo approbati, vt *in c.15.ſeſſ.23.* & ſecus ab eodem puniri poſſunt tanquam delinquentes in adminiſtratione Sacramentorum, in vim Conſt. Gregor.XV. *de exemp. priuil.* vti Sedis Apoſtolicæ Delegato.

19. Habetur *in cap.2. verſ. Synodi quoque ſeſſ.24.* quoad acceſſum ad Synodum Diœceſanam, & ad eius decretorum obſeruationem ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, alijſque ad arbitrium Epiſcopi, etiam excommunicationis ex ſententia Sac.Congreg.Conc.

20. Eſt quoad præfixionem numeri in Monaſterijs Monialium, de qua *in cap.3. ſeſſ.25. de Regul.* & Conſt. Greg.XIII. incip. *Deo Sacris Virginibus*, quæ obſeruanda eſt.

21. Habetur *in eodem cap.3.in fin. ſeſſ.5.* vbi Monaſteria, tam virorum, quam mulierum de cætero erigi prohibentur ſine Epiſcopi licentia, de quo *tom.1.* diximus.

22. Habetur *cap.4. ſeſs.25. de Regul.* illis verbis: Nec licet Regularis à ſuis Conuentibus recedere, etiam prætextu ad Superiores accedendi, niſi ab eiſdem miſſi, aut vocati fuerint. Qui verò ſine dicto mandato in ſcriptis repertus fuerit, ab Ordinario locorum, tanquam deſertor ſui Inſtituti puniatur.

23. Habetur in *eod.cap.in fine*, vbi decernitur, vt Regulares, qui ſtudiorum cauſa ad vniuerſitates mittuntur, in Conuentibus tantum habitent, alioquin ab Ordinarijs puniantur.

24. Habetur in *cap.5.in princ.ſeſs.25.de Regul.* quo innouatur Conſtitutio Bonifacij VIII. *in cap. Periculoſo de ſtat.Regul.in 6.* & tribuitur Epiſcopo vti Sedis Apoſtolicæ delegato pleniſſima auctoritas in his, quæ pertinent ad Clauſuram conſeruandam, etiam Monaſterijs exemptis.

25. Ponitur *in eod.cap.5.ſeſs.25. de Regul.* in illis verbis: Nemini autem Sanctimonialium liceat poſt profeſſionem exire à Monaſterio, etiam ad breue tempus quocumque prætextu, niſi ex aliqua legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda.

26. *In cap.7.ſeſs.25.de Regul.* in quo decernitur, vt ſi in Monaſterijs nulla Monialis reperiatur qualitatibus requiſitis, ad hoc, vt poſſit eligi in Abbatiſſam, ex alio eiuſdem Ordinis eligi poſſit, Epiſcopo conſentiente in Monaſterijs ſibi ſubiectis. Idem de Confeſſariis, tam ordinariis, quàm extraordinariis inibi inſtituendis.

27. Eſt in Monaſteriis, quæ generalibus Capitulis, aut Epiſcopis non ſubſunt, nec ſuos habent

Re-

Regulares ordinarios viſitatores: Nam ſi intrà annum in Congregationem ſeſe redigere neglexerint, licet Metropolitano, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato, eos prò prædictis cauſis conuocare, Quòd ſi Metropolitanus id exequi non curauerit, Monaſteria eorumque perſonæ ſubduntur Epiſcopo, in cuius Diœceſi ſitæ ſunt, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato, vt ſtatuitur *in cap.8. ſeſs.26.de Regul.*

28. Habetur *in cap.9.eiuſdem ſeſs.25.de Regul.* quo Monaſteria Monialium Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta, ſubiiciuntur Epiſcopo, tanquam eiuſdem Sedis delegato.

29. Habetur *in cap.11.ſeſs.25. de Regul.* in ea parte, in qua diſponitur, vt in Monaſteriis, quibus imminet cura animarum perſonarum ſæcularium, aliqui etiam ad nutum amouibiles non deputentur, niſi de Epiſcopi conſenſu, & præuio examine per eum, vel eius Vicarium faciendo. De quo nos alibi.

30. *Eſt in cap.12.ſeſs.25.de Regul.* vbi ſtatuitur, vt cenſuræ, & Interdicta Eccleſiaſtica, etiam ab Ordinariis emanata, mandante Epiſcopo, à Regularibus in eorum Eccleſiis publicentur, atquè ſeruentur.

31. Eſt, vt dies etiam feſtus, quos in Diœceſi ſua ſeruandos, idem Epiſcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam Regularibus ſeruentur. Eadem *cap.12.ſeſs.25.*

32. Ponitur *in cap.13. eiuſdem ſeſs.15. de Regular.* quo tribuitur Epiſcopis facultas componendi, appellatione remota, controuerſias omnes de præcedentia inter Eccleſiaſticas perſonas, tam ſæculares, quàm Regulares, cum in proceſſionibus publicis, tum in iis, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & in deferenda vmbella, & alijs ſimilibus.

33. Ponitur *in eod.cap.13.* vbi ſtatuitur, vt exempti omnes, ſiuè ſæculares, ſiuè Regulares ab Epiſcopo ad publicas proceſſiones vocati, accedere compellantur, vt nos alibi *de Proceſſion.*

34. Eſt in Regularibus, qui etſi degant extrà Clauſtra, tamen extrà ea notoriè cum ſcandalo delinquunt; Hi enim puniri poſſunt ab Epiſcopo, iuxtà terminos *cap.14.ſeſs.25.de Regul.* & Conſt. Clem.VIII. editæ 18.Mart.1569.*& nos alibi, hoc eod tract.ſupra.*

35. Eſt *in cap.16 ſeſs.25. de Regul.* quo nullæ decernuntur renunciationes Nouitiorum, niſi fiant cum licentia Epiſcopi, ſiuè eius Vicarij intrà duos Menſes ante profeſſionem.

36. Habetur *in eod. cap.6. in fin.* vbi ſtatuitur, vt Nouitij à Monaſterio ante profeſſionem abeuntibus omnia reſtituantur, quæ ſua erant. Idque vt rectè fiat, Epiſcopus etiam per cenſuas Eccleſiaſticas, ſi opus fuerit, compellat.

37. Eſt quoad voluntatis puellarum Deo dicandarum explorationem ab Epiſcopo faciendam, ex decreto 7.*eiuſd ſeſs.* tam ante habitus ſuſceptionem, quàm ante profeſſionem, ſi puella ſit maior 12. annis, & ſi minor 12. annis ſit, ante profeſſionem dumtaxat.

38. Eſt *in cap.19.ſeſs.25.de Regul.* vbi ſtatuitur, vt Ordinarius debeat adhiberi vnà cum Superiore Regulari in iudicio nullitatis profeſſionis.

39. Ponitur *in cap.vlt. ſeſs.25.de Regul.* vbi Capitulis generalibus deficientibus exequi decreta illius ſeſſionis diſponitur, vt Concilia prouincialia per deputationem aliquorum eiuſdem Ordinis prouideant.

40. Habetur *in cap.13.ſeſs.25.de refor.* quo decernitur, vt quibuſcumque in locis iam ante ann. 40. quarta funeralium Cathedrali, aut Parochiali Eccleſiæ ſolita eſſet perſolui, & poſteà fuerit ex quocumque priuilegio alijs Monaſterijs, aut quibuſcumque locis pijs conceſſa, eadem poſt hac integrè Cathedrali, ſeù Parochiali Eccleſiæ perſoluatur, non obſtantibus priuilegijs, etiam Mari Magno nuncupatis. De qua re eſt ſermo *in cap.vlt. de teſtam.* & tradunt DD. *in tit.de ſepul.in 6.& Clem.eod.tit.* & in ſpecie in *Clem. Quia contingit.* Et vide, quę alibi diximus *de Funeribus.*

41. Eſt in Regularibus, qui ob notorium delictum in excommunicationem inciderunt, quos cenſuit S.Cong. poſſe ab Epiſcopo publicè denunciari excommunicatos, vt ab alijs euitentur.

42. Eſt in Regularibus, etiam S. Io: Hieroſolym. qui in perſonam Epiſcoporum delinquunt, Prælatorum iuriſdictionem turbant, aut illos impediunt, nè munus ſuum exequatur.

43. Eſt quoad expoſitionem SS. Euchariſtiæ; decreuit enim Sacr.Cong. vt non liceat Regularibus, etiam in proprijs Eccleſijs SS. Euchariſtiæ Sacramentum publicè adorandum exponere, niſi ex cauſa publica, quæ probata ſit ab Ordinario. Ex cauſa autem priuata, poſsit, dummodò SS. Sacramentum è Tabernaculo non extrahatur, & velatum remeneat, ità ut ipſa Hoſtia videri non poſsit.

44. Habetur in decretis de celebratione Miſſarum à Sac.Cong.Conc.editis auctoritate Vrb. VIII. *in §. Deinceps verò in Bullar.tom.*4 vbi ſtatuitur, vt Monaſteria, & loca Regularia poſt hac recipienda, in quibus 12. Religioſi ſuſtentari, atquè inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint, Ordinarii loci viſitationi, correctioni, atquè omnimodæ iuriſdictioni ſubiecta eſſe intelligantur. Decreta fuerunt edita anno 1625. 21. Iunii, & publicata 22. Septembris.

45. In alia eiuſdem Vrbani Conſt. quæ incipit *in ſuprema* edita Idibus Nouemb. 1627. qua ſtatutum eſt, vt cognitio cauſarum contrà perſonas Eccleſiaſticas, tam ſæculares, quàm Regulares, quæ monetas aureas, vel argenteas cudunt, fabricant, colorant, vel alias adulterant, erogant, aut exponunt, in Italia ſpectet ad Ordinarios locorum priuatiuè quoad omnes Superiores Religioſorum, ipſiſque Superioribus penitus excluſis, & quoad loca intra fines alicuius Diœceſis, non tamen de Diœceſi exiſtentia, ad Ordinarios ipſarum Diœceſum, intra quarum fines eadem loca extiterint.

Quo verò ad ea; quæ extrà fines alicuius Diœceſis conſiſtunt, ad viciniores eorundem locorum Ordinarios.

46. Eſt in Conuentibus Regularium, qui primum fuerint ſuppreſsi, & ſæcularizati, ac deindè ex rationabilibus cauſis ad primæum ſtatum regularem reducti, ac ſuis Religionibus reſtituti, vt in decreto Innoc. X.

47. Eſt in Conuentibus Regularium nunquam ſuppreſsis, in quibus actu non aluntur ſaltem ſex Religioſi, quorum ad minus quatuor ſunt Sacerdotes. Subiacent namque iuriſdictioni Ordinarii, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, vt habetur in eodem decreto, & nos alibi diximus *hoc eod. tract. ſupra, quò adi.*

De Parochialibus, etiam Monaſterio Monialium vnitis, ac de Cura animarum principaliter ipſi Monaſterio incumbenti: Vide de Paroc. tom. 8. Conſul. 44. & tom. 4. Conſul. 213. à num. 5. & ſeqq.

De Regularibus, & Monialibus ad praſcriptum Conc. Trid. cap. 1. & 2. ſeſ. 25. de Regul. *Vbi de vitæ inſtitutione, iuxtà Regulam, quam profeſſi ſunt, deque proprietate ipſis omninò prohibita.* tom. 8. Conſult. 45.

REgularium triplex eſt differentia ex triplici vitæ genere promans. Contemplatiuum, actiuum, mixtum. Contemplatiui cum aſsidua meditatione, & oratione Deo inhærent, perfectioni proximi ſunt, & qui huiuſmodi vitæ genus profitentur, Monachi dicuntur, ſortiunturque nomina diuerſa inter ſe, proue in varias diſsiduntur inſtitutiones, v.g. Monachi S. Benedicti, S Baſilii &c. Actiui actionibus circà proximum, tanquam Dei membra vacantes ipſi Deo inſeruiunt, & hi ſunt de quibus in Euangelio: *Sitiui, & dediſti mihi bibere.* Sub hoc genere veniunt, qui prò Chriſtianæ Reipublicæ defenſione contrà infideles militant. Huiuſmodi ſunt Milites Hieroſolym. veniuntque ſub eodem genere, & ii, quorum opera in Xenodochiis circà ęgrotos verſantur, & conſimiles. Mixti, qui ità meditationi, & contemplationi intendunt, vt actiones quoque, & miniſteria amplectantur, Deo maximè ſunt accepti, ac Reipublicæ Chriſtianæ maximè proſunt. Ad hoc vitæ genus reducuntur, qui vulgò Mendicantes dicuntur.

De his omnibus, cum noſter hic de Regularibus proponitur titulus, qui in Religione approbata tria vota ſubſtantialia emittunt. Et licet alii aliqua permittant, non dicuntur tamen habere Regulam, ſed potius quendam viuendi modum. Hinc fit, vt in diſpoſitione odioſa ergà Regulares, non veniant, qui dicta tria vota ſubſtantialia profeſsi non ſunt.

Aduertendum tamen, quod nomen Regularium, ſi ſtrictè accipiatur, cum Religio ſtrictè ſumpta æquiparetur ſeruituti, comprehendit tantum, qui dicta tria vota ſubſtantialia profitentur, ſi largè, etiam Hoſpitalarii S. Io: Cęteri verò Milites, ſeù Hoſpitalarii, qui dictis tribus votis non ligantur, nomine perſonarum Eccleſiaſticarum potius nominantur.

Nomen autem Monialium, cum in Mulieribus idem ſignificet, quod nomen Regularium in viris, Moniales illæ, quæ Canonicæ vocantur, non comprehenduntur in decretis Trid. Imò cum tria vota non emittant, earumque regula approbata non ſit, nec Religioſæ dicendæ ſunt, ſed facilè dici poterit venire ſub nomine perſonarum Eccleſiaſticarum, vt per DD. in *cap. Indemnitatibus de elect. in 6. & Clem. attendens de ſtat. Monach.*

Iubetur autem *in d. cap. 1. ſeſs. 25.* omnibus Regularibus, tam viris, quàm Mulieribus ad præſcriptum Regulæ, quam profeſsi ſunt, ſuam vitam componere. Hinc poſſunt Superiores Regularium inducere reformationem iuxtà ipſarum inſtituta, ſi eorum Monaſteria ſunt relaxata, & Regula collapſa, & ad illam omnes obligare, vt colligitur in fine eiuſdem Capituli. Quod tantò magis Summus Pontifex, qui ſtrictiorem poteſt inducere vitam Religioſis, quam eorum Regulæ exigant. DD. *in cap. ſuper eo de Regular. & in cap. Ad noſtram de appell.* quia non poſſunt Religioſi reſiſtere, quandoquidem ſuam voluntatem in ſuum Superiorem tranſtulerunt.

Atque in primis, quæ ad ſuę profeſsionis perfectionem, aut obedientiæ paupertatis, & caſtitatis, ac ſi quæ alia ſunt alicuius Regulæ, & Ordinis peculiaria vota, & pręcepta, ad eorum reſpectiuè eſsentiam, nec non ad communem vitam, victum, & veſtitum conſeruanda pertinentia fideliter obſeruent, quę tamen ſi aduertatur ad tria vota paupertatis, caſtitatis, & obedientię rediguntur. Ideòq; iſta rectè à Doctoribus ſubſtantialia appellantur. Et iſta tria traditur Chriſtum indicare Adoleſcenti *Matth.* 19. Vendere enim omnia paupertas eſt. Sequi Chriſtum obedientia, & caſtitas eſt. Non enim ſequitur, qui non obedit, ſic non ſequitur, qui non imitatur. Vndè & caſtitatem ſeruare oportet, ſicut ille ſeruauit. Et cum finis regularis ſit contemplatio, quomodo fieri poſsit, vt poſsit quis contemplari, & Euangeliorum doctrinam amplecti ſine caſtitate? Omne enim ſecundum *Io. 1. cap.* 2. quod eſt in Mundo, aut concupiſcientia carnis, aut concupiſcientia oculorum, aut ſuperbia vitę eſt.

Cum dicitur ad communem vitam, id ad mores, & viuendi rationem, ſeù inſtitutum refertur. Et quoad victum, licet omnia ad viuendum neceſſaria hoc verbo complectantur, attamen Patres hoc verbo cibaria videntur velle ſignificare, ſic quoque quoad veſtitum, corporis cooperimentum, nempè veſtes. Vndè reliqua omnia his tribus verbis explicantur, quæ ad vitam pertinent regularem. Hinc pręcipitur,

Ca-

Digitized by Google

Capitulum generale, ſeù Prouinciale in viſitatione fieri, nec prætermitti, vt maneant in viuendi obſeruatione, quæ ad tria vota pertinent, tanquam baſes, ac fundamentum totius ædificij regularis.

Et quoad *cap. 2. d. ſeſ. 25.* prohibetur, Regulares poſſe quicquam proprij habere, tam bonorum mobilium, quam immobilium. *Can. non dicati 12. q. 1. Can. Monacho 27. q. 1. & cap. Monachi de ſtat. Monach. &c. Cum ad Monaſterium eodem*. Sed ſtatim omnia Superiori tradantur, Conuentuiq; incorporentur. *d. cap. Cum ad Monaſterium*.

Et quoad bona ſtabilia, iſta nec vſum fructum, rerum adminiſtrationem, aut commoda Regulari, ex licentia ſui Superioris licet habere, quæ ideò dicta ſunt, vt tollatur omninò falſa interpretatio Doctorum, qui proprietati fauent, variaſq; Interpretationes prætexunt ex declaratione *d. cap. cum ad Monaſterium*. Quare bonorum ſtabilium adminiſtrationem non poſſunt habere, niſi Officiales Monaſterij ad nutum amouibiles.

Quod verò ad res mobiles duo attendenda videntur; Alterum, vt eorum, quę ſtatui paupertatis conueniunt, ratio habeatur; Alterum, quod neceſſarium fuerit, non denegatur. Ex quibus omnibus ſuperfluitas, vel curioſitas venit deneganda, & tollitur peculium ex mobilibus; nam immobilium per propria verba tollitur. Fratres autem Minores S. Franciſci de Obſeruantia poſſe cenſuit Sac. Cong. colligere quaſcumque eleemoſynas, pecuniis exceptis.

Nolana. Facultas teſtandi conceſſa ab Officio Sac. Pęnitentiarię alicui Profeſſę de anno 1538 fuit ſublata à Concilio.

Toletana. Moniales nec tanquam proprium poſſidere poſſunt, quod ſuis manibus laborando acquirunt, vel eis à parentibus donatur, etiam quod Monaſterium eſſet pauperrimum.

Meſſanenſi. In caſu ſupradicto; quandò donatur Monialibus, aut alias ipſę aliquid acquirunt, Superior Monaſterij, ſi illud pauperrimum eſt, debet primum prouidere donatarię, vel ei, quę laborando acquiſiuit, de neceſſarijs, quod reliquum erit, in commune conferatur.

Vicenſi. Moniales, & cęteri Regulares, etiam res parui momenti ſibi donatas, aut alias acquiſitas, vti proprias retinere non poſſunt, ſed Superiori reſignande ſunt.

Hiſpalenſi. Nec etiam poſſunt Regulares ſibi aliquod proprium retinere, ſi illud in ingreſſu Monaſterij reſeruaſſent.

Toletana. Licet adminiſtrantes bona temporalia Monaſteriorum, & Officiales remoueri poſſint ad nutum Superiorum, vt in hoc decreto; in eo tamen non comprehenduntur Officiales, qui bona temporalia non adminiſtrant, ſed hoc relinquitur diſpoſitioni iuris communis, & Statutorum Religionis.

Mediolanenſi. Moniales deputatę in Officiales reddituum Monaſterij à ſuis Superioribus, illos adminiſtrare poſſunt.

Eugubina. Ordinarius arbitrio ſuo poteſt deputare Officiales, qui adminiſtrent bona Monialium ſibi ſubiectarum. Idem facere poſſunt Superiores Regulares in ſuis Monaſteriis, qui Officiales poſſunt ſuo arbitrio ſeruare redditus extrà Monaſteria, & ipſis Monialibus eos erogare, prout opus erit. Obſeruanda tamen eſt hodie Conſt. Greg. XV. de exemp. priuil.

Rauennatenſi. Ciuitatibus, quibus à Sede Apoſtolica conceſſa fuit adminiſtratio bonorum temporalium, & cuſtodia clauſuræ, ea facultate vti debent hac adhibita moderatione, videlicet, vt quoad temporalia, & Clauſuram tantum illi electi à Ciuitate gubernarent Monaſteria; cum interuentu tamen, & conſenſu Superiorum d. Monaſterij, ità vt ipſi laici nihil poſſint ſtatuere, aut exequi, niſi de conſenſu Superiorum. Quod laici ſint ætatis ſaltem annorum 40. Quod prætextu talis gubernationis non poſſint loqui cum Monialibus. Quod eorum Monaſterium, niſi cum neceſſitas poſtulauerit officij, ingredi nequeant, & tunc quoque in pręſentia Superiorum ipſarum Monialium.

Palentina. Notandum eſt prò priuilegiis Regularium, quod nullo decreto Concilij prohibentur Fratres, quin poſſint in ſuis Eccleſiis celebrare etiam antequam celebrentur Miſſæ in Parochialibus.

Eadem. Non prohibentur etiā, quin in eorum Miſſis confeſſiones coram populo facere poſſint.

Eadem. Præterea nullo decreto Concilij poſſunt Epiſcopi virorum Monaſteria, nec etiam Mulierum, excepta clauſura, viſitare.

Piſaurenſi. Cum Monialibus, quibus ex præſcripto ſuæ Regulæ carnibus veſci vetitum erat, ob paupertatem illarum, & penuriam regionis, ac morborum ſimul iunctum, Sedes Apoſtolica diſpenſare conſueuit.

Mediolanenſi. Licet Regulares regulam, quam profeſſi ſunt, obſeruare teneantur, & cogendi ſint; nihilominus Monialis, quę non ità exactè eam obſeruant, velut in ieiuniis, in comedendo carnes, geſtando induſium lineum, recitandis horis matutinis certa hora noctis, ſunt tolerandæ, vt in Monialibus S. Benedicti iuxtà mentem. Greg. XIII.

Quæ nam Monaſteria Regularium poſſint bona immobilia poſſidere? Qui nam numerus perſonarum in illis conſtituendus? Quomodo erigenda? Quo pacto Regularis obſequio alterius loci, aut perſonæ ſubijci poſſint? Quomodo à Conuentu recedere, ac ſtudiorum cauſa abeſſe? tom 8. Conſult. 46.

IN *Cap. 3. ſeſ. 25. de Regul.* Permittitur Mendicantibus bona immobilia poſſidere, exceptis Capuccinis, et Minoribus de Obſeruantia. *cap. exijt §. porrò de verb. ſignif. in 6.* Sed ità, vt Regulares habeant poſſeſſiones communes, non vt ſinguli, ſed vt coniuncti, ex quibus ſingulis

prouideantur, prout cuique opus fuerit. Can. *Non dicatis* 12. *q.* 1. Vbi D. Auguſt. & alij Sancti Patres.

Bona igitur immobilia poſsidere eis licet, ſed, vt inquit D. *Tho:* 2. 2. *q.* 178. *ar.* 7. in modica quantitate, quantum ſufficiat ad ſimplicem victum. Talis enim ſolicitudo non multum impedit hominem, nec perfectioni repugnat Chriſtianę vitę: Quia non omnis ſolicitudo à Domino interdicitur, ſed ſuperflua, & nociua, iuxtà illud *Matth.* 6. *Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ*, de quo D. Auguſt. *de verbo Domini in monte*.

Excipitur Domus Fratrum S. Franciſci Capuccinorum, et eorum, qui Minor. de Obſeru. vocantur. Qua exceptione Monaſteria S. Claræ non comprehendi dictum fuit à Sac. Congregatione: quia ante Conc. capaces erant in communi, *vt per Gloſ. in Clem. fin. de ſent. excom.* Bald. *conſ.* 183. *in princ.* ac alij.

An verò Fratres S. Dominici Conuentuales, tanquam ſinguli ſint capaces hęreditatis paternę ab inteſtato? Reſpondetur, quod tanquã ſinguli non ſunt capaces, quia eſſent proprietarij, vt *in d. cap.* 2. *&* 3. *ſeſ.* 25. *de Regul.*

Ad hoc autem, vt ex Monaſterij redditibus Regulares commodè ſuſtentari valeant, decernitur, vt in Monaſterijs, & domibus tam virorum, quam Mulierum numerus conſtituatur, iuxtà Conc. Magunt. *cap.* 19. *& cap. Non amplius, & cap. auctoritate de iuſt. & cap. Quoniam de vit. & honeſt. Cler.* & Conc. Rom. *cap.* 27. Quod pręcipuè locum videtur habere in Mendicantium Monaſterijs erigendis, nedum erectis.

De erectione Monaſteriorum alibi largiſsimè dictum eſt *hoc eodem tract.* quò adi.

Quod verò ad aliam partem Conſultationis. Idem Sac. Conc. *d. ſeſ.* 25. *cap.* 4. *de Regul.* prohibet, nè quis Regularis ſine Superioris ſui licentia prædicationis, vel lectionis, aut cuiuſuis pij operis pretextu, ſubiiciat ſe obſequio alicuius Pręlati, Principis, vel Vniuerſitatis, vel Communitatis &c.

Quo decreto occurritur Regularibus extrà ſua Clauſtra vagantibus ſine Superioris licentia, ampliaturq; id quod habetur in *Cap. Quanto de Offic. Ord. & in Clem. ne in agro de ſtat. Monach. & cap. non magnopere ne Cler. vel Monach. can. placuit, & can. Monachi* 2. 16. *q.* 1. tolliturque omnis pretextus vagandi. Cum licentia tamen poſſunt ſe ſubijcere obſequio alicuius Principis, vel Epiſcopi, licet propter pericula, quę indè ſequi poſſunt, Superiores difficilè conſentire debent. DD. *in d. cap. Quanto, & cap. ex reſcripto de iur. iur.* Imò Cubicularij Epiſcopi eſſe poſſunt. *Can. cum Paſtoralis* 2. *q.* 7. nec licet à ſuis Conuentibus recedere: quia Regularis eſt, & Seruus, & in omnibus Subditus Superiori ſuo. In Conuentibus autem habitent, Congreg. dixit etiam alterius Religionis, ſi tamen Religio in loco illius Vniuerſitatis Cęnobium non haberet.

Mediolanenſi. Moniales Ord. S. Claræ Min. de Obſeru. poſſunt poſſidere bona ſtabilia in communi.

Eadem. In Monaſterijs Epiſcopus debet certum numerum pręſcribere, etiam quod ea non ſint exempta.

Florentina. Ad Archiepiſcopum ſpectat videre numerum Monialium augendum, aut minuendum, & illarum dotes, etiam ſi ſint Religionis Hieroſolymitanę.

Eadem. In Monaſterijs Monialium numerus præfigendus eſt ab Epiſcopo viſitante, videlicet ſibi ſubiectis intrà duos Menſes, non ſubiectis intrà tres, à die poſtquam eorum Superiores moniti fuerint, & pręfigere neglexerint. Facta iſta præfixione, nulla Monialis admittatur, donec numerus ad taxam fuerit reductus. Quod ſi ſecus Ordinarij fecerint, ſcient ſe S. D. N. de hoc rationem reddituros, & damnum, quod propter hoc Monaſteria paſſa fuerint, ſuis expenſis refecturos.

Item ſuſpenduntur Ordinarij Regulares conſenſum ſuum dantes contrà hoc Decretum. Item Abatiſſæ priuantur. Poſſunt tamen Epiſcopi ſuper numerum aliquas admittere, ſi illæ dotem competentem ſecum attulerint, quæ inter bona ſtabilia expenſa taxatos annuos redditus producere poſſint, vt commodè Monialis ſuſtentari queat. Si verò aliquæ puellę admiſſę ſunt, niſi ſuppleuerint dotem competentem, domum remittantur.

Bracharenſi. *Archiepiſcopo*. Vt quę hęc Sac. Cong. circa plures, quam duas Sorores in vnum Monaſterium introducendas alias decreuit: Amplitudo tua exequi valeat, Illuſtriſſimi Patres has litteras ad eam dari voluerunt, per quas eadem decreta, quantum iſtius Eccleſię regimen expoſcit, & ſat innoteſcent. Aut igitur tertia Soror aut intrà pręfinitum numerum Monialium in Monaſterium introducenda eſt, aut ſuprà illum: Si vt numeraria ingredi voluerit, eleemoſynam dotalem duplicatam Monaſterio perſoluat, ſuffragione altera ex duabus eius Sororibus careat, donec è vita deceſſerit. Si vero vt ſuprà definitum numerum admitti quęſierit, ſpeciali Sacrę huius Congregationis licentia opus erit, quę quidem concedi non ſolet, niſi ex conditione, vt ipſa tertia Soror triplicatam eleemoſynam dotalem Monaſterio exoluat, nec reliquis eius duabus Sororibus ſimul ſuperſtitibus actiuo, vel paſſiuo ſuffragio gaudeat. Die 26. Auguſti 1616.

De ratione eligendi Superiores Regulares ad decretum cap. 6. Conc. Trid. ſeſ. 15. *de Regular.* tom. 8. Conſult. 48.

Item de ambitu circà electionem Regularium t Vide de Vicario tom. 9. Conſult. 125. num. 24. & 25. vbi affertur Bulla Clem. VIII.

EX hoc decreto reſtringitur diſpoſitio Conc. Lateran. in electione Superiorum Regularium, *cap. Quia propter de elect.* & pręfigitur modus electionis. Ad electionem igitur Superiorum Regularium, tam temporalium, quam perpetuorum, vt ſe habent verba Conc. procedi debet per viam

Scruti-

Scrutinij, non autem per viam electionis, vel Compromiſſi. Et ſcrutinium ſecretum ex mente Conc. non dicitur, ſi duo, vel tres conſtituantur, qui eligentium vota ſuſcipiant, quæ omnia tunc ſeruanda erunt, cum electio fiat ex votis plurium: quia cum Generali, vel Prouinciali ex inſtitutio alicuius Regulæ datur facultas conſtituendi Superiores, non eſt, quod huiuſmodi forma ſeruetur. Aduertendum hic generaliter, non fuiſſe mentem Concilij, vt ſemper fiant huiuſmodi electiones, ſeù tollere electiones, quæ ex inſtituto Regulæ fiunt, v.g. electiones Patrum Eremitarum S. Auguſtini, quæ fiunt anno, quo celebratur Capitulum generale, vel Prouinciale in Capitulis à Prioribus, & Definitoribus. Item Fratrum Minorum quolibet triennio, qui electi Commiſſarij Prouinciarum nuncupantur; Sed voluiſſe Conc. vt in omnibus electionibus, quæ à pluribus fieri debent, præſcripta forma ſeruetur. Et dum quæritur: an profeſſi, qui non ſunt Subdiaconi vocem in huiuſmodi electione habere poſſint, non obſtante *cap. 4. ſeſs.* ? Sac. Cong. cenſuit, poſſe, & *d. cap.* 4. non habere locum in Monaſterijs. Item cæcitas non priuat aliquem in huiuſmodi electionibus eo voto, quod alias haberet, ſi cæcus non eſſet.

Neque ante, neque poſt ſcrutinium electoribus licebit, cui ſuum votum dederint, publicare. Hinc etiam electio Scribæ communis, qui ſingulis electionibus tres ſchedas tribuat, in quorum ſingulis ſit ſcriptum nomen alicuius eligendi ab eis, ab alijs diuerſum, & elector ſchedis de manu Scribæ acceptis, quem ex eis elegerit prò voto ſuo tradet, alijs duabus laceratis.

Non tamen ex hoc decreto prohibitum eſt Superioribus Ordinum, quibus id ex regula conceditur, ne aliquem Fratrum idoneum ſuo loco delegent, ſeù mittant ad Capituli generalis celebrationem, vt etiam electionem faciat, ſi ex inſtitutis, & decretis Religionis ſuæ, licet Superioribus abſentibus, & legitimè impeditis, mittere alium ad Capitulum generale, qui ſuo loco, & nomine det vocem in electione. Inſtitutio etiam vocum, quæ non fit per creationem nouorum titulorum, neque ſupplementũ vocum abſentium, ſed per habilitatem eorum, qui non eſſent vocales, efficerentur vocales, non erit contrà Concilium. Procuratores verò legitimè conſtituti cum generali mandato ad eligendum, non excluduntur, dummodò non habeant ſpeciale mandatum de eligenda certa perſona, quia tunc votum non poſſet eſſe ſecretum. Abſentes tamen ſcripto ſuum votum date in electione ſociorum Capitularium non poterunt, & Moniales lecto propter morbum decumbentes votum ſuum ad electionem Superiorum mittere non poterunt, ſed qui recipiendis, cuſtodiendiſque votis præfecti erunt, debebunt accedere ad ægrotantes, & ab eis vota accipere; Superior verò, qui electioni Abbatiſſæ præeſt, vnà cum Vicario ſuo, vel Secretario, vel alio ab ipſo aſſumpto vota ſingulorum Monialium oretenus audire poterit.

Hieracenſi. Electio Abbatiſſæ facta per vota non ſecreta per ignorantiam huius decreti, non valet, nec poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt valeat; Sanctiſsimus tamen conſideratis circumſtantiis, diſpenſat.

Toletana. Vota ſecreta intelliguntur, eſſe etiam, quod aliqui Superiores, videlicet 4. aut 5. ea ſciunt, ſi hoc eſt iuxtà formam Statutorum Religionis. *Cap. Quia propter de elect.*

Pacenſi. Si in fundatione Monaſterii fundator mandet, vt Abbatiſſa prò tempore eligatur de ſua familia, talis ordinatio eſt ſeruanda, ſi ex genere illius reperiatur Monialis idonea, cum omnibus qualitatibus requiſitis, & neceſſarijs, vt *in cap. 7. ſeſſ. 25.*

Minimorum. Si numerus eligentium eſt adeò paucus, quod ex neceſſitate deteguntur eligentes, ſi hoc permittitur per ſtatuta Religionis, Concilium etiam tolerat.

Hieracenſi. Occurrente obitu Abbatiſſæ Monaſterij S. Mariæ Hieracenſis, ſubiecti Prouincialiſſæ Meſſanenſis Diœceſis, non poteſt Epiſcopus prò electione Abbatiſſæ accipere vota, ſed ſunt accipienda ab eo, cui dicta Prouincialiſſa hoc mandauerit.

Hiſpalenſi, & Toletana. Per hoc decretum non prohibetur Generales, aut Superiores Ordinum, quin in diſcordia electionum Priorum, aut Abbatum, & his ſimilium, non poſſint aliquos Fratres extrà Monaſterium, vbi electio celebranda eſt, degentes nominare, vt ex illis aliquis eligatur.

Regimen Monaſteriorum non habentium Ordinarios Regulares Viſitatores, quomodò inſtituendum ex decreto Concil. Trid. cap. 8. ſeſs. 25. de Regul. tom. 8. Conſul. 50.

IN hoc decreto innouatur Conſt. Conc. Lateran. *cap. in ſingulis de ſtat. Monach.* ampliatur, ac reſtringitur, & vltimò committitur Metropolitano executio dicti decreti.

Cóngregare autem Monaſteria ad Cong. faciendam, ad Prælatos eorum tantum, & illis renuentibus, ad ipſos Capitulares pertinet, & talibus renuentibus, vel negligentibus, ad Metropolitanum. Dicta autem conuocatio per maiorem partem Prælatorum Congregationis facienda erit.

Legitimè tamen conuocati, non quidem compellere poterunt quæcumque Monaſteria Prouinciæ, vel extrà, ſi intrà eam non ſit ſufficiens Monaſteriorum numerus ad dictam Congregationem faciendam, atquè in ea deliberare, ac definire quæcumque neceſſaria, & opportuna videbuntur; Poterunt tamen deliberare, ac definire ea, prò quibus Cong. fuit conuocata.

An,

An, & quatenus Regulares Sæcularibus in obſeruatione cenſurarum Epiſcopalium, & feſtorum Diœceſis conformari teneantur? Vide de Feſtis tom.8. Conſul.53.

Profeſſio Religioſa qua ætote fieri debeat? tom. 8. Conſult. 55.

IN quacumque Religione tam Virorum, quàm Mulierum profeſſio non fiat ante 16. annum expletum, nè, qui minore tempore, quàm pee annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, ad profeſſionem admittatur. Profeſſio antem antea facta ſit nulla, nullamque̾ indncat obligationem alicnius Regulæ, vel Religionis, vel Ordinis obſeruationem, aut ad alios quoſcumque effectus. Ità Sac.Conc.Trid. *cap.15.ſeſs.25.de Regul.*

In quo decreto primnm decernitur circà ætatem, quæ de iure communi in mare eſt annorum 14. in muliere 12. Hi enim anni ſoluunt ius patriæ poteſtatis, vt poſſit quiſque, & votum Religionis emittere, vel Matrimoninm contrahere. Dicuntue enim diſcretionis. *cap. ad noſtram, & cap. cum virum de Regul. & cap. 1. eodem tit. in 6.* Quibus non obſtaneibus Sac.Concilium ad eollendam omnem dubitationem, quæ ex iuris veteris diſpoſitione oriebatue, atque adoleſcentium fragilitati ſuccurratur, determinat ætatem, de qua in textu. Et aduertendum ex huinſmodi Conſt. cenſuiſſe Sac. Cong. corrigi *d.cap.1.de Regul.* & induci tacitam profeſſionem ea ætate, qua expreſſa, poteſt emitti.

Idque in quacumque Religione, ex qua vniuerſali dictione omnes Milites Regnlaees hoc decreto comprehendi videntur. Contrarium tamen dixit Sac.Cong. cui conformatur Sac.Rot. Rom. Profeſſio, inquit, non fiat eam de tacita, quam de expreſſa intelligendo, cum taeita feeuatis ijs, quæ à iure communi requienntur, ac tempore ætatis in hoc decreto aſſignatæ non excludatur, & talis profeſſio tacita ex Sac.Congregatione per annnm expletum cius, qui Monaſterium ingreſſus eſt, inducitur.

Profeſſio autem non fiat ante 16. annum expletum. Ergò, ſi ex inſtitutis antiquis, & approbatis alicuius Regnlæ, adhuc maturioe ætas ad profeſsionem emittendam eeqniritur, ſeruari debent inſtituta. Concilium enim vult, vt non poſſit fieri ante.

Quandò renunciatio, aut obligatio Regularium facienda ſit? Quandò etiam Nouitij profiteri, aut eijci debeant? Vbi alia iuxtà decretum Sac. Conc. Trid. cap.16.ſeſs.25.de Reg. tom.8. Conſul.56.

IN prima parte hnius decreti ponitur quid ſeruandnm ſit in Nouitiorum renunciationibus, & nota, quod diſpoſita in hoc deceeto locum habent in omnibus renunciationibus, tam Monialium, qnàm virotum, & ea, quę in illio diſponuntur, tam ad viros, quàm ad Moniales pertinere, cum in omnibus eadem ſit ratio, & in donationibus, & renunciationibus etiam in fauorem conſanguineorum. Intelligitur etiam in̾ renunciatione alicuius beneficij. Non autem locum habent in teſtamentis, & vltimis voluntatibus, quæ reuocaeі poſſunt.

Debet autem renunciatio, vel obligatio fieri cum licentia Epiſcopi, ſine qua renunciatio facta, etiam profeſsione ſequuta, nulla erit. Hæc autem licentia minimè ſibi locum vindicabit, ſi probationis tempus poſt annum prorogatum̾ fuerie. Item ſi renuncians ſit tacitè profeſſus, & eenunciauerit intrà duos Menſes ante profeſsionem expreſſam, neceſſaria erit ad validitatem renunciationis huiuſmodi licentia.

In 2. parte decreti agitur de emittenda profeſſione, finito tempore Nouitiatus. Sed quid ſi Nouitius agens 13. annum, ac proindè elapſo probationis anno, annum ætatis à Conc. ad profeſſionem definitum non attingerit? Et poſſe Snperiorem illum permittere, vt amplius in Nouitiatu permaneat dixit Sac. Cong. Quia̾ Conc. loquitur de habilibus ad emittendam̾ profeſſionem. Talis autem non eſt habilis, cum ætatem non habeat.

In 3. parte excipiuntur Ieſuitæ ab emittenda̾ profeſſione, elapſo probationis anno. Quos Sac.Cong. cenſuit aliquandò in prima parte̾ huius decreei comprehendi, & ſolum excipi in ſecnnda; vbi agitur de Nouitiatu.

In 4. præcipitur, nè quid Monaſterijs ex ipſis bonis Nouitiorum ante profeſſionem tribuatur. Ex quo conſtat, Oblatos, qui ſe, & bona ſua̾ Monaſterijs dederunt, etiam ſi perpeeuò, & plenè oblati fuerint, hoc decreto non comprehendi, ſicuti, & hi, qui in ipſo ingreſſu Religionis renunciauerint, non autem hi, qui ante habitus ſuſceptionem donauerint.

Vndè apertè colligitur, Monialibus non lieere à puellis ingredientibos accipere dotes antę earum profeſſionem. Imò ex Sac.Cong. aliquid accipere ex bonis parentum, & conſanguineorum, atqne etiam ſi Nouitius ipſe, vel Nouitia ſit ſui iuris; & non habeat paienees, peæter victum, aliquid Religioni, ſeù Monaſterio donare non poterit, quæ omnia procedunt, etiam ſi accipiantue nomine depoſiti, ſeu præſtira cautione de illis reſtituendis, profeſſione non ſecuta. Non tamen prohibitnm intelligitur, huiuſmodi dotes eealiter poni penes tertium, qui eas Monaſterio debeat daee poſt profeſsionem emiſſam.

In vltima parte contrafacientibus excommunicationis pœna proponitur, & præſcribitue, dotem reſtitui, profeſſione non ſecuta, in quam tamen non ipſo iure incureitur; Abeuntibus autem̾ ante profeſſionem, omnia reſtituuntur.

Quid

Quid à Regularibus obſeruandum ſit, ſi velint habitum dimittere, aut à Religione diſcedere, iuxtà cap:19. ſeſs. 25. de Regul. tom, 8. Conſul. 58.

EX hoc capite præcluditur via, quoad fieri poteſt, multitudini Apoſtatarum, & in eo comprehenditur quicumque Regularis, etiam Miles S.Io: Hieroſolymitani, vt dixit Sac. Cong. etiam ſi ſit ingreſſus, & profeſſus ante confirmationem Conc. Nec auditur, niſi intrà quinquennium tantum à die profeſſionis, non autem à die, quo metus ceſſauerit, ex Sac.Cong. ſententia declarauit Greg.XIII. Et cauſas, quas prætendit, adducere debet coram Superiore ſuo, & Ordinatio, vt alibi fusè dictum eſt *hoc eodem tract.*

An, & quatenus à morum correctione detur appellatio, etiam quoad Regulares? Vide de Appell, to.8. Conſul.61.

An, & quatenus Regulares abiurantes de leui in S.Officio reddantur inhabiles ad gradus, & Dignitates ſuæ Religionis. Vbi de abiuratione, & abiurante, deque Regularibus ad materiam S.Officij pertinentia. Vide de S.Officio tom.8, Conſul.62.

An Regulares *Romam abeuntes, prætexta, quod electio Prouincialis, aliorumque Officialium, vel ob huiuſmodi aliud fuerit inualida, ſint puniendi tanquam Apoſtatæ* to.8. Conſul.65.

AD præcludendam viam vagandi, huiuſmodi Regulares declarandi ſunt Apoſtatæ, cum debuerint petere, & expectare licentiam, nec ſufficit fuiſſe petitam, & non obtentam, neque fuiſſe proteſtationem publicè factam recurrendi ad Romanam Curiam, quæ habet vim appellationis.

Deſumitur ex decreto Sac.Cong. ſuper Epiſc. & Regul. edito anno 1587. in hæc verba: *Si quis Regularium in poſterum temerè, & ex leui cauſa hanc Almam Vrbem, abſque ſui* Superioris *licentia adire præſumpſerit, ad ſuos* Superiores *ſeueriori pœna plectendus remittitur.* Item ex Bulla 60. Clem.VIII. emanata anno 1599. die 15. Iunij incip. *Nullus omninò*, §.23. vbi Regulares non poſſunt Romam petere ſine Protectoris, vel Generalis, vel Prouincialis licentia. Sed Prouincialis non poteſt talem licentiam dare, niſi ob bonum totius Prouinciæ, vt in Bulla alia eiuſdem Clementis edita anno 1601. die 20. Martij; alias Romam accedens, ſcilicet intrando ſine licentia, vt ſupra, incurrit pœnam priuationis vocis actiuæ, vel paſſiuæ ad biennium Papæ reſeruatam priuatiuè ad ipſum Generalem, & Protectorem. Igitur hæc pœna tantum durat, & poſteà per ſe ceſſat, vt in dicta Bulla anni 1599. *eod.* §. 23. Præcipuè id habetur ex Sac.Conc. Trid. *ſeſs.* 25. *de Regul. cap.* 4.

De pœna diſputantium &c. ſuper Conceptione B.Mariæ Virg. Vide de Conceptione eiuſdem tom.8. Conſul.75.

De Conuerſione Iudæi ad Fidem Chriſtianam: An Matrimonium ſuſtineatur: An factus Regularis, ſit validè profeſſus &c? Vide de Iudæis tom.8.Conſult.77.

An *Regulari Officiali S.Officij decedenti, extrà Clauſtra, cum licentia Superiorum, faciendum ſit Spolium, & à quo?* Vide de S.Officio tom. 8. Conſul.85.

Quot, quaſque pœnas incurrat Religioſus Laicus Profeſſus Latinus, qui dimittens habitum regularem, ab Epiſcopo Græco Schiſmatico ſe facit græco ritu ordinari? Et reuerſus ad Religionem, quomodò ſit tractandus? tom. 8. Conſult.92.

SVſpenſionem primò incurrit à diuinis Religioſus, qui in ſtatu apoſtaſiæ Ordines ſuſcepit Sacros: Nam *ex cap. fin. de apoſt.* eſt perpetuò ſuſpenſus, etiam reuerſus, ab exercitio Ordinum taliter ſuſceptorum; niſi à Papa diſpenſetur, ibi Gloſs. notat *verb. diſpenſatione.* Sanchez *lib.6. in Decal. cap.* 8. *num.* 24. & Suar. *tom.* 4. *de Relig. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 29. Qua in re notandum eſt, quod iſta non eſt propriè ſuſpenſio, ſed quoddam canonicum impedimentum, & ſpecies irregularitatis. Bonac. *de Clauſur. quæſt.* 2. *pun.* 11. §. 4. *num.* 10. *& ſeq.* & eſt irregularis partialis, ideſt quoad Ordinum ſic malè ſuſceptorum exercitium, non autem quoad alios benè ſuſceptos. Sanch. *num.* 24.

Secundò ſuſpenſionem aliam incurrit, etiam hodiè apoſtata, ſi Ordines ſuſcipiat in apoſtaſia, quatenus ordinatur ſine commendatitijs ſui Prælati, & abſolutio reſeruatur arbitrio Ordinarij ipſius. Triden. *ſeſs.* 23. *cap.* 8.

Tertiò irregularis efficitur apoſtata, ſi celebret in Ordinibus Sacris, habitu dimiſſo, ſcilicet in excommunicatione, vel in ſuſpenſione incurſa ad Ordines ſuſceptos ſine commendatitijs ſui Prælati, alias non erit irregularis. Suar. *d. to.* 4. *de relig. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 28. *& de cenſur. diſp.* 31. *ſect.* 5. *num.* 5.

Quartò, cum ſit ordinatus ab Epiſcopo Græco ritu græco, non recipit Ordinis executionem, vt colligitur ex *cap. Quod translationem de temp. ord.* videlicet eſt ipſo facto ſuſpenſus, vt alibi diximus.

Quintò, cum recipiat Ordines ab Epiſcopo Schiſmatico vitando, ſeù non tolerato ab Eccleſia, eſt eò ipſo ſuſpenſus ab executione Ordinis ſic ſuſcepti per *cap. Daibertum* 1. *quæſt.* 6. *cap.* 2. *de ordin. ab Epiſc. qui renunc. d. cap.* 1. *&* 2. *de Schiſ.* Suar. *d. diſp.* 31. *ſect.* 1. *num.* 61. *&* 64. *cum ſeq.* Coninch. *diſp.* 5. *dub.* 5. alijque.

Sextò ex Bulla Clem.VIII. 63. *Cum ad Regularem* §.34. confirmata decreto Vrb.VIII. de quo *in*

Bullar.

Bullar. Conſt.26. eiuſdem, qui ab initio admittuntur ad habitum, & Nouitiatum pro laicis, non poſſunt poſtea, etiam durante Nouitiatu ad ſtarum Clericorum traſferri, ſed ſolum ad laicorum profeſſionem admitti poſſunt; Vndè apparet, eos eſſe irregulares ratione obligationis ad ſtatum laicorum, ſeù ratione aſſumptionis ſtatus incompoſſibilis cum ſtatu, & Ordine Clericali, & facit *cap. infames 6. quæſt. 1.*

An Breue Greg. XIII. comprehendat Religioſos degentes extrà Clauſtra in Parochijs ſuis Monaſterijs vnitis? Vide de S. Offic. tom. 8. Conſul. 112.

POſito decreto Sac. Congregationis ſuper ſtatu Regularium de Tertiarijs, & Hoſpitibus, atque alijs non recipiendis, nec retinendis ad habitandum in Monaſterijs, ſeù domibus Regularium ante ætatem, præfinitam, proponuntur 20. dubia. *tom. 8. Conſult. 126.*

1. *An decretum huiuſmodi vendicet ſibi locum extrà Italiam, & Inſulas adiacentes?*

Cum in Religione S. Ioannis Dei non recipiantur Nouitij Clerici, ſed Conuerſi tantum, & ex decreto eiuſdem Sac. Conc. ſtatutum ſit, vt in ea Religione nullus approbetur, nec ad habitum admittatur, qui ſaltem 18. ætatis annum non attingerit:

2. *An ex nouo decreto ſit huic Religioni ablata facultas recipiendi Nouitios in 18. ætatis anno inchoato? Et quatenus non ſit ablata:*

3. *An in reliquis* Superiores *d. Religionis teneantur ad obſeruantiam decreti?*

Cum in Religione Clericorum miniſtrantium Infirmis, & in aliquibus alijs Religionibus fiant duo anni Nouitiatus:

4. *An indutus habitu Nouitiorum ante completam ætatem annorum 15. vigore decreti, ſit è Monaſterio eijciendus?*

Et quatenus ei ex gratia Sedis Apoſtolicæ permittatur, vt remanere poſſit:

5. *An ſic nulliter receptus ab initio teneatur poſt completam ætatem annorum 15. iterum inchoare, & complere biennium ſuæ probationis, antequam profiteatur?*

Cum in decretis ab eadem Sac. Congr. editis prò recipiendis Nouitijs in Religione Fratrum Carmelitarum Diſcalceatorum, nulla certa ætas explicita ſit præfinita, ſed tantummodò ſit cautum, vt quoad ætatem obſeruentur Sac. Concilij Trid. decreta, & Religionis Conſtitutiones, cumque in ijſdem Conſtitutionibus diſponatur, vt Nouitij poſſint recipi ad habitum, etiam ante ætatem 15. annorum, dummodò receptio fiat à Prouinciali cum Diffinitorio:

6. *An ſic receptus ad habitum ante huiuſmodi ætatem annorum 15. vigore vltimi decreti, ſit remittendus ad ſæculum?*

Et quatenus debeat in Monaſterio retineri, veluti legitimè receptus,

7. *An de cætero in d. Religione nouum decretum ſit obſeruandum, tam quoad ætatem recipiendorum ad habitum probationis, quam quoad alia in decreto contenta?*

8. *An in Religione* Clericorum *Societatis Ieſu obſeruandum ſit nouum decretum, tam quoad ætatem Nouitiorum, quam quoad alia contenta in eodem decreto?*

9. *An in Grancijs Monaſteriorum, in quibus deſunt Conuerſi prò agrorum cultura, detineri poſſint ad habitandum cum eis famuli, & ſeruientes non habentes ætatem in decreto præſcriptam?*

10. *An, recepto prò Nouitio Clerico ante completum annum ætatis 15. ſit expellendus à Monaſterio, ſi modò ſit in legitima ætate conſtitutus?*

11. *Et quid ſi illi deficiant pauci tantum aliquot dies ad complendum annum 15?*

Et quatenus ſic recepto à Sede Apoſtolica indulgeatur, vt remanere poſſit in Monaſterio vſque ad complementum ætatis:

12. *An talis nulliter receptus ab initio teneatur inchoare, & complere nouum annum probationis, antequam ad profeſſionem admittatur?*

13. *An admiſſus ante annum ætatis 20. ad habitandum intrà Clauſtra, non vt Nouitius, ſed vt Tertiarius, vel Commiſſus, aut famulus, expelli debeat, ſi modò annum 20. compleuerit?*

14. *An receptus in Conuentu prò hoſpite ante ætatem 15. annorum, poſt ætatem completam ſit expellendus, ſi non dum ſuſceperit habitum Nouitiorum?*

15. *Et quid, ſi ſeruatis alias ſeruandis, huiuſmodi habitum iam ſuſceperit?*

16. *An comprehendantur in decreto adoleſcentes, qui morantur in Conuentu, edentes, ac bibentes in prandio, & cœna quotidiè cum Fratribus, aut ſeorſim in eorum Cellis, ſi intrà* Clauſtra *non pernoctent?*

17. *Et ſi tantum in prandio, vel cœna?*

18. *Et quid dicendum de illis, qui ex aliqua rationabili cauſa paucos tantum dies morantur, & pernoctant in Conuentu?*

19. *An itidem comprehendantur in decreto adoleſcentes nepotes, & conſanguinei Fratrum, qui proprijs ſumptibus, ac ſine vlla impenſa Conuentus habitant intrà illorum* Clauſtra*?*

20. *Et an in eo comprehendantur adoleſcentes famuli, qui inſeruiunt Miſſis, vel in habitu laicali humiliora officia in Conuentu exerceant?*

AD 1. Negatiuè. Conſtat tum ex proemio d. decreti, ibi: *Nihilominus in pluribus Religionibus Italiæ, & adiacentium &c.* Ergò extrà Italiam, & Inſulas Italiæ adiacentes non vindicant ſibi locum. Illud tamen certum eſt, quod hic nomine Italiæ continentur etiam Inſulæ adiacentes, vt Corſica, Sardinia, Sicilia, de Malta, & alibi ex *leg. Inſulæ ff. de Iudic.* & tradit Gemin. *in cap. 1. num. 6. de temp. ord. in 6.* Tum quia ſi nomine Italiæ non continentur Regiones, vt per Barboſ. *in d. cap. 1. num. 4.* cum

mul.

Digitized by Google

multis allegatis, multò minus continentur ipſæ Vltramontanæ Regiones.

Ad 2. Non eſſe ablatam, cum ſit ſpecialiter approbatum ab ipſamet Sac.Congr.cuius decreta non cenſentur ab ipſa reuocata, niſi ſpecialtim exprimatur.

Ad 3. Teneri, cum non ſit alind per ſupradictum ſpeciale decretum Sac.Congr.illis conceſſum.

Ad 4. Affirmatiuè: quia tempore receptionis non habet ætatem requiſitam à decreto. Et duo anni Nouitiatus fieri debent in ætate ſufficienti ad Nouitiatum. Qui enim non habet ætatem ad Nouitiatum requiſitam, non dicitur, nequè poteſt eſſe Nouitius: quia non habet ætatem ſufficientem, atque adeò ſubintrat decretum Sac.Congreg.

Ad 5. Teneri: quia primus annus Nouitiatus non fuit peractus in ætate completa 15. annorum requiſita prò Nouitiatu; cumque alter annus ſit ſuperadditus fauore Nouitiatus, non eſſet in illius fauorem. ſi primus annus perageretur ante ætatem legitimam ad Nouitiatum prærequiſitam, cum ad illum annum nulliter fuerit receptus.

Ad 6. Affirmatiuè: quia non ſunt recepti ad habitum legitima ætate à decreto præſcripta; Et quia d. decretum derogat quibuſcumque Conſtitutionibus, & ſic, licet ex præſcripta Conſtitutione Religionis fuit legitimè receptus, non poteſt tamen legitimè retineri.

Ad 7. Quatenus verò retineri poſſit in Monaſterio, de cætero tamen obſeruandum eſt in omnibus decretum Sac.Congreg.

Ad 8. Affirmatiuè: quia in ea militat eadem ratio, quæ in alijs Religionibus, licet in decreto non ſit comprehenſa, cum non ſit nominatim expreſſa, vt requiritur ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, & ideò exprimenda, licet Trid. *ſeſſ.25. de Regul.cap.16.* eorum inſtitutum præſeruarit.

Ad 9. Affirmatiuè. Tum quia iſti non recipiuntur ad habitum probationis, quod prohibet decretum. Tum quia in his Grancijs non viget diſciplina regularis, ob cuius finem emanauit hoc decretum, vt proindè ſubiaceant Ordinarij iuriſdictioni, ac viſitationi, vt ex declarationibus eiuſdem Sac.Congreg.ſub 27. Iul. 1655. Tum etiam quia ſicuti in eiſdem Grancijs permittitur habitatio Regularium Laicorum, ſeù Conuerſorum, ità etiam permitti debet cum eis iſtorum Seruientium non habentium ætatem in decreto præſcriptam.

Ad 10. Non eſſe expellendum, nam excipiuntur ab eo decreto, ibi: *ijs tamen exceptis, qui in legitima ætate conſtituti in habitu Nouitiorum annum probationis agunt.* Cum enim ſit conſtitutus in legitima ætate, iam agit annum probationis.

Ad 11. Pariter vel eſſe expellendum, ſi non deficiant amplius, quam 15. dies, vel ad ſummum vnus Menſis. Nam tempus 15. dierum, vel vnius Menſis in hac re poteſt dici parua materia.

Ad 12. Non teneri, ſi cum ipſo diſpenſetur, vt in illo permaneat, cenſetur diſpenſatum etiam huic decreto, atque non tenetur inchoare annum probationis, antequam ad profeſſionem admittatur.

Ad 13. Affirmatiuè, vt ex verbis d.decreti, ibi; *Vt de cætero neminem prò Tertiariis, vel Oblatis, ſeù Donatis, aut Commiſſis &c. quouis habitu indutis, vel induendis &c. recipiant, ſeù admittant ad habitandum intrà Clauſtra, niſi vigeſimum ætatis ſuæ annum expleuerit, &c.*

Ad 14. Affirmatiuè: Nam ſolum excipiuntur, qui in habitu Nouitiorum annum probationis agunt; Hi autem ſic recepti, licet habeant ætatem legitimam ad peragendum Nouitiatum, non agunt Nouitiatum in habitu Nouitiorum; atque adeò expellendi:

Ad 15. Eo caſu non eſſe expellendum, tum ex d. decreto, tum ex decreto Tridentini *ſeſſ.25. de Regul.cap.19.*

Ad 16. Ex verbis decreti videtur reſpondendum negatiuè: quia non dicuntur habitare intrà Clauſtra, vt requirit decretum; Ex mente tamen eiuſdem decreti, quæ eſt, vt euitentur omninò ſcandala, videtur reſpondendum affirmatiuè.

Ad 17. Prout ad proximum.

Ad 18. Negatiuè, vt v.gr. confugæ ad Eccleſiam, & Conuentus.

Ad 19. Affirmatiuè, vt ad 17.

Ad 20. Non comprehendi, ſi non recipiantur, & admittantur ad habitandum intrà Clauſtra; Ità vt videatur conſtitui regula in d. decreto præſcripta, quod ſcilicet ij tantum excipiantur, qui in legitima ætate conſtituti, in habitu Nouitiorum annum probationis agunt; Cæteri verò, quicumque ij ſint, comprehenduntur in decreto &c.

De quoddam Monacho Latino factus ritus Græci, qui petit diſpenſationem recitandi Miſſam, & Officium ritu Græco &c. Vide de Diſpenſation. tomo 8. Conſult.132.

An Regulares proponentes in ſuis Eccleſiis populo lucrandas Indulgentias falſas, apocriphas, vel indiſcretas iam à Sede Apoſtolica declaratas, poſſint ab Epiſcopo loci, in quo fuerunt propoſitæ, puniri? Et qua pœna? Vide de Indulgent. to.8.Conſ.142.

An, & quatenus Monaſteria Regularium concedenda ſint in Commendas Clericis ſæcularibus? tom.8.Conſult.145.

AFfirmatiuè. Etenim præceptum eſt in praxi, quod ad tollendam incapacitatem Clerici Sæcularis ad capiendum beneficium regulare, ei prouideatur per viam Commendæ. Rebuff. *in prax.benef.par.1.tit.de Commen.& par.2 tit.de diſpenſ.cum Regul. vtrobique num. 7.* Hoied. *de incompat.benef.par.1.cap.19.num.15.in fin.* Pariſ. *de regn.lib.2.quæſt.17.num.8.* Garz. *de benef. p.4.*

 cap.4.

cap.4.num.24. & ſeq. vbi, quod ad hunc effe-ctum modus commendandi fuit inuentus à Summ.Pontificibus. Fagnan. *in cap.cum ad noſtram num.3. & pluribus ſeqq. de elect.* vbi propterea infert, quod Commenda nihil aliud eſt, quam collatio Papæ diſpenſatoria ad obtinendum beneficium, quod eſt obtineri prohibitum, & ſub *num.9.cum ſeq.* quod in Conc.Trid. huiuſmodi praxis reprobata non fuit, & ponit declarationem Sac.Congregationis d. Concilij Barboſ.*de iur.Eccleſ.lib.3.cap.9.nu.23.& 24.* Corrad.*in prax.diſp.lib.6.cap.3.in princ.& nn.8.*

Neceſſitas verò deſumenda eſt primò ex defecta Religioſorum habilium ad ſumendum gubernium, & adminiſtrationem reddituum Monaſterij in eo ſtatu, io quo reperitur, iuxtà ſingulare reſponſum Innoc.III. *in cap. Inter quatuor de relig.dom.* Abb.*in cap.Relatum num.5. nè Cler. vel Monach.*ac alij.

Item ex maxima deterioratione reddituum Monaſterij, ſequuta ob malam adminiſtrationem Abbatum Regularium, prout latè probandum eſt.

Nec non ex alienationt non exiguæ partis bonorum ſtabilium, quam illegitimè fecerunt Abbates Regulares.

Quomodo probetur recurſus in cauſis Eccleſiaſticis ad Iudices Laicos, vt incurrantur Cenſuræ? De Regulari recurrente, an, & quatenus teneantur ad damna? Et quis? Vide de Cenſuris tom.9. Conſult.33.

An Regularis eiectus à ſua Religione, tanquam incorrigibilis, ſi committat delictum, gaudeat priuilegio fori Eccleſiaſtici? Vide de Immuo. tom.9. Conſult.48.

An Regulares, & Moniales Mendicantium teneantur ad ſolutionem ſubſidij triennalis? Vide de Immun.tom.9.Conſult.53.

An requiratur concurſus ad Parochialem Regularium? Vide de Concurſu tom.9. Conſult.127. ac de Abb.tom.10.Conſult.70.

An, & quatenus Superiores Regulares poſſint annum probationis Nouitio prorogare, itá vt anno probationis iam completo, ſed prorogatione non ſeruata, profeſſio indè emiſſa ſit irrita? Et quid de profeſſione tacita? tom.9. Conſult.87.

HÆc ſit regula, ad quam omnis hæc materia dirigi debet. Ius nouiſſimum Sac. Concilij Trid.*in cap.15.ſeſſ.25. de Regul.* non per verba indefinita, ſed vniuerſalia præfigit probationi terminum vnius anni in quacumque Religione, & in *cap 16.* immediatè ſequenti præcipit, vt finito tempore Nouitiatus, Superiores quos habiles inuenerint, ad profitendum admittant, aut è Monaſterio eos eijciant.

Ex quibus verbis apparet tempus probationis à Superioribus Regularibus vltrà annum prorogari non poſſe, cum inferiores Summo Pontifice diſpenſare nequeant contrà generale Concilium per *Extrauag. Sancta Romana §. quidam autem*, ibique Gloſ. *ver.Concilij de relig. dom.* & Fagnan.*in cap.nimis num.3. de fil. Presbyt.* Quare non poſſunt arctare Nouitium, qui annum probationis expleuit ad alium annum ex integro repetendum, non modò reluctante Nouitio, id enim perquam durum eſſet, *arg. d.cap. ad Apoſtolicam de Regular.* ſed etiam ipſo conſentiente; Quia obſtat Conc. *d.cap.16.* ac propterea, quatenus poſſint Superiores Regulares nouum annum probationis iniungere, non tamen id poſſunt ſub pœna nullitatis profeſſionis, etiam conſentiente Nouitio, vt clarè deducitur ex ſequenti declaratione:

In Congregatione *Minimorum extabat Statutum, quod originem ducentes à Iudæis, vel Saracenis, ad Religionem non recipiantur, & ſi qui recipiendi fuerint, quorum progenies ignoratur, admittantur cum proteſtatione, quod ſi poſtea comperiatur, eo à Iudęis, vel Saracenis originem duxiſſe, eorum profeſſio ſit nulla. Quæſitum fuit: An originem trahentes à Iudęis, admiſſi ad Religionem cum illa proteſtatione, ſint legitimi profeſſi, vel ſecus?* SS. *reſpondit, habendos eſſe prò profeſſis, nec eijci debere, cum hactenus nemo fuerit eiectus.*

Rurſus, cum Olimpia Spinola Monaſterium ingreſſa, dubitaret, nè emiſſa profeſſione, bona ſua apud Mercatores exiſtentia recuperare non poſſet, & tempus profeſſionis emittendæ inſtaret, petijt à Sac. Congr. vt ſibi liceret manere io Monaſterio vltrà tempus Nouitiatus, nec tamen propterea intelligeretur tacitè profiteri. Sac. Congr. cenſuit, quod tacitam profeſſionem poſſe Olimpiam ſibi cauere per proteſtationem. Vt poſſit autem vltrà tempus Nouitiatus manere in Monaſterio, & non profiteri, opus eſt, vt SS. det dilationem. Sanctitas Sua indulſit ſex menſes vltrà annum Nouitiatus, vt manere poſſet in Monaſterio abſque profeſſione.

Negandum tamen non eſt, non videri prohibitum Superioribus Regularibus, quin poſſint profeſſionem prorogare ex aliqua iuſta cauſa ad breue tempus.

Quo verò ad profeſſionem tacitam conſtanter tenendum eſt, eam non fuiſſe ſublatam per Sac. Conc. Trid. vt alibi probaui, & comprobat Sac.Rot. ſpeciatim *coram Greg.XV. deciſ.* 385. *n.6. In* Metenſi Profeſſionis *cor. Vbaldo* 1615. *& in* Vliſſiponenſi Profeſſionis *coram Merlino* 1622. *nu.7. & alia* Metenſi Profeſſionis *coram Carillo* 1636. *num.3.& 7.* Illamque habere locum in omnibus Religionibus, etiam Hieroſolymitanis.

An is, qui habitu regulari ſuſcepto, annum integrum manſit in Religione, eoque elapſo, graui morbo correptus, & propterea profeſſione nequaquam emiſſa, permiſſu Superiorum, ad ſeculum redijt, poſſit

indè

indè ad triennium, morbo liberatus, & ad Monaſterium reuerſus, protinus emittere profeſſionem, vel potius per alium annum ſtare in probatione teneatur? Die 17. Febr. 1597. Sac. Congr. cenſuit, poſſe ſtatim emittere profeſſionem, non expectato alio probationis anno; niſi Religionis, aut perſonę conditio ſit immutata, idque Superiores Religionis animaduertere diligenter debere.

Quod currit etiam in eo, qui exiuit ſine licentia. Nam propoſito dubio:

An Nouitia, quæ, finito anno probationis, exiuit è Monaſterio, abſque licentia Ordinarij, iterum reuerſa, poſſit ſine noua probatione, ad profeſſionem emittendam, admitti? Die 12. Febr. 1598. Sac. Congr. cenſuit, poſſe; niſi conditio Religionis, aut perſona ſit immutata, idque à Superioribus Monaſterij diligenter eſſe diſpiciendum.

An, qui donauit maiorem ſuorum bonorum partem cuidam Religioni, cum graui onere pio, & in caſu, quo nollet illud acceptare, ſubſtituit aliam Religionem, poſſit deindè pœnitere, ac commutare ſuam voluntatem, tollendo illud onus, in præiudicium Religionis ſubſtitutæ? tom. 9. Conſult. 119.

AFfirmatiuè: Nam in huiuſmodi donatione, quæ aſſumit naturam contractus innominati, attendenda eſt pœnitentia donatoris. Alex. *in leg. qui Romę §. Flauius num. 9.* ibique Bartol. *num. 1. ac cæteri ff. de verb. ſignif.*

Idque præcipuè, ſi in Inſtrumento reuocationis oneris legatur, donatorem conſideraſſe plures difficultates, quæ illius exequutionem impediebant, in qua finalis eius intentio conſiſtebat, ex quo præſumitur, ipſum non perſeueraſſe in ſua voluntate: Nam, apparentibus cauſis non conſideratis à donatore, ex quibus cauſa finalis diſpoſitionis impeditur, præſumitur mutatio voluntatis. Gabriel. *conſ. 97. num. 28. lib. 8.* Maſcard. *de probat. conſul. 1424. num. 25. tom. 2.*

Quinimmò ſufficit, quod ad notitiam donatariorum perueniat pœnitentia donatoris, vt in contractu innominato de pœnitentia diſponitur *in leg. ſi pecuniam §. Si Seruum,* vbi Iaſon. *in princ.* Angel. *ſub tit. ac num. 1.* & alij.

An fructus Legati, deficientibus maſculis, ſint diſtribuendi Religioſo incapaci? Vide de Legat. Pijs tom. 9. Conſult. 121.

An Conſtitutio Innoc. XI. contrà ſurripientes Hoſtiam conſecratam &c. comprehendat Clericos Sæculares, & Regulares? Et quatenus non comprehenderet: An melius ſit per nouam Conſtit. an per ſimplex decretum declarare, eſſe in ea comprehenſos? tom. 9 Conſul. 124.

ID certum mihi videtur: Nam & ij quoque ſubditi Summ. Pontifici ſunt, & Conſtitutio eſt generalis, ac de materia illis adaptabili, *Can. ſi quis omnem 1. quæſt. 7. Can. cùm longè diſt. 63. cap. Canonum Statuta de Conſtitut.* vbi Innoc. *& cap. Nihil de elect.* Eò enim ipſo, quòd lex pœnalis Canonica generaliter imponitur, conſurgit in ipſis obligatio ad pœnam ſubeundam; Alioquin multi Canones, & Conſtitutiones Apoſtolicæ, præſertim *Can. 14. 15. 16. & 17. Bullæ Cœnę* non comprehenderent Clericos, quos tamen ex ſubiecta materia, & quia de ſe ſunt generales, nullum excludere, & ad Eccleſiaſticos extendi docent ibi Expoſitores.

Idque ſine dubio procedit: quia emanauit ſuper re de ſe praua; Hinc *in Can. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4.* qui eſt pęnalis, comprehendi non ſolum Clericos, ſed etiam Cardinales, quamuis in eo de illis non fiat expreſſa mentio, aſſerunt Io: Monach. *in extrauag. Excommunicamus.* Felin. *in cap. quod ſuper his de fid. Inſtrum.* & quia lata eſt ad ſalutem. Idem Io: Monach. *loc. cit.*

Ex quibus cenſeo, nulla alia Conſtitutione, nulloue decreto prò huiuſmodi perſonarum comprehenſione, tuè expreſſione opus eſſe: Nam alias redderentur dubiæ quamplures Conſtitutiones Apoſtolicæ.

Et nihilominus, ſi Summ. Pontifici viſum fuerit, vt clarè, ac explicitè id exprimatur, putarem, id potius faciendum eſſe per Conſtitutionem, quam per decretum; Conſtitutio enim generalis alia Conſtitutione generali confirmari, ampliari, ac declarari ferè ſemper ſolet; decretum autem decreto, vt ſæpè à Summ. Pontificibus obſeruatum videtur.

An Epiſcopus poſſit viſitare Confraternitates inſtitutas in Eccleſijs Regularium? Vide de Viſitation. tom. 9. Conſult. 127.

An, & quatenus Regulares teneantur ſoluere Parocho quartam funeralem? Vide de Funer. tom. 9. Conſult. 145.

De forma Viſitationis Regularium. Vide de Viſit. to. 9. Conſul. 146. ſub nu. 81. 139. & ſeq. ac 185.

An Epiſcopus habens facultatem à Summ. Pontifice ſedandi controuerſias inter Regulares. Operarios &c. poſſit dicta eorum Monaſteria viſitare? Vide de Viſitat. tom. 9. Conſult. 148.

An, quatenus, & quinam recuſari poſſit à Regularibus & ab alijs Iudex, Commiſſarius, Viſitator? Cauſa, modus, finis, praxis recuſationis, ad rem alia. tom. 9. Conſult. 151. Item vide tom. 1. Conſult. 85. huiuſmet tractat.

ABſolutè docent, poſſe Regulares ex iuſta cauſa Iudicem ordinarium recuſare. Abb. *in cap. cum ſpecialı §. Porrò num. 3.* Alex. de Neu. *ibid. num. 8.* Præpoſ. *in fin.* ac alij: Quæ ſententia tenenda eſt: Quia etiam contrà Prælatum Regularem poteſt eſſe iuſta cauſa recuſationis, ac

ità grauis, vt niſi admitteretur recuſatio, nimis graue, ac oneroſum eſſet ſubijci tali Iudici, ac proindè eſſet contrà iuſtitiam prohibere talem recuſationem Iudicis. debet concedi etiam apud Regulares, præſertim cum apud ipſos mitius, & cum maiori æquitate procedendum ſit.

Cauſæ verò recuſationis ſatis dictæ ſunt *in cit. Conſul.* 85. *tom.1.& vide verb.* Recuſatio.

Vndè ſi apud Regulares extet Statutum de non recuſando Iudicem ordinarium, poteſt nihilominus recuſari. Specul. *lib.1. tit. de recuſat.* §. 1. *num.*5. Franch. *in cap. poſtremò num.* 5. *de appell.* ac alij: Nam anima legis, & ſtatutorum eſt iuſtitia, ſine qua non ſunt leges, & ſtatuta, ſed tyrannicæ oppreſſiones.

Quod quidem locum habet, etiam ſi Iudex procedat cum Aſſeſſore: Nam adhuc ſi ex iuſta cauſa prohiberet recuſationem Iudicis, contineret eandem iniuſtitiam.

Quæ ratio originem ducit à principio, quod defenſio eſt de iure naturali.

Recuſatio fieri poteſt in quocumque ſtatu cauſæ cum cauſa ſuſpicionis innotuerit: Quia ignorantia facti nemini debet præiudicium inferre, ſicuti ignorantia iuris nemini patrocinatur. Eſtque adhuc locus recuſationi ante publicationem ſententiæ, etiam ſi illa tradita ſit Notario ad eam pronunciandam. Sanch. *cap.*8. *dub.*3. *num.*19. citans Paz. & Couar.

Viſitator autem recuſari non poteſt cum generalem, vel ſpecialem viſitationem aggreditur, procedendo ſine ſtrepitu, & figura iudicij ad morum correctionem. Archid. *in cap. quia plerique de offic. ord. in* 6. quam doctrinam approbauit Congr. Conc. vt teſtatur Fagnan. *in cap. conquerente num.*36. *de offic. Ord.*

Præſertim autem, ſi Commiſſarius Viſitator fuerit ſpecialiter approbatus à parte aduerſatrice: quia Iudex ſemel approbatus, non poteſt amplius recuſari, niſi ex cauſa ignorantiæ, aut de nouo ſuperueniente. *leg.* 1: *ff. de Iudic. leg.* 1. *C. de iuriſd. om. iud.* Rot. *dec.* 178. *num.* 2. *cor. Caualer.*

An, & quatenus vicinorum feneſtræ claudendæ, nè introſpiciant Monaſteria Regularium, & Monialium? Et quatenus Regulares, & Moniales feneſtras in viam publicam proſpicientes efficere poſſint? Vide de Monial. tom. 9. Conſult. 155.

An contractus tranſactionis factæ à Nouitio ſit validus? Vide de Monial. tom. 9. Conſul. 156.

An, & quatenus in Eccleſijs Parochialibus effectis de Menſa Monaſterij Monachorum, poſſit Epiſcopus conſtituere Vicarios perpetuos? Vide de Parocho tom. 9. Conſul. 157.

An, & quatenus ære alieno grauati Religionem ingredi nequeant? tom. 9. Conſult. 158.

Sixtus V. Conſtitutione ſua 71. *Cum de omnibus* §. 4. *&* 5. prouidè occurrere intendens indemnitati creditorum, ac fraudibus multorum decoctorum, qui poſt dilapidatam rem familiarem, & contractum ingentem vim æris alieni, aut interuerſam alienam pecuniam, eorum fidei creditam, vt ratiocinia effugiant, non pia intentione, ſed ad euitandam legum, & Iudicum ſeueritatem, tunc demum à Religione quærunt auxilium, & vt his quoque ſubterfugij, ac impunitis ſpes omnis tollatur, authoritate Apoſtolica prohibet de cætero, nè ad Religionem admittantur, qui ingenti ære alieno ſupra vires ſuarum facultatum grauati, vel reddendis ratiocinijs ità obnoxij, vt ex huiuſmodi cauſa lis, vel moleſtia eis iam illata, vel timendum ſit, nè inferatur, eorumque profeſſiones ex nunc, prout ex tunc irritat, & annullat. Idque habetur ex Conſtitutione 83. quæ incip. *In ſuprema* Clementis VIII.

Habent itaque Creditores intentionem fundatam contrà grauatos ære alieno, nè queant ingredi Religionem ex Conſtitut. adductis.

Quod maximè procedit, quandò æs alienum eſt ingens; Tunc enim non ſufficit, quod adſint tot alia bona, quæ paria eſſe poſſint æri alieno, ſed requiritur emptor, qui tanto pretio illa velit emere. Accedit pariter, quod debitor tenetur de iure ſatisfacere ſuis creditoribus.

Eòque magis, ſi bona debitoris ſint feudalia, & reſtitutioni ſubiecta, quorum ſucceſſio per profeſſionem regularem defertur alijs, atque adeò per ingreſſum in Religionem, non ſolum tollitur actio perſonalis contrà debitorem, ac redditur difficillior exactio, ſed etiam creditores priuantur fructibus bonorum feudalium, & reſtitutioni ſubiectorum, quæ, ſi non ingrederetur Religionem, ac profeſſionem emitteret, ſpectaret ad creditores.

Et in hoc caſu ingreſſus in Religionem, ac profeſſio non eſt permittenda, ne de iure quidem communi.

At certè Conſtitutiones prædictæ non videntur obſtare in caſu, in quo neque illarum diſpoſitio, neque verba conueniant; In illis enim ſupponitur dolus, & fraus ex parte profitentis, vt denotant verba illa Sixti: *Ac multi Decoctores poſt dilapidatam rem &c.*

Imò requiruntur actus extrinſeci, quibus huiuſmodi dolus oſtendatur, vt ſi quis poſt æs alienum contractum, latitare cæperit, ac foro ceſſerit, vt aduertit Surd. *conſ.* 528. *num.* 38. quem ſequitur Gratian. *diſcep.* 591. *num.* 19. *& ſeq.* vbi plures allegat; alias dolus non præſumitur, maximè, cum lucrum indè non ſequatur. Surd. *conſ.* 528. *num.* 33. *ac ſeq.* Menoch. *lib.* 1. *præſump.* 3. *num.* 28.

Eò-

Eóque minus dictę Conſtitutiones locum habent, niſi in illis verbis : *Poſt dilapidatam rem familiarem, &c.* Dilapidare enim eſt prodigaliter rem familiarem conſumere.

Idque præcipuè, ſi profitens eſt *Baro*, Marchio, Dux, Princeps, non ſolum quia ratione nobilitatis excluditur omnis dolus, verum etiam quia ceſſat cauſa defraudandi, cum ex illius ingreſſu in Religionem non efficitur deterior conditio creditorum, dum eiuſmodi perſonæ in carcerem coniici nequunt. Capiblanc. *de offic. Baron. in rubr. nu.* 19. & 20. De Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ.* §. 7. ac alij. Vel ſi eſt Clericus, qui prò debito ciuili non poteſt in carcerem includi, vt notant communiter Canoniſtę *in cap. peruenit, & cap. Oduardus de ſolut.*

Ac præcipuè ſi ęs alienum non ſit ab ipſo contractum, ſed à ſuis prædeceſſoribus, prò quo etiam, non confecto inuentario in foro conſcientię, ac de iure Canonico vltrà vires hęreditatis, & de perſona non obligatur. Roland. *de inuentar p.* 5. §. *an in foro pag.* 221. Fachin. *controu. iur. lib.* 6. *cap.* 24.

Ceſſatque omnis difficultas, ſi profitens omnia bona ſua creditoribus cedat, & renunciat, quo caſu, cum nulla ſubſit ſpes, vt ſęculo permanens ad meliorem fortunam poſſit peruenire, & creditoribus ſatisfacere, ingredi poteſt Religionum, & in ea profeſſionem emittere, vt in terminis dictarum Conſtitutionum docent Sanch. *in Decal. to.* 1. *lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 26. Barthol. de Vecch. *in prax. Nouit. diſp.* 2. *dub.* 13. *nu.* 15. Portel. *in dub. Regul. verb. Nouitius nu.* 29. & alii. Ac declarauit Sac. Congreg. Epiſc. 1. Octob. 1601. his verbis : *Debitor facta ceſſione bonorum, poteſt ad profeſſionem admitti, non obſtante Bulla Sixti V*, Niſi tamen obligatus eſſet ad ratiocinia : Quia tunc ante rationem redditam admitti non poſſe ex eadem Sac. Congregatione Menſe Octob. 1602. & 3. Decemb. 1648.

An, & quatenus ſententia lata per Iudicem delegatum à Prouinciali Regularium, ſine conſilio, ſuffragio, vel interuentu Definitorum, ſit valida? tom. 9. Conſul. 165.

RESpondetur; eſſe inualidam : Quia Definitores debent eſſe Coniudices cum ipſo Prouinciali, etiam in cauſis criminalibus, adeò vt Prouinciales, & Definitores conſtituant vnum Magiſtratum in cauſis expediendis, vt ex Conſtitutionibus Religionum, quæ ſunt prò lege ſeruandæ. Gail. *lib.* 1. *obſeru.* 41. *n.* 5. & de Conſtitutionibus Religionum Salas *de legib. tr.* 14. *q.* 16. *diſp.* 16. *ſect.* 10. *n.* 45. vbi in hac ſpecie ait, Generales, & Prouinciales peccare, ſi abſq; Definitorum conſilio ſententiam aliquam grauem contra Religioſum delinquentem ferant. Rodriq. *to.* 2. *quæſt. Regul.* 45. *ar.* 2. *in fin.* & vterq; aſſerit, ſententiam eſſe nullam, quando Definitores habent votum deciſiuum, vt ex plurium Religionum Conſtitutionibus habetur, in quibus deſcribitur hæc forma, quod in Sententijs ferendis, vbi aliqua pęna per proceſsū eſt infligenda, ſemper ſunt vocandi Definitores à Prouinciali; dummodò extrà Prouinciam non exſtiant ſub pæna nullitatis. Ex quo reſultat nullitas ſententię ex defectu iuriſdictionis : Nam vbi plures ſunt deputati Iudices, vnus ſine alio pronunciare non poteſt, iuxtà *decis* 29. *num.* 2. *cum ſeq. p.* 4. & *dec.* 295. *num.* 11. *p.* 6. *recent.*

POmponius, alias in Religione N. profeſſus obtinuit à Sac. Pænitentiaria Breue tranſeundi ad Hoſpitalarios S. Antonij Vienneſis. Poſtea ab eadem Sac. Pænit. aliud Breue amplificatum eſt per clauſulam ad quemcumque Ordinem, ſine illa exceptione, quæ apponi ſolet in huiuſmodi Breuibus. Ille autem ad Fratres Hoſpitalarios S. Io: Hieroſolymitani tranſiuit, et apud eos ſolitam profeſſionem emiſit. Dubitatur modo :

An huiuſmodi profeſſio ſit valida inter Hieroſolymitanos? Et alia circà Regulares vtriuſque ſexus. tom. 9. Conſul. 170. Item vide tom. 1. Conſul. 299.

NEgatiuè reſponſum fuit in d. tom. 1. Conſul. 299. cui adduntur ſequentia, quæ ad Regulares pertinent, forma ſcilicet quorumdam reſcriptorum per Breue Summi Pontificis expediendorum, De licentia ingrediendi Monaſterium. Petitam ingrediendi licentiam cenſuit Congreg. Regularium Oratrici poſſe concedi, dummodò ingrediatur ſola, & animo ibi perpetuò remanendi, ſpondeatque leges Clauſurę, & locutoriorum ſeruare, & emolumentum aliquod notabile quotannis Monaſterio largiatur.

De Fratribus ad arctiorem Religionem tranſire volentibus; Narratis attentis, & dummodò verè zelo arctioris vitæ, & non ad effugiendum aliquam imminentem admiſſorum criminum pænam Sacra Congregatio Regul. petitam tranſeundi licentiam conceſſit, ſeruata tamen forma Bullæ Sixti V. vbi opus fuerit.

De Puellis in Monaſterio educandis Sac. Cong. Regul. cenſuit admitti poſſe, cum his legibus, quod, accedente in primis, & ante omnia conſenſu Monialium, & Monaſterium ſoleat huiuſmodi Educandas habere. Puella ingrediatur ſola abſq; vllo famulatu, ſit maior ſep-

tem

Digitized by Google

tem annis, minor verò 25. habitû cultuq; vtatur moueſto, ſine iocalibus, auro, vel ſerico ſ... ruet locutoriorum,& clauſuræ leges, & quicquid prò ſuis ſumptibus Monaſterio elargiendum erit, principio cuiuslibet ſemeſtris largiatur, ſit in Nouitiatu cellula prò ea vacua, & à nemine occupata, & numerus puellarum in eo Monaſterio Educandarum non ſit expletus, à quo Monaſterio puella ipſa nunquam exeat animo reuertendi,niſi vbi habitum Monachalem ſuſcipere voluerit.

Prò Fratribus ad æqualem Religionem tranſire volentibus Greg. XIV. in cubiculari audientia conceſsit,ità petente Cardinali Alexandrino, vt Sac. Regul. Cong. Regularibus licentiam ad æqualem tranſire volentibus indulgere poſsit ex cauſa.

Clemens VIII. in cubiculari audientia habita die Veneris vltima Ianuar.1592. viuæ vocis oraculo Sac. Congreg. Regul. conceſſit, præter cæteras facultates, omnimodam poteſtatem, & facultatem ſuam Pontificiam circa correctionem, regimen,ſtatum, & diſciplinam bonorum, & perſonarum vtriuſque ſexus Regularium, & ità retulit D.Card.Alexandrinus.

De prouiſione Parochialis in perſonam Regularium cum Decreto ſcilicet, quod detracto ex fructibus d. Eccleſiæ, quod prò congrua ſuſtentatione neceſſarium fuerit, reliquum in pauperes loci eiuſdem Ordinarij arbitrio erogare teneatur, & cum expreſſione, quod hæc gratia ſit ob nimiam ſcientiam, & peritiam ipſius Oratoris prædicandi Verbum Dei, & difficultatem maximam inueniendi probos, ac peritos Rectores ſeculares his calamitoſis temporibus,in quo munere prædicandi idem Orator ſe exercere teneatur, alias d. Eccleſia eò ipſo vacet.

De Confratribus Societatis S.Io: Dei Sac Cong. Regul. inſtantibus Capuccinis, cenſuit, Confratres Societatis S.Io.Dei nullatenus debere geſtare habitum cum Capuccio oblongo, ſiuè acuto, ſed rotundo ſub pęna carceris Cong. arbitrio, licentiamque propterea conceſſit ipſis Fratribus Capuccinis omnes contrafacientes carcerari faciendi die 16. Ianuar.1588.

De licentia Fratrum accedendi ad Vrbem, placuit Sac. Congreg. Regul. ex ordine Sanctiſſimi ſtatuere, vt ſi quis Regularium in poſterum temerè, leuiue ex cauſa hanc Almam Vrbem, ſeù Curiam abſque ſui Superioris licentia, & ſuprascripta forma prætermiſſa, adire præſumpſerit, ad ſuos eoſdem Superiores ſeueriori pæna plectendus remittatur. die 22. Maij 1587. confirmata fuit à Greg. XIV.

Prò Monialibus transferendis: Quia eiuſmodi tranſeundi licentiæ non ſolent, niſi ex magna cauſa concedi, erit per Breue Ordinarij, & Superiorum conſcientia oneranda, vt non niſi veris exiſtentibus ſupplicatis, & vitæ diſcrimine imminente, cum Oratricibus diſpenſet, & ad Monaſteria eiuſmodi Ordinis tantum ſine ſpe reuertendi nec recuperandi dotes.

Prouiſio prò Fratribus Mendicantibus Regni Neapolis facta in Sac. Congregatione die 10. Octob. 1586.

Primò, quod circa Regularium confeſſionem ab ipſis Fratribus Mendicantibus audienda decretum Congreg. Sac. Conc. & Epiſc. obſeruetur, corripianturq; Ordinarij qui in articulo Mortis id fieri prohibent, vel in licentijs conceſſis id excipiunt.

Secundò, Fratres Mendicantes nullatenus à quęſtuatione, quæ de licentia Suorum Superiorum fit, & in dies fieri contingit prohibeantur.

Tertiò, Ordinarij in cognitionibus cauſarum Fratrum Mendicantium, tam ciuilium, quam criminalium minimè ſe ingerant.

Pariter in Viſitatione eorumdem Fratrum vel Eccleſiarũ ſuarum, niſi quatenus eis per Conc. Trid conceditur.

Quartò, Ordinarij non impediant Fratres pulſare Campanas ad Matutinum, ad Horas, & ad Miſſam, antequam pulſetur Campana Maioris Eccleſiæ,præterquam in die Sabbati Sancti.

Quintò, Quod autem ad quartam funeralem Seruetur decretum Sac. Conc. Trid.

De reſtitutione in integrum poſt lapſum quinquennij quoad profeſſionem Regularem vigore Conc.Trid. cap 19. ſeſſ.25.de Regular *Vbi caſus, & cauſa ferè omnes ad id pertinentes diſcutiuntur &c.* tom. 9. Conſul. 178.

TEnendum omninò eſt,quod poſſit reclamari, elapſo quinquennio, ac debere audiri, & admitti probationem nullitatis profeſſionis. Ita Sanch. cum alijs *lib.7. de Matrim. diſp. 37. nu.* 22. exiſtimans debere reſtitui in integrum aduerſus lapſum quinquennij, prò quo plura expendit, etſi alij putent, quibus & ego adſtipulor, non eſſe opus reſtitutione in integrũ, ſed de iure illi competere reclamationem: quia durante metu,ratione cuius fuit inualida profeſſio, non currit quinquennium pręſcriptum ad reclamandum, vt notat Rota *coram Burat. dec.* 205. *n.* 30. Rodriq. *to.* 3. *quæſt. Regul. q.* 17. *n.* 16. Zerol. *in prax. p.* 1. *v. profeſſio* §. 1. ac alij.

Nam Trid.concedit quinquennium ad reclamandum, quod ſi non reclametur intrà dictum tempus, præſumit profeſſionem ratificatam: quia pręſupponit, quod quinquennium ſit liberum Regulari ad reclamandum,ſi vult reclamare, & ad deducendam inualiditatem ſuę profeſſionis; Vndè ſi non daretur præſumptio, quod ratificaſſet profeſſionem, non poſſet iuſtè conſtringi, vt remaneret in ſtatu regulari. Durante autem metu non habet locum hæc pręſumptio: Quia non plus valet ratificatio facta per ſilentium, quam valet ipſa profeſsio facta per metum. Quare, ſicuti ſtante metu, præſumitur profeſsio ipſa inuoluntaria, quæcumque ratificatio, quæ ex ſilentio

pręſumi

prȩſumi poteſt; Vndè totum hoc tempus intermedium,quantumuis longiſſimum, computatur prò quinquennio permiſſo, nempè prò toto illo tempore, quo durat cauſa metus, ad tradita per DD. *ad l. ad inuidiam C. quod met. cauſ.* Rot. *dec.*173.*num.*43.*p.*7. *recen.* Ludouiſ. *dec.* 392. *n.* 1. ibiq, Add. *n.* 8. *lit.* A. Et propterea ſpontanea ratificatio,quȩ deſumi poteſt ex temporis diuturnitate, & ex actibus poſitiuis, non purgat præcedentem metum illatum Farinac. *in frag.Tuſc.v. metus n.*163. *pract. concluſ.d. v. metus concluſ.* 220. Nam licet præfati actus poſitiui videantur ſpontanei, adhuc tamen dicuntur metu facti, cum duret eadem cauſa metus. Ruin. *conſ.* 122. *nu.* 3.*lib.*4. Roland. *conſ.*2. *n.* 86. *lib.* 1. Natta *conſ.* 50. *n.* 18. ac alii. Et de iure ſufficit metus reuerentialis, qui accidentibus minis, dicitur metus grauis, ac ſufficiens ad reſcindendos quoſcumque contractus, multò magis nullitatem profeſſionis. Buratt. *d. deciſ.* 205.

Ex his autem colligitur, quod quinquennium conceſſũ ad Trid.ad reclamandum prò inualiditate profeſſionis,debet computari à die, quo ceſſat metus, & ideò ſi metus duret poſt quinquennium, quia durat cauſa ipſius.adhuc concedendum eſt aliud quinquenium poſt ceſſationem metus, in quo poſſit reclamare, aut ſi ceſſat intrà quinquennium, tunc debet incipere beneficium quinquennij conceſſum: Nam beneficium quinquennij à Conc. conceſſum reſpicit capacitatem nulliter profeſſi; Vndè tunc cenſetur concedi, quando ipſum recipere poteſt, ità vt ſit in poteſtate ipſius vel reclamare, vel ſilentio conualidare profeſsionem, ſaltem in foro exteriori,ac exhibere præſumptionem ratificationis. Durante autem metu, non poteſt recipere beneficium iuris: Quia ſi metus effecit, vt profiteretur contrà eius voluntatem, multò magis faciet, quod non reclamet; Vndè non poterit exhibere preſumptionem ratificationis.

Sufficit etiam, quod fuerit impeditus petere reſtitutionem culpa Superioris. Odd. *quæſt.* 20. *num.*54. Quod habet locum, licet ſit maior,oè lapſus quinquenij præiudicet, ſi adeſt impedimentum ad reclamandum. Buratt.*in alleg.dec. num.*21.

Idque præcipuè ſi accedant continuæ proteſtationes extraiudiciales coram honeſtis viris,vel ſuis conſanguineis,lamentationes,meſtitiæ cum contentione perſeuerandi in Religione,& non profitendi, quæ regulariter ſupplent defectum formalis reclamationis. Rot.*deciſ.*705. *num.*3. *par.*4.*rec.*& Add.*ad Buratt.dec.*385.*num.*6.

Sique concurrat perſecutio Superiorum Regularium, qui abſque vlla legitima cauſa pluries ad longinguas Prouincias relegarunt, in carcerem coniecerunt, nè, vt tenebatur, formalem reclamationem inſtituere, ſuæque profeſſionis nullitatem coram Ordinario, & Superiore Regulari deducere poſſet; Ex quibus reſtitutio non poteſt denegari. Odd.*d.quæſt.*7.*par.*1.*ar.*5. *num.*42.*&* *ar.*6.*&* 8.*num.*52.

Vel ſi ante duos Menſes, aut ſi in ipſo actu profeſſionis donatio bonorum Nouitij facta fuerit, ideòque nulla, & irrita, iuxtà decretum Sac.Conc.Trid. *d. ſeſſ.*25. *cap.*16. *de Regul.* vbi Barb.*num.*44.*& ſeq.*

Vel ſi admiſſio ad profeſſionem fuerit facta per Superiorem, non ſeruata forma Conſtitutionis Sixti V. iuxtà *dec. in Toletana profeſſionis coram Pamphilio* relatam à Garz.*de beneſic. par.*9. *cap.*2.*num.*330.

Vel ſi conſtiterit de nullitate profeſſionis emiſſæ in Conuentu non deſignato, quæ vllo vnquam tempore ſanari poteſt, iuxtà Conſt.Clem.VIII. decernentis nullas, & irritas huiuſmodi profeſſiones. Fagnan.*in cap.Conſuluit,qui Cler. vel Vouum.*11.*&* 21.

Quare durante hac nullitate, non obſtat, ſi ità profeſſus non reclamauerit intrà quinquennium: quia Conc. non loquitur in caſu nullitatis perpetuæ, ſed temporalis. Ideò extendi non poteſt ad perpetuum, vt diximus.

Et in caſu etiam, quo quis tenetur reclamare intrà quinquennium; non prohibetur tamen poſt quinquennium deducere cauſas, cur intrà illud tempus non reclamauerit: Intellige enim, ait Gloſſa *in cap.*2.*de Regular.*ſi potuerit reclamare, & aduertit Suarez.*l.c.nu.*7.*& ſeqq.*Lezan. *num.*21.Gratian.*diſcep.*413.*num.*10.ac alij.

A Sac.Cong.Epiſc.& Regul. emanauit decretum prò gubernio cuiuſdam Religionis tenoris ſequentis: [Nè praue conſuetudines, & corruptelæ in Nouitios propagentur, Sac.Cong. ſtatuit, vt in poſterum &c. nullus ad habitum Monaſtichum, multò minus ad profeſſionem admittatur, niſi de licentia eiuſdem Sac. Cong. cum expreſſa derogatione prȩſentis prohibitionis &c. Receptiones inſuper, & profeſſiones Nouitiorum contrà formam huius decreti &c.irritas,& nullas,eadem Sac.Cong.ex nunc decreuit,& declarat &c. non obſtantibus &c.].

Quidam tempore huiuſmodi decreti erat Nouitius, & emiſit profeſſionem poſt eius datam, ſed antequam illud fuiſſet prȩſentatum eidem Religioni, & ab illa acceptum. Quæritur:

An

Digitized by Google

An d. profeſſio ſic emiſſa, ſit valida? Vbi an decreta Sac. Cong. ligent antequam præſententur Prouinciæ, & ab illa accipiantur, quemadmodum ligent Conſtitutiones Apoſtolicæ? to. 9.
Conſul. 174.

Reſpond. huiuſmodi profeſſionem eſſe irritam: Primò, quia decretum Sac. Congregationis continet decretum irritans, quod omnia interiora, ac occultiſſima afficit, & adſtringit, itàut etiam ligent ignorantes ſtatim ab initio, quamuis publicatum non ſit. *cap. 1. de conceſ. præb. in 6.* Caſſador. *dec. 1. num. 1. eodem tit.* alijque quos refert Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 6. proem. num. 54. & ſeq.*

Deindè, quia idem decretum continet dictionem *ex nunc*, qua declaratur voluntas legiſlatoris, adeò quod non ſit neceſſaria publicatio, vel notitia, vt ligare incipiat, ſed ſtatim obligat ad effectum nullitatis actus in contrarium geſti; non tamen quoad pœnas incurrendas. Abb. *in cap. 2. num. 7. de Conſtit.* ibique Felin. *n. 7. limit. 5.* & alij apud Gonzal. *l. c. n. 56. & ſeqq.*

Comprobatur: quia lex, Conſtitutio, Statutum non ſolum ligat tempore, quo emanauit, ſed etiam trahitur ad præterita, quando in illis ſic expreſsè diſponitur. *tex. in l. leges, C. de legibus.* Cæphal. *conſ. 35. n. 51. lib. 1.* ac cæteri, quos congerit Farinac. *in fragm. p. 2. v. lex n. 41.*

An, & quatenus Nouitius, non completo anno tyrocinij, ſiuè probationis, à Religione egrediens, teneatur iterum annum probationis integrè facere? Quid de Nouitiatu interpolato? Vbi caſus alii? tom. 9.
Conſul. 175.

In caſu, quo Nouitius diſceſſit ſine licentia, & permanſit tam longo tempore extrà Religionem ſine habitu, negotiorum ſæcularium cauſa, vt ex eius lapſu cenſeatur in illa inducta obliuio aſperitatum Religionis, & in Monaſterio morum Nouitij, qui præſumuntur mutati, vt rectè declarat Bordon. *tom. 2. reſol. 99. n. 47. & 49.*

Vel in caſu, in quo egreſſus à Religione animo determinato permanendi in ſæculo, & non profitendi, eſt omninò neceſſarius nouus Nouitiatus, ità vt ſine illo poſseſſio ſit irrita ob illius defectum, iuxtà decretum Conc. Trid. *ſeſ. 25. cap. 15. de Regul.* Quia Nouitiatus antecedens dicitur extinctus ob voluntatem non profitendi, vt reſpondit Rot. *in Melevitana nullitatis profeſſionis coram Royas dec. 491. num. 13. & ſeqq.* recedendo à priori *dec. 410.* in qua pariter hæc concluſio admittitur *ſub num. 4.*

Et in caſu Nouitij, qui ſex Menſes ſtetit in Monaſterio, deindè exiuit ſine licentia Superioris, & in ſæculo tres, vel quatuor dies moratus eſt, demum ad Monaſterium reuerſus, poſt alios ſex Menſes profeſſionem emiſit, DD. concludunt, profeſſionem non valere.

Per hanc ſententiam ſæpius reſpondit Sac. Cong. Concil. ſpeciatim autem, cum N. dubitaret: an validè profeſſus eſſet, cum tres Menſes in Monaſterio moratus indè exierit, & poſteà reuerſus, & alios tres Menſes itidem moratus, ſuperueniente infirmitate, rurſus exierit, eaque liberatus, & ad Monaſterium reuerſus, poſt nouem Menſes in manibus Miniſtri profeſſionem emiſerit, habitumque Profeſſorum ſuſceperit, quem 18. Menſes geſtauit, Sac. Cong. cenſuit, profeſſionem expreſſam non valuiſſe: quia intrà annum facta, nec tempora poſſe coniungi, ſed requiri annum continuatum. Inductam tamen fuiſſe tacitam ex lapſu anni, & geſtatione habitus Profeſſorum per tantum tempus.

Alij quoque caſus ibidem recenſentur.

An, & quatenus Regulares quicumque, ac Moniales prætendentes, ſe per vim, & metum ingreſſos eſſe Religionem, vel ante ætatem debitam profeſſos fuiſſe, aut quid ſimile adducentes, audiri poſſint ſine habitu Regulari, & extrà Monaſterium? Vbi quid ſi egrederentur ex Sententia Ordinarij nulliter emanata? tom. 9. Conſul. 176.

Negatiuè reſpondendum videtur. Clariſſima enim eſt diſpoſitio Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 19. de Regul.* Quod Regulares nequeant audiri, niſi redeant ad Monaſterium, & habitum reſumant. Quod etiam tradunt Gratian. *diſcep. 413. nu. 1.* Zerol. *in prax. Epiſc. p. 1. v. profeſſio n. 6.* & alii, ac Rot. *dec. 3. num. 17. apud Tambur. de Iur. Abb.*

Nec obſtat Sententia Ordinarii ſuper egreſſu, ac nullitate profeſſionis, ex qua infertur, quod cum quis non dimiſerit habitum, nec fuit egreſſus propria voluntate, non ſit locus diſpoſitioni Conc. Trid. ſi huiuſmodi ſententia eſſet notoriè nulla inquit Rot. *dec. 327. num. 8. p. 4. to. 2. recen.* Præſertim verò ſi ſententia emanauit defectu iuriſdictionis tum delegantis, tum delegati. Delegantis quidem, quia poſt lapſum quinquennii ad reclamandum, non poterat contra formam *d. cap. 19.* committere cauſam reclamationis, & nullitatis profeſſionis, cum nullus Epiſcopus, vel Superior poſſit huiuſmodi reclamantes audire, niſi ſolus Pontifex, qui ſolus concedere poteſt reſtitutionem in integrum, vel Sac. Congreg. Conc. & Epiſc. & Regul. quæ Summi Pontificis habent Oraculum. Portell. *in dub. Regular. v. profeſſionis nullæ reclamatio num. 43.* Rodriq. in *comp. quæſt. Regul. reſol. 101. num. 71.* & alii.

Delegati, quia poſito defectu iuriſdictionis delegantis, corruit quoque iuriſdictio Delegati. *l. nemo, ff. de reg. iur.* cum vulgò aliis.

Poſita igitur, ex adductis nullitate ſententiæ, & quod fuerit attentatè prolata, non poteſt Regularis in ea fundari prò euitanda diſpoſitione Sac. Conc. ſed dicendum eſt, quòd ſpontè,

ac

ac de facto dimiſerit habitum,& Monaſterium, ac proindè ad illum reſumendum, & ad illud redeundum cogendus eſt.

Quibus ex bonis ſubminiſtrari ei debeant alimenta, & ſumptus litis ad proportionem bonorum,& conditionis perſonæ &c. Vide de Monial.tom.9.Conſul.177.

Vberius diſceptatur: An profeſſus, qui poſt rem iudicatam dimiſit habitum, acquieſcente Religione, poſſit cogi à conſanguineis, alijſuè ad illum reſumendum, aut impediri effectu rei iudicatæ prætextu, quod habeant intereſſe bonorum, vel criminis ſibi obiecti? tom.9. Conſul.178.

RESpondetur. Non poſſe: Quia, cum is habitum dimiſerit vigore ſententiæ latæ ſuper nullitate ſuæ profeſſionis inter ipſum, & Religionem, non poſſunt Conſanguinei, aliique cogere illum ad reſumendum habitum, quamuis allegent ſuum intereſſe ratione bonorum, vel criminis metus, qui ab ipſis dicitur incuſſus. Larrea *dec. Granat.63. à num.5.* Paſqualig. *ad Lauretum de Franch.de controu. inter Epiſc. & Regul.p.1.n.27.*& alii.

Ratio autem eſt, quia nullitas profeſſionis reſpicit ſolam Religionem, intereſſe autem Conſanguineorum, licet reſultet ex hac nullitate, eſt tamen ſeparatū, poteſtque alio modo reparari,inſtituendo ſuper illo iudicium diuerſum.

An, & quatenus concedenda ſit remiſſoria in partibus prò reprobandis teſtibus examinatis prò nullitate profeſſionis? Vide de Monial.to.9.Conſul.179.

De metu reuerentiali circà profeſſionis nullitatem. Vide de Monial. tom.9. Conſult. 180.

De ijs, quæ potiſſimum afferri poſſunt prò validitate, & nullitate Profeſſionis Regularis. Vide de Monial.tom.9.Conſult.181.

De metu generatim. Vide de Monial.tom.9.Conſult.182.

An Conuentus Regularium ſuppreſſus, & poſted reſtitutus, cenſeatur reſtitutus etiam quoad præcedentiam? Vide de Præcedentia tom.9. Conſul.183.

An, & quatenus Regulares teneantur ſeruare Interdictum Eccleſiaſticum ab Ordinario appoſitum? tom.10.Conſul.1.

NEgatiuè, dummodò diuina peragant clauſis ianuis, voce ſubmiſſa, non pulſatis Campanis, & excluſis omnibus, qui cauſam interdicto dederunt, vel nominatim interdictis, Collect. *priuil.Mendic. v. Interdictum* 3. Capuc. *annot.verſ.tertiò tempore interdicti,* ac Rodriq. *tom.2.quæſt.regul.quæſt.112.art.2.*

At de hac re vide latè in tract. de Cenſur.

An, & quatenus liceat Regularibus habere feneſtras proſpicientes in viam publicam? tom.10. Conſul.2.

NOn licet, niſi tantum ad lumen. Ità ſtatuit Clemens VIII. Conſtitutione ſua ſub anno 1601. *tom.4.Bullar.& 1604.§.60.* Et vide quæ diximus de Monialibus *tom. 8. Conſult. 20. & tom.9. Conſul.155.*

An, & quatenus cauſæ Regularium, aliorumque ab Eminentiſſimis Cardinalibus iudicatæ, committi poſſint per appellationem Sac.Rota, aut alijs Tribunalibus? Vide de Appellat.tom.10.Conſul.9.

An, & quatenus Regulares, etiam Abbates poſſint ſuſpendi, excommunicari, priuari ſuis Officijs, ac Dignitatibus à Legatis, ſiuè Nuncijs Apoſtolicis? Vbi

Quid, ſi ipſi Regulares, & Abbates ſententiam priuationis ſuæ ſubſcriptione admiſerint?

Quidue, ſi à Sac.Cong. ſuper Epiſc.& Regul.iniunctum fuerit Nuncij,vt capiant diligentem informationem, & decernant, quod iudicauerint opportunum? tom. 10. Conſul.10.

ABbas non eſt reſtituendus in ſuis iuribus Abbatialibus, ſed ſeruanda ſunt decreta à Nuncio Apoſtolico emanata prò regimine Monaſterij, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, donec deponatur, vt alias diſpoſuit Sac. Congregatio de Abbate Oliuetano 3. Decembris 1649.

Nuncius enim Apoſtolicus,tanquam gerens vices Sum.Pontificis, habet poteſtatem Ordinariam in omnes ſubditos ſuæ Prouinciæ, etiam exemptos, *Cap.cum Venerabilis de conſuet.cap.1.de offic. deleg.§.nunc oſtendendum.*

Maximè autem ſi procedat ex auctoritate Sac. Congregationis hiſce verbis: *Capiat diligentem informationem, & decernat, quod iudicauerit opportunum.*

An tempus, quod requiritur in aſſequendis officijs, ac Dignitatibus Eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quàm regularibus,debeat eſſe completum? Quid de manutentione in officiis, ac dignitatibus eorum, qui tempus à Conſtitutione requiſitum minimè ſeruarunt? tom. 10. Conſult.11.

SVnt, qui affirmant: Nam vbi tempus ab aliqua Conſtitutione in menſura certa reperitur determinatum, iam ſequitur, vt ſi minima quæquepars temporis defecerit,vnaque pars temporis defecerit,vnaque dumtaxat dies,nihil actum eſſe dicatur. Tex.ad rem *iul.fin.§. Quoties, ff.de publie.& vectigal.* Egregiè Suarez *de relig.tom.3. lib.5. cap.5. num.1.* dicens, quod vbi lex, vel Conſtit. taxat tempus, tunc præciſè, & quaſi

in indiuiſibili conſtituit talem menſuram. Ex qua ratione concludit, annum Nouitiatus debere eſſe integrum, ac perfectum, vt computetur de momento ad momentum, itá vt vnius diei detractio profeſſionem irritet.

Vbi igitur exem. gra. taxatur tempus *ſaltem* biennij ijs Regularibus, qui paternitatem Prouincialem deſiderant, vt nimirum in illis permanere debeant, *ſaltem* per biennium conſtare deber de hac permanentia.

At nihilominus Prouincialis, qui hactenus potitus eſt præcedentia, definitorio, alijſque honoribus, ac priuilegijs, quibus cæteri Prouinciales, durante Prouincialatu, eóque etiam exacto, potiri ſolent, ac debent, manutendus videtur in ſua poſſeſſione, ſi conſtiterit de poſſeſſione, ſiué quaſi, quæ ſatis eſt ad manutentionem obtinendam, Cancer. *var. reſol. cap. 14. num. 3. par. 3.* Seraph. *dec. 342. nu. 1.* Rot. *deciſ. 155. n. 1. p. 4.*

Noui Conuentus, & Eccleſiæ Regularium, quatenus conſtrui poſſint?

Vide quæ dicta ſunt *tom. 1. Conſul. 179.* vbi ſatis.

Vtrum electio Patrum Generalium pertinere poſſit ad aliquot Prouincias, ſitque ea confirmanda, & quatenus, an verò ad vniuerſam Religionem? tom. 10. Conſul. 14.

Tenendum eſt, electionem Patris Generalis de iure communi ad vniuerſas Religionis Prouincias pertinere per tex. *in can. fin. 16. qu. 7. Can. Abbatem 1. & 2. 18. q. 2.* Nauar. *conſ. 3. nu. 4. de elect. lib. 1.* Quod tex. adducit Rota in *Valliſoletana præminentiarum* 24. Nouemb. 1603. coram Card. Pamphilio, quæ eſt *deciſio 65. n. 4. p. 1. recen.*

Eóque præcipuè ſi hoc idem præcipiatur in Conſtitutionibus Religionis, confirmatis à Summo Pontifice, cum decreto irritante, de cuius efficacitate Doctores, & nos ſupra pluribus in locis.

Atque ex his deneganda eſt eiuſmodi electionis confirmatio, quia eſt inualida, *cap. nihil, §. Cæterum de elect.*

An, & quatenus electio ad dignitates Eccleſiaſticas per abuſum ſæcularis poteſtatis irrita, infectaque ſit? Vide de Dignit. tom. 10. Conſul. 16.

Vacatio per renunciationem Præſulatus, aut officij regularis, aut noua electio ad illum, à quo tempore incipiat? Vtrum à tempore habitæ ſcientiæ renunciationis, an à tempore factæ renunciationis? tom. 10. Conſul. 17.

Cenſeo, tempus præfixum ad eligendum incipere à die renunciationis, dummodò ſcientia vacationis aliquo modo habeatur. Quamuis enim veriſſima ſit concluſio, quod dictum tempus currat à die ſcientiæ vacationis, non autem ab ipſa vacatione; ad hunc tamen effectum non eſt præſcripta aliqua forma renunciandi, ſed ſatis eſt, quod habentes ius eligendi, habeant de vacatione ſcientiam, quomodócumque illam ſciant, Paſſarin. *de elect. cap. 13. num. 17.*

An, & quatenus ex vitio perſonæ irritanda ſit electio Regularium ad officia, & dignitates ſuæ Religionis, aut ab illa ſuſpendendi, pendente accuſatione? rom. 10. Conſult. 18.

In hac re illud certum eſt, quod ad fauorem electorum militat protrita iuris regula, nimirum: electo ſufficit docere de ſua electione, quia præſumitur canonica, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi, iuris ordine ſeruato. Lap. Gemin. Io: And. & alij, quos refert, ac ſeq. Rota *dec. 289. n. 25. & ſeq. p. 6. & dec. 244. num. 34. par. 8. rec.* Hinc ad irritandam electionem deueniri non poteſt, niſi citaro, & audito electo, iuxtà *cap. 1. de cauſ. poſſ. & propriet.*

Quod eò libentius admittendum eſt, ſi electiones fuerint confirmatæ à Superiore. Quo in caſu ad eas irritandas requiruntur exactæ, & concludentes probationes, Lauor. *de elect. cap. 19. num. 121.* Eóque præſertim ſi contrà electos nullus exhibeatur proceſſus legitimè factus.

Atquè ex his nullatenus eſt locus ſuſpenſioni, aut remotioni electorum; Licet enim quandò agitur contrà Regulares, ad effectum remotionis ab adminiſtratione, non requirantur probationes itá exactæ, ſicuti contrà ſæculares; attamen ſemper ſunt ſeruanda ſubſtantialia iudicij, nempè, vt reus vocetur, poſſitque ſe defendere, tex. *in cap. ad petitionem, §. Cum igitur de accuſ.*

Quare huiuſmodi Officialium electio confirmanda videtur, ſi conſtiterit de illius validitate quoad ſubſtantiam propter concurſum maioris, & ſanioris partis Capituli, prout ex illius Inſtrumento, Innoc. *in cap. innotuit n. 7. de elect.* vbi Io: And. *num. 2.* ac alij.

Hiſque accedit, quod ſola accuſatio, ſiuè denunciatio non excludit quempiam ab electione; Alias enim eſſet in facultate calumniatoris viros probos ab electione excludere. Quod planè abſurdum eſt. Innoc. *in cap. accuſatum nu. 2. de ſimon.*

Extatque hac de re decretum Apoſtolicum prò reformatione Regularium ſub die 14. Octob. 1601. approbatum à Clem. VIII. nempè: *Priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, ac inhabilitatis decreta, ſententiæue ab eiſdem Superioribus Ordinis latæ, nè deinceps in ipſo electionis actu pronuncientur, promulgenturque, atque eę promulgatæ vocales minimè afficiant, niſi per menſem antè fuerint intimatæ Parti, Sanctitas ſua omninò vetuit.* Quod nominatim obſeruari præcepit iuſſu Pauli V. Card. Verallus Ord. Min. Protector 27. Maij 1616.

Digitized by Google

1616. vt teſtatur Lantuſca *in theatr. regul. verſ. caſus, ſeù lis num. 2.*

1. *An Viſitator, ac Præſes Capituli Regularium eligi poſſit in Vicarium Prouincialem, & electio indè ſequuta, ſit valida?*
2. *An priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ fieri poſſit poſt allegationem ſuſpicionis, ſiuè poſt probatas cauſas, & latam ſententiam per Arbitros, & electio indè ſequuta, ſit valida?*
3. *An Capitulum intimatum prò certa die differri poſſit.?*
4. *An interpoſita per Regulares appellatione, ſurrogari poſſint aliqui in loco aliorum, & electio item ſic facta ſit valida?*
5. *An Viſitator procedere poſſit ad Capitulum Prouinciale, contemptis aliquibus, ſuffragio priuatis, qui appellauerant, & inſtiterant admitti, & electio indè ſequuta ſit valida?* tom. 10. Conſul. 19.

AD 1. Negatiuè. De iure enim communi prohibetur eligere in Vicarios Prouinciales huiuſmodi Præſides, & Viſitatores. Mirand. in *manual. Prel. tom. 2. quæſt. 22. art. 7.* Caſtell. *de elect. cap. 3. diff. 3. à num. 18.* Donat. *in pr. rer. regul. tom. 2. quæſt. 27.* Nam propter auctoritatem Præſidis, electio non poſſet eſſe libera.

Ad 2. Pariter negatiuè, idque ſubiacet vitio nullitatis. Rot. *in Anglonen. territorii* 13. Iun. 1650. coram Meltio. Præſertim in Iudice Delegato, contrà quem ſatis eſt ſola allegatio ſuſpicionis. Gloſ. *in l. apertiſsimi, ff. ad Trebell.* ac alij.

Ad 3. Etiam negatiuè, hoc eſt non poſſe deferri, niſi de cõſenſu Capitularium; alioquin deuoluitur ad Superiorem proximum Capituli Syl-ueſt. *in ſum. verſ. electio 1. q. 7. num. 8. & ſeqq.* Donat. *l. c. tr. 3. q. 6.*

Ad 4. Item negatiuè: Nam inter Regulares appellatio admitti debet ad vtrumque effectum, quando ſententia eſt ſuper priuatione, vel alia materia graui Lezana *in. ſum. to. 1. cap. 9. n. 7. & tom. 3. verſ. appellatio n. 4.* Ideòque electio indè ſequuta irrita eſt, cum ſint, appellatione pendente, ſurrogati alij loco Patrum priuatorum, contempta recuſatione; Contẽptus enim conſilij Diſcretorum inducit nullitatem actus per tex. *in c. Cum in veteri de elect.* Oſtien. *in Sum. tit. de his, quæ fiunt à Prælat. ſin. conſ. Capit. n. 2.*

Ad 5. Similiter negatiuè, & huiuſmodi Capitulũ eſt irritum ex certo iuris principio, quod ſcilicet vocalis priuatus, ſi appellauerit, non poteſt contemni, ſed eſt admittendus, Nauar. *conſ. 8. lib. 1. de elect.* Samuel *eodem tit. tr. 2. contr. 6. n. 8. & 9.*

An, & quatenus Electores excuſari poſſint in eligendo Excommunicatum, & electio ſic valida? tom. 10 Conſul. 20.

CErtum eſt, quod declarati excommunicati, tempore electionis, nequeunt ferre ſuffragia in Capitulo per tex. *in cap. fin. de Cler. excom. miniſtr. & in cap. conſtitutas de appell.* vbi Gloſ. *v. excommunicationis*, ibi Canoniſtæ communiter, ac Rot. *dec. 5. poſt. med. de conceſſ. præb. in nou.* Atque adeò electio eſt irrita.

Neque excuſantur eligentes, ſi allegarent ignorantiam, à pœna nullitatis electionis: Nam hęc eis non præiudicat, ſed electio, vt explicat Gloſ. *in d. cap. fin. verſ. ſciendum.* Oſtien. *num. 5. ad med.* But. *num. 16.* aliique.

Idque procedit, non ſolum in beneficijs, ſed etiã in officijs, vel Dignitatibus Eccleſiaſticis temporalibus, quæ habent exercitium iuriſdictionis, Garz. *d. cap. 13. num. 22. & 23.* Et de electione Regularis in Superiorem loquitur Dec. *d. conſ. 523. num. 1.*

1. *An, & quatenus qui tranſit ad ſecundam Religionem, ſi velit adducere cauſam nullitatis ſuę profeſſionis, audiri amplius poſſit abſque eo, quod redeat ad primam Religionem?*
2. *An ſaltem audiri poſſit contra primam Religionem?*
3. *An tempus Nouitiatus, in quo aliquis diſpenſatur ad duos, vel tres Menſes, incipiat à die obtentæ diſpenſationis, an à die, quo Nouitius admittitur ad Nouitiatum in Conuentu per d. diſpenſationem aſſignato? Et*
4. *An Sac. Cong. Epiſc. & Regul. poſſit concedere licentiam Regularibus tranſeundi ad laxiorem Religionem?* tom. 10. Conſul. 21.

AD 1. Negatiuè ex Sac. Conc. Trid. *ſeſ. 25. de Regul. cap. 19.* Et ideò Regularis, qui ſæpius requiſitus recuſauit redire ad ſuam primam Religionem, non eſt amplius audiendus ſuper oppoſita nullitate profeſſionis.

Ad 2. Eſto, quod ſit audiendus; audiri tamen non poteſt extrà ſuam primam Religionem, non ſolum quia reſiſtit Conc. ſed etiam ius commune. Nam profeſſus propria authoritate ingrediens aliam Religionem, aut eſt Apoſtata, aut ſaltem fugitiuus.

Ad 3. Tempus hoc incipere à die admiſsionis ad Nouitiatum: Quia cum diſpenſatio remoueat obicem Apoſtolicarum Conſtitutionum quoad tempus, & locum, de cætero eſt intelligenda prout de iure. Bartol. & DD. *in l. 1. ſub init. ff. de leg. falc.* De iure autem tempus probationis incipit ab eo momento, quo Nouitius admittitur ad probandas difficultates Religionis. Suarez *to. 3 de Relig. lib. 5. cap. 13. num. 6.*

Ad 4. Affirmatiuè. Si enim cum cauſa poſſunt Prælati Inferiores Papa illam concedere, ergò multò magis Sac. Cong. Sanch. *in decal. cap. 7. concl. 7.* vbi Nauar. Azor., & alij. Et vide ſuprà hoc *eod. tract.* & *de Monialibus*.

Ad validitatem electionis Canonicæ Regularium quot ſuffragia de iure communi requirantur? tom. 10. Conſul. 22.

CErta omninò regula eſt, quod ad validitatem electionis Canonicæ nō ſufficit habere maiorem partem reſpectu minoris, ſed neceſſariò requiritur maior pars reſpectu Capituli. Abb. *in cap. Eccleſia veſtra de elect.* Tambur *de iur. Abb. tom. 1. diſp. 5. q. 6. num. 24. & 27.* vt proindè electio, quæ eſt quidem maior reſpectu minoris, dum alter, exem. gra: quindecim obtinuerit ſuffragia, alter quatuordecim, ſed minor reſpectu totius Capituli, ſi omnes vocales fuerint triginta, nullatenus valida ſit. Alia alibi vidæ præcipuè *de Capitulo tom. 7. Conſul. 61.*

An, & quatenus maior pars Capituli, imò, & minor poſſit deuenire ad electionem? An ſuffragia abſentium ſupplenda? De legitimatione ſuffragiorum, abſentibus ijs, de quorum ſuffragijs agitur. Et an Eminentiſſimi Cardinales Præſidentes Capitulis ferre poſſint ſuffragia? Et quatenus ſecunda electio ſit nulla, & attentata? tom. 10. Conſul. 23.

SVfficit, quod maior pars velit deuenire ad electionem, adeò vt prætextus abſentium ſit omninò irreleuans, nec tempus prorogari poſſit, Oldrad. *conſ. 122. num. 1. & ſeqq.* Io: And. *de ſpecul. tit. 1. de elect. §. 1. in 2. add.* & alij.

Imò etiam minor pars, ſtante lapſu temporis aſſignati ad comparendum prò facienda electione, poteſt deuenire ad electionem, non expectatis abſentibus, qui non debent cum ſua negligentia præiudicium inferre præſentibus, qui diligentes fuerunt, Innoc. *in cap. cum nobis num. 6. de elect.* Caſtren. *in l. ſicut municipij §. In decurionibus num. 2. ff. quod cuiuſcumque vniuerſitatis nomine,* ac alij.

Nec ſuffragia ſupplenda ſunt. Doctores alleg. ſed procedendum eſt ad electionem per præſentes, nihilque aliud expectandum, ſuſtulitq; hunc prætextum Sac. Conc. Trid. *ſeſ. 25. cap. 6. de Regul.* prohibendo, ſuppleri ſuffragia. Certum enim eſt, quod non comparentes faciunt ſe alienos à Capitulo, *cap. cum nobis 19. de elect.* ibiq; Abb. *num. 3.*

Quod verò ad legitimationem ſuffragiorum id fieri poſſe quandò oritur aliquod dubium ſuper illorum legitimatione, ſecus quando dubium non excitatur.

Quoad ſuffragium Eminentiſsimorum Card. in Capitulis preſidentes illud ferre poſſunt. Habent enim Præſidentes ſuffragium, Lezan. *p. 2. Sum. c. 12. q. 12. num. 55.*

Quod autem ad ſecundam electionem, regula eſt, quod quandò electio præcedens, vbi eſt valida, vel ſaltem non euidenter nulla, ſemper præbet impedimentum ſecundæ, niſi prima fuerit iudicialiter declarata irrita, *cap. Conſideraui-mus,* ibq; Bellam *num. 8. de elect.* Lotter. *de re beneſic. lib. 3. quæſt. 17. num. 100.* cum aliis per Rot. *dec. 210. num. 35. p. 9. recen. to. 1.*

Eſſet etiā ſecunda electio nulla, & attentata propter appellationes antea interpoſitas à maiori parte Definitorij conſtituentibus. Innoc. *in cap. auditis num. 2. de elect.* Rot. ibidem.

Qui nam ſit verus apoſtata à Religione? Et alia ad rem tom. 10. Conſul. 24.

PRopoſita hac controuerſia in Sac. Rot. ſub die 11. Febr. 1555. coram Oradino poſt maturam diſcuſsionem, tandem conſultis Præſidentibus Sac. Pœnitentiariæ, fuit concluſum, quod ad effectum, vt dicatur contracta apoſtaſia vera, & propria, quę inferat inhabilitatem ad obtinendum beneficia, requiratur receſſus ſine licentia, & dimiſsio habitus, animò illum amplius non reſumendi, adeò vt ſi appareat, habitum eſſe dimiſſum cum voluntate illum reſumendi, non cenſeretur contracta apoſtaſia, quæ infert inhabilitatem, ſed tantum illa, quæ infert excommunicationem Achill. *deciſ. 1. tit. de apoſt.* Alia vide *hoc eodem tract. tom. 5. Conſul. 51.*

Quibus nam competat dare ſignum in Choro, & Cænaculo, aliaq; huiuſmodi facere, etiam tempore Capituli Generalis, abſente P. Generali? tom. 10. Conſul. 25.

PVto hæc competere Prouinciali, Guardiano, ſiuè Priori, & Vicario Conuentus, non autem Definitoribus generalibus, cum iſti non ſint Prelati, eorumque Dignitas ſit merè perſonatus, nullamque habeant auctoritatem, nec iuriſdictionem, niſi expreſſam in Conſtitutionibus Religionis; Prouincialis verò dicitur habere iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſuos Subditos. Rodriq. *to. 2. quæſt. regular. 43. ar. 2. ac. to. 3. q. 65. ar. 3.* ac ſimiliter Guardiani, ſiuè Priores reputantur verè Prælati in ſuis Conuentibus, & dicuntur habere dignitatem Eccleſiaſticam, idem Rodriq; *tom. 1. quæſt. 12. ar. 4.* Ideòque *de iure præponendi ſunt.*

An Monachi Caſinenſes, alijque iuriſdictionem ſpiritualem per ſeipſos, temporalem verò per Iudices deputatos adminiſtrare poſſint? tom. 10. Conſult. 26.

AFfirmatiuè, ac ità vt tex. *in cap. recolentes de ſtat. Monach.* non videatur obſtare, quominus id poſſint. Primò quia decretalis illa eſt directa Monachis Ciſtercienſibus, quibus ex diſpoſitione eorum regulæ erat prohibitum habere tales iuriſdictiones. Deindè quia hæc differentia in præciſis terminis *d. cap. recolentes* inter Ciſtercienſes, & Monachos S. Benedicti optimè deducitur, ac probatur à Rodriq. *to. 3. quæſt. Regul. 75. art. 1.*

Tum

Tum quia de Abbate Montis Caſini, & SS.Trinitatis Caſinenſis, ac S.Pauli de Vrbe quoad iuriſdictionem extant innumera ferè priuilegia Sedis Apoſtolicæ, vt per Rot. *in Sorana Beneficij* 8.Martij 1627. coram Merlino, quæ priuilegia Eugenius IV. ſub anno 1434. prorogauit ad omnia alia Monaſteria eiuſdem Ordinis.

Item quia concurrit obſeruatio tot ſæculorum.

Item quia ſicut ſimplex Monachus poteſt delegari, ita poterit etiam iuriſdictionẽ exercere Gloſ. *in cap. cum olim 14. verſ. Monac. de priuil.*

An electio in Abbatem, facta in perſonam exteram contrà Breue Apoſtolicum, quo mandatur, nè Abbatia conferatur exteris, ſit valida? Et quid de electione coarctata ad oriundos, & nationales? Quid ſi Abbatia eſſet vnita alìquo Monaſterio? tom. 10. Conſult. 27.

RESp. Eſſe irritam, cum ſit facta contrà formam Breuis Apoſtolici, diſponentis, quod exiſtentibus oriundis, & nationalibus, Abbatia Religionis exteris conferri non poſſit, ſed ipſi oriundi, & nationales de illa prouideantur, cum clauſulis annullatiuis, & irritantibus, quę operantur nullitatem electionis ipſo iure, ac ſufficeret, eſſe factam contrà legẽ Pontificis, vt ſit irrita. Fagnan. *in cap cum dilectus n.56. cum ſeqq. de conſuet.* Paſſerin. *de elect. cap. 2. q. 3. nu. 53.*

Quod autem valeat coarctatio electionis ad oriundos tantum nationales, certum eſt, cum Doctores omnes indiſtinctè teneant, illam fieri poſſe ex conſuetudine à Capitulo generali cum conſenſu eligentium, alijſque modis. Paſſerin. *d. cap. 2. queſt. 3. num. 45.*

At quandò coarctatio facta eſt à Papa, nefas eſt de illius poteſtate dubitare.

Nec obſtaret vnio: quia hæc vnio probari debet plenè, & concludenter.

An Regulares, qui obtinuerunt à Papa Breue directum Epiſcopo ad id delegato, vt alienare poſſint bona quædam Eccleſiaſtica, illudque ei præſentarunt, eiuſque firmata iuriſdictione, fuit coram eo, præuijs Edictis, proceſſus inceptus, & inchoatum iudicium pro d. alienatione, cum ſolemnitatibus ad id requiſitis, poſſint etiam vigore cuiuſcumque alterius facultatis hoc iudicium omittere, & aliud inire; an verò teneantur coram ipſo Epiſcopo illud proſequi, & quibus ſub pęnis? Vide de Alienat. rer. Eccleſ. tom. 10. Conſult. 28.

An, & quatenus Regulari de crimine accuſato, vel damnato, debeantur à Monaſterio alimenta, & ſumptus litis? tom. 10. Conſult. 29.

Vide quæ dicta ſunt de Monial. tom. 1. Conſult. 34. & tom. 9. Conſult. 187.

Quam iuriſdictionem habeant Priores, eorumque Vicarij Sac. Religionis Hieroſolymitanæ in ſuos Subditos? Vide de Epiſcop. tom. 10. Conſult. 30.

De quibuſdam nullitatibus quæ in Congregationibus, ſiue Capitulis Regularium nonnunquam intercedunt. to. 10. Conſ. 31.

QVotieſcumque Congregatio facta eſt contrà formam Sac. Canonum, ac Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 25. regul. & monial. cap. 6.* ipſo iure eſt nulla, Fagnan. *in cap. quiſquis de elect. nu. 3.* & Samuel *de elect. Canon. tract. 1. contr. 7. concluſ. 1. num. 3. & concl. 3. num. 7.*

Vt ſi fuerit doloſa. Pariſ. *conſ. 27. num. 41. lib. 1.* Mar. Ant. *var. reſol. lib. 1. reſol. 70. num. 24.*

Præcipuè ex omiſſione alicuius ſuffragatoris, qui neceſſariò vocandus erat, vt diſponitur *in d. cap. quia propter.*

Item ſi Congr. fuerit facta, non tranſmiſſis prius literis citatorijs, non præcedente viſitatione Conuentuum, non celebrata Miſſa Spiritus Sancti, non diſcuſſis meritis, & qualitatibus Patrum eligendorum, prout de Miſſa Spiritus Sancti, ac literis citatorijs decernit Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de refor.* & habetur *in cap. cum. Terra 13. de elect.* Paſſerin. *tit. de quibuſdam præmitt. ad elect. cap. 15. num. 1. & ſeqq.* De Viſitatione autem Conuentuum, ac de diſcuſſione eligendorum. Azor. *par. 2. lib. 6. cap. 15. quæſt. 1.* ac alij.

Prò nullitate quoque electionis habenda eſt ratio temporis, quo celebratur, ſi nempè Quadrageſimæ, quo tempore Regulares Concionibus, Confeſſionibus audiendis &c. incumbere debent; Quandòquidem prò Capitulis, & Congregationibus faciendis tempus opportunum eſt inter Paſcha Reſurrectionis, & Paſcha Pentecoſtes, iuxtà plurium Religionum ſtatuta, quæ, non vrgente neceſſitate, ſunt omninò ſeruanda. Paſſerin. *loc. cit. de temp. elect. cap. 13. quæſt. 4.*

Si eligantur Superiores Regulares inquiſiti, crimine accuſati, damnati, tex. *in l. reus ff. de muner. & cap. omnipotens de accuſat.* vbi Barboſ. ac alij.

Ac præcipuè ſi eligantur Fratres laici de varijs criminibus inquiſiti in Priores, in Guardianos, quod ſanè abſurdum cenſetur in omnibus Religionibus. Quod ſi aliquandò ad huiuſmodi dignitates admittatur aliquis Frater laicus, is eſt moribus probatus, exemplo S. Didaci: Nam Superiores Regulares debent eſſe profeſſi, & quidem expreſsè, *cap. cum cauſam 27. cap. cum ad noſtram 37. ac alibi.* Paſſerin. *tit. de qualit. eligen. cap. 25. quæſt. 30. num. 345.*

Ad hæc, ſi electio non fuerit ſecreta Conc. Trid. *d. cap. 6. ſeſſ. 25. de Regul. & in d. cap. qui propter de elect.* Ideòque non ſolum oritur nullitas electionis, ſed etiam priuantur ſuffragio eligentes, audientes, & tacentes publicationem, Samuel *loc. cit.* ac Peyr. *tom. 3. cap. 9. num. 34.*

Ac denique ſi P. Prouincialis ante Congregationem non curauerit, vt neceſſariò requiritur, legi ſolitas Conſtitutiones, ſpeciatim illam Vrbani VIII. Ex quo ſequitur nullitas actus, & im-

& imponitur ipſo iure Superiori priuatio officij, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ. Bord. *par. 1. reſol. 26. num. 30. & par. 2. reſol. 18. q. 25. num. 62.* alijque communiter.

An, & quatenus Regulares, qui nouum Conuentum in aliquo loco fundare cupiunt, appellare poſſint à decreto admiſſionis nouorum articulorum, qui ab alijs Regularibus impugnantibus huiuſmodi fundationem, fuerunt producti? Et quid agendum, ſi conſtiterit de irrationabili diſſenſu Regularium ad hanc fundationem? Et quatenus erectio Monaſterii Monialium ſit confirmanda? tom. 10. Conſul. 32. Vide etiam Conſult. 12. & 91. ac tom. 1. Conſult. 179. & 181.

IVſtè quidem poſſunt appellare, ſi articuli contineant eaſdem prorſus materias in interrogatorijs à teſtibus Regularium, volentium fundare Conuentum, euacuatis expreſſas, & ſunt directè contrarij articulis, ſuper quibus prò hac fuerunt examinati plures teſtes, & dicita teſtificata. Obſtat enim dictæ admiſſioni certiſſima, & in praxi quotidiana obſeruata concluſio, quod poſt didicita teſtificata, non eſt danda facultas probandi, ne quidem ſuper ijſdem articulis, nec ſuper alijs directè contrarijs. *authen. vt qui ſemel*, ibique Gloſ. *v. didicerit Cod. de probat. cap. Fraternitatis*, ac alibi. Surd. *conſ. 176. num. 3.*

Si igitur ex depoſitione Teſtium probetur, Ciuitatem, Oppidum, locum, in quo nouus Conuentus conſtrui deſideratur, eſſe opulentum, & Ciues admodum propenſos operibus miſericordiæ, & quampluribus Monaſterijs Mendicantium, qui actu quæſtuabant, fuiſſe vbertimè prouiſum, nec reclamare, niſi vnum, vel alterum Religioſorum Conuentum, quibus abundè ſubminiſtrantur neceſſaria; ità vt, præter eorum ſubſtentationem, ipſi eleemoſynam alijs erogant, ac erogarunt tempore charitatis annonæ, etiam pauperibus Conuentibus, & proindè, quod noui Regulares poſſint commodè ali, & manuteneri in numero duodeno, abſque vllo aliorum Religioſorum præiudicio, rectè ſequitur, irrationabilem eſſe contradictionem, & non immunem à ſuſpicione æmulationis, ſicque ceſſare rationem Conſtitutionum Clemen. VIII. Gregor. XV. & Vrbani VIII.

Quinimmò non eſſe abſolutè neceſſarium alios Regulares vocari, & audiri, ſed poſſe aliundè Ordinarios certiores reddi de commoda ſubſtentatione Religioſorum, qui fundare volunt noua Monaſteria, declarauit Sac. Congr. Conc. ſub Gregor. XV. & habetur in eius *Conſt. 31.*

Erectio verò Monaſterij Monialium ab Epiſcopo facta, videtur confirmanda, ſi concurrant omnia requiſita, nempè conſtructio ad formam Monaſterij cum Eccleſia exteriori, ac omnibus Officinis neceſſarijs, dos ſufficiens, introductio Monialium, & auctoritas Ordinarij. *Can. quidam, & Can. qui religioſis fœminis*, loquens de Monialibus *cum duobus ſeqq. 18. qu. 2.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 3. in fin. de Regul. & Monial.*

Electio Prælatorum Regularium ad quem nam pertineat? An poſſint iterum, atque iterum immediatè post primam, ſecundam, ac plures electiones eligi? An reſtringi poſſit à Cardinalibus eorum Protectoribus? Et alia. tom. 10. Conſult. 33.

ELectio huiuſmodi pertinet liberè ad Religionem, tam ex priuilegijs Religionum, quam ex diſpoſitione iuris communis, vt *in Canon. Abbatem 1. 18. quæſt. 2. & Can. fin. 16. quæſt. 7.* cum alijs in hac ſpecie per Rot. adductis *deciſ. 65. num. 4. par. 1. recen.*

Ac proindè non videtur attendenda reſtrictio liberæ electionis approbata à Cardinali Protectore: Quia, poſitis priuilegijs cum derogatoriarum derogatorijs, alijſque clauſulis ampliſſimis, ne Papa quidem cenſetur voluiſſe illis derogare, ſi de illis nulla penitus facta fuerit mentio. Pariſ. *conſ. 1. num. 85. lib. 1.* Rot. *deciſ. 128. num. 4. par. 2. recen. & deciſ. 464. num. 4. par. 1. diuer.*

Et propterea nullum poteſt fieri fundamentum in aſſerto viuæ vocis oraculo dato Cardinali Protectori: quia illud non obſtat, ſi non legatur in eo ſubſcriptio ipſius Cardinalis, ad formam Conſtit. Gregor. XV. emanatæ ſub die 11. Iunij 1622.

Accedit, quod admiſſo huiuſmodi oraculo, illud non eſſe perpetuum, ſi ſolum indefinitè dicatur, quod Prælati Regulares per triennium debeant vacare à quolibet officio; ità vt non poſſint confirmari, & ideò prima vice fuit conſumptum. tex. *in leg. Bones §. hec ſermone ff. de verb. oblig.* Io. Monach. *in cap. cum expediat num. 6. de elect. in 6.*

Quod eò magis procedit: quia huiuſmodi oraculum ità intellectum tollit abſurda, quæ poſſunt contingere: Nam hoc pacto tollitur potentia quorundam Regularium, qui nimis prævalent in Religione, & conſtituuntur alij in dignitate, & officio, & ità ſtatus regularis reducitur ad æqualitatem.

Ad quem effectum emanauit à SS. D. N. INNOCENTIO XII. Conſtitutio Moderatoria facultatum Protectorum Ordinum Regularium Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem Anno Incarnat. 1693. 14. Kal. Martij Pontific. anno 3. quam lege.

An, & quatenus Regularibus, & Monialibus præſertim Ordinis S. Franciſci, liceat appellare ad Sum. Pontificem, ſiuè ad Sac. Congr. ſuper Regular. omiſſis ſuis Superioribus? Vide de Appell. tom. 10. Conſult. 35.

An quidam Regularis ſit præferendus in quadam Capellania legata, vt in caſu poſito? Vide de Legat. Pijs tom. 10. Conſult. 36.

An,

An, & quandò dubitatur, vtrum Conuentus aliquis Regularium ſit exemptus à Prouinciali, au immediatè ſubiectus P.Generali, cauſa committenda ſit ipſi Patri Generali? tom.10.Conſult.37.

NEquaquam: Nam agitur de commodo eiuſdem Generalis, an ſcilicet Conuentus iſte ſit exemptus à Prouinciali, an ſubiectus immediatè ipſi Generali, anue ſubijci debeat Prouinciali, quemadmodum, & reliqui omnes Prouinciæ Conuentus, qua io re prò ſubiectione adeſt aſſiſtentia iuris Sac.Conc.Trid. *ſeſſ.25. cap.20. de Regular.* Ideòque iure, meritòquè ſuſpectus redditur P.Generalis, cum valdè intereſt competentia iuriſdictionis, de qua in hoc caſu principaliter agitur, non autem incidenter. Et quamuis Iudex poſſit cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, id tamen procedit quandò lis eſt de prædio, de fundo, de pecunia &c. & oritur quæſtio principalis ſuper iuriſdictione, Tunc enim non poteſt cognoſcere, vel ſaltem poteſt vti ſuſpectus remoueri. Innoc. *in cap Venerabili num.5. de cenſib.* Angel. *in leg.2. num.7.in 1.& 2.fallent. ff. ſi quis in ius voc. non ier.* ac alij.

An exiſtente hac Regulari Conſtitutione: Quod Pater Generalis proponat tres, ſi fieri poterit, eiuſdem Prouinciæ, non habita ratione antiquitatis promotionis ad Magiſterium, ſed potius probitatis doctrinæ, *poſſit eligi in Prouincialem Baccalaureus? Vbi alia.* to.10.Conſ.38.

NVllam cenſeo hanc electionem ex parte electi, quia ipſe eſt Baccalaureus, atque adeò incapax dignitatis Prouincialatus; ſecundum enim plurium Religionum Conſtitutiones Prouincialis, quoad fieri poteſt, debet eligi vnus ex tribus Magiſtris proponendis in Definitorio, non habita ratione antiquitatis promotionis ad Magiſterium, ſed potius probitatis, ac doctrinæ. Si ergò inter eligendos non eſt conſideranda prioritas in gradu Magiſterij, electio deber fieri de ſimilibus Magiſtris, inter quos Conſtitutiones nolunt, attendi ordinem, ac proprietatem in magiſterio, cum comparatiuum diſponat poſitiuum, *leg.vbi autem ff.de verb. obligat.* vbi Doctores, præcipuè Cuman. *num.1.*

De Baccalaureo triplex huius cognominis etymologia. Prima eſt à baculo dicuntur baculatij, vel quod adhuc in priſtino laborantes baculis impellantur, vel quod non dum in diſciplinis abſoluti, opus habeant rectore baculo.

An Eccleſia conſtructa à Patrono, ac donata Regularibus, quæ prius erat Oratorium, ſiue ſacellum rurale ſub iuriſdictione Epiſcopi poſſit modò viſitari ab ipſo Epiſcopo &c.? Vide de Viſit. tomo 10. Conſult.39.

Electio Capitularis Regularium quatenus ſit confirmanda? Vbi alia. tom.10. Conſ.40.

COnfirmanda eſt electio, vt ſupra dictum eſt ex eiſdem rationibus *hoc eodem tom.Conſul.* 18. quo adi. Soletque Sac.Congr.Epiſ.& Regul.reſcribere, confirmandum eſſe Capitulum, & omnia geſta in eo, niſi ad primam Congregationem aliquid releuans fuerit deductum: Quia confirmatio electionis debetur ex iuſtitia, & ſine iuſta cauſa denegari non poteſt, Paſſerin. *de elect.ca non.cap.33.quæſt.11. nu.134. & ſeqq.*

An, quatenus, & à quibus concedenda ſit licentia ingrediendi Monaſteria Monialium Superioribus Regularibus ſubiectarum? Vide de Monial.tom.10. Conſult.41.

An,& quatenus Regulares habentes Monaſterium ſub Cœlo inſalubri, ac longè diſtans à Ciuitate, habere poſſint prò cura infirmorum Hoſpitium Religioſorum intrà Ciuitatem, ibique Oratorium priuatum erigere? Vbi alia ad rem. tom. 10. Conſult.42.

EX deſcriptione, & actorum tranſportatione liquet iuſtitia ſententiæ delegati, qui declarauit fuiſſe licitam d.Oratorij conſtructionem, attentis circumſtantijs concurrentibus circà qualitatem loci, quibus concurrentibus, io Hoſpitium, tanquam Granciàm, & partem principalem Monaſterij permittitur poſſe conſtrui Oratorium cum ſola licentia Superiorum Regularium prò celebratione diuinorum officiorum, etiam ſine licentia Ordinarij, non obſtante Conc.Trid. *ſeſſ.22. cap.9. iu decret. de obſeru.& euit.in celebr.Miſſ.* Quia Concilium loquitur ſolum de priuatis domibus, & huiuſmodi Hoſpitia non ſunt domus priuatæ. Rodriq. *tom.2.quæſt regul.75.art.1.*Peyr. *tom.1.priu. minim.in Conſtit.Pyrrhi* 129. Nec ſolum ſine licentia Epiſcopi, ſed etiam repugnante Epiſcopo. Lezan. *in ſumm.tom.3.v.Altare* 14. Rodriq. *loc.cit.*

Conſtitutio verò Vrb.VIII. non obſtat: Quia non verſamur in erectione noui loci ſæcularis, ſed in conſtructione Oratorij in Hoſpitali, quod eſt pars, ſiuè Grancia antiqui Monaſterij iam erecti.

Item *Conſult.*84. Ad eundem quæſitum habetur hæc reſponſio: Quod ſimplex Hoſpitium, ſi concedatur, habere non poteſt Eccleſiam, ſed tantum Oratorium priuatum, cuius ingreſſus in viam publicam immediatè non reſpondeat, nec ſit in plano, nec habeat Campanam, nec ibi miniſtrari Sacramenta, nec continuam permanſionem Religioſorum, niſi infirmorum, & ſeruientium, nec ſepulturam, niſi ſpecialiter concedatur. Ità ſæpius declarauit Sac.Congr. ſuper Epiſc. & Regul. vt die 7. Ianuar.1617. 3.Apr.

3.Apr. 1618. 16.Nouemb.1646. 10.Decemb. 1649.& 26.April.1652. ac alibi. Et quærentibus Capuccinis: An retinere poſſint in loco Carignenæ Cæſarauguſtanæ Diœceſis ſimplex Hoſpitium, vt in paruo regeſto reſcriptorum, ac reſolutionum d. Sac.Congr.ad anteſcriptas preces ità reſpondit:

Ex audientia SS.24.Nouem.1660. Capoccini d'Aragona. SS.renuit, & 22 Auguſti 1661. ità decreuit: Sacra &c.iuxtà alias reſoluta, cenſuit, ac decreuit, prout præſentium tenore decernit, Fratribus Capuccinis non licuiſſe, neque licere nedum prætenſam Conuentus erectionem, verum etiam nec Hoſpitij in d. loco Carignenæ retentionem. Ac proindè committendum eſſe, prout harum ſerie pariter committit Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, vt omnibus iuris, & facti remedijs opportunis, ac etiã per cenſuras Eccleſiaſticas eoſdem Fratres Capuccinos indè diſcedere, Hoſpitium prædictum deſerere omninò cogat & compellat, appellationibus, Iudicum deputationibus, eorumque inhibitionibus, cæteriſque in contrarium non obſtantibus quibuſcumque.

An interpoſita ab vtraque parte appellatione ad Summ.Pontificem, etiam ad effectum petendi Generalem, poſſit illa altera parte poſthaberi, ac procedi ad electionem regularem? tom.10. Conſul,43.

NEgatiuè: Nam huiuſmodi appellatio eſſecta eſt communis, atque adeò non poteſt ab altera parte in præiudicium iuris alteri parti quæſitum poſthaberi. Bartol. *in leg. ſi quis libellos 28.nu.1.C.de appell.* Felin. *in cap.& parte de reſcrip.2. num.5.* alijque relati à Scaccia *de appell.quæſt.17.limit.2.num.95.*

Præſertim ſi Capitulum fuerit dimiſſum ab habente authoritate cum cęremonijs à Conſtitutione præſcriptis, omnibus approbantibus, & & conſentientibus. Ex hoc enim euidenter ſequitur non poſſe deueniri ad electionem.

De electione Capitulari Regularium ſimoniaca. Ex quibus ſimonia neceſſario conſtituatur? Et alia. Vide de Simon.tom.10. Conſul.44.

An Regularis, qui origine eſt filius Prouinciæ Italiæ, quique poſtmodum obtenta filiatione Prouinciæ Germaniæ, tanquam verus filius huius vltimæ Prouinciæ Doctoratum, & Magiſterium aſſequutus eſt, non iuxtà Conſtitutiones Ordinis, ſed iuxtà priuilegium Vltramontanis conceſſum, poſsit modo redire ad antiquam Prouinciam Italicam, ibique tractari debeat tanquam Doctor, & Magiſter? tomo 10.Conſult.45.

DIſtinguas. Vel hic Regularis prætendit reſumere antiquam filiationem iure proprio, & prætenſio eſt vana. Quià ſemel alteri perfectè incorporatus, deſinit eſſe membrum primæ Matris, illamque poſtmodum cogere non poteſt ad ſe iterum recipiendum, *Can. mandamus 19.quæſt.3.* Pellizz. *in manual.Regul. tom.1. tract.3. cap.5. num.105.* Sanch. *in decal. lib.6. cap.7.* & alij.

Vel pretendit illam reſumere ex benigna acceptatione antiquæ Prouinciæ, ac cum iſta nedum ipſum non acceptauerit, ſed reipſa eius inſtantiæ ſe opponat, eius prætenſio remanet inanis.

Quod verò ad Magiſterium res habet minorem difficultatem: Nam demus tandem aliquandò, quod hic Regularis prætendere poſſet reditum ad primam Prouinciam; Magiſterium tamen non poterit ei aliqua ex parte ſuffragari, quia fuit obtentum ad formam priuilegij Vltramontanis conceſſi; Priuilegiũ enim eatenus ſuffragatur, ac durat, quatenus in priuilegiato reperitur, ac durat qualitas, ſiuè ratio, ob quam priuilegium fuit conceſſum. Anchar. *conſ.394.num.3.* Roman. *conſ.404. num.5. & 6. & antea conſ.180.num.7.*

De quodam Legato relicto Regularibus, vt in caſu poſito. Vide de Legatis Pijs tom.10.Conſul.46.

Quæ, quotque requiſita intercedere debeant, vt Regularis dicatur filius natiuus alicuius Conuentus? tom.10. Conſult.47.

REſp. Quod non ſolum requiritur origo, & patria in illa Ciuitate, in cuius Conuentu filius eſſe velit, ſed etiam, quod in eadem Ciuitate habitum ſuæ Religionis ſuſcipiat, Nouitiatum agat, & ſuffragantibus Patribus dicti Conuentus, ſuam ibi profeſſionem emittat. Nauar.*in com.4.de Regul.cap.Statuimus num.22. & conſ.1.num.10.lib.2.vt lit. pend. vol.2.* Bord. *de Regul.tranſ.reſol.43.num.37.& ſeqq.* Nam ad ipſum Conuentum, eiuſque Superiores ſpectat recipere illum ad Nouitiatum, & profeſſionem, ac dignoſcere: an expediat illum in Monaſterio admittere, *ex cap.nouis 4.& cap.5. & cap.ea noſcitur 6.de ijs, quæ fiunt à Prælat.* ac alibi.

Ac ità quidem, vt nullius eſſet momenti filiatio alterius Conuentus, deducta ex eo, quod ipſe Regularis aliquandò moram in illo traxerit, ac ſæpè vocatus fuerit Pater illius Conuentus: Nam ex huiuſmodi denominatione non tollitur filiatio originaria. Nauar.*ibid.*

Nequè iure cogi poterit propriam, & natiuam filiationem dimittere, & ad aliam tranſire. Quemadmodum enim, etiam ſi voniſſet illud Monaſterium ingredi, & ab eo non reciperetur, aliud etiam eiuſdem Religionis ingredi non tenetur. Ità etiam, cum in ingreſſu, & in profeſſione ſe, ac omnia ſua bona dicauerit eidem Monaſterio, & tanquam eiuſdem filius ad illius obſequium ſit adſcriptus, & obligatus priuatiuè quoad alia. *authent. ingreſsi Cod.de Sacroſ.Eccleſ.Can.Si qua 19.quæſt.2.* ac alibi, ad aliud etiam eiuſdem Religionis ſine culpa, & cauſa cognita tranſire de iure non poteſt. Nauar.*loc.cit.*

Tan-

Tandem ad hoc,vt aliquis dicatur filius natiuus alicuius Conuentus, debet eſſe receptus à duabus ex tribus partibus filiorum, ac Patrum illius Conuentus particularis, vbi vult recipi, ac prò illo adſcribi, nulla habita ratione de illius natiuitate, ſiuè origine, idque ex iure communi, ſaluis ſemper Conſtitutionibus Religionum.

Prò Dominicanis verò Regni Neapolitani adeſt apud Sac.Congr. Epiſc.&c. ſequens decretum:

Die 9. Ianuar. 1682. Quoad transfiliationes vſque adhuc factas in Conuentu S.Dominici Neapolis, nihil innouetur.

In poſterum, tum reſpectu d.Conuentus, quam reliquorum Regni Neapolitani, nullatenus concedantur per P.Generalem, & alios Superiores, inconſulta Sac.Congreg.

De Ordine Militum Sepulchri Dominici, deque priuilegijs &c.conceſſis Fratribus Terræ Sanctæ. Vide de Equitibus tom.10.Conſul.48.

An ſit annuendum petitioni Confraternitatis Ordinis SS.Trinitatis Redemptionis Captiuorum, vt oblationes ipſi oblatas intuitu d.Ordinis, conuertat in aliud opus pium &c.? Vide de Confraternitat. tom.10. Conſul.52.

De electione cum contemptu Suffragatorum, eorumque non admiſsione ad Capitulum, & alia ad rem, tom.10. Conſult.53.

TEnendum eſt, quod ſi conſtiterit, ſuffragatores aliquot non fuiſſe admiſſos ad Capitulum, ſubintrat nullitas ex capite contemptus, quæ talis eſt, vt etiam ſi vnus dumtaxat ex ijs contemptus fuerit, adhuc tota electio corruat, *cap.Quod ſicut de elect. & cap. bonæ 2. eodem tit.* ac alibi. At vide quæ dicta ſunt ſupra hoc eodem tract. ac etiam *de Capitulo, & Canonicis*.

FRater Profeſſus in Religione Sancti Spiritus acquiſiuit bona, & pecunias ex fructibus Commendarum d. Religionis, quas infirmus commendauit viro fideli, vt illam poſt ſuam mortem traderet ſuo Fratri. Cum pecunijs item ſic acquiſitis emit bona ſtabilia nomine d. ſui Fratris, eiuſque hæredum. Quæritur:

1. *An d.diſpoſitio facta à d.Religioſo tempore ſuæ infirmitatis ſit valida?*
2. *An ſit valida illa, quam fecit tempore ſuæ ſanitatis?* tom.10.Conſul.55.

AD 1.Negatiuè; Nam d.Frater, vti profeſſus in d.Religione præuio voto paupertatis, non poterat diſponere de dictis bonis, contemplatione d. ſuæ Religionis acquiſitis, tum ex iure communi per tex. *in can.ſi manifeſtè 12. quæſt.1.cap.2.de teſtam.* Rot.coram Greg.*dec.*190. & alijs.

Tum ex vi ſtatutorum eiuſdem Religionis *cap.35. & 36.* in quibus auferuntur à Religioſo pecuniæ abſconditæ Superiori. Et tum quia Sixtus IV. *Conſtit.12. tom.1. Bullar.* ac Nicol.IV. *Conſtitut.4. §.2. eiuſdem tomi*, ac Pius item IV. *Conſtit.84. §.3.tom.2.* adiudicarunt omnes fructus, & redditus, ac quæcumque pia ſubſidia Hoſpitali Sancti Spiritus erogara in ſubſtentationem Expoſitorum, ac pauperum Infirmorum, decernendo, Religioſos profeſſos eſſe debere contentos ſolo victu, ac veſtitu; Vndè patet, eos non habere bona, de quibus poſſint diſponere, Gloſ. *in cap.Cum olim 2.de priuil.v. reſtitutionem*, ibi: *Quare donare non potuit: quia qui nihil habet, nihil donare poteſt.*

Idque procedit etiàm, ſi d.Religioſus diſpoſuiſſet fauore piæ cauſæ, niſi acceſſerit licentia Summi Pontificis.Monald. *conſ.33.nu.6. lib.9.*

Adeò vt illi non ſuffragetur licentia Prælati inferioris. Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib. 1. cap.42. num.209.*

Ad 2.Etiam negatiuè: Quia Beneficiatus Regularis eſt incapax dominij, eiuſque diſpoſitio quoad fructus eſt reſtricta vel ad vtilitatem Eccleſiæ, ex qua fructus percipit, vel Religionis, cui ſe tradit, vel tandem ad pios vſus, vt poſt Suar.firmat Lezan.*in ſum.to.2.cap.18.n.15.*

An Religioſi Conuerſi, & Oblati ſedere poſsint in ſuperioribus Chori ſedibus, prò Sacerdotibus, & Clericis deſtinatis? Vide de Præcedentia tom.10. Conſul.56.

IN quadam Regularium Prouincia extat conuentio Breui Apoſtolico firmata, quod in futuris Capitulis Prouincialibus electiones Prouincialis, Cuſtodis, ac Definitorum alternatiuè fierent ex tribus regionibus eiuſdem Prouinciæ. Extat quoque hoc Statutum generale Ordinis in hæc verba: [Si moriatur aliquis Definitor, intelligatur ipſo facto ſubrogatus ille Pater in Prouincia, qui erit dignior in paternitate.] Ex his dubitatur:

An prædicta alternatiua in electionibus Capitularibus locum habere debeat in ſubrogationibus? tom. 10. Conſul. 57.

NEgatiuè. Primò quia hæc alternatiua emanauit in caſu electionis; Vndè nullo pa-

ctio extendi poteſt ad caſum ſubrogationis. Deindè quia cum eiuſmodi alternatiua ſit contraria præfatæ diſpoſitioni ſtatutorum generalium, tamquam correctoria, & odioſa, extendi non debet ad caſum ſubrogationis, etiam ex identitate rationis, licet verſaremur in diſpoſitionibus, non autem in contractibus. Honend. *conſ. 95. num. 98. & 112.* Tiraquell. *de retract. in præfat. num. 62. & ſeqq.*

Tum quia non parua eſt differentia inter electiones, & ſubrogationes. Hæ namque pendent à ſola diſpoſitione iuris, nempè ſtatutorum generalium, ille ab eligentium conſenſu. Quare diſpoſitum in vno non cenſetur in alio: quia ex diuerſis non fit illatio, *l. inter ſtipulantem ff. ſacram ff. de verb. oblig.*

Prætera, cum huiuſmodi ſubrogatio ſit materia, quę raró contingit, non poteſt dici quod ad illam extendatur d. conuentio. Vndè liquet, ſolum cogitatum fuiſſe de electionibus; Nam contractus non trahitur ad incognita, *l. ſi per errorem ff. de iuriſd. omn. iud.*

Tandem: quia hęc alternatiua emanata prò alia Prouincia, quod non compręhendat caſum ſubrogationis, decreuit Capitulum generale d. Ordinis, cuius ſententiam approbauit Cardinalis Protector, & confirmauit Sac. Cong. ſuper Epiſc. & Regular.

An electio ſit nulla, non intimatis omnibus vocalibus? Quid ſi ex ijs aliquis reperiatur abſens? Sique non fuerit expreſſum in intimatione, quod vocentur ad effectum electionis? Nec fuerit aſſignatum tempus certum ad comparendum? Neq; expectatum tempus competens à die intimata electionis? Electio nulla ad quem deuoluatur? De munere, & authoritate Præſidis Capituli. tom. 10. Conſul. 58.

ET quidem electio in omnibus caſibus prædictis nulla eſt; Electio enim non intimatis omnibus vocalibus, eſt nulla per tex. in *Cap. Quod ſicut.* vbi Gloſ. *verb. vocatos* & alibi. Tambur. *de iur. Abb. tom. 1. diſp. 5. q. 3. nu. 2. & 3.* ac alij.

Ac itá, vt non obſtet, quod aliquis reperiatur abſens ſi ęius abſentia non ſit vltrà tres dietas quo in caſu vocandus, & expectandus omninò eſt. In materia tamen vocationis abſentium ſeruanda eſt conſuetudo, vel Statutum Ordinis. Lauor. *var. elucubr. tit. 4. de elect. canon. cap. 17. num. 3.*

Intimatio autem debet expreſsè continere, quod qui vocantur, ad effectũ electionis vocantur, nè alias vocati, negligant ſuum aduentum, vt habetur in formula intimationis, apud Sigiſmun. à Baron. *in tr. de form. can. elect. dub. 9. num. 3.* Lauor. *ibid. num. 27.* & alij.

Aſſignandumq; eſt tempus certum, quo debent comparere, vt tradunt citati Auctores; Regula enim iuris eſt, quod citatio non continens diem certam, non arctet, & omnia cum tali citatione geſta ſublacent vitio nullitatis, *l. aut qui aliter §. 1. qui vi, aut clam.*

Denique debet expectari tempus competens à die intimationis directè ijs omnibus, qui fuerunt intimati. Acceleratio enim electionis ſemper præſumitur doloſa. Sigiſmun. *l. c. dub. 75. num. 7.* Lezan. *d. num. 5. in fin.*

Data autem nullitate huiuſmodi electionis, poterunt procedi ad nouam electionem. Lauor. *ibidem cap. 21. num. 29.* per deputatum à Patre Generali cum omnimoda auctoritate. Quotieſcumque enim electio eſt nulla, ius eligendi deuoluitur ad immediatum Superiorem, *cap. quam ſit de elect. in 6.* Lauor. *d. cap. 21. num. 90.*

Nec obſtaret ſi deputatus à Generali non procederet per viam nominationis, ſed per viam electionis: Nam deputatus, qui poteſt per ſe ſolum nominare, confirmando electionem nullam nullitate iuris poſitiui, illi adiicit robur, & validitatem, Lauor. *eo cap. 21. num. 23.*

An Eminentiſſimi Cardinales Protectores Regularium poſſint Commiſſarium deputare ad cognoſcendum, an electio Capitularis Regularium ſit valida, anue inualida? tom. 10. Conſul. 60.

AFfirmatiuè: Nam vbi per viam appellationis ijdem Eminentiſſimi cognoſcunt, extat decretum Sac. Congegationis ſuper Epiſc. & Regul. firmans in tali caſu eorum iuriſdictionem. Vult enim quod à Prouinciali appelletur ad Generalem, à Generali ad Protectorem, à Protectore ad d. Sac. Cong. Lezan. *in ſum. quæſt. regul. to. 1. num. 4.*

Inſuper. Aut Eminentiſſimi Protectores ſunt Iudices Ordinarij, aut delegati: Si Ordinarij, poſſunt delegare: Si delegati, cum ſint delegati ad vniuerſitatem cauſarum, poſſunt pariter ſubdelegate. Lezan. *tom. 2. cap. 9. nu. 2.*

Si igitur P. Generalis, qui eſt immediatè Superior confirmauerit Capitulum, tanquam validum, & ſic priuauerit ſemetipſum illa facultate, quæ ſtante nullitate electionis, ſibi fuerat delata, iure quidem, ac meritò Eminentiſſimus Protector, qui poſt P. Generalem eſt immediatus, hac facultate, vti poterit, quatenus reuera Capitulum ſit nullum. Sub hac enim conditione facultas nominandi nouum Prouincialem concedi debet. Cæterum ſeruanda eſt hodie Conſt. Sanctiſs. D. N. INNOC. XII. ſuper Cardinalibus Protectoribus, quam ſup. retulimus *Conſul. 33. hoc eodem tom. & trac.*

IN ſtatutis generalibus cuiuſdam Ordinis, confirmatis in forma ſpeciali à Sum. Pontifice hæc extant verba: [Qui ſua ſpontè, licet obtenta prius licentia, ad alienam Prouinci-

uinciam tranſierunt Patres, tam, incorporati, quam incorporandi, in ea locum, ordinem, & pręcedentiam à die tantum incorporationis ſuę, non autem à die receptionis habitus, aut emiſſæ profeſſionis, teneant, & habeant,] Dubitatur:

An qui ex Prouincia, exem: gra. Neapolitana obtinuit transferri, & incorporari in Prouinciam Mediolanenſem, & qui poſt factam, ac diù ſeruatam hanc incorporationem, iterum obtinuit tranferri, & incorporari in antiquam Prouinciam Neapolitanam, gaudere debeat præcedentiis, iuxtà ordinem primæ receptionis, an potius iuxtà ordinem modernę incorporationis, vt prædicto Statuto cauetur? tom. 10. Conſul. 62. Itẽ Vide Cõſult 45. eiuſd. tom.

PRæſuppoſita perfecta incorporatione in Prouinciam Mediolanenſem, huiuſmodi Statutum habere locum: Quia quemadmodum Regularis translatus ad aliam Religionem, eique perfectè vnitus per profeſsionem, poſtea, obtinens tranſferri ad Ordinem, in quo primum profeſſus fuerat, non reddit ad iura primogenituræ, ſed manet in loco ſecundæ receptionis, vt ex Sanchez. *in decalog. lib. 3. cap. 7.* & ex Bordon. *reſol. moral. q. 16. num. 17. & ſeq.* tradit Donat. *in prax. rer. regul. tom. 1. p. 2. tr. 5. q. 52.* ac alij. Ità Regularis translatus ad aliam Prouinciam, eiq. perfectè vnitus per incorporationem, non poteſt ex nouo tranſitu ad primam Prouinciam reſumere iura primogenituræ.

Ratio enim vtriq; caſui eſt communis: Quia ſicut in tranſitu ad aliam Religionem Regularis, qui in illa profitetur, deſinit eſſe membrum primæ, ac proindè cogere non poteſt primam Religionem, vt iterum ab ea recipiatur, ſed hoc pendere debet à voluntate Religioſorum, per Tex. *in can. mandamus 19. q. 3. & in cap. Intelleximus de ætat; & qualit.* Ità etiam in caſu incorporationis in aliam Prouinciam, iuxtà formam Statuti Religionis, deſinit eſſe membrum primæ, eamque cogere non poteſt, vt ipſum iterum incorporet.

An, & quatenus Clerici Sæculares, & Regulares examinari poſſint ad fauorem Rei imò contra Reum, etiam in criminalibus? Vide de Cleric. tom. 10. Conſul. 63.

An, & quatenus Generales Ordinum poſſint eligere Priores locales Conuentuum ſibi ſubiectorum? tom. 10. Conſul. 64.

POſſe, ſi Conuentus particulares, in quibus fit electio, ſiuè nominatio à Generalibus, non reclamant. Quo in caſu Definitorium Prouinciale nullum ius habet contradicendi.

Nam, vel illud deducitur ex *cap. de elect.* & ſatis eſt, vt diximus, quod Conuentus non reclamant. Vel deducitur ex poſſeſſione eligendi, in qua Definitorium aſſerit, ſe reperiri, ſi hęc poſſeſſio militat, etiam prò Generalibus, non eſt cauſa cur potius Definitorio, quam Generalibus hæc poſſeſſio, ſiuè quaſi poſeſſio ſuffragari debeat:

FVit Regularis à Prouinciali, ac Definitorio ſuæ Prouinciæ electus ad Generale Capitulum proximè celebrandum, cum mandato proponendi negotia eiuſdem Prouinciæ. Capitulum Generale non fuit celebratum, quia Sum. Pontifex per ſuum Breue confirmauit Generalem ad alium ſexennium. Interim d. Regularis, vt ſupra electus, narrata Summo Pontifici d. ſua electione, & tacito, quod d. proximum Capitulum, prò quò fuerat electus, iam ſuum ſortitum fuerat effectum per d. Breue Apoſtolicum, obtinuit ab eo confirmationem ſuę electionis, à Prouinciali, & Definitorio iam factæ prò Capitolo Generali iam tunc proximè celebrando. Quæritur:

An huic Regulari, ſic à Pontifice confirmato, liceat intereſſe Capitulo generali proximè celebrando? tom. 10. Conſul. 65.

NEgatiuè. Primò ex regulis, quod à forma mandati non eſt recedendum, ſiuè illa reſpiciat res, ſiuè perſonas, ſiuè locum, ſiue tempus. Bald. *in l. 1. §. ſi igitur ff. de exercit. & act. verſ. nota quod forma mandati.* Et quod mandatum extendi non poteſt ad alios caſus, quam expreſſos, ſed debet diligentiſſimè omni cum cura obſeruari. *l. diligenter ff. mandati.*

Hinc, cum d. mandatum datum fuerit ad Capitulum tunc proximè celebrandum, eoque tunc non habito, deindè celebrato altero, extendi non poteſt ad iſtud ſubſequens, *Cap. ſi Clericus de præb. in 6.*

Quinimmò, licet facultas non fuiſſet expreſsè limitata ad proximum Capitulum, adhuc de proximo intelligeretur, iuxtà regulam *l. Bones §. hoc ſermone ff. de verb. ſignif.* Et in proximis terminis tradit Felin. *in cap. 2. num. 4. de treg. & pac.*

Deindè quia d. mandatum datum fuit à Prouinciali, & Definitoribus illius temporis, ideò-

Digitized by Google

que propter eorum mutationem, re integra, expirauit. Gabriel *concl. 2. de procur.*

Et quidem alias plura ſequerentur abſurda. Primum, quia præcipuum munus eiuſmodi electi non ſolum conſiſtit in ferendo ſuffragium nomine omnium Conuentuum Prouinciæ, à qua eligitur, ſed etiam proponere omnia, quæ ad Conuentus d. Prouinciæ pertinent; Tempore autem, quo ipſe fuit electus, multa potuerant contingere in ipſa Prouincia in Capitulo generali proximè celebrando, vtique proponenda, quæ in ſecundo Capitulo committi non poſſunt. Secundum quia omnes moderni Conuentuales, Prouinciales, ac Definitores priuantur ſuo iure eligendi alium magis forſam idoneum, ac prudentiorem, &c.

An Abbas Regularis, relegatus in exilium, exacto exilij tempore, recuperet ſuam Abbatiam &c.? Vide de Abbat. tom. 10. Conſul. 66.

An, & quatenus iuriſdictio, & collatio beneficiorum in locis Abbatiæ ſpectet priuatiuè quoad Epiſcopum, an ad illius Abbatem? Vide de Abbat. tom. 10. Conſul. 67.

In tranſitu Regularium ab vna ad aliam Religionem ſiuè laxiorem, ſiuè ſtrictiorem, vt canonicè fiat, quid requiratur? Quæ nam actio competat Superioribus primæ Religionis ad reuocandum ſuum ſubditum illegitimè tranſlatum? tom. 10. Conſul. 68.

SAtis dictum eſt ſupra pluribus in locis, præcipuè *tom. 1. Conſul. 39. 87. 88. 89. 112. & 299. hoc eodem trac.* quo adi. Solum hic ſubnectitur ſequens decretum Sac. Congregationis Conc. tenoris ſequentis:

Sacra &c. Cenſuit, non licuiſſe, neque licere Præpoſito Generali Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, etiam quacumque extante cauſa, vel ſub prætextu aſſertorum priuilegiorum huiuſmodi facultatem tranſeundi ad laxiorem ſui ſubditi impartiri, ac proindè Oratorem, omneſque alios in ea Congregatione profeſſos, qui abſque expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia ad huiuſmodi Ordines ſe tranſtulerint, ad primæuam Religionem, atque habitum Congregationis præfata reuocandos, prout reuocari mandauit, nouamque profeſſionem in eis emiſſam nullam, & inualidam declarauit. Generalibus verò Congregationis eiuſdem, & aliorum quorumcumque Ordinum, ac Superioribus reſpectiuè mandauit, vt in poſterum à dimiſſione, aut receptione ſimilium omninò abſtineant, ſub pœna priuationis officij, & vocis actiuæ, & paſſiuæ, aliiſque contrà receptores Apoſtatarum emanatis, eiſdemq. affici voluit profeſſos, qui contrà huiuſmodi formam decreti ad præfatas Religiones ſe transferre præſumpſerint, quibuſcumque non obſtantibus. Dat. hac die 20. Ianuar. 1651.

An, & quatenus domus Mulierum Oblatarum, ſubiecta ſit Regularibus, an potius Epiſcopo? Vide de Monialib. tom. 10. Conſul. 69.

An, & quatenus in Eccleſia Parochiali, vnita Monaſterio Abbatiæ Regularis, requiratur Concurſus? Vide de Abbat. tom. 10. Conſul. 70.

An edictum Epiſcopale ſuper caſibus reſeruatis, vt in caſu poſito, deroget priuilegiis Regularium &c.? Vide de Confeſſione tom. 10. Conſul. 71.

LEgitur hæc Regularis Conſtitutio: [Si Pater Generalis obierit in ſecundo anno ſui Generalatus, Primus Definitor ſit Vicarius generalis. Quod ſi Generalis obierit poſt feſtum omnium Sanctorum, fiat electio noui Generalis in feſto Pentecoſtes.] Quæritur:

An ſi Generalis moriatur ante vnum, vel duos dies feſti Pentecoſtes, fieri debeat electio noui Generalis eodem feſto; An verò ipſe Vicarius Generalis continuare debeat ſuum Vicariatum vſq. ad Capitulum generale celebrandum in proxima Pentecoſte? Et quid, ſi ipſe Vicarius in d. Capitulo eligatur in Generalem? tom. 1. Conſul. 73.

VIcarius Generalis continuare debet ſuum Officium vſque ad nouum Capitulum generale: Quia cum Generalis obierit ante vnum vel duos dies Pentecoſtes, non poteſt conuocari, ac celebrari Capitulum eodem die. Ideòq; Conſt. eſt intelligenda, & reſtringēda ad mortem ſequutam poſt feſtum omnium Sanctorum tempore habili ad conuocandum Capitulum ipſo die Pentecoſtes. Semper enim lex, ſiuè Conſt. regulatur ab habilitate per *tex. in l. vt gradatim §. Et ſi lege*, vbi Doctores *communiter ff. de muner. & honor.* Bertaz. *in l. ſi quis maior. num. 216. C. de tranſac.* attento præſertim, quod Conſtitutiones loquuntur, ſi Generalis moriatur *poſt* feſtum Omnium Sanctorum, dictio autem *poſt*, intelligenda eſt tempore proximo diei, cui adiicitur per tex, & gloſ. *in l. Anniculus ff. de verb. ſignif.*

An facultas, quæ competit Monaſterio, eiuſq. Superiori ferendi in Capitulis duo ſuffragia; ſi d. Monaſterium auctoritate Apoſtolica tranſferatur ad aliud Monaſterium, d. facultas planè ceſſet? Vbi quid de his reſcriptis, Lectum, *aut* Nihil, *quæ in libellis Sac. Congregationibus porrectis, ſæpè apponi ſolent?* tom. 10. Conſul. 74.

NOn ceſſat, ſed ſemper retinet ſuum priuilegium iuxtà Glos. *in cap. priuilegium vlt. em ſi auctoritate de reg. iur. in 6.* Felin. *in cap. cum dilecto num. 21. de reſcrip.* cum aliis per Rotam in

Digitized by Google

in *Marſicenſi iurisdictionis* 26. Maij 1651. §. *hincque patet* coram Corrado.

Etenim, translata Ciuitate, Caſtro Monaſterio ab vno loco ad alium, ille locus, ad quem fit translatio, dicitur in omnibus repreſentare locum translatum, ac omnibus eius priuilegiis, & prerogatiuis gaudet. Pegn. *dec.* 93. *alias* 117. Rot. *l. c.*

Vndè, cum in translatione omnia iura, quæ pertinent ad Eccleſiam translatam, transferantur ad eam, ad quam fit translatio, *cap. Abbate in fin. de verb. ſignif.* Iura quoque ſuffragiorum transferuntur ad poſterius Monaſterium, tanquam ad illud, ad quod fit translatio Monaſterij dictorum Regularium.

Ad 2. Huiuſmodi reſcripta non officiunt, cum incerta relinquant petitionem, ad rex. *in l. de ętate, §. nihil, ff. de interrog. act.* Vndè huiuſmodi libelli cum hiſce, alijſque huius generis reſcriptis, præcipuè ſi non ſunt ſubſcripti, nec à quo fuerint porrecti appareat, cum nulla in ijs porrigendis requiratur expenſa, nullius ſunt effectus. Adden. ad Greg. *dec.* 331. *num.* 19. Seraph. *deciſ.* 373. *num.* 1. & fuit dictum in *Romana, ſeù Veliterna affictus* 15. Martij 1652. *§. memoriale*, ac 13. Ianuar. 1653. *§. fin. coram Bichio.*

An, & quatenus claues Sacræ Imaginis in Eccleſia conceſſa Regularibus retineri poſſint à Magiſtratu ſæculari? Vide de Immun. tom. 10. Conſult. 75.

Quæ nam potiſſimum requirantur, vt quis verè ſit Religioſus Religionis Hieroſolymitanæ &c.? Vide de Equitibus tom. 10. Conſult. 76.

De electione regulari per ſubornationem. Eius pernicies. Quid in Sacerdotijs? Nullitates huiuſmodi electionis. Et alia. tom. 10. Conſult. 77.

EX Conſtitutione 128. B. Pij V. incip. *Paſtoralis Officij*, §. 4. habetur: *Qui verò electionibus omnibus, vel ante eas per ſex Menſes prò ſe, vel prò alio ſubornare, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrat, à qua abſolui non poſſit, niſi à Pontifice prò tempore exiſtente, ac voce actiua, & paſſiua perpetuò careat.* Eam confirmauit Clemens VIII. in decretis prò reformatione Regularium *Conſt.* 60. *num.* 35. & innouauit Vrb. VIII. decreto edito à Sac. Congr. Conc. quod legitur in *Conſt.* 26. eiuſdem Pontificis, vbi in electionibus Superiorum Regularium prohibetur omnis procuratio ſuffragiorum, tam prò ipſis, quàm prò alijs, directè, vel indirectè, & tranſgreſſores puniuntur ipſo facto pœna priuationis officiorum, quæ obtinent, & perpetuæ inhabilitatis, extantque plurium Religionum ſtatuta, in quibus diſponitur, quod ſubornatores declarentur, qui donis, & promiſſis, comminationibus, & obſecrationibus importunis, laudibus, aut vituperationibus falſis, aliquem inducere conantur, vt ſibi, aut alteri ſuffragium in electionibus, quique colligationes, aut inductiones fecerint. Inſuper ſubornatores actibus legitimis ipſo facto priuantur, de quibus vide *tom.* 9. *Conſult.* 125. *de Vicario*, quo adi

Ex his autem conſtat, prohibitam eſſe ſubornationem. Imò hoc crimen tanquam peſtis Reipublicæ, ac pernicies Religionum, connumeratur inter illa, quæ ab omnibus accuſari poſſunt. Molfes *in prax. crim. ad ſtat. ſuæ Relig. cap.* 15. *quæſt.* 50. *§. Ad cuius.*

In Sacerdotijs obtinendis, etiam ambitum locum habere, & puniendum placet Modeſtino, *l.* 1. *ad l. Iul.*

Sicque prima nullitas huiuſmodi electionis reſultat ex hoc capite ſubornationis interdictæ: Quia facta eſt contrà legem prohibentem, licet non contineat expreſsè decretum irritans. Secunda nullitas deducitur ex defectu libertatis, qua caret huiuſmodi electio: Nam in omnium ſententia libertas eſt de eſſentia electionis, *Cap. cum terra* 4. *de elect. cap. vbi periculum, §. Cæterum eod. tit. in* 6.

Tandem nulla eſt electio reſtricta ad duos, vel tres, alijs excluſis, *d. cap. cum Terra*. Rodriq. *to.* 2. *quæſt.* 51. *art.* 11. Mirand. *tom.* 2. *quæſt.* 23. *art.* 22. alijque.

Tertia nullitas ex defectu ſecreti: Nam ad electionem procedendum eſt per ſecreta ſuffragia, Conc. Trid. *cap.* 6. *ſeſs.* 25. *de regul.*

An electio, in qua Præſidens Capituli proponit Electoribus, an velint eligere viua voce, ſit valida? tom. 10. Conſult. 78.

REſp. Non eſſe validam, ſed ſugeſtiuam electionem. Card. Zabarel. *in cap. quia propter de elect.* ac Rip. *reſp.* 5. *num.* 10. *eod. tit.* Nam hoc modo non ſeruatur forma electionis, quæ de iure ſeruari debet. Non enim fit per ſcrutinium, non per compromiſſum, neque per inſpirationem, vel quaſi inſpirationem. Per vnum autem ex his modis electio fieri debet, *d. cap. quia propter de elect.*

Comprobatur autem, quod Præſidens iam in animo conceperat eligere perſonam ſibi benè affectam, ſi protinus, nulla interpoſita mora, poſt talem acclamationem confirmauerit illius electionem. Ad confirmationem enim non poteſt deueniri, niſi facta prius diligenti perquiſitione de vita, moribuſque, & qualitate electi per tex. *in cap. poſtquam, & cap. nihil de elect.* Archid. & Butr. *in cap. fin. eod. tit. in* 6.

An, & quatenus Regularis habeat factionem Teſtamenti? Voluntatem alterius declarare? Quomodò hæc declaratio facienda? tom. 10. Conſul. 79.

DIcendum eſt, veriſſimam eſſe propoſitionem; quod Regularis, etiam Superior, non habet factionem Teſtamenti, nec prò ſe, neque

prò

prò alio, ſed non minus veram eſſe limitationem, quod Regularis poteſt prò alio declarare, & voluntatem alterius explere, aperire, & arbitrari. Ità firmat præ omnibus Sac.Rot.in *Romana bonorum, ſiuè fructuum* 4.Maij 1646. coram Arguelles. Itaque etiam ſine licentia Superioris, quandò Legata, & declarationes reſpiciunt piam cauſam, vt in *cit. deciſ. §. Sed huic difficultati in fine*.

Deindè dicendum eſt, veram eſſe regulam, quod huiuſmodi declaratio debet fieri cum iuramento,&declaratio ſuſtinetur vbi vel adſunt coniecturæ, quod talia reuera eſſet voluntas Teſtatoris,vt per Mantic.*de coniect.lib.3.tit.1.n.16.* Rot. *ibid.* vel is, qui declarare debet non eligitur in ſimplicem Teſtem, ſed etiam in arbitratorem, vt ex *dec. in Romana Legatorum* 27. Maij 1639. coram Veroſpio.

Poſtremò dicendum eſt, verum eſſe aſſumptum, quod tota ſubſtantia diſpoſitionis non poteſt remitti in voluntatem tertij,ſed non minus veras eſſe limitationes, quod vbi agitur de ſimplici declaratione voluntatis, vel de præſcribendo, & arbitrando modos, quibus relictum erogari, & diſtribui debet, id poteſt in tertium remitti. Ità communiter, & ſpeciatim Ruin. videndus *conſ.19.lib.2.*

Cęterùm ſi his addatur licentia P. Generalis hæreditatem liberè, & prò arbitrio adminiſtrandi, & omnes circà eam iuxtà mentem Teſtatoris neceſſarios, & opportunos actus faciendi, res prorſus erit abſque difficultate. Permittitur enim Regularibus explere munus, & officium arbitrandi, exequendi, ac declarandi ſupremas defunctorum voluntates de licentia Superiorum.*Cap.fin.de teſt.in 6.*cum vulgò alijs.

An, & quatenus Monachi, *ſiuè Regulares poſſint aſſumi ad adminiſtrationem piorum Legatorum? Quid de adminiſtratione Beneficiorum &c.?* Vide de Legatis pijs tom. 10. Conſul. 80.

Declarata nulla prima electione, quibus nam Electoribus competat noua electio? Quænam probationes requirantur ad probandum recurſum Regularis ad Iudices *laicos? Vbi effectus huiuſmodi recurſus?* tom. 10. Conſult. 81. Vide etiam tom. 9. Conſul. 33. de Cenſuris.

AD 1. Competere Electoribus vltimi Capituli inualidi, cum non poſſint admitti prò vocalibus electi in Capitulo nullo, ac declarato prò irrito: Nam electio ſi de iure non potuit habere effectum, eſt reiteranda per Electores, ad quos redit ius eligendi, *cap. ſi electio 26. de elect. in 6.* vbi Doctores, & alij congeſti à Gonzal. *gloſs.45.§.5.& 6.* & alijs.

Ideòque facultas primorum eligentium non fuit conſumpta. Gunzal. *d. num. 6.* ſi debet reuerti, ergò debent eligere ijdem, qui prius elegerant, *Zabarel. num. 23.*

Quare electio ſic facta eſt valida, nulloque pactò poteſt impugnari.

Ad 2. Excommunicatio propter huiuſmodi recurſum ad effectum repellendi electum debet plenè, & concludenter probari, Rot. *dec. 534. num. 8. & ſeqq. par. 1. rec.* Alia vide loc. cit.

COnſtitutiones generales cuiuſdam Religionis diſponunt, confeſſionem propriarum culparum, mutuam proclamationem, & correctionem fraternam per vnumquemque Fratrum in Capitulo faciendas. Quæritur:

An Definitorium generale eiuſdem Religionis conſtituere poſſit, nè Conuerſi, *aut Oblati, ſiuè Donati publicis proclamationibus Sacerdotum, & Profeſſorum vocalium intereſſe poſſint, nè vlli Conuerſo, aut Donato licere quemquam Sacerdotum, aut Clericorum* Profeſſorum, *& vocalium priuatim, vel palam in Capitulo proclamare?* tom. 10. Conſul. 82.

IN nullo modo videtur tolerandum: Quia cum Conſtitutiones generales ſint auctoritate Apoſtolica confirmatæ, ſunt omninò obſeruandæ. Abb. in *cap. dilecti num. 14. de preb.* Felin. *in cap. cum acceſſiſſent num. 4. & 7.* Rot. *dec. 19. num. 2. par. 7. recen.*

Præterea, cum eiuſmodi confeſſio, necnon mutua correctio, & proclamatio ſpatio quamplurium annorum ab ipſo prædictæ Religionis exordio obſeruata fuerit, nullatenus permittendum videtur, quod immutari poſſit huiuſmodi laudabilis conſuetudo.

Quibus accedit, quod huiuſmodi noua Conſtitutio aduerſatur intentioni Religionis ad hanc religioſam, & mutuam charitatem inter fratres fouendam.

De recuſatione Iudicis Regularis, ſiuè Delegati, ſiuè Ordinarij, & alia tom. 10. Conſul. 83. Item vide to. 9. Conſul. 151. & tom. 1. Conſul. 85. eiuſdem tract.

SVſpicio Iudicis delegati, non autem Ordinarij probatur ſolo iuramento recuſantis. Rot. coram Caputaq. *dec. 102. par. 1.* Ridolph. *in prax. cap. 7. n. 127. p. 2.* Et in hoc caſu in differentiam Iudicis Ordinarij non datur adiunctus, ſed delegatus omninò remouetur. *DD. in l. antiquiſſimi, C. de iudic.*

Quæ libentius videntur admittenda, ſi non modò Iudex à Parte aduerſa fuerit exquiſitus, verùm etiam ad illius fauorem in cauſa ſimili pronunciauerit.

Accedit, quod recuſatio Iudicis, tanquam defenſio de iure naturæ, eſt adeò fauorabilis, vt nè

à Supremo quidem Pontifice ſine cauſa repelli ſoleat, Abb. *in cap.cum inter num.*8. vbi Felin.*de excep.* propterea iure, meritòque maximè.

An, & quatenus de rebus Eccleſiæ, etiam Regularis, fieri poſſit compromiſſum, ac eligi in arbitrum Princeps ſecularis? Et an huiuſmodi compromiſſum, indè ſequutum ſit approbandum? Vide de Aleu.rer. Eccleſ.tom.10.Conſult.85.

An, & quatenus Religioſi, Clerici, & Conuerſi poſſint interuenire Capitulis ſuæ Religionis? tom.10. Conſul.86.

NEgatiuè ex diſpoſitione iuris communis *in cap.ex eo 32.* §. *In Eccleſijs quoque de elect. in 6. Clem.vt ij de ætat.& qualit.*Sac.Conc.Trid. *ſeſ.*22.*cap.*4.*de refor.*Vndè ſumitur regula,quod laici careant voce actiua in electione Prælati regularis.

Cum igitur obſtet ipſis diſpoſitio iuris communis, debent laici oſtendere priuilegium Apoſtolicum, vel Statutum Apoſtolica auctoritate confirmatum, vel conſuetudinem legitimè preſcriptam, per quam ius eligendi, vel ipſis conceſſum fuerit, vel legitimè præſcriptum, Gloſ. *in d.cap.cum ex eo v. electoribus*, Barboſ. *de iur. Eccleſ.lib.*5.*cap.*59.*n.*49.

Secus autem tenendum eſt, ſi adſit clara Conſtitutio, quod Clerici,& laici Conuerſi admittantur in Capitulis, præſertim in Conuentualibus. Cum enim Conſtitutio ſit confirmata in forma ſpecifica, cum inſertione illius tenoris ad Tex. *in cap.ſi Apoſtolica,* vbi Gloſ. *v. confirmamus de preb. in 6.* tanquam Conſtitutio Pontificia ſeruanda eſt,Abb.*in cap. Dilecti num.*14. *de præben.* Felin.*in cap.cum acceſſiſſent num.*4. & 7.

An, & quatenus à P. Abbate Generali auocari poſſit cauſa eius Subditi Regularis? Vide de Abbat.to. 10. Conſult.87.

An, & quatenus facienda ſit à Curia Romana remiſſio cauſarum,etiam Regularium ad Iudices Regni Franciæ, vt ab ijs definiantur? Vide de Immun.tom. 10.Conſul.88.

An,& quatenus in Eccleſijs Parochialibus, quæ membra ſunt Abbatiarum, requiratur Concurſus? Vide de Concurſu tom.10.Conſult.89.& de Abbat. Conſult.70.eiuſd.tom.& tom.9. Conſult.77.

An,& quatenus hodiè Monaſteria,tam Virorum,quàm Mulierum mutari, vel dimitti poſſint? tom. 10. Conſul.91. ac etiam Conſul. 12. & 33. Item tom.1.Conſul.179.& alibi,præcipuè hoc tract. de Regular. ac etiam de Monialibus.Quo adi, vbi ſatis de hac materia.

An, & quatenus ad Sacros Ordines requiratur titulus, etiam in Regularibus? Vide de Ordine tom. 10. Conſul.92.

An, & quatenus Monachi, & Regulares omnes fuerint olim ſubiecti iuriſdictioni Epiſcoporum? Quis eos exemerit, & in quibus hodiè ſint iis ſubiecti? tom.10. Conſul.94.

Adi *tom.*8. *Conſul.*43. vbi plenè reſponſum. *eod. tractatu.*

An, & quatenus Regulares omnes approbari debeant ab Ordinario prò audiendis Confeſſionibus? tom.10. Conſul.95.

Vide de Confeſſion. & etiam hoc eodem tract.de Regular.quæ ſupra dicta ſunt pluribus in locis.

An, quatenus, & qui Regulares eligi poſſint in Conſeruatores Regularium &c.? Vide de Conſeruat. tom.10. Conſul.96. & alibi de Regular.

De Epiſcopo Regulari. An liceat ad Epiſcopatum aſſumi Regularis &c.? Vide de Epiſcop.tom.10. Conſul.97.

An expediat Regularem ad Epiſcopatum promouere? Vide de Epiſcop.tom.10. Conſul.98.

An liceat Eccleſiaſticas appetere Dignitates, vel refugere? Vide de Epiſcop. tom.10. Conſul.99.

Quàm ſit peruetuſtum,nè in Cænobia Monachorum mulieres eant, & in id pœna. E contrà nè ad Monaſteria puellarum viri accedant? tom. 10. Conſult.100.

QVoad 1. Greg.Magnus mulieres Cænobia Monachorum ſubire in vniuerſum vetuit *in epiſt* ad Valentinianum Abbatem,relata in *Can.peruenit* 18.*quæſt.*2. Sabellic.*enn.*8. *lib.*5. Chronicon Chronicorum, & Robertus Barus & alibi alii, nè ſcilicet concurſus illic fiat populi, & præſertim mulierum. Excommunicationem incurrunt Papæ reſeruatam, etiam ſi ſint Comitiſſæ, Marchioniſſæ, Duciſſæ, ſi audeant ingredi Monaſteria Religioſorum ex Bulla Pii V. incip. *Regularium*, & reuocat omnes licentias conceſſas. Idem prohibuit ſub eadem pœna Greg.XIII. incip. *Vbi gratia.*

Idem limita primò, quod non continentur in dicta prohibitione Reginæ, & Imperatrix, earumque filiæ, quia non ſunt ibi expreſsæ, niſi inferiores eiſdem, & ipſæ ſunt ſpeciali nota dignæ. Sanch.*in decal.lib.*6.*cap.*17.*nu.*5. Laym. *lib.*4.*tom.*5. *cap.*12.*num.*5.

Secundò limitant alii, vt non procedant d.Bullæ niſi contrà Mulieres intrantes prætextu licentiarum. Contraria tamen ſententia eſt magis communis, & praxi recepta, etiam extrà Curiam, Nauar. *in man. cap.* 27. *num.*150. §. 61. Quarant. *in ſum.Bull.V.Monaſteria*,& alij.

Ex dicta Bulla B.Pij V. incip. *Regularium*, fertur ſententia ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto incurrendæ contrà Superiores locorum eorundem,

dem, & alios particulares Religioſos, ſiuè eorum ſubditos, præſumentes admittere fæminas, vel introducere in Monaſterium, ſiuè Conuentum. Hæc ſuſpenſio non eſt reſeruata. Sanch. *loc.cit.cap.*17.*num.*41.

Ex Bulla cit. Greg. XIII. fertur excommunicatio Papæ reſeruata contrà Abbates Conuentus, & alios Monaſteriorum Superiores, ac perſonas quocumque nomine vocentur, in Monaſterium, domos, & loca ſua mulieres quaſcumque prætextu famulatus; ibi revocatarum, ingredi facientes, aut permittentes.

Inſuper ex dd. Bullis Regulares omnes introducētes, vt ſupra, incurrunt pœnam priuationis officiorum, & inhabilitatem ad illa ſine alia declaratione, ſcilicet pœnæ commiſſæ.

Quod verò ad 2: Prohibitum fuit, nè ad Monaſteria Monialium viri cuiuſcumque conditionis, vel ſtatus accedant, & nè vel loquantur cum eis, Irà Synodus Matiſconenſis prima anno Domini 583. habita ſecundum Panuinium *cap.*2. In Hiſpalenſi etiam Synodo prima, vel iuxtà alios ſecunda anno 634. habita *cap.*10. & alibi: Et Sac. Conc. Trid. *ſeſſ.*25. *cap.*5. *de Regular.* ingredi intrà ſepta Monaſterij nemeni liceat cuiuſcumque generis, conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit, ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia in ſcriptis obtinenda, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda.

Hæc autem excommunicatio quatenus ex vì huius decreti, non eſt reſeruata. Sanch. *lib.*6. *cap.* 16. *num.*71. Tolet. *lib.*1. *cap.*41. §.8. Si tamen violatio fiat clauſuræ per ingreſſum ad malum finem, ideſt luxuriæ, extrà Vrbem Romam per totam Italiam eſt reſeruata Papæ, vt nequè priuilegiati poſſint abſoluere ex decreto Sac. Congregationis, ſeù Clementis VIII. *de quinque caſibus reſeruatis.* Filiuc. *tract.*15. *n.*119.

De viſitatione Monaſteriorum, eorum etiam, quę in Commendam reperiuntur &c. Vide de Viſitation. tom. 10. Conſult. 101. *Quoad Commendam.* Vide tom. 7. Conſult. 65. ac tom. 9. Conſult. 148. & 154. *Item de Regular.* tom. 1. Conſult. 253. ac de Equitibus tom. 1. Conſul. 305. & alibi.

An, & quatenus dimiſsio habitus regularis cenſenda ſit temeraria? Et alia.
tom. 10. Conſul. 104.

ET quidem dimiſſio habitus regularis poſt ſententiam nullitatis profeſſionis non cenſetur temeraria, ſed tunc ſolum ſi facta ſit ſine iuſta cauſa. Doctores communiter.

Et in fortioribus terminis, quod ſuſtineatur dimiſſio habitus, facta ante ſententiam de licentia Prouincialis, quodque Regularis audiendus ſit abſquè illius reſumptione, declarauit Sac. Congr. Epiſc. & Regul. in *Tullenſi Nullitatis Profeſſionis.* Cum enim Sacræ Congregationi expoſitum eſſet, quod *Pater Prouincialis Fratrum Prædicatorum Prouincia Lotharingiæ, capta informatione ſuper nullitate prætenſæ cuiuſdam profeſſionis Catherina Darnecourt, eadem communicata Epiſcopo Tullenſi* Ordinario, *cum illius conſenſu, eandem Catherinam extrà locum Clauſtralem, Monaſterium nuncupatum, in quo tunc reperiebatur, multis ab hinc annis dimiſerit, cum autem nuper ipſa admitti vellet ad hæreditatem ſui Patris, illius conſanguinei eam admittere recuſarunt, & in iudicio nullitatis huiuſmodi prætenſa profeſſionis eam audiri in iuribus ſuis non poſſe oppoſuerunt, niſi conſtitutam in d. Clauſtrali loco ſub obedientia illius Superiorum in habitu Regulari. Verum cum huiuſmodi oppoſitio eſſet friuola, quandòquidem Religio ſit in cauſa, ſed ab illius Superioribus ipſa fuit dimiſſa, ſupplicat ab hac Sac.* Cong. *declarari, eam poſſe in iuribus ſuis audiri abſque eo, quod reuertatur ad d. Clauſtralem locum, Monaſterium, vt præfertur, nuncupatum.*

Sac. Congr. &c. cenſuit, ſi SS. D. N. annuerit, permittendum eſſe Oratrici, vt ſuper pręmiſſis audiatur, etiam ſi ad Monaſterium huiuſmodi non redierit. Romę die 14. *Mart.* 1631.

Quod confirmauit Sum. Pontifex, & approbauit Sac. Rot. *dec.*455. *in fin.* & *dec.*523. *num.*2. & 3. coram Merlino.

Et in alio caſu vrgentiori dimiſſi habitus ipſa die prolatæ ſententiæ nulliter, & attentatæ poſt inhibitionem, ac remiſſionem cauſæ ad Sac. Congr. ac intrà decennium à iure datum ad appellandum, & poſt interpoſitam appellationem in *Auenionenſi* ſub anno 1658. prò D. Marchioniſſa Caſtellana, filia Marchionis de Ampus poſt maturam cauſæ diſcuſſionem.

Ex quibus præcipuè ſecundum Capitulum Regularium reddatur inualidum, & electio in eo facta ſit irrita? tom. 10. Conſul. 105.

EX pluribus, præſertim, ſi introducta fuerit cauſa nullitatis primi Capituli coram Sac. Congreg. vel in Sac. Rot. vel in Tribunali A.C. à cuius ſententiâ fuit appellatum, vndè non poterit procedi ad aliam electionem, donec terminetur ſecunda inſtantia, *cap. Conſiderauimus de elect.*

Si res deducta fuit coram Iudice delegato ad cognoſcendum cauſam nullitatis primæ electionis, non autem ad nouam electionem faciendam.

Si celebretur extrà tempora à Conſtitutionibus Religionis ſtatuta, in quo caſu electio eſt nulla. Auend. *de exec. mand. Reg. pag.* 1. *cap.* 19. *num.* 14. & nos alibi.

Si eligentes tempore electionis erant excommunicati, *càp. fin. de Cler. excom. miniſtr.* & alibi.

Reſpectu electorum eſt nulla electio, ſi adfuerint electores notoriè excommunicati. Mardagor. *de elect. par.*1. *cap.*20. *ſub init.* ac Dec. *ibid. nu.*1.

An

An vigore decreti Clem.VIII. in quo mandatur erectio Baldachini, quandò Epiſcopi in Eccleſiis Regularium, etiam exemptis, Pontificalia exercent, vel Pontificalibus ſunctionibus aſſiſtunt, in quo etiam eiſdem Epiſcopis conceditur facultas puniendi Regulares inobedientes cenſuris, ac pœnis Eccleſiaſticis, poſſint Epiſcopi cogere Regulares ad ſedendum in ſcamno parato, & dimittendum ſedes ligneas, & in caſu contrauentionis, eos punire cenſuris? tom.10. Conſult.106.

NEgatiuè. Conſtat id ex ipſo decreto, in cuius proemio ſolum narratur, quod Epiſcopis fuerat controuerſa erectio Baldachini in locis exemptis; Vndè clariſſimè patet, quod huic ſoli erectioni Summ. Pontifex, & Sacr. Congreg. intendebat prouidere; Proeminum enim declarat mentem, & voluntatem diſponentis. Rot. coram Greg.XV. *dec.*531. *num.*5. coram Butatt. *deciſ.*377. *num.*3. *&* *deciſ.* 658. *num.*6.

Vbi verò in diſpoſitione circà modum ſedendi de ſolis Epiſcopis loquitur, ſic ait: *Liceat eiſdem Epiſcopis &c. ergi facere, atque ſub eo ſedere, & ſtare, quemadmodum in proprijs, & Cathedralibus eorum Eccleſiis ſtare, & ſedere ſolent.* Ex hoc autem diſcretiuo loquendi modo planiſſimè ſequitur, quod ſi aliquid circà ſedes Miniſtrorum, & celebrantium Regularium in eorum Eccleſijs Sac. Congr. diſponere voluiſſet, pari modo dixiſſet, per regulam *leg. vn. §. ſin autem C.de caduc.toll.*

Vicarij verò, etiam abſente Epiſcopo, non poſſunt erigere Baldachinum in dictis Eccleſijs, inuitis Regularibus, vt declarauit Sac. Rit. Congr. die 10. Iulij 1621.

An. & quatenus per Conſtitutiones Pontificias cenſeatur aliquandò derogatum exemptioni Regularium, qui immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiecti ſunt? tom.10.Conſ.107.

NEgatiuè, niſi facta eorum expreſſa mentione; Vndè licet per clauſulas quantumlibet vniuerſales, & efficaces, tam in iure, quam in alijs Conſtitutionibus Apoſtolicis detur alicui, etiam Epiſcopo plenſſima adminiſtratio gubernandi Diœceſim, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, & committatur exactiſſima cura Diuini cultus, eiſdemque imponatur cura paſtoralis, tam Cleri, quam populi hæc tamen intelliguntur, ſaluo iure exemptionis eorum, qui Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecti ſunt.

1. *An Epiſcopus eligere poſſit Regularem in ſuum Vicarium Generalem, ſine licentia eius Superioris?*
2. *An Regulares in audiendis ſacris Confeſſionibus dependeant omninò à ſuis Superioribus?*
3. *Anne prædicare poſſint abſque licentia ſuorum Superiorum?* tom.10.Conſult.108.

AD 1. Negatiuè. Sine licentia ſui Superioris, vt habetur expreſsè definitum à S.Gregor. nec hodie Sac. Congr. ſuper Epiſc. & Regul. permittit, Regulares eſſe Epiſcoporum Vicarios, vt teſtatur Lauret. de Franch. *quæſt.* 122. *num.*1. Peyr. ad Conſtitut.4. *Sixti V.* §.10.*n.*34. Præſertim Religionis Mendicantis, ſiuè ſtrictioris non Mendicantis. Alij verò ſecundum aliquos poſſunt creari Vicarij, dummodò adſit conſenſus Superiorum, natalium defectu non laborent, habeantque cætera requiſita. At d.Sacra Congr. id non probat: Tum qu a non decet, eos extra Clauſtra degere, nec poſſunt ex Conſtitut 60. Clem.VIII. §.19. Tum quia iuſtitiam à Iuriſconſultis potius, quam à Theologis adminiſtrari conuenit. Ita ſcripſit Epiſcopo Caputaquenſi 17. Decemb. 1591. Niſi cum alijs requiſitis habeant etiam licentiam Apoſtolicam degendi extrà Clauſtra, vt in eadem *Caputaquenſi* 17. Nouemb. 1593. Vel niſi ſit Abbas, qui habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in perſonas ſæculares; Hic namque poteſt deputare Vicarium Monachum Iuriſperitum. Quod ſi talam non habeat, debet tenere Vicarium Clericum ſæcularem Doctorem; Siquæ id minus fieri poſſit, poterit aſſumere Vicarium Monachum non Doctorem, dando ei Doctorem prò Aſſeſſore, ſine cuius conſilio nihil agere poſſit, quod requirat altiorem indaginem. Eadem Sac. Congr. 23. Decemb. 1603. & in *Nullius Tramutola* 21. Nouemb. 1605. quæ aliquandò conceſſit licentiam aſſumendi Regulares in Vicarios Epiſcopales Monachos Cœleſtinos, & Dominicanos, vt in *Puteolana* 3. Febr. 1593. & *Veſtana* 15. Nouemb. 1606. Et Vicarius Patriarchæ Latini Conſtantinopolitani ſolet eſſe Regularis ex Min. Obſeru. ex eadem Sac. Congreg. 22. De-Decemb. 1618.

Ad 2. Affirmatiuè. Quod adeò verum eſt, vt Regularis approbatus ab Epiſcopo ad audiendas ſac. Confeſſiones, nulla præcedente licentia, ſiuè approbatione ſui Superioris, nulliter confeſſiones audiat: Nam Ordinarij non habent facultatem approbandi Regulares ad ſac. Confeſſiones, niſi ſeruata forma Clementinæ *Dudum* §. *Statuimus de ſepul.* Suarez *tom.*3. *de relig. tract.*10. *lib.*9. *cap.*2. Paſqualig. ad Lauret. de Franc. *par.*1. *num.*1442. *&* 1447. ac alij: Qua quidem licentia habita, Regulares ab alio non dependent, cum ex iure non teneantur habere, niſi approbationem ſui Superioris, & Epiſcopi.

Ad 3. Prohibentur Regulares concionari abſque licentia ſuorū Superiorum ex Conc. Trid. *ſeſſ. 5.cap.2.*Nauar.*in ſum.cap.25.n.141.& 143.*Lezan. *in ſum. tom.1.cap.20. num.t.* ac alij. Ac, præter huiuſmodi licentiam, requiritur in Regulari prò prædicatione habenda in propria Eccleſia benedictio Epiſcopi, & prò aliena Eccleſia licentia Epiſcopi ex eodem Sac. Concil. Trid.*loc cit.& ſeſſ.24.cap.4.de reform.* De quare dictum eſt alibi, præcipuè de *Concionatoribus*, quò adi.

Iterum. Quomodò probetur, præſertim à Regularibus, falſſe paritum Breuibus, aut decretis Apoſtolicis? tom.10. Conſult.109.

POterit id probari ex atteſtationibus grauium virorum, præſertim in Curia exiſtentium, & quamuis ex regula fides non faciat fidem; id tamen procedere non videtur, quandò atteſtationes ſunt ſubſcriptæ à viris egregijs, quibus credendum eſt per tex. *in Can. nobiliſſimus d.97.*Lapus *alleg.32.num.3.* vt de atteſtatione Præpoſiti Theatinorum firmauit Rota *deciſ. 325.num.1.*coram Mantica, & de atteſtatione extraiudiciali Rectoris Societatis Ieſu in *Auenionenſi Simulationis* 9.Ianuar.1635.cor.Panzirolo, *& dec.594.num.17.par.5.tom.2.recen.*Sicque plurium virorum.

Eòque præſertim, ſi Iudex à quo, tanquam ſuſpectus,denegauerit acta cauſæ, nè tranſportari poſſent ad Sac.Congr.quod probari pariter poterit ex dd.atteſtationibus. Quinimmò ſufficit ad faciendam probationem concludentem iuramentum procuratoris inſtantis ſine alijs atteſtationibus.

Atque ità,vt non obſtet,ſi dicatur,non fuiſſe paritū Breuibus,aut decretis voluntariè,ſed coactè: Quia voluntaria paritio non requiritur, maximè in foro fori, & quandò Iudex illa executioni demandauit. Imò in hoc caſu poteſt haberi recurſus ad Superiores prò Iuſtitiæ complemento. Et quia paritio etiam coacta, ſufficiat, cum voluntas etiam coacta, voluntas ſit per tex. *in §. per traditionem inſtit. de rer. diuiſ.* Azor.*in ſum.C.lib.2.tit.2.num.7.*

An, & ex quibus maximè Prouincialis, aliuſque Superior Regularis ſuſpendi poſſit ab officio, aut eo redintegrari? Quid ſi ei renunciauerit? Et alia. tom.10. Conſ.110.

PRimò ex ſimonia, ſi de ea contrà Prouincialem ſit inquirendum, quæ cum cadat ſuper ipſo officio Prouincialatus, nempè ad illius confirmationem aſſequendam, interim debet ab eo ſuſpendi, ad tex. *in cap. licet Hely §. qui verò de ſimon.in Can.quia 3. quæſt.2.& in leg.2. C.de decur.*

Imò ex hoc ſolum, quod eſt conficiendus proceſſus contrà exercentem iuriſdictionem, & ſubditos habentem, debet omninò ſuſpendi, vt liberè abſque metu procedat, Grammat. *conſ. 10.num.2.& ſeqq.*

Suſpenſio igitur ab officio facta, donec cauſa terminetur, excludit Prouincialem, aliumque à redintegratione, quandò cauſa criminalis non dum eſt terminata, imò nec inſtructa.

Præſertim ſi Prouincialis ſpontè, ac liberè renunciauerit Prouincialatui,licet eius renunciatio non fuerit acceptata à Superiore.

Sententia pariter caſſationis electionis Prouincialis excludit eius prætenſam redintegrationem, ſi valida ſit.

Secundò ex irregularitate propter homicidium commiſſum, etiam ante pubertatem, & abſque dubio in vndecimo, vel duodecimo ætatis anno. Abb.*in cap.exhibita num.2. de homic.* Gloſ. *in Clem.vn.v.infans eod.tit.*

Tertiò probaretur ex tranſmiſſione magnæ pecuniarum ſummæ prò obtinenda confirmatione. Ex hoc enim plura mala, & ſuſpiciones inſurgunt.

Quartò iuſtitia caſſationis electionis probaretur ex recurſibus haditis ad Curiam ſæcularem, de quibus pariter conſtare debet, ſaltem per ſumptum extractum à Notario ex ſuis originalibus, & copijs authenticis. Caualer. *deciſ. 529.num.2.* ex quibus ipſo iure incurritur excommunicatio, vt ſupra dictum eſt.

Celebratio quoque noui Capituli, & electio noui Prouincialis, qui recipitur in legitima poſſeſſione, obſtarent prætenſæ redintegrationi.

An Capitulum Regularium, cui præeſt notoriè excommunicatus, ſit validum? Quid ſi eſſet abſolutus in forma Cancellariæ Apoſtolicæ? Vide de Cenſur. tom.10.Conſul.111.

An ſit permiſſum Superioribus Regularium, etiam Generalibus, Prouincias ſuæ Religionis diuidere, & vnam alteri ſubijcere? Quid ſi eſſet beneplacitum Apoſtolicum? Eiuſque exceſſus, & alia. tom.10. Conſult.112.

NEgatiuè. Ità Rodriq.*tom.1. quæſt. Regul.23. art.8.* vbi refert decretum Nicolai IV. prò directione Ord.Min. S.Franciſci per hæc verba: *Statuit, & ordinauit, ac diſtrictè prohibuit, nè in Ordine Fratrum Minorum fiat diuiſio alicuius Prouincia, vel nouarum Prouinciarum multiplicatio abſque Rom. Pontificis licentia ſpeciali per eius patentes literas concedenda, faciente plenam de huiuſmodi ſtatuto, & ordinatione, ac inhibitione mentionem, decreuitque irritum, & inane, ſi ſecus in hac parte contigerit attentari. Id ipſum repetit. tom.3.quæſt.43.art.1.ſub init.*

Quod ſi P.Generalis aſſerat, ſuiſſe ſibi commiſſam hanc facultatem per ſpeciale Breue Apoſtolicum, debet id docere, per tex.*in cap.cum in iure de offic.& poteſt.Iudic.deleg. & in Extrauag. iniunctæ de elect.*

Ac ità, vt non ſuffragaretur beneplacitum Apoſtoli-

ſtolicum reſtrictum ad duos, vel tres Conuentus, & Generalis excederet limites facultatis ſibi tributæ, augendo numerum: quia tenetur ſub pœna nullitatis ſeruare omninò, ac diligentiſſimè formam ſuæ commiſſionis, *cap. dilecta de reſcrip.* Abb. *conſ.* 41. *in princ. p.* 1.

Eòque minus beneplacitum Apoſtolicum ſuffragari poterit, ſi Pontifici non innotuerit circumſtantia notabilis, quod ſcilicet iidem Conuentus ſint adeò diſtantes, vt nequeant ſaltem quotannis viſitari. Id enim ſi fuiſſet ei notificatum, vel non conceſſiſſet hanc facultatem, vel ſe reddidiſſet difficilliorem ad illam concedendum. Garz. *de benefic. p.* 12. *cap.* 2. *n.* 118.

Alia ad rem vide *Conſul.* 114. *eiuſdem tomi*.

Vigore ſequentis Indulti: [Sac. Cong.Card.negot.Reg.præpoſita, attentis narratis, benignè indulſit, vt Orator, vbi ſaltem per 40. dies in dicta Religione, & præfato Conuentu, licet non deſignato ſeſe probauerit, ad profeſſionem emittendam admitti valeat, ſeruata in reliquis forma Apoſtolicarum, & Ordinis prædicti, Conſtitutionum. Romæ die 10. Decemb. 1695.

Otator habitum Regularem Romæ die 17. Nouemb. eiuſdem anni iam ſumpſerat, indè Neapolim petijt, & poſteà ſupplicauit Sacræ Congregationi, & obtinuit, vt ſuprà, ac ſubindè gratiam accepit Neapoli die 22. Decemb., ibique emiſit profeſſionem die 28. eiuſdem. Quæritur:

An huiuſmodi profeſſio ſit valida ? tom. 10. Conſul. 113.

Negatiuè. Patet enim, Oratorem emiſiſſe profeſſionem, non expectato tyrocinij tempore per multos dies, ſiuè inſpiciamus tempus datæ, quæ fuit dicta die 10. Decemb. ſiuè receptæ gratiæ, quæ fuit die 22. Et nihilominus ad nullitatem ſufficit momentum, vt tradunt Doctores, quos olim adduximus, ac refert Barboſ. *ad cap.* 15. *ſeſſ.* 25. Concil. Trid. de Regul.

Nec putamus verum quod dies 40. ſint computandi à primo die ſuſceptionis habitus, nempè 17. Nouemb. Tùm quia reſcriptum intelligitur, iuxtà petita. In petitione autem, nè verbum quidè habetur de habitu Romæ ſuſcepto, neque de tempore, quinimmò excluditur, dum omiſit narrare tempus, & habitum, & petit ex integro licentiam peragendi Nouitiatum in Conuentu Neapolitano per 40. dies: Tùm quia lex prouidet in futurum, & nunquam trahitur ad prætetita, niſi expreſſè caueat, *l. leges, C. de legib.* Butatt. *deciſ.* 367. *num.* 11. Imò non currunt, niſi à die habitæ notitiæ dictæ gratiæ, quemadmodum dicitur de Patronis reſpectu quadrimeſtri. Rot. *deciſ.* 15. *num.* 12. *& deciſ.* 221. *par.* 7. *rec.*

Idque confirmatur. Nam gratia erat facultatiua, & executio non pendebat à ſola voluntate Oratoris, ſed etiam aliorum contrahentium, ac proindè dies non poterant currere, donec non perueniebant ad notitiam Patrum Conuentus Neapolitani, in quo cupiebat ad profeſſionem admitti, ad hoc, vt prius oſtenderentur Oratori in 40. diebus iura Religionis, quibus in omni circulo ſubijciuntur Nouitij, ſicut dicimus de decreto, & dilatione Iudicis, quæ non currit ante intimationem.

De iuſta Prouinciarum Regularium diuiſione, eorumque confuſione euitanda. Quomodo diuidendæ? Et alia ad rem. tom. 10. Conſult. 114. & vide etiam, quæ dicta ſunt ſupra Conſ. 112. eiuſdem tomi, & tract.

Iniuſtitia diuiſionis colligi poteſt ex confuſione, tam ratione Prouinciarum in genere, & tranſitus de loco adlocum, quàm etiam ratione Conuentuū eiuſdem loci. Confuſio autem Prouinciarum in genere eſt omninò irrationabilis: Quia cum agatur de diuiſione Prouinciarum, non debent adiudicari Conuentus in vna Prouincia poſiti alteri Prouinciæ. Irà enim ſtatuunt, *Can. quicumque* 16. *ſub init. quæſt.* 3. & Conc. Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.* 9. *de refor.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 131. *num.* 3. alijque.

Et quia diuiſio Prouinciarum, vel intelligitur de Prouincijs ſæcularibus, quæ nationes conſtituunt, & vieiſſim ab illis ſeparantur; Vel ſaltem prouinciæ prò ratione Archiepiſcopatuum debent diſponi, vt proindè non poſſint Conuentus poſiti intra limites vnius Prouinciæ, & Archiepiſcopatus alteri aſſignari.

Idque præcipuè, ſi iam fuerint diſtinctæ Prouinciæ, & vnicuique traditum proprium ſigillum, quod eſt ſignum diſtinctæ iuriſdictionis, quæ ſine diſtrictu, non ſecus, ac forma ſine materia, conſiderari non poteſt, Gloſ. & Doctores *in cap.* 2. *de fid. inſtrum.*

Confuſio autem ratione tranſitus de loco ad locum pariter improbatur. Vt enim commodius membra ſubalterna cuiuſque Prouinciæ poſſint habere communicationem cum principali, & quaſi Metropolitano Conuentu, in quo Prouincialis reſidet, non debet fieri diuiſio per ſaltum, & interſectiones, ſed Conuentus contigui

 de-

debent cuique Prouinciæ aſſignari, alioquin diuiſio eſſet contrà æquitatem. *l. ad officium 3. C. comm. diuid. §. Si familiæ Inſtit. de Offic. Iudic.* & alibi.

Neque confuſio ratione Conuentuum eiuſdem loci poteſt ſuſtineri: Quia non ſolùm de iure in faciendis portionibus res in vno, eodemque loco ſitæ non pluribus, ſed vni tantum ſunt adiudicandæ. *l. hac edictali, C. de ſec. nup. l. ſi qua 7. C. de famil. hercisc.*

Non enim congruit, quod in vna, eademque Prouincia, imò in eadem Ciuitate reperiantur duo Conuentus eiuſdem Religionis pro Patribus diuerſæ nationis. Id enim repugnat cauſæ finali diuiſionis Prouinciarum, quæ eò tendit, vt duo Prouinciales poſſint ſuis Conuentibus vnitis, & magis contiguis facilius præeſſe illiſque inuigilare. Alioquin Regularis diſciplina euerteretur. Quia confuſis domibus oritur dubietas circa iuriſdictionem in Religioſos Nouitios vnius nationis, qui in aliena Prouincia, tanquam in ſua profeſſionem emittunt, agnita Prouinciarum diſtrictione, vix poſſunt ſe continere, quin ea de cauſa tentent à Religione egredi, ambitus occaſio præbetur iiſdem Religioſis, qui vltrà ſuos fines in aliena Prouincia Conuentus perſequuntur. Excitatur temporalium quæſtuum vſurpatio, diſcoli, & inobedientes habent quò refugiant, aliaque innumera naſcuntur abſurda, quæ cum fuerint conſiderata in caſu ſimili, Sac. Congr. ſuper Epiſc. & Regul. prohibuit Patribus Minimis Calabriæ, ne in Ciuitate Neapolitana Conuentum ædificarent in præiudicium Neapolitanorum.

Quomodo exceſſus ſæcularium Clericorum, & Regularium, degentium extra Monaſteria, ab Ordinario loci corrigenda ſint? Quæ requiratur in corrigendis exceſſibus? Et alia ad rem. Vide de Epiſcop. tom. 10. Conſul. 153. Item vide ſupra hoc eodem tractat.

Alia ad rem vide de Monialibus.

De Regularibus militibus vide de Equitibus.

CONSVLTATIO ADDITIONALIS.

An liceat amplius diſcutere quæſtionem de primæua Inſtitutione, ac ſucceſſione Ordinis Fratrum B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo à Prophetis Elia, & Eliſeo?

NEgatiuè omninò. Etenim ad tollenda ſcandala, & aſſidua iurgia, ac contentiones, quæ inter eoſdem Regulares ex hac cauſa oriebantur, meritò SS. D. N. INNOCENTIVS XII. ſua tam opportuna, quam præclara Conſtitutione, ſolito Paterno zelo, perpetuum impoſuit ſilentium, cuius ſeriem per extenſum hic ſubnectere me non piguit, vt ſequitur:

INNOCENTIVS, &c. *Redemptoris, ac Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ebaritas eſt, & Deus pacis, vices licèt immeriti gerentes in terris, Chriſtifidelium quorumcumque, potiſſimùm verò diuinis obſequijs ſub ſuaui religionis iuga mancipatorum, vberesque bonorum operum fructus adſpirante ſuperni fauoris aura proferre jugiter ſatagentium quieti, & religioſæ tranquillitati, ſublatis iurgijs, atque altercationibus, quæ fraternæ charitatis ſerenitatem obnubilare poſſent, quantùm Nobis ex alto conceditur, conſulere, commiſſaque Nobis à Domino poteſtatis partes deſuper interponere ſtudemus, ſicut omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis ſalubriter expedire in Domino arbitramur. Cùm itaque, ſicut non ſine graui animi noſtri moleſtia accepimus, ex acribus ſuper primæua inſtitutione Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, illiuſque ſucceſſione à Sanctis Prophetis Elia, & Eliſæo dudum enatis contentionibus magnum Chriſtifidelium ejuſmodi minus neceſſarias quæſtiones, vtpotè de rebus ad Fidei veritatem, ſeù morum diſciplinam minimè pertinentibus, præſertim inter Religioſos viros, quos vota ſua Altiſſimo in ſanctitate, & juſtitia, paceque fraterna reddere decet, ſummoperè improbantium, ſcandalum obuenerit, illudque, ob quamplures libros, ac libellos acerbiori ſtylo deſuper hinc inde conſcriptos in dies plurimùm augeatur. Hinc eſt, quòd Nos ex injuncto Nobis diuinitùs paſtoralis ſolicitudinis munere ſeriò conſiderantes, in quantam malorum ſegetem eiuſmodi diſſidiorum zizania ſuccreſcere poſſint, niſi prouidè ex agro Domini euellantur, ac proinde grauioribus perturbationibus; quæ præmiſſorum occaſione in dies oriri poſſent omnem anſam præcidere, & opportunum iam exortis remedium adhibere cupientes, habita ſuper iiſdem præmiſſis cum Venerabilibus Fratribus Noſtris S. R. E. Cardinalibus Concilij Tridentini Interpretibus, qui rem maturè diſcuſſerunt, diligenti deliberatione, de illorum conſilio, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſuper præfata quæſtione de primæua inſtitutione, ac ſucceſſione Ordinis ſupradicti à Prophetis Elia, & Eliſæo perpetuum ſilentium tenore præſentium imponimus; illudque à defenſoribus vtriuſq; ſententiæ, necnon ab omnibus, & quibuſcumque alijs cuiuslibet gradus, ſtatus, conditionis, Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti, etiam ſpecifica, & indiuidua mentione, & expreſſione digni, tam in ſcriptis, diſſertationibus, & libris inpoſterum typis edendis, quàm in publicis diſputationibus, ac theſibus, ſub excommunicationibus latæ ſententiæ pœna per contrafacientes ipſo facto incurrenda, perpetuò ſeruandum eſſe decernimus, & ordinamus. Præterea libros, theſes, ſeu ſcripta quæcumque contra eorumdem præſentium formam inpoſterum edenda motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, harum ſerie prohibemus ſub pœnis, & cenſuris, in regulis Indicis librorum prohibitorum contentis, illaque eò ipſo abſque alia declaratione pro expreſsè prohibitis haberi volumus, & mandamus.*

Non

Non intendimus tamen per ſilentij huiuſmodi impoſitionem vni, ſeu alteri ex dictis ſibi aduerſantibus ſententijs vllum maius pondus adiungere, ſed vtramque manere volumus in ſtatu, & terminis, quibus de præſenti reperitur, donec aliter Nobis, & Sedi Apoſtolicæ viſum fuerit determinare. Decernentes pariter eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſimè, & inuiolabiliter obſeruari; ſicque, & non aliter per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac eiuſdem S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, ac Sedis præfatæ Nuncios, alioſue quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros; ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, vbique iudicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, Ordinum, Congregationum, Societatum, & Inſtitutorum quorumcumque, alijſue quibuſuis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, illis, eorumque Superioribus, & perſonis quibuſuis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, in genere, vel in ſpecie, ſeu aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi prò illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, acſi de verbo ad verbum experimerentur, & inſererentur, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, eiſdem præſentibus prò expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi præfatis, vel aliis quibuslibet communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, vt præſentes litteræ in valuis Eccleſiæ Lateranenſis &c. Dat. Romæ apud Sanctã Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die xx. Nouembris M.DC.XCVIII. Pontificatus Noſtri Anno octauo.)

I. F. Cardinalis Albanus.

DE RESIDENTIA.

An Epiſcopus procedens contra Canonicum propter non reſidentiam circa priuationis pœnam, teneatur adhibere Coniudices? Vide de Capitulo tom 1. Conſul. 68.

An Commendatarius Monaſterij iam Regularis, cui annexa eſt cura animarum, teneatur ad reſidentiam, & per ſeipſum curam exercere?
tom. 1. Conſul. 86.

NEgatiue. Ità enim cum alijs ſepè, cum perſpicuè habetur ex tex. *in cap. 1. de capel. Monach. & in cap. 2. de ſtat. Monach.* cum aliis, vbi Gloſ., Abb. & cæteri Canoniſtæ: Quia cura Monaſt. iniuncta non incumbit perſonæ, ſed reſidet habitu penes Monaſterium, actualitas verò, ſeù exercitium penes Vicarium ſeù Capellanum. Clem. *In agro §. cæterum de ſtat. Monach.* Clem. *In ea S. præmiſſa verò de ſupplen. neglig. Prel.* Rot. *dec.* 153. *nu.* 3. *p.* 2. *recen.* Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ.* 6. *num.* 7. Vndè ſequitur, quod cura poſtea non fuerit penes Commendatarios. Commenda enim non mutat ſtatum. Samen. *de infirm. quæſt.* 13. Put. *dec.* 25. Et Commendatarij noſtri temporis retinent iura veri Titularis, illique in omnibus, & per omnia æquiparantur. Gomez *in reg. de infirm. q.* 11.

Atque hinc eſt, quod Commendatari ſunt immunes à concurſu, & capaces alterius beneficij incompatibilis ſeù Canonicatus, vt ſæpè declarauit Sac. Cong. Conc. præſertim in vna *Tudertina Prioratus S. Nicolai* die 5. Decemb. his verbis:

Sac. Congreg. Conc. re diligenter perpenſa, & ad S. D. N. relata, cenſuit, Prioratum S. Nicolai, vtpotè Regularem non ſubiacere Concurſui, licet ei immineat cura animarum perſonarum ſæcularium, & Clericis ſæcularibus commendarij conſueuerit.

Idem cenſuit ex voto Card. Manticæ in cauſa *Nucerina S. Benedicti* 17. Auguſti 1606.

Plenius id expreſſit in eadem *Tudertina Prioratus* 17. Auguſti 1647.

Sac. Cong. Conc. &c. maturè &c. vnanimi voto cenſuit, Sacerdotem Benignum de Oddis Priorem nuncupatum Eccleſiæ Parochialis S. Nicolai Ciuitatis Tudertinæ non teneri per ſeipſum curam animarum exercere, neque reſidere.

Sed longè plenius, ac vberius id declarauit in *Nucerina Terræ Gualdi* 106.

Sac. Cong. re benè inſpecta decreuit, & declarat, iſtum Commendatarium S. Benedicti non teneri ad reſidentiam, quamuis aliqui reſiderint ſed per alios huic muneri ſatisfacere poſſe: Nam cum ab initio in hoc Monaſterio reſiderint Monachi S. Benedicti, ſitque Monaſterium eiuſdem Ordinis, vt in facto fuit demonſtratum, clari iuris eſt, curam animarum

rum, dum ibi manebant Monachi, non incombuiſſe perſonis Monachorum, ſed Monaſterio.

Et luculenter in *Lauden.* Sac. *Cangreg. inhærens declarationibus alias editis, decreuit, conſtare de primaua ſtatu Regulari: Propterea Commendatarios Ordinis S. Benedicti non teneri ad reſidentiam, quamuis curam habeant animarum perſonarum ſæcularium, ſed huiuſmodi curam eſſe exercendam per Vicarium Presbyterum ab Ord. approbandum.*

Apertè etiam habetur in *Aquen. Cammendatarius S.* Io: *de Lanegio Oppidi Niceę, cui Prioratui imminet cura animarũ perſonarũ ſæcularium, ſupplicat declarari, an iu d. Priaratu, qui antequam cæpiſſet commendari fuit Regularis, teneatur eius Prior ad reſidentiam, vel nè?* Sac. Congreg. *re maturè perpenſa, cenſuit, Commendatarium d. Prioratus non teneri nec cogi poſſe ad reſidentiam, aut ad curam animarum eidem Priaratui incumbentem per ſeipſum exercere, ſed poſſe per Vicarium Presbyterum ſæcularem à ſe deputatum, & ab Ordinaria apprabatum muneri curæ ſatisfacere.*

Item in eadem *Nucerina Priaratus* die 14. Ianuar. 1634. Sac. *Coug. Canc. &c. ſecundum ea, quæ proponuntur cenſuit, Oratorem ad perſonalem reſidentiam non teneri, ſed poſſe per Presbyterum ſæcularem deputandum à ſe, & ab Ord. approbandum muneri Curæ præfatæ ſatisfacere.*

Concinit alia declaratio in eadem *Nucerina Prioratus,* vbi Sac. Congreg. die 7. Maij 1638. inhærens declarationibus alias editis, cenſuit; *Commendatarium Priorem S. Danati non teneri in eo reſidere quamuis ille curam habeat perſonarum ſæcularium, & alij illam exercuerint, & reſiderint, ſed hanc curam eſſe exercendam per Vicarium Presbyterum ſæcularem ab Ord. approbandum.*

Et in *Amalphitana de Spaccaſaſſis* 3. Maij 1642. *Sac. Congreg. re benè diſcuſſa, cenſuit, Commendatarium præfatum non teneri ad reſidentiam perſonalem, ſed ſatisfacere poſſe per Vicarium, attento ſtatu Regulari.*

Prout diſertè etiam dixit in vna *Firmana SS. Vincentij, & Anaſtaſij Amandulæ* 1642. Ac etiam in *Eugubina* Abundi *Terræ Pergula* 1647. Atq. hanc ſententiam ſequi ſemper per Sac. Cong. Conc. mihi benignè retulit inter eius Patres conſcriptos Eminentiſs. Card. Laurentius Imperialis, vir non modò familia, & honoribus Princeps, ſed etiã ſapientia, ingenio acri, & perſpicaci, incredibili ſtudio, ſumma vigilantia.

An Canonicus poſsit reſidere in Eccleſia Campeſtri ſuæ Colleg. vnita, vt in caſu poſito? tom. 1. Conſul. 312.

RESp. Concilium obſtare. Ità declarauit Sac. Cong. in vna *Vercellen.* 15. Octobr. 1644. *ad cap. 11. ſeſ. 24. de reſor.*

An Parochus duarum Eccleſiarum in eadem Ciuitate exiſtentiũ inſimul, æque principaliter vnitarum, poſſit ex diſpoſitiane Sac. Canc. reſidere in altera ex dictis Paroch. ſibi benè viſa? tom. 1. Conſul. 350.

AFfirmatiuè, ſi æquè principaliter, alias in digniori, vel frequentiori. Ità cenſuit Sac. Cong. in vna *Rhegien.* 17. April. 1649. *ad cap. 1. ſeſ. 23. de reſor.* Cap. *Extirpandæ §. qui verò,* ibiq. Abb. *num. 5. ac præb.* Gonzal. *gloſ. 6. nu.* 268. Quemadmodum contingit in Epiſcopis, qui ſi ſunt plurium Ciuitatum, ſeù locorum, ſemper in nobiliori Ciuitate, ac in frequentiori loco habitare coguntur. Cap. *Epiſcopi de* Bo. *cap. 1. de priuil. & exceſs. priuil.* Leo Papa 1. *ad Epiſc. Aphar. epiſ. 85. cap. 5.* Idque non ſolum in gratiam dignitatis Eccleſiæ, nè ſcilicet ob loci anguſtiam vileſcat. *cap. Epiſcopi, & cap. præcipimus 16. q. 1.* Verum etiam in fauorem animarum, ducto argumento à vulgari axiomate, quo cauetur, ſaltem plurium ſemper debere præferri.

An inſeruientes Principibus laicis dicantur reſidere? tom. 1. Conſul. 353.

NEgatiuè. Ità Sac. Cong. Conc. in vna *Vſſelen.* 17. April. 1649. *ad c. 12. ſeſ. 24. de reſ.*

An Archipreſb. Eccleſiæ Cathedralis, qui actualem curam animarum exercet, dicatur reſidere ad effectum perceptionis redditunm, ſi reſideat in ſuburbiis parum à Ciuitate diſtantibus? tom. 1. Conſul. 398.

NEgatiuè, ſi non ſint in finibus Parochiæ, ſeù intra limites, intra, vel extra Ciuitatem: Quia in Ciuitate tenetur reſidere. Ità Sac. Cong. Conc. in vna *Traguriẽn.* 23. Iul. 1650.

Ad quas pænas, & quamodo procedi poſſit contra Clericos beneficiatos nan reſidentes, præſertim ſi ad titulum ſuorum beneficiorum ſint ordinati? tom. 1. Conſul. 164. ac. vide etiam tom. 2. Conſul. 4.

EX diſpoſitione quidem Sac. Conc. Trid. *ſeſ. 24. cap. 12. verſ. abſens* contra Clericos ſęculares obtinentes beneficia in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis non inſeruientes Eccleſiis, durante eorum poſt duos annos contumacia, procedi poteſt ad priuationem beneficiorum. Et ità cenſuit eiuſdem Sac. Cong. in ſequenti declaratione, quæ habet plures alias concordantes;

Sacra &c. cenſuit, ſeribendum Epiſcopo Aſculano, vt contra Archidiacanum nan reſidentem adhibeat remedia Sacrorum Canonum, vltrà amiſſionem diſtributianum quatidianarum, primaq. anna abſentia priuandum eſſe dimidia parte fructuum ſuæ præbendæ, ſecundo anno priuandum eſſe amnibus fructibus, tertio verò anno, durante contumacia, & præcedente prius monitiane, priuari poſſe Archidiaconatu.

Monitio autem debet eſſe trina cum ſpatio ſex Menſium poſt vltimam contra abſentes, &

vnica

vnica, ſi fiat perſonaliter, iuxtà tex *in cap. ex tua* vbi Abb. *nu.* 10. *&* 13. *de Cler. non reſid.* Glos. *in cap. Quoniam frequens* §. *Porrò v. Canonicus, vt lit. non conteſt.* Sylua *de beneſic. p.* 1. *q.* 5. cum plutibus alijs, & ità declarauit eadē Sac. Cong. in vna *Mediolanen.* atque alibi, firmatq. Rot. *dec.* 12. *coram Mantica.*

An Epiſcopus poſſit eodem contextu, atq. vnico decreto mulctare Canonicum, qui per ferè tres annos abfuit à ſua Eccleſia, priuatione medietatis fructuum primi anni, integris fructibus ſecundi anni, & Canonicatu tertij anni? tom. 2. Conſul. 4. ac vide etiam tom. 1. Conſul. 164.

NEgatiuè. Primò quando lex præfigit tempus, qui non ſeruat tempus, nec etiam obſeruat legem. Bald. Salicet. Ias. & Surd. *dec.* 80. *num.* 8.

Deindè: quia non poteſt quiſquam creſcere in contumacia, iuxtà mentē Tridentini, niſi prius citetur. Mantic. *decis.* 206. *num.* 6.

Poſtremò: quia Sac. Concil. mandans eo caſu priuationem fructuum, ac beneficiorum, id agit propter contumaciam partis non opponentis, vel non deducentis cauſas ſuę abſentiæ. At in hac ſpecie Canonicus non poteſt dici contumax, cum Epiſcopus illum non citauerit prò primo, & ſecundo anno ad reſidendum, & per ſequens non accuſauerit contumaciam, quod facere debebat, vt illum conſtitueret in contumacia. *l. Properandum* §. *Et ſi quidem* Cod. *de Iudic.* quam ad hoc notat Bartol. *in l. Conſentaneum in fin. Cod. quomodò, & quandò Iudex,* & alibi. Angar: *conſ.* 97. *num.* 8. Rom. *conſ.* 454. *num.* 4. ac alij.

Et ità declarauit Sac. Cong. Conc. in vna *Aquipendij* die 9. Decemb. 1662. Nempè, non potuiſſe D. Epiſcopum eodem contextu, atque vnico decreto mulctare Archidiaconum eius Cathedralis, qui per ferè duos annos abfuerat à ſua Eccleſia, priuatione medietatis fructuum primi anni, & integris fructibus ſecundi anni; At quæres:

1. *An idem Epiſcopus ex integro poſſit ipſum Canonicum, nunc tandem reſidentem, mulctare ſaltem priuatione medietatis fructuum primi anni? Et quatenus negatiuè,*
2. *An poſſit illum ratione prænarratę longæ abſentiæ mulctare ſaltem alijs pœnis ad præſcriptum Sac. Canonum, vel etiam arbitrarijs?* tom. 2. Conſul. 5.

AD vtrumq. non poſſe reſpondetur: Quia requiritur citatio: Nam licet pæna priuationis fructuum, aut beneficij non ſit latæ ſententiæ, vt ipſo facto amittantur, tamen habet rationem latæ ſententiæ, quatenus non requiritur ad hanc priuationem fructuum monitio, ſed ſufficit citatio ad dicendum cauſam, quarę non debet priuari. Garz. *de beneſ. p.* 3. *cap.* 2. *nu.* 145. cum Sac. Congreg. cui ſubſcribitur P. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. p.* 2. *v. Reſidentia cap.* 3. *num.* 4. Atq. ità declarauit eadem Sac. Congreg. Conc. in eadem *Aquipendij* 17. Febr. 1663.

An pœna contentæ in Tridentino, & in Conſt. Pij IV. contra Epiſcopos non reſidentes, comprehendant quendam Epiſcopum Vicarium qui non dum adeptus eſt poſſeſſionem Epiſcopatus, vt in caſu poſito? Vide de Vicario tom. 3. Conſul. 22.

An, & quatenus abſenti cauſa litis debeantur fructus? Vide de Capitolo tom. 3. Conſul. 36.

An Clerici ſeù Presbyteri, qui nullum obtinent beneficium, vel officium, reſidere cogantur, vel ſaltem à Diæceſi non diſcedere, ſine licentia Ordinarij? Vbi etiam de eorum ſeruitio. tom. 3. Conſul. 56.

NEgatiuè: Nam ſi Clericus ratione beneficij ſimplicis non poteſt cogi ad reſidendum, propter generalem totius Orbis conſuetudinem, de qua Glos. *in cap. Cum omnes de Conſtit. & in cap. Dudum* 2. *de elect.* Alex. *conſ.* 1. *vol.* 7. Felin. *in cap. Dilectus* 2. *col.* 1. *de reſcrip.* alijq. communiter, & Garz. *p.* 3. *cap.* 2. *num.* 4. *& ſeqq. ſignatè num.* 9. vbi ait ſic fuiſſe deciſum à Sac. Congreg. aſſerente, Epiſcopum non poſſe cogere obtinentes beneficia ſimplicia aliquod perſonale ſeruitium ſuis beneficiis impendere, cum ex antiquiſſima totius Eccleſiæ conſuetudine, non niſi ad Officium recitandum teneantur. Nec item fuit mens Pij V. in Bulla de reſidentia, edita 8. Iul. 1568. incip. *Cupientes*, cogere habentes beneficia ſimplicia in eis reſidere. Ergò multò minus, quando non obtinet beneficium. Item quia in Eccleſijs non Curatis Clerici non poſſunt prohiberi, nè quò velint, pergant. Card. *in cap. ſuper inordinata de præb.* Lap. *alleg.* 5. *num.* 8.

Atque ità cenſuit Sac. Congreg. Conc. die 21. Iannar. 1574. *ad ſeſ.* 6. *cap.* 8. *de refor.* cum hac tamen limitatione, niſi talis Clericus ſit adſcriptus alicui Eccleſiæ, in qua ſe exerceat, vel habeat beneficium requirens perſonale ſeruitium, *ex ſeſ.* 23. *cap.* 6. aut aliter Statuto loci ab immemorabili tempore prohibeatur. Idem cenſuit ex Sac. Cong. Epiſc. in *Senogallien.* 19. Auguſti 1579. In *Ciuitate Ducali* 6. Septemb. 1593. In *Oſtun.* 20. Ian. 1616. Et in ead. Sac. Cong. Conc. in *Tarracinen.* 19. Febr. 1628. Et in *Ariminem.* cuius verba ſunt iſta: *Clericus, qui certo loco non eſt adſcriptus ab Epiſcopo ſuo inuitus retineri non poteſt, nè à ſua Diæceſi recedat, & alibi Parochialem accipiat, adſcriptus verò retineri poteſt inuitus. die* 5. *Decemb.* 1579.

Limita etiam, quando neceſſaria eſſet perſona Clerici abſentis ad vtilitatem alicuius Eccleſię in Diæceſi. Quo caſu aſſignari debet illi congrua ſuſtentatio. Et ità Sac. Cong. Epiſcopo

Contre-

Contronenſi die 19. Octob. 1592. & ſæpè alibi. Tunc enim non ſolum poteſt Epiſcopus ei denegare dimiſſorias, ſed etiam illum cogere ad redeundum per ſequeſtrationem patrimonij, ex eadem Sacra Congregatione Epiſc. locis alleg.

Limita 2. quando extaret contraria conſuetudo à Sac. Congregatione approbanda, vt in hac declaratione.

Sacra &c. prauia matura diſcuſſione, & vtraq. parte informante, cenſuit, ſeruandam eſſe ex cauſis deductis conſuetudinem ab hac Sac. Congreg. approbatam, vt Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, & alij Clerici, etiam non habentes beneficia, & officia, accedant ad proceſſiones publicas, inſeruiant Eccleſiæ feſtis diebus, dum Miſſa cantata celebratur, & interueniant Tranibus, & Congregationibus caſuum conſcientiæ, & Ceremoniarum. Die. 6. Iul. 1647.

Hinc huiuſmodi limitationibus ſaluis, licet Clerici habeant beneficium ſimplex, poſſunt tamen Ordinarij eos hortari, non cogere ad frequentandam Eccleſiam, & Chorum, niſi aliundè eſſent obligati, puta ex fundatione, vel conſuetudine. Quamobrem Sac, Cong. Epiſc, Edictum *Epiſcopi*, quod Clerici deſeruirent omnibus Miſſis Cathedralis ſuſpendit in vna *Fundana* die 18. Septemb. 1684. Multóque minus prohibere poteſt eis ſub pena ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda, nè exeant è loco ſine licentia, Eadem Sac. Cong. 28. Nouemb, 1603.

Quod etiam reſcripſit eadem Sac. Cong. Epiſcopo *Puteulana*. *Si è trattato nella Sag. Congregatione dell' iſtanze, che fanno molti Sacerdoti di Puzzuolo, per non eſſer aſtretti da V.S. à ſeruir nella Chieſa Cathedrale, nella quale dicono di non hauer beneficio alcuno, e di potere anco partirſi da Pozzuolo, e della Dioceſe, oue non hanno beneficio curato, ne di reſidenza, eſſendoſi, anche conſiderate le riſpoſte di V.S. ſi è riſoluto di ſcriuerle, che ella non può sforzar queſti Sacerdoti à ſeruire contro à lor voglia in detta Chieſa, e molto meno à portarli la coda, ne anche conuiene di negar loro indiſtintamente la licenza di vſcir dalla Dioceſe, quando non hanno obligo di reſidenza: E però ſarà bene, che ella veda con buon modo di riacquiſtargli, e dar loro qualche ſodisfatione, acciò che non habbino occaſione di volerſi partire, e procurando loro qualche emolumento, affine ſeruano in detta Catedrale, come ella deſidera. E Iddio la conſerui, Di Roma adì 2. Ottobre 1606.*

Et iterum Vicario Capitulari *Puteulano: Si duole coteſto Clero, che non oſtante l'ordine di queſta Sag. Congregatione dato in fin dall' anno 1606. ſotto à 2. d'Ottobre, che cot. Ord. non habbia da sforzare que' Sacerdoti, ò Chierici, che non hanno alcun beneficio, à ſeruire alla Chieſa Catedrale, ne conuenga di negar loro la licenza di andar fuori di Dioceſe, quando non tengono obligo di reſidenza, hora ſi pretende da voi di far l'uno, e l'altra; Onde queſti Eminentiſſimi miei Signori mi hanno comandato di ſcriuerui, che ſenza innouar coſa alcuna in queſto propoſito, vi contentiate omninamente dell' eſſecutione della lettera ſudetta. Eſeguite, e ſtate ſano. Di Roma à 15. di Nouembre del 1652.*

Ij iam, qui ſunt adſcripti ſeruitio alicuius Eccleſiæ in ſua ordinatione, poſſunt ad eidem inſeruiendum cogi, maximè verò feſtis diebus. Quod ſi ſeruire recuſent, priuilegio fori priuati declarandi ſunt. Qui verò non ſunt adſcripti, debent adſcribi ſecundum neceſſitatem Eccleſiarum, & cuiuſque ſatisfactionem. Et ſi recuſent, debent, vt ſupra declarari. Si tamen ſunt pauperes, ſufficit quod ſeruiant diebus feſtis. Ità Sac. Cong. Epiſc. in *Monopolitana* 24. Octob. 1589. Non ſeruientes autem, poſt debitas monitiones priuati debent habitu, & priuilegio Clericali, vt cenſuit. Sac. Cong. Epiſc. in *Cathacen.* 3. Auguſti 1592. & in *Caietana* 22. Ian, 1569. ex Conc, Trid. *ſeſ.* 23. *cap.* 6. hoc eſt amittunt dumtaxat priuilegium fori ex Sac Cong. apud Dian. *p.* 1. *tr.* 2. *reſol.* 36. Quod ſi ter moniti à ſuo Prælato, habitum Clericalem non deferant, amittunt etiam priuilegium Canonis; ità vt percuti poſſint ſine excommunicatione. Cap. *In audientia* 25. *& cap. Contigit* 15. *de ſent. excom.* Si verò priuati pæniteant, & ſeruire velint, redintegrari debent, Eadem Sac. Congreg. in *Vritana* 3. Iul. 1590. Non tamen approbatur pœna pecuniaria contra ſimplices Clericos, qui etiam in feſtis omittunt inſeruire, eadem Sac. Cong. in *Caietana* 18. Febr. 1596. & 18. eiuſdem 1656. Nec prò pecunia eximi debent à ſeruitio, eadem Sac. Cong. in *Cathacen.* 3. Febr. 1640. & 16. Aug. 1641.

Sac. verò Cong. Conc. Trid. cenſuit, eos, qui ordinantur ob neceſſitatem Eccleſiæ, cui adſcribuntur *ex cap.* 16. *ſeſ.* 23. licet ex tali deſcriptione non acquirant ius ad participandas deſtributiones; æquum tamen eſſe ex ipſo Eccleſiæ ſeruitio ſtipendium aliquod mereri, Ità in vna *Bellunenſi*: Quare fuit conceſſum Epiſcopo *Cathacenſi* die 7. Iun. 1636. vt detrahere poſſet ſeptem grana quolibet Menſe ex immunitatibus cuiuſque Clerici, & ex ijs ſtipendium conſtituere Clericis ſeruientibus. Non enim gratis ſeruire cogendi ſunt, nè illi quidem Eccleſiæ, cui adſcripti ſunt, Sac. Cong. Epiſc. 4. Maij 1619.

Hoc Igitur ſtipendio conſtituto poterunt cogi iuxtà ſequens decretum:

Die 13. *Ianuar.* 1634. *Sac. Cong. Conc. reſpondit, Epiſcopum aliquo emolumento, ſeù ſtipendio iuxtà qualitatem loci, & Eccleſia conſtituto, poſſe Clericum ad perſonale ſeruitium ipſi Eccleſia præſtandum compellere.*

Et die 23. Auguſti 1631. in vna, *Naxien Sacra &c. Si Sacerdotes ad ſeruitium Eccleſia Cathedralis, ſeù Metropolitanæ in ipſa Ordinum ſuſceptione adſcripti vigore decreti prædefunctorum Archiepiſcoporum hactenus executioni demandati, eidem Eccleſiæ ſeruitium præſtare conſueuerint, nec non*

patrimo-

patrimonia, ad quorum titulum ſunt ordinati, vnà cum redditibus extraordinarijs, qui ex ipſa Eccleſia præcipiuntur, ad honeſtam ipſorum ſuſtentationem ſint ſufficientia, poſſe vtique à ſuo Archiepiſcopo compelli ad præſtandum ſeruitium, quod eiuſmodi Eccleſiæ neceſſitas, vel vtilitas requirit.

Item ſi patrimonium illorum vnà cum ſupradictis redditibus extraordinarijs Eccleſiæ ſit ad victum ſufficiens, & Epiſcopus alias ſolemniter celebrare non poſſit, vtique ad ità inſeruiendum cogi poſſe reſpondit eadem Sac. Congreg. in d. *Naxien. ad 3. dub.*

Ad proceſſiones verò non tenentur, niſi obtinentes beneficia, vel officia Eccleſiaſtica, iuxtà opinionem Archid. & Doctor. in cap. *Quando d. 36.* & Sac. Cong. Conc. in vna *Canen.* anno 1592. his verbis:

Cong. Conc. cenſuit, Epiſcopum poſſe compellere Canonicos, & alios Presbyteros beneficia, & alia officia Eccleſiaſtica obtinentes, vt accedant ad omnes, & quaſcumque Proceſſiones publicas, vel indictas prò honore, vel bono publico.

Prò corroboratione autem eorum, quæ dicta ſunt, & contra præcepta Epiſcoporum de accedendo ad Chorum, ſaltem Cathedralis, quando ipſi pontificaliter functiones faciunt, aduertendum eſt primò, quòd ſi non conſtet de adſcriptione ad ſeruitium Cathedralis, quæ fieri debet tempore collati Ordinis, illa fieri amplius non poteſt, ex declaratione Sac. Cong. in impreſſis *ad cap. 16. ſeſſ. 23. de reform. num. 1.* & apud Garz. *de benefic. par. 1. cap. 5. num. 101.*

Secundò, Quod Conc. *d. cap. 16.* renouans vſum adſcribendi, non intendit onus ſeruitutis imponere, ſed aſſignare tantum certam Eccleſiam, vbi quiſque ordinatus fungatur muneribus ſui Ordinis, neuè diceatur incertis ſedibus vagari.

Tertiò, Quòd ſi ex Concilio adſcriptio ſit ad finem exercendi functiones cuiuſque Ordinis, antequam dentur alij ſuperiores Ordines, talis obligatio ceſſat in Sacerdotibus, qui ſuperiorem Ordinem non expectant. Et hos cogere nequeunt Epiſcopi; quia non habent officium, vel beneficium; Vndè neque cogi poſſunt tempore functionum Pontificalium: quia tunc deſeruire debent tantùm Canonici, ex diſpoſitione Conc. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.* & ex forma Cæremonialis.

Quintò, Quod propter reſpectum non imponendi noua onera, quæ Sac. Cong. Conc. improbanit etiam habentibus beneficia, præter impoſita ex lege fundationis, vel ex conſuetudine, ve in declarationibus generalibus, his verbis:

Sacra &c. ſæpius cenſuit, Epiſcopum non poſſe nouum onus beneficio imponere, ſed tantum curare debere, vt ſi quod illi ex lege fundationis, aut ex legitima conſuetudine incumbit, exactè adimpleatur.

In Bitecten. *die 7. Mart. Sac. Cong. reſpondit, noua onera non poſſe ab Epiſcopo imponi beneficio authoritate Ordinaria.*

Eadem Sac. Cong. cum debita diſcretione procedendo, non grauauit accedere ad ſolemnes Proceſſiones, in quibus cum maiori pompa Eccleſiaſtica incedit, Clericos ratione adſcriptionis, ſed tantum habentes officium, vel beneficium, vt in impreſſis *ad cap. 13. ſeſſ. 25. de regul. num. 6.* & in alijs, tam Congreg. Concil. quàm Epiſc. ac Rit. per hæc verba:

Petitum fuit nomine Epiſc. N. an Presbyteri, & Clerici omnes cogi poſſint ſub pœna accedere ad proceſſiones? Die 16. April. 1636. Sac. Cong. Conc. cenſuit, non poſſe cogi, niſi habeant beneficium, aut officium.

Multò minus cauſa eſt illos grauandi Choro inſeruiendi, occaſione Pontificalium functionum.

Sextò, Quod tantum abeſt, Concilium intellexiſſe grauare huiuſmodi Clericos ad ſeruitium Eccleſiæ, cui adſcripti ſunt ſine vllo præmio, vt in *cap. 17. eiuſd. ſeſſ.* diſpoſuerit, quod etiam in caſibus exercendi functiones proprij Ordinis, aſſignetur aliquod ſtipendium.

Placet denique adſcribere verba Sac. Cong. Epiſc. & Regul. videlicet.

Cum alias ſub die 20 Nouemb. proximi præteriti Sac. Cong. &c. in quadam differentia inter R. Archiepiſcopum Raguſinum, & Confraternitatem Sacerdotum eius Ciuitatis decreuerit, vt infrà Sac. Cong. auditis, quæ nomine R. Archiepiſcopi Raguſini, & Confraternitatis Sacerdotum eiuſdem Ciuitatis propoſita fuerunt occaſione quorundam decretorum alias ab eadem Sac. Congreg. ſub Datum Romæ 2. Octob. 1595. editorum, & viſis &c. & facta relatione per Illuſtriſſim. D. Card. Burghe ſium &c. cenſuit, & decreuit, prædicta decreta moderanda, & declaranda eſſe hoc, qui ſequitur, modò, videlicet, Congregationes huiuſmodi earundem Sacerdotum fieri debere in ſolito Archiepiſcopali Palatio, ſed Archiepiſcopum, ſeu eius Vicarium non poſſe, niſi prò dirimendis, & ſedandis diſcordijs eidem Congregationi intereſſe. Numerum verò Manſionariorum alias ad decem reductum, & decretum ſuper hoc factum eſſe approbandum, & confirmandum, ipſos tamen Sacerdotes, & Clericos Confraternitatis, ſeu Conſortij cogi non debere, vt teneantur intereſſe diuinis Officijs, ſed placet, vt Archiepiſcopus eos hortetur, vt illis interſint, ſaltem ſolemnioribus diebus feſtis. Cæteris in primis ante dictis decretis firmis remanentibus. Et ità exequi mandauit die 20. Nouembris 1601.

An, & quo iure, quibus pœnis, & quatenus Epiſcopi teneantur perſonaliter reſidere in ſuis Eccleſijs, præſertim tempore peſtis? Et quid de Parochis peſtis etiam tempore? tom. 4. Conſult. 17.
Item circà reſidentiam Parochi, vide etiam omninò fusè to. 7. Conſul. 4. ferè per totam hoc met trac.

Vrbanus VIII. anno 1634. die 12. Decembr Conſtitutionem edidit, qua ſanxit, vt Epiſcopi, & iis maiores Prælati, etiam S. R. E. Cardinales reſidere teneantur, neque à loco reſidentiæ diſcedere, niſi prius obtenta licentia à Pa-

à Papa per Breue, vel litteras miſſiuas, alias incurrant ipſo facto abſque vlla declaratione, pęnam interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, & faeulratis reſtandi, ſeù diſponendi de bonis ſuis à Sede Apoſtolica conceſſæ. Item, vt deinceps promoti ad Cathedrales à die promotionis teneantur intra vnum Menſem morantes in Curia Romana, & intra duos morantes in Italia, & intra quatuor morantes extra Italiam ſe itineri committere, & ad reſidentiam ſe conferre, & indè non diſcedere, vt ſupra ſub pœnis eiſdem latæ ſententiæ. Et ampliat, vt Cardinales titulos Epiſcopales ſuburbicales habentes teneantur reſidere in alio Epiſcopatu, ſi quem alii habeant ſub eiſdem pęnis. Item, vt ex nulla cauſa abſentiæ exeuſentur, quantumuis graui, & bonum publicum reſpiciente, ſed ſolum cauſa Synodi, vel aſſembleæ, cui ſoleant intereſſe, & eatione officij eorum Epiſcopatui adiuncti. Sed ob cauſam viſitandi limina Apoſtolorum limitauie abſentiæ tempus, ſcilicet prò Epiſcopis exiſtentibus intra Montes. & Mare quatuoe Menſium, vltrà Montes, & Mare ſeptem Menſium. Præterea idem Sum. Pontif, viuæ vocis oraculo declarauir, non eſſe per hanc Conſtitutionem interdictam abſentiam ad modicum tempus, ideſt trium Menſium à Sac Conc. Trid. conceſſum,

Epiſcopi verò non reſidentes priuantur multis commodis, vt gratiæ alternatiuæ ſuper prouiſione beneficiorum, de qua re eſt *reg. 9. Cancell.* & alijs facultatibus ſępè conceſſis à Conc. Trid. & alibi in iure Epiſcopis reſidentibus.

His prælibatis, reſidentia Epiſcoporum in ſuis Eccleſijs eſt de iure Diuino. Ità Caietan. 2. 2. *quæſt.* 185. *ar.* 5. *& in ſum. v. beneficium.* Driedo *de libert. Eccleſ. pag.* 204. Gig. *de reſid. Epiſc. in princ. num.* 2. *& cap.* 2, *num.* 2. Leſs. *lib. de inſtit. cap.* 34. *dub.* 29. *num.* 153. ac alij innumeri.

Idemque colligitur ex Conſt. Pij IV. Incip. *In Suprema* edita Romæ 7. kal. Decemb. 1564. eſtque 90. in ordine, vbi habetur, Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Parochos, alioſque beneficiatos non reſidentes apud Eccleſias ſuas ſacroſancta ſpiritualis Matrimonij inter eos, ſuoſque Eccleſias ſolemniter contracti iura confundere in perditionem animarum ſuarum, & ſubditorum ſuorum, ac pernicioſum exemplum, & ſcandalum plurimorum.

Idem colligitur ex multis Sacris Canonibus Sacræ Scripturæ locis, & alijs paſſim.

Hæc autem Epiſcopi reſidentia fieri debet in Ciuitate, vbi Cathedralis Eccleſia exiſtit, ſicut D. Greg. loquens de Primenio Epiſcopo Ciuitatis Amalphitanæ, qui in ſua Eccleſia reſidere non erat contentus, reſcripſit Anthemio Subdiacono *lib.* 3. *Epiſt.* 23. relata in cap. *Peruenit cauſ.* 7. *quæſt.* 1. Quare Card. Turrecrem. in hunc locum *ante num.* 1. & Gigas *d. tr. de reſid. cap.* 3. *num.* 12. dixerunt, vituperabile nimium eſſe in Epiſcopo non reſidere in ſua Eccleſia, ac leuitatis, & inſolentiæ illius curam deſerere, & per alia loca vagari. & ex hac ratione Concil. Carthaginenſe 4. *cap.* 15. *repetitum in cap. Epiſc.* 7. *d.* 41. monuit Epiſcopum, vt hoſpitium ab Eccleſia non longè habeat. Ex vtroque autem Gloſſa *vn. in cap. Epiſcopus* 4. *de conſecr. d.* 3. aeguit, quod Epiſcopus Dominicis diebus in Epiſcopali Eccleſia diuinis officijs debet intereſſe, in qua Sacerdotali more præcipitur reſidere, & quod cogendus ſit cum Clericis ſuis apud Eccleſiam ſuam communiter habitare.

Multò minus ergò licebit Epiſcopo, peſte imminente, deſerere reſidentiam in Ciuitate penes ſuam Cathedralem, & alium ſuæ Diæceſis locum eius viſitandæ gratia commigrare, cum à pluribus receptum ſit, Epiſcopum tempore peſtis teneri, etiam cum periculo ſuæ vitæ reſidere, nec poſſit abſque læthali culpa fugere, & oues ſibi commiſſas deſerere. Hoc enim boni Paſtoris munus eſt. Nam ſicut habetur, Io: 10. *Bonus Paſtor animam ſuam dat prò ouibus ſuis, Mercenarius autem &c. cuius non ſunt oues propria, vidit Lupum venientem, & dimittit oues, & fugit &c. quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus.* Iſque talis appellatur à Diuo Greg. *hom.* 14.

Sicque in ſpecie tradunt Rutil. Benzon. *in Specul. Epiſc. in tr. de fug. temp. peſt. lib.* 1. *diſp.* 1. *concl.* 4. & Marchin. *de bell. diuin p.* 1. *cap.* 2. *per tot.* vbi compLures, tum ex Theologis, tum ex Canoniſtis ponderant *n.* 3. duplici labe maculari Paſtores ſuam reſidentiam deſerentes tempore peſtis. Alterà quidem contrà charitatem, præponendo propriam vitam corporalem ſaluti animarum ſibi commiſſarum. Altera contrà iuſtitiam, cum pro reſidentia, ac ouium cura recipiant decimas, alioſque redditus, & prouentus Eccleſiaſticos, tanquam iuſta ſui laboris ſtipendia.

Quibus accedit, quòd ſi in loco reſidentiæ Epiſcopalis deficerent omnes Parochi, qui debent peſtæ affectis adminiſtrare Sacramenta, ſaltem Baptiſmi, & Pœnitentiæ neceſſaria ad ſalutem, ipſe Epiſcopus, qui eſt Parochus vniuerſalis omnium exiſtentium in ſua Diœceſi, cum tota ſit eius Parochia, tenetur illa per ſeipſum miniſtrare, ſicut ex D. Tho. & alijs in ſpecie tradit Genuen. *d. cap. num.* 4.

Hinc cum quæreretur in Sac. Congr. Conc. An Parochi teneantur reſidere, ac Sacramenta miniſtrare, etiam tempore peſtis, & cum periculo vitæ? Sac. Cong. die 23. Septemb. 1576. cenſuit, ſcribendas litteras ad Cardinalem S. Praxedis in hanc formam:

Parochi tempore peſtis tenentur omninò reſidere in ſuis Eccleſiis Parochialibus, & ſi non reſideant, agendum contrà eos ex decreto Conc. cap. 1. *ſeſſ.* 23. *ſeruata forma ibi præſcripta. Miniſtrent verò omninò Parochianis peſte infectis Sacramenta Baptiſmi, & Pęnitentiæ per alios, idque prò commoditate parochianorum, qui ſi ſani eſſent, quippè veriſimiliter*

con-

conuerſari nollent cum Parochis peſte infectos à eunctis.

Sanctiſs. Die 18.Decemb.eiuſdem anni dixit, *Decretum factum in Parochis, multò magis debere procedere in Epiſcopis, qui magis obligati ſunt; Poſſe tamen Epiſcopos in locis tutioribus manere, & indè prouidere.*

Idem conceſſum Epiſcopis ptoptet aeris intemperiem, & damnatorum, telegatorumque inuerſiones, atque impetum, vt ex ſubiectis declarationibus. In *Marſicana* 1591. Epiſcopus Marſicanus, cum propter Banditorum incurſiones tutò in Cinitate habitare non poſſet, contulit ſe ad Oppidum Celani intra Diœceſim ſitum, vbi moram traxit per aliqnot Menſes. Interim caſus euenit, quod Canonici quidam Cathedralis Eccleſiæ propter certum crimen citati fuerunt ad comparendum coram Epiſcopo in d. Oppido Celani. Qui cum reſpondiſſent, quod non tenebantur comparere extra Ciuitatem, recurſum habuerunt ad Sac. Congr. Epiſc., quę tenuit prò Epiſcopo, cum ſit in caſu, quo ſe recepit in Oppidum prædictum, non vt perpetuò, vel ad longum tempus permaneat, ſed vt tutius ſit ab inuaſionibus Bannitorum, ex cap. *cum Epiſcopus de offic. Ord. in 6.* & ibi Gemin. *n.* 2. Franc. *not.* 1. ac alij; Vndè non priuatur facultaribus ſibi à iure conceſſis, neque incurrit pęnas non reſidentis Epiſcopus, ſi reſideat propè Diœceſim in loco non diſtanti vltrà vnum milliare, cum nullum præiudicium officio, & animarum neceſſiratibus infetatur, parum enim diſtans moraliter eſt præſens. *l. prò locii l. mediterraneæ C. de an. & trib. lib.* 10. Garz. *p.* 3. *cap.* 2. *n.* 179. vbi refert declarationes Sac. Congr., quæ licet loquantur de Parocho, multò tamen magis procedunt in Epiſcopo, cum ipſius ſeruitium non ſit tam frequens, & immediatum curæ animarum.

Eadem Sac. Congr. Epiſc. in vna *Tarracinenſi* 18. Decemb. 1601. cenſuit, Epiſcopum admitti non debere ad permutandum propter aeris intemperiem, dum in Diœceſi adeſt aliquis locus puri aeris, poteſt enim reſidere in qualibet parte ſuæ Diœceſis, modò vadat ad Cathedralem temporibus præſcripris à Sac. Conc. *ea ſeſ.* 25. *cap.* 1. nec remoueat Vicarium, & Tribunal à Ciuitate, vt declarauit in *Brugnatenſi* 28. Ianuar. 1603. & 22. Febr. 1647. & 7. Iul. 1649. Et *Montis alti* 3. Octobr. 1611.

Et in Sac. Congr. rerum Conſiſtorialium, propoſito dubio an eſſet admittenda ceſſio Eccleſiæ Balneoregenſis, quam in manibus SS. facere intendit Carolus Azzolinus illius Epiſcopus, eò quod Cęlum tam Ciuitatis, quam Diœceſis Balneoregenſis, vt teſtes deponunt, adeò ſit graue, vt ſui Corporis conſtitutioni contrarium ſit, vt morbum penè exitialem, nulla remedia ex illa aeris intemperie admittentem, hactenus paſſus, nuper ab alio Cęlo valetudini redditus, ad ſuam Eccleſiam redire, niſi cum certo periculo, non poteſt. Die 11. Iul. 1652. Sac. Congr. cenſuit, ſi Sanctiſſimus annuat, ceſſionem eſſe admittendam, ſecus, ſi in Diœceſi locum aliquem habeat boni aeris: Quia Epiſcopus in qualibet parte Diœceſis reſidere poteſt.

Qnare Sac. Congr. Conc. die 28. Martt. 1615. reſpondit, licere Epiſcopo Feretrano reſidere in Abbatia S. Anaſtaſij, ſita in medio ſuæ Diœceſis, ibique tribunal habere, dum tamen à Cathedrali non abſit temporibus à Concilio præſcriptis.

At quod dicitur de tribunali eſt caſus particularis: quia regulariter Epiſcopus non debet remouere Vicarium, & tribunal à Ciuitate, licet ipſe alibi in Diœceſi reſideat, de qua re nos alibi. Eademque Sac. Congr. die 3. Septemb. 1622. in *Caſſanenſi* cenſuit, Epiſcopum ſi non accedat ad Cathedralem temporibus à Conc. præſcriptis, licet malè faciat, non tamen incidere in priuationem fructuum impoſitam à Conc. contra non reſidentes. At de hac re vide *tom.* 7. *Conſul.* 64. *per tot.*

Quod autem ad Parachos, præter ſuperius dicta, addendum monet Fagnan. *in cap. non licet de præb. à n.* 41. eos contumaces, non ideò ſtatim priuandos eſſe, ſed præmiſſo edicto, ſeù monitione, contra illos procedendum, prout Conc. mandat *d. ſeſ.* 23. *cap.* 1. nempè prius per cenſuras, ſecundò per ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum, deindè ſi hæc remedia non proſunt, poſſe per priuationem. Sed agendum prius bonis verbis, & piis cohortationibus, & admonitionibus. Amplius, quia Theologi aliqui diſſentiunt, vt Tabiena, Armilla, & Canoniſtæ etiam *in cap. fin. de Cler. non reſid.* & Barbat. *conſ.* 87. *n.* 2. dum dicunt, ſi Parochi excuſantur propter inimicitias capitales, ità etiam excuſari debent propter peſtem, & quia ſani fugerent Parochos, & quia Parochi omnes morerentur, ideò cenſuere omnes ab Archiepiſcopo Card. Mediolan., qui tunc temporis erat Diu. Carolus, temperamentum aliquod adhibendum, & ſua prudentia, vel vt non omnes Parochos cogeret, ſed aliquot, partiendo opus, vel deputaret aliquos ſacerdotes, etiam non Parochos, voluntarios tamen, etiam mercede conſtituta, qui Sacramenta præſtene ægrotis, prout alias Romæ dicitur factum, & prout Card. Senonenſis reſtatus eſt inoleuiſſe laudabilem conſuetudinem, vt Principes, Magiſtratus, & Ciuitates prouideant de Miniſtris Sacramentorum, & Clero, etiam conducendo eos mercede ex fiſco, & ærario collectis, etiam à Clero exactis.

Itaque propterea Parochus poteſt fugere à perſecutoribus, & inimicis: quia non deſunt alii à periculo immunes, & per quos animarum ſalus tuta eſſe poſſit. At non poteſt fugere à loco peſtilenti: quia cum periculum omnibus ſit commune, nec ſint alii, qui tutò poſſint gregi aſſiſtere, non illi, ad quos non pertinet de

ouibus, ſed Paſtor ipſe prò ouibus ſuis debet animam ſuam ponere. Can. *tres perſonas* 23. *q.* 4. ideſt mortem ſubire, vt ſentit D. Tho. *loc. cit.* quem ità explicat Sot. *lib.* 10. *de iuſt. q.* 3. *ar.* 4. ſicut verus, & optimus Paſtor illam poſuit, & factus eſt obediens vſque ad mortem, & ità exemplum dedit Sacerdotibus ſuis, vt quemadmodum ipſe fecit, ità & ipſi facerent. Cap. *ſignificaſti de elect.* Fagnan. *loc. cit. n.* 48. *et ſeqq.*

Ac tandem de reſidentia Parochi vide latè *de Vicario tom.* 7. *Conſul.* 4.

An Dignitates in Cathedralibus eximantur ab aſſidua reſidentia vltrà tres Menſes?
tom. 4. Conſul. 131.

NEgatiuè per clariſſimam diſpoſitionem Sac. Conc. Trid. *ſeſ.* 24. *cap.* 12. §. *Praterea de refor.* idque non obſtante quacumque conſuetudine, etiam immemorabili, vt ex declarationibus impreſſis apud Barboſ. *de Can. et Dign. cap.* 23. *n.* 1. *et* 2.

Atque ità quidem, quod illis non ſuffragetur antiqua Conſtitutio ſuarum Eccleſiarum de tempore animi relaxationis quatuor Menſium, quam, ſtante confirmatione Apoſtolica, non fuiſſe à Conc. ſublatam, reſoluit illius Sac. Congr. ex ſententia Greg. XIII. per hæc verba.

Ioanne de Ribera Archiepiſcopo Valentino dubitante de ſolatio quatuor menſium, quod Canonici reſidentes quolibet anno percipere ſoliti erant, propterea Tridentina Synodus vbi ius Eccleſiarum ſolatium Canonicorum ad tres dumtaxat menſes reduxit. Canonici ad Sedem Apoſtolicam recurrentes ante Sac. Congr. Card. Conc. Interpr. libellum propoſuerant, per quem rationibus, atque allegationibus de iure probarunt, ipſos præfato quatuor menſium ſolatio liberè frui, atque gaudere poſſe, ex eo potiſſimum, quod decretum Conc. cap. 12. *ſeſ.* 24. *de refor. derogat ſtatutis, & conſuetudinibus, non tamen iuratis, & confirmatis, quale eſt ſtatutum Canonicorum iuratum, & per Apoſtolicam Sedem confirmatum. Vndè prædicta Congregatione referente d. libellum coram S. D. N. Papa Greg. XIII. Sanctitas ſua, ſtatutum illud non fuiſſe ſublatum à decreta Conc., ſed obſeruari debere declarauit, prout Reuerendiſſimus D. Philippus Buoncompagnus Cardin. S. Sixti viua vocis oraculo ſibi facto de eiuſmodi expreſſa mente, ſententiaque Pontificis, litteras vna cum libello ad d. Reuerendiſſimum D. Archiepiſcopum dedit tenoris ſequentis:*

Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Domine. Cum libellus hic Canonicorum Eccleſia Valentina propoſitus eſſet in Sac. Congr. Card. Conc. Interpr., & deindè ad S. D. N. relatus, Sanctitas ſua declarauit, ſtatutum illud, quo permiſſum eſt Canonicis quatuor Menſes anno quolibet ab Eccleſia abeſſe, non fuiſſe ſublatum à decreta Conc. ſeſ. 24. *cap.* 12. § *Praterea, & ideò obſeruari debere; ſi tamen verum eſt, quod aſſeritur, fuiſſe à S. Sede Apoſtolica confirmatum. Qua in re Amplitudo ſua, quod ſui muneris erit, aget, valebitque in Domino, Romæ* 18. *Ianuar.* 1576.

Quas litteras vna cum libello propoſito excipiens idem Archiepiſcopus ab eiſdem Canonicis, eaſque in pleno Capitulo euoluens, ac legens; quin & conſtito ſibi de prædicti Canonicorum Statuti Apoſtolica confirmatione, à ſua tandem dubitatione, & repugnantia receſſit, atque Canonicos prædicto quatuor menſium ſolatio quolibet anno, iuxtà decretum à Sum. Pont. declaratum frui, atque gaudere permiſit.

Id, inquam, non ſuffragatur; Quia Conſt. loquitur de ſolis Canonicis, & non exprimit Dignitates. Cum autem verſemur in ſtatuto, ac priuilegio illud confirmante contra ius, verba interpretari debemus ſtrictè, ac propriè vti ſonant, & ſic de Canonicis, non autem de Dignitatibus, iuxtà ea, quæ tradunt Dec. *conſ* 5. *n.* 2. Cephal. *conſ.* 571. *n.* 59. *lib.* 4. cum aliis plena manu congeſtis à Maſcard. *concl.* 4. *n.* 1. *& ſeqq.* Cumque aliud ſint Dignitates in Eccleſia Cathedrali, & aliud ſint Canonici, non eſt in dubio recedendum à proprietate verborum. Rota *p.* 2. *diu. dec.* 261. *n* 7. Dignitates enim de iure non ſunt de Capitulo, cum ſoli Canonici in eo ferant ſuffragium. Abb. *in cap.* 1. *n.* 13. *& in cap. ſcriptum n.* 4. *de elect.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *n.* 18. Et propterea nomine Capituli veniunt ſoli Canonici, & non Dignitates. Compoſtel. *in cap.* 1. *n.* 4. *de elect.* Abb. *in cap.* 5. *n.* 4. Barboſ. *de Can. & Dign. cap.* 37. *n.* 14. *& ſeqq.*

An Canonico, qui Capitularem poſſeſſionem adeptus eſt, & poſtea facto Capitulo, non fuit admiſſus ad reſidentiam, qua ratione non reſidet, debeantur fructus? Vide de Capitulo tom. 4. Conſul. 150.

An in participantibus de Maſſo communi habeant locum pœnæ non reſidentium? Et an iiſdem Epiſcopus poſſit permittere longiorem abſentiam? Vide de Capitulo tom. 5. Conſul. 75.

An Canonicus infirmatus extra reſidentiam in vicino Oppido lucretur diſtributiones quotidianas? Vide de Capitulo tom. 5. Conſul. 81.

De reſidentia Parochorum multa vide omninò de Vicario tom. 7. Conſul. 4.

An, & quatenus debeantur diſtributiones Canonico abſenti prætextu inimicitiæ? Vide de Capitulo tom. 7. Conſul. 14.

An

An Epiſcopus, qui abeſt à Ciuitate ſua Cathedrali, & reſidet in Diœceſi, conſtituere, vel relinquere in illa debeat Vicarium Generalem, & Tribunal Epiſcopale? tom. 7. Conſul. 64. Item vide tom. 4. Conſul. 17. præſertim à n. 33. vſque ad n. 49.

QVoad teſidentiam Epiſcopi, de quà fuſè loquitur hæc Conſultatio, iam ſatis delibatum eſt *in cit. tom.* 4. remanet igitur reſpondendum huic ſolo quæſito de Vicario, vt ſequitur n. 20. & 21.

Poteſt itaque Epiſcopus in qualibet parte Diœceſis reſidere modo iam, & alias explicato, dummodò non abſit à Cathedtali temporibus à Conc. Trid. præſcriptis, nec remoueat Vicarium, & Tribunal. à Ciuitate, vt declarauit ſæpius Sac. Congr. Epiſc. præſertim 28. Ian. 1603. 3. Octob. 1611., niſi quoad Vicarium, & Tribunal obſtaret legitima conſuetudo, aut neceſſitas; Quibus in caſibus non indignarentur Canones iuri poſitiuo derogare, *& in cap. ſi quando de reſcrip.* & Conc. Trid. *cap.* 5. *ſeſ.* 13. *& cap.* 5. *ſeſ.* 21. *de refor.*

Vtrum ad effectum priuandi Canonicum Canonicatu, requiratur integrum triennium, ſinè neceſſarium ſit præmittere pœnas à Sac. Conc. ſtatutas, antequam deueniatur ad priuationem beneficij ob non reſidentiam? tom. 7. Conſul. 75.

REſpondetur, præmittendas eſſe minores pœnas priuationis fructuum, antequam deueniatur ad pænam priuationis impoſitam per Sac. Canones, & Sac. Conc. Trid. Quod etiam iure ſtatutum videtur, quatenus *in cap. Ex tua §. Contra eos de Cler. non reſid.* decernitur, quod contra recuſantes poſt monitionem venire ad reſidentiam, procedatur per ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententiam, & ſi poſtea contumaces fuerint, deueniatur ad priuationem. Vndè de iure quoq; videtur neceſſarium non ſtatim deuenire ad priuationem, ſed præmittere alias pœnas per modum correctionis. Et ideò Gloſſa quoque *in d. cap. Ex tua v. Spoliari* ſenſit, quod prius præcedere debeat ſuſpenſio ab adminiſtratione temporalium, antequam deueniatur ad ſpoliationem. Et quod præmittenda ſit illa duplex ſpoliatio fructuum, da quà Conc. loquitur, alias priuatio ſit nulla. Zerol. *in pr. par.* 1. *v. Priuatio §.* 3. *&* 4. Zecch. *de republ. Eccleſ. tit. de beneſ. n.*6. Piaſec. *in pr. p.* 2. *c.* 3. *n.* 10. aliique infra citandi.

Nam per prædictum decretum Conc. *eo cap.* 12. *ſeſ.* 24. *de refor.* correcta eſt Sac. Canonum diſpoſitio, iuxtà quam Canonici abſentes poterant priuari Canonicatu, ſi intrà congruum terminum illi præfixum non redirent ad reſidentiam, *vt per cap. peruenit de appell. cap. inter, & cap. fin. de Cler. non reſid.* atque inducta eſt noua forma: nam quando lex præter ius commune aliquid de nouo introducit, quidquid exprimitur, reputatur de forma. Roland. *conſ.* 182. *num.* 61. *lib.* 3. Anchar. *cons.* 241. *num.* 6. Surd. *dec.* 298. *num.* 9. aliiq; ac Rot. *in Romana Societatis* 5. *Decemb.* 1616. *coram Rembaldo*.

Quare hodie non poteſt Epiſcopus, qui comminatur pænà priuationis Canonicatus vltrà tres Menſes abſenti, eam exigere niſi per triennium fuerit abſens, et primò, ac ſecundò anno fuerit antea priuatus fructibus, iuxtà formam eiuſdem Sac. Conc. quemadmodum reſcripſit eius Sac. Cong. Archiepiſcopo *Tarentino*, ac teſtatur Fagnan. *in cap. licet num.* 26. *de præb.* Neq. oportet, vt abſentia ſit continua ad incurrendas pænas d. Sac. Concilij, ſed ſufficit, vt dies abſentiæ, etiam interpellati ſuperent trimeſtre, vt ait idem Fagnan. *l. c. nu.* 55. cenſuiſſe eandem Sac. Congregationem, quam quoque ſubdit, reſpondiſſe, contrarium ſtatui ab Epiſcopo non poſſe, ac eadem Sac. Congreg. in *Abulenſi* cenſuit, non reſidentes, quamuis amitrant tertiam partem fructuum in diſtributiones conuerſam, compelli nihilominus poſſe ad reſidendum aliis iuris remedijs ex hoc decreto Concilij, ſed non excedendam eſſe formam in eo deſcriptam. Et alibi declarauit, primò anno abſentiæ Canonicum non poſſe priuari Canonicatu, ſed dimidia tantum parte fructuum, & aduerſus eum procedi non poſſe, niſi ſeruata forma huius decreti, & in eundem priuandum, ſicuti fit in Curatis, iuxtà *cap.* 1. *ſeſ.* 23. ſed ſufficere eum citare ad allegandam cauſam, quare non debeat priuari iuxtà diſpoſitionem *d. cap.* 12. *ſeſ.* 24. de quò in priuatione facienda eſt expreſſa mentio. Et in *Vrbinatenſi* ſcripſit Vicario.

Che l'editto fatto da lui ſopra la reſidenza non dee contenere maggior rigore di quello, che dà il Conc. Però lo moderaſſe, riducendolo ad terminos Concilij. Die 21. *Martij* 1590.

Reuocari ergò Canonicus debet ad reſidentiam citationibus, quod debent continere ſpatium vnius anni prò qualibet, vt in puncto eſt deciſio Dunozet. iun. 878. *nu.* 8. *confirmata coram eodem deciſ.* 889.

Tandem vera ſententia eſt, tempus triennis prò priuatione non incipere à die, quò quis ſe abſentauit, ſed à die, quò cepit moneri prò incurſandis pœnis ſtatutis à Concilio, vt relato decreto Sac. Cong. docent Fregol. *de Repub. num.* 15. & Salgad. *de reg. protect p.* 2. *c.* 15. *n.* 2.

Moneo cum Fagnano, quem in his rebus oculatiſſimum iudico in *d. cap. licet. d. n.* 55. *de præb.* Sac. Congr. Conc. cenſuiſſe, non licere omnibus Canonicis abeſſe eodem tempore, ne Eccleſia deſeratur, ſed tantum tot, per quorum abſentiam Epiſcopus ſuo arbitrio Eccleſiæ ſeruitio præiudicium non inferri exiſtimabit, & Sanctiſſimum probaſſe hanc Sac. Congr. ſententiam ad ſe relatam, ac dixiſſe, Concilium

rtes

tres Menſes, non Capitulo, ſed Canonicis, ſcilicet ſingulis per vices indulſiſſe. Et num.65. ex ſenſu ipſiuſmet Sac. Congreg. refert quomodo computandum tempus abſentiæ trium Menſium, & ſeruitium præſtitum in reliquis nouem Menſibus.

An Canonici ex indulto non reſidentes per duos Menſes, gaudeant diſtributionibus; ſi reditus prò maiori parte conſiſtat in diſtributionibus? Vide de Capitulo tom.8. Conſul.21.

Explicatur indultum Sac.Congr.Conc.illis verbis prò ſtudentibus: Quod ſi fructos prębendales quartã partem diſtributionum non attingant. *Vide de Capitulo* tom.9.Conſul.83.

Quænam requirantur, vt abſens à ſeruitio Eccleſiæ diſtributiones lucretur, & fructus? Vide de Capitulo tom.9. Conſul.113.

An, & quatenus abſentibus debeantur fructus Præbendæ? Vide de Capitulo tom.9.Conſul.114.

An, & quatenus abſentibus debeantur diſtributiones? Vide de Capitulo tom.9.Conſolt.115.

De Canonico Iubilato. Vide de Capitulo tom.9. Conſult.126.

De Canonico abſenti, & Romæ agitanti litem. Vide de Capitulo tom.9.Conſult.117.

Epiſcopus duarum Cathedralium, in qua prò maiori anni parte reſidere debeat? Vide de Epiſcopis tom.9. Conſult.135.

De Reſidentia Epiſcoporum tom,10.Conſult.150. Vide, quę latis dicta ſunt tom.4 Conſult.17. hoc eodem tract.

Alia vide ſpeciatim quoad Reſidentiam de Capitulo, & Dignitatibus.

DE RITIBVS.

An Profeſſi Regulares, qui literas Latinas neſciunt, poſſint Regulam ſuæ Religionis è Latino in vulgarem, & patrium ſermonem reddere? Vide de Regular.tom.1.Conſult.12.

An, & quatenus munus, ac dignitas Apoſtolorum aliquibus Sanctis Viris appropriari poſſit? tom.1.Conſul.14. num.8.

ASſerimus prò Seruis Dei, omnes habere Euangelij ſinceros præcones, & eorum memoriam religioſè colimus, Apoſtolos propriè ſic dictos non alios agnoſcimus, niſi eos, quorum nomina in ſcripturis ſunt prodita; adijcimus Martialem, alioſque nonnullos, eo modo Gallorum Apoſtolum appellari poſſe, quo Paulus Epaphrodium Philippenſium Apoſtolum vocat. Duo enim legitima Apoſtolorum genera fuiſſe tradit Hieronymus *in Epiſt. ad Galat.* Primum, quod nequè ab hominibus eſt, nequè per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, aut Spiritum Sanctum. In hoc genere fuerunt 12. Apoſtoli à Chriſto ordinati, & cum his Matthias, Paulus, & Barnabas. Alterum, quod à Deo quidem, ſed per hominem. Huius generis fuit Epaphrodius, Silas quoque, & Iudas, qui teſte Hieronymo ab Apoſtolis Apoſtoli nominati ſunt, Martialis, & alij, qui, vt idem Hieronymus teſtatur, ab Apoſtolis ordinati ſunt Apoſtoli Eccleſiarum, de quibus ſcribit Paul. 2. *Corinth.8. Siuè Fratres noſtri Apoſtoli Eccleſiarum, gloria Chriſti.* At quanti facienda ſit de iſtis Apoſtolis gloriatio, qui vſurpatione alieni nominis ſic dicti ſunt; alij diiudicent.

An ex eo, quod ordinatio Miniſtrorum Eccleſiæ ſit inter Miſſarum ſolemnia, dicatur Miſſa ſolemnis, ità vt in eà omittenda ſit commemoratio ſimplex? Vide de Miſſæ Sacrif.tom.1.Conſulc,37.

Circa vſum Mitræ quoad Canonicos. Vide de Capitulo tom.2.Conſult.33.

De præcedentia Canonicorum, & Magiſtratus; de eorum incenſatione. De aſſociatione Epiſcopi &c. Vide de Præcedentia tom.2. Conſul.35.

An, quibus, & quatenus permittenda ſit lectio Sacrorum Bibliorum vulgaris verſionis? Vbi an lingua Latina potior in ſacris, quam alia? tom. 2. Conſult. 56.

REſp. Non eſſe permittendum. Primò, quia, cum omnes hæreſes habeant, vt plurimum originem à captu Sacræ Scripturæ per difficili, nullatenus permitti debet idiotis, qui faciliimè errant.

Secondò, quia vſus nos docuit, docetque in dies quot ordinis perturbationes emergant ex permiſſione arcanorum Sacræ Scripturæ hominibus imperitis, qui aut errore labuntur, aut ſi rectæ quoque mentis ſint, cum velint quouis in loco quoſcumque inter homines de rebus difficillimis diſceptare, neſcientes argumenta diſſoluere, captioſa enodare, ambigua diſtinguere, damno ſibi ſunt, ac Religioni Catholicæ. Ex idiotis enim ortum ſuum habuerunt hæretici Valdenſes, Albigenſes, & Turrelupini. Hac enim ratione Hebræos olim arcuiſſe iuuenes ante annum ætatis trigeſimum à lectione Canticorum Salomonis, & quarundam aliarum Scripturæ partium, quod poſſet ea lectio damnoſior illis eſſe, quam fructuoſior, ſi cortici nimium inhærentes, ad medullam non per-

Digitized by Google

peruaderent, refert, & approbat Nanzianzenus *Apol* 1. & S. Hieronym. *Epiſt. ad Euſtoch. virg. de comment. in Ezechiel. dedicatione.*

Tertio, quia non ignoratur quanta ſollicitudine Lutherus, Caluinus, Eraſmus, ac cæteri hæretici tenebantur, vt Sacra Biblia vulgò facerent communia. Quod quidem nihil penſi haberent, niſi putarent, hunc eſſe facillimum modum aſſequendi ſibi ſectatores. Eſt enim id ſeminarium pruriginis illius tractandi de dogmatibus, quam ex ſcripturæ petunlucatione aſſidua puſillo gregi ingenerare ſataguntur lupi, paſtorum nomina mentientes.

Quartò ex auctoritate Patrum, Summor. Pontif. & Congregationum Sac. Inquiſitionis, & Indicis, qui hanc vulgarem Bibliorum lectionem imperitæ multitudini non contulerunt. Inquiunt enim Patres, quod populus debeat intelligentia rerum facillium contentus eſſe, quodque Epiſtolas D. Pauli non omnes animo percipiunt. D. Hieronymus quærimoniam habet de vſu ſui temporis, cum quiſque de ſacra quidem ſcriptura variè in vtramque partē diſſerebat. Greg. VII. denegauit expreſsè Vratiſlao Duci Boemiæ celebrationem officiorum idiomate Illyrico. Innoc. III. Abbatem Ciſtercienſem acriter reprehendit, quod in ſermonem Gallicum Bibliam conuerti curauerit. Sacr. Indicis librorum Congr. ſemper id prohibuit. Quod profectò credendum ex matura deliberatione factum.

His rationibus accedit decorum, nempè nobilitatis trium linguarum communitatis Latinæ ob Concilia, & inſcriptionis Tituli Crucis Domini Noſtri, ac id genus alia, quæ tametſi non conuincant, corroborant tamen præcipuas rationes.

Atque ex his aſſero, non expedire Sacram Scripturam omnibus eſſe communem, rectèque dixiſſe Card. Bellarminum, quod Eccleſia non prohibet Biblia vulgaria, ſed nolit ea paſſim, quod à vulgaribus legantur, non librorum vitio, ſed legentium imbecillitate.

Decreta verò, quæ ſuper prohibitione, vel conceſſione Bibliorum vulgaris verſionis in quouis idiomate extant, ſunt huiuſmodi.

Die 5. Septemb. 1571. decretum fuit, Biblia omnia vulgari idiomate, ſiuè Germanico, ſiuè Gallico, Hiſpanico, Italico, ſiuè Flandrico &c. conſcripta nullatenus imprimi, legi, aut teneri poſſe abſque licentia S. Officij S. Rom. Inquiſitionis. Nec poſſent Epiſcopi, & Inquiſitores concedere, niſi Epiſtolas, & Euangelia vulgaria ſine vllo errore conſcripta, & cum ſcholijs alicuius docti, & Catholici viri ijs, quos putauerint, ex eorum lectione in pietate proficere poſſe, non verò vllas alias ſcripturæ partes in vulgarem linguam traductas. Idem decretum 7. Auguſt. 1606.

Sed tria adferuntur argumenta, vt prærogatiua Latinæ linguæ ſtabiliatur. Primum eſt, quod Marcianus Imperator in Synodo Chalcedonenſi verba faciens, primò Latinè, deindè Græcè eſt locutus. Magnam verò rem nobis narrant, Imperatorem Rom. Græcè, & Latinè doctum, in cætu Romanorum, & Græcorum Romanam prius orationem habuiſſe, quam Græcam.

Alterum exemplum ſequitur, quod ad rem ſanè plus aliquantò facit. Referunt enim ex Actis Concilij Epheſini, morem olim in Concilijs ſeruari ſolitum, vt Romani Pontificis Legati literas Papæ Latinè recitarent, & non niſi rogati à conſenſu Patrum, eaſdem Græce verſas legerent. Hoc putant eſſe magnæ prærogatiuę argumentum Latinæ linguæ. Sed quid mirum eſt, ſi literæ à Papa Latinæ ſcriptæ, ea lingua prius exhiberi ſolitæ fuerint, qua compoſitæ? Si recta ratione rem putamus, non magis hoc videri mirum debet, quam Romanum Pontificem Romana lingua literas ſcripſiſſe.

Tertium omnium validiſſimum eſt, quod in ſacris etiam Miſſarum ſolemnijs penes Græcos ea ſemper viguit conſuetudo, vt tam lectiones Euangelicæ, quam Apoſtolicę primum Latinè, indè Græcè eadem in Eccleſia publicè recitarentur, vt Nicolaus Papa I. ad Imperatorem ſcribens teſtatur, & religiosè adhuc in vetuſtiſſimæ, ac prænobiliſſimæ Tarantinæ Vrbis Metropolitana Eccleſia cuſtoditur.

Quid agendum, ſi Magnus Princeps hæreticus tranſiturus ſit per Vrbem? tom. 7. Conſult. 65. Miſcell. §. 28.

PEr conniuentiam diſſimulandus erit eius acceſſus ad Vrbem, liberaliter, & ſplendidè cum eo agendum à Sanctiſſimo; alieno tamen nomine, & quod ſi inſtiterit admitti ad deoſculandum pedes Sanctitatis Suæ, poterit admitti, ſecretò tamen. Sic olim actum cum Palatino Rheni ſub Paulo V. Alias conniuendum, vt per aliquot dies commorari poſſit in Vrbe, dummodò abſque ſcandalo, ſecretò, & priuatim viuat. Quod oretenus eſt ei ſignificandum, vt actum ſub Vrbano cum quadam Principe hæretica.

Item §. 29. in eodem Miſcell. Quæritur:

An Mulieri ad fidem Catholicam, à qua apoſtatauerat, conuerſa, poſſit concedi, vt incedat in habitu Turcico, ad mortis pericula euitanda?

Reſp. Negatiuè, cum talis habitus ſit proteſtatiuus Sectæ Turcarum.

Quoad ſedilia Magiſtratus, & aliorum laicorum in Eccleſia. Vide de Eccleſijs tom. 7. Conſul. 48. & tom. 9. Conſult. 147. Item vide de Præcedentia tom. 3. Conſul. 3. & Conſul. 65. num. 2. & tom. 4. Conſul. 16. & tom. 7. Conſul. 33. ac tom. 8. Conſul. 54.

An liceat amplius facere conuiuia in Eccleſia? Vide de Eccleſ. tom. 3. Conſul. 17.

Cui

Cui competat ius porrigendi aſperſorium aquæ benedictæ Epiſcopis, Archiepiſcopis, Legatis accedentibus ad Eccleſiam Regularium? Vide de Præcedentia tom.3.Conſult.18.

An Clerici prò ſui Ordinis gradu veſtibus ſacris ſepeliendi ſint? tom.3. Conſul 35.

RESp. Non eſſe ſaltem neceſſarium, quod corpora Defunctorum Sacerdotum ſepeliantur cum ſacris veſtibus, ſed ſatis eſse, quod illis ſolum induantur, donec fuerint expoſita; ſtatuendi fiduciam præbent in primis tex. *in Can.Veſtimenta, & in Can. Nemo de conſecr. d.1.* qui licet loquatur de palla Altaris, ſiuè corporali, ad veſtes tamen Sacerdotales, non immeritò extenduntur, Syluest.& Azor. quibus concinit Rituale Rom. iuſſu Pauli V. editum, in quo apertè habetur, Sacerdotem, aut cuiuſuis Ordinis Clericum defunctum veſtibus ſacris quotidianis communibus vſque ad talarem veſtem incluſiuè, tum deſuper ſacro veſtitu Sacerdotali, vel Clericali, quem Ordinis ſui ratio depoſcit indui debere. Idem decernit Concil. Mediolan. Non igitur ſepeliri. Id quod etiam D.Hieronym.in vita Pauli primi Eremitæ ad finem minimè probare videtur his verbis: *Parcite quæſo vobis, parcite ſaltem diuitijs, quas amatis. Cur & mortuos veſtros auratis obuoluitis veſtibus? An cadauera, niſi in ſerico putreſcere neſciunt?*

Accedit ratio. Nam honor, qui debetur viuo, debetur, & mortuo per tex. *in leg.apud Celſum §.aduerſus ff. de excuſ.* Hic autem honor non poteſt Sacerdotibus exhiberi, niſi dum publicè exponuntur cum veſtibus ſacris, & ideò ſufficit, quod prò talibus cognoſcantur in funere, nòn autem in ſepultura.

An diebus Dominicis poſſint celebrari Miſſę votiuę de SS.Reſurrectione Domini? Vide de Miſſæ Sacrif. tom.3.Conſul.40.

An, & quatenus deceat, Eccleſiam vti in ſuis Diuinis Officijs harmoniaca muſica? Vide de Eccleſijs tom,3.Conſult.41.

An liceat facere Octauas prò Defunctis, præcipuè inter Octauam omnium Sanctorum, ſine ſpeciali Indulto Sedis Apoſtolicæ? Vide de Funeribus tom. 3.Conſul.53.

1. *An liceat Archidiaconum Pluuiali indutum, & Epiſcopo ſolemniter celebranti aſſiſtentem præbere iconem, ſiuè tabellam Pacis Magiſtratui laico; vel potius hoc munus præſtandum ſit à Magiſtro Cæremoniarum, vel alio Manſionario?*
2. *An permittendum ſit ſcamnum tapete ornatum, ac puluinaribus Magiſtratui laico intrà presbyterium?*
3. *An Vicarius Generalis Rocchetto, & Mantelletto indutus, cæterique Canonici cum Cappis, & Rocchetto aſſociantes Epiſcopum ad Eccleſiam accedentem cum cappà magna ad peragendas functiones ſacras, debeant ipſum immediatè ſubſequi?*
4. *An liceat duobus thuribulis eodem tempore thurificari Canonicos, & Magiſtratum à duobus Manſionarijs, & à Diacono?*
5. *An ad confeſſionem, & ad verba* Incarnatus eſt, *in Symbolo à Choro cantata, & ad benedictionem in Miſſa ſolemni Magiſtratus debeat genuflectere?*
6. *An deceat, ſtantibus Vicario Generali, & Canonicis; Magiſtratum ſedere capite tecto coram Epiſcopo in Presbyterio?* tom.3.Conſul.65.

AD 1. Negatiuè. Sac.enim Rit.Congreg.ſub die 5.Iul.1614 decreuit, vt Subdiaconus in Miſſa nullo modo ferat pacem laicis, etiam ſi ſint Principes. Ergò multò magis hoc dedecet primæ Dignitati.

Ad 2. Etiam negatiuè. Eſt enim contrà Sac.Canones, Sanctorum Patrum ſcripta, & Conciliorum Sanctiones, atque innumera Sac. Congr. Rit.decreta, de quibus vide *de Præceden.tom.3. Conſul.3. tom.4.Conſul.16. tom.7. Conſul.33. & tom.8. Conſult.54. Item vide de Eccleſijs tom.7. Conſul.48. & tom.9. Conſult.147.*

Ad 3.Affirmatiuè, de quo ſatis dictum eſt *de Præcedent.tom.2. Conſul.35.*

Ad 4. Sufficienter reſponſum eſt, *ibid.num.5.*

Ad 5. Negatiuè juxtà præſcriptum rubricæ, & commendabilem vſum Capellæ Pontificiæ, in qua Regnum Oratores, cæterique Dynaſtæ genuflectunt. Porrò genuflectendi, corpuſque inclinandi vſus vetuſtiſſimum eſt, de quo Durant. *de ritib. Eccleſ. lib.3. cap.24. num.20.* Solumque Iudæi mentis ſuperbiam demonſtrantes omninò id non faciunt. D.Hieronym. *in cap.45. Iſai.*

Ad 6. Non decere. Ità cenſuit eadem Sac.Congreg. in *Viterbien.* 23. Martij 1669. Siquidem coram viris conſpicuis non licet ſedere, nec capue tegere abſque eorum nutu. Statius *in Theb.lib.1.verſ.203.*Tertull.*de* Orat.*S.Baſil. de abdicat.ſæcul.* Idque in ſignum humilitatis, ac reuerentiæ.

An beneficiati eiuſdam Eccleſiæ detecto capite ſalutare debeant Canonicos, Parochos, ac cæteros de Clero accedentes ad eorum Eccleſiam in die Sancti Marci? Vide de Proceſſion. tom.3. Conſult. 66.

1. *An conſuetudo ſeruata per tempus, de cuius initio memoria hominum non extat, quod Gubernatori in certo loco, etiam Status Eccleſiaſtici per Sac.Conſultat. deputato, fiat thurificatio triplici ductu, valida ſit, ac ſeruanda, non obſtantibus ijs, quę habentur in Cęremoniali Epiſc.*lib.1.cap.23.de Ord.thurifican.? *Et*

An

2. *An Gubernator, gerens qualitatem perſonę laica, ac ſacularis, cogi poſſit ad interueniendum, & aſſiſtendum in Eccleſia Cathedrali diebus ſolemnibus, in quibus Epiſcopus Pontificaliter celebrat, non obſtantibus ijs, quę de Magiſtratu, tradit* Barboſ. *in collect. apoſt. de collect.* 460. *num.* 11. *& ſeq.* tom. 4. Conſ. 4.

AD 1. Affirmatiuè: Nam in materia præeminentiarum, ac iuris honorifici totum deſertur conſuetudini, iuxtà celebrem doctrinam Baldi in *cap. cum olim num.* 1. *&* 2. *de conſuet.* ac aliorum, quamuis iuris diſpoſitioni repugnaret, vt alibi diximus.

Eòque præcipuè quandò eſt immemorabilis, quam non fuiſſe ſublatam per Ceremoniale Roman. declarauit ſæpius Sac. Rit. Congreg. apud Barboſ. *de Canon. & Dignit. cap.* 23. *nu.* 24. & apud Aldan. *in comp.* Can. *reſol. lib.* 1. *tit.* 23. *num.* 72. quibus addo declarationes in *Conſentina* 20. Nouemb. 1610. & in *Viterbienſi* 7. Iul. 1612. ac iudicauit Rot. in *Calagurizana iuris pulſandi Campanas* 11. *Mart.* 1619. *coram Dunazeto ſeniori*. Poſſeſſio enim immemorabilis optimum titulum tribuit. *cap. ſuper quibuſdam* §. *pręterea*.

Ad 2. Etiam affirmatiuè, ſaltem quandò ſumus in dubio de initio: quia in dubio ſeruanda eſt illa interpretatio, quæ eſt magis fauorabilis, iuxtà *leg.* 3. *in fin. ff. de adim. leg. & leg. Lucius Titius* §. *Lucius ff. de leg.* 3. Et quæ fauet cauſæ, ac perſonæ fauorabili. *leg. qui duos* § 1. *ff. de reb. dub.* Eſt autem magis fauorabile, quod continuetur huiuſmodi aſſiſtentia ad cauſam piam, quia cedit in fauorem Eccleſiæ, atque animæ, & cauſa pia eſt cęteris fauorabilior. Et ità declarauit Sac. Rit. Congregatio in *Fauenſi* 1. Septemb. 1607.

Gubernator, & Magiſtratus recuſantes contrà ſolitum accedere ad Eccleſiam Cathedralem, debitis remedijs cogendi ſunt. vt accedant.

Et 16. Iul. 1605. & 29. Nouemb. 1618. ſcilicet:

Magiſtratus Ciuitatis cogi poteſt ſolitum obſequium Epiſcopo accedenti ad Eccleſiam præſtare, & iuxtà ſolitum accedere ad Eccleſiam Cathedralem in diebus ſolemnibus, & tempore Aduentus, & Quatrageſimæ.

Et Sac. Congreg. Epiſc. decreuit in *Guardienſi* 10. Decemb. 1602. *Epiſcopum poſſe* cogere Magiſtratum ſæcularem ad viſitandum Eccleſiam iuxtà ſolitum; & adminiſtrandum aquam ſibi ſolemniter celebranti, vt in *Anconitana* 6. April. 1596. ac alibi ſæpius. Quare Epiſcopi poſſunt, ac debent huiuſmodi Magiſtratus, ac Gubernatores interpellare, eoſque cogere, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ad obſeruandum ſolitum.

An Prothonotarij extrà numerum poſſint concionari cum Mantelletta, & Rocchetto? Vide de Prothonot. tom. 4. Conſult. 22.

An Epiſcopus in Proceſſionibus poſſit incedere ſolus cum pallio, ſine Cappa, & pileo Sacerdotali? Vide de Proceſſion. tom. 4. Conſul. 23.

Quibus competat delatio Sanctorum Corporum in ſolemni Proceſſione tranſlationis &c.? Vide de Proceſſion. tom. 4. Conſul. 24.

An mutatio ſedilium in Choro fieri poſſit à Canonicis in praiudicium cętus Sacerdotum, qui ſedent in pari gradu cum ipſis? Vide de Capitulo tom. 4. Conſul. 25.

Aliqua dubia inter duas Cathedrales. Vide de Cathedral. tom. 4. Conſult. 29.

An habitus nigri coloris, quo antiquo tempore conſueuit pingi B. Virgo aliquibus in locis, prohibeatur per Conſtitutionem Vrb. VIII. anno 1642. *emanatam ſuper refor. Imaginum?* Vide de Canoniz. tom. 4. Conſul. 51.

An forma decreti ſuper electione Sanctorum in Patronos à Sac. Rit. Congregatione iuſſu Vrb. VIII. emanati 23. *Mart.* 1630. *procedat ſolum quoad electiones poſtea factas, vel etiam irritet antea celebratas, ſed non dum impletas?* tomo 4. Conſultat. 78.

ANtequam reſpondeatur, ponenda ſunt verba decreti prædicti, quæ ſunt hæc:

Sac. Rit. Congregat. annuente S. D. N. in electione Patronorum, mandauit infraſcripta in poſterum ſeruari debere, declarans, quod aliter facta electio nulla ſit ipſo iure.

Primò. *Quod eligi poſſint in Patronos hi ſolum, qui ab Eccleſia vniuerſali titulo Sanctorum coluntur, non autem beatificati dumtaxat.*

Secundò. *Quod de Patrono Ciuitatis electio fieri debeat per ſecreta ſuffragia à populo, mediante conſilio generali illius Ciuitatis, vel loci, non autem ab Officialibus ſolum, & quod accedere debeat conſenſus Epiſcopi, & Cleri illius loci.*

Idemque ſeruari debeat in Patrono Regni, qui pariter eligi debeat per ſecreta ſuffragia à populo ſingularum Ciuitatum Prouinciæ.

Et quod repræſentantibus Regnum, Ciuitatem, Prouinciam nulla competat facultas eligendi Patronos, niſi adhuc habeant ſpeciale mandatum, & vlterius interueniat conſenſus Epiſcopi, & Cleri dictarum Ciuitatum.

Tertiò. *Quod cauſa electionis nouorum Patronorum debeant in Sac. Congreg. deduci, ab ea examinari, ac demum, cauſa cognita ab eadem Congr. approbari, & confirmari.*

Et ne præmiſſorum ignorantia vllo vnquam tempore poſſit, allegari, eadem Congregat. Rit. ſupradictum decretum imprimi, & publicari mandauit.

Ad quæſitum negatiuè. Tum quia Vrb. VIII. futuris tantum temporibus nouam formam præſcripſit, iuſſitque obſeruari decretum appoſitum. Tum etiam quia de natura legis, &

Conſtitutionis eſt, vt futuris ſolum, non autem præteritis proſpiciat, nec irritet actus iam perfectos, & conſumatos per tex. *in leg. Ariani Cod. de hæret. & in leg. leges Cod. de legib. & in cap. 2. & in fin. extr. de Conſt.* traditque Bartol. *in leg. cum lex 21. num. 2. ff. eodem.* Gemin. *in cap. deliberatione §. volentes num. 2. de offic. de leg. in 6.* ac alij, & Rot. *deciſ. 329. num. 3. par. 1. diu. deciſ. 547. num. 5. recen. coram Merlino deciſ. 832. num. 2.* Et tum quia diſpoſitio præcitati decreti litteraliter reſtringitur, & præſcribit formam in futuris dumtaxat electionibus ſeruandam, ibi: *Mandauit infraſcripta in poſterum ſeruari debere*, & propterea non comprehendit electiones antea factas, ad tex. *in leg. Iubemus §. In poſterum Cod. de teſtam.*

Et in hac ſpecie, quod præfatum decretum non irritet electiones antea factas, reſpondit Sac. Rit. Congreg. *in Troianenſi Patronatus* 15. Iun. 1633. & in *Pampilonenſi Patronatus S. Franciſci Xauerij*, in qua fuit approbata electio facta in Comitijs Regni Nauarræ. Quæ reſolutio tanquam iuridica fuit per Rotam, proponente Reuerendiſſimo Decano, approbata, conſiderato ſolum, quod ad euitandum præiudicium electionis antiquiſſimæ Sancti Firmini, debeat vterque vti Patronus coli. Quod certè præſupponit validitatem electionis. Et nouiſſimè in *Neapolitana Patronatus eiuſdem S. Franciſci* ſub die 15. Septemb. 1656. & in terminis electionis Patroni, qui ab Eccleſia vniuerſali titulo Sancti non colitur, poſt dictum decretum fuit obſeruatum in admiſſione B. Iacobi de Marchia, cuius electio anno 1628. atque adeò ante decretum editum, celebrata fuit, & deindè anno 1647. admiſſa, & ſolemni repoſitione Statuæ in Theſaurum Neapolitanum comprobata.

An electio Sancti in Patronum rite, ac rectè fieri poſſit in comitijs generalibus, exquiſito tamen conſenſu per ſecreta ſuffragia populorum ſingularum Ciuitatum? tom. 4. Conſultat. 79.

NEgatiuè. Quia, cum electio Patroni conſiſtat in voti nuncupatione, quo populus ſe obligat ſub peccato diem feſtum illius ſeruare, plena copulatione requiruntur. Primum, quod vel ſinguli de populo per ſe voueant, vel ſingulæ Vniuerſitates ſingularum Ciuitatum, & locorum, legitimè congregatæ idem votum concipiant, aut concipiendi poteſtatem ſuo nomine alteri faciant. Vtroque enim caſu omnes de populo obligantur, ſed diuerſo modo. Quia ſingulis vouentibus Vniuerſitatibus, à maiore parte populi repreſentantis, non obligantur ex vi voti, niſi qui perſonaliter conſentiunt, cæteri verò, ac ſucceſſores ex vi legis. Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 9. nu. 10. & lib. 2. cap. 31. num. 9.* Sanchez *in decal. lib. 4. cap. 25. num. 19.* ac alij.

Secundò requiritur, quod idem votum eodem modo, hoc eſt, vt vel ſinguli per ſe, vel Capitulariter ſuſcipiat Clerus: Quia cum Clerus, & populus ſint duæ Communitates diſtinctæ, ex quibus Ciuitates, vel Regnum conſtituitur, vnius votum, vel lex non obligat alterum. Palud. *in 4. diſt. 15. quæſt. 4. art. 3.* Salas *de legib. diſp. 19 ſect. 15. num. 105.*

Tertiò, quod conſentiat Epiſcopus. Primò ad firmandum votum de re ſpirituali, quod populus abſque Epiſcopi conſenſu in præiudicium non vouentium, & ſucceſſorum facere non poteſt, vt communiter Suarez, Sanchez, & Bonacin. *loc. cit.* Deinde, quia agitur de voto circà feſtum ſeruandum. Quod minimè ſecerni poteſt ab Epiſcopi authoritate ex *dict. cap. conqueſtus de fer. & Can. 1. de conſecrat. diſ. 3.*

Quartò, vbi agitur de voto non à ſingulis, ſed à Communitate nuncupato, vlterius requiritur, quod Epiſcopo approbante, & feſti obſeruationem præcipiente, populus acceptet præceptum, illudque obſeruet, ex rationibus antedictis.

Atque ex his liquet prò validitate electionis Patroni ſeruandam omninò eſſe formam decreti Sacr. Rit. Congr. ſub die 23. Martt. 1630.

An cauſæ omnes, quæ excitentur ſuper electione Sanctorum in Patronos, ſpectent priuatiuè quoad alios Iudices, ad ſolam Cong. Sac. Rit. tom. 4. Conſul. 80.

AFfirmatiuè. Primò, quia agitur de cultu ergà Patronum præſtando vni potius, quam alteri Sancto. Quod eſt materia, circa quam Sixtus V. in ſua Conſtitutione tribuit cognitionem Sac. Rit. Cong. Ac ità alias reſpondit Sac. Rit. Cong. *in Pacenſi* 20. April. 1602. vt refert Pax. Iord. *tom. 2. lucubr. lib. 9. tit. 1. num. 50.* Ex quibus patet, ea, quæ concernunt cultum, & venerationem Sanctorum, ab illa cognoſci voluiſſe, & quidem priuatiuè quoad omnes alios, cum addiderit decretum irritans, & clauſulam ſublata.

Secundò ex diſpoſitione decreti eiuſdem Sacræ Congregationis 23. Mart. 1630. editi, approbante Vrb. VIII, quo præcipitur, cauſas Patronorum deduci, & examinari debere, ac demùm approbari, & confirmari ab eadem Sac. Cong. cauſa cognita, quæ verba important cognitionem iudicialem *ad l. in cauſa, §. cauſa cognita, ff. de minor.* Roman. *conſ. 72. num. 2.* Vbert. *de citat. cap. 15. num. 79. tom. 3.* Ideòque quod hodiè nullus alius cognoſcere poſſit has cauſas, ſed illas ſpectare ad ſolam Sac. Cong. aſſerunt. Gauant. *in rub. Breuiar. ſect. 3. cap. 11. num. 3.* Lezan. *in ſum. par. 4. v. Sanctorum cultus num. 3.*

Tertiò, quia agitur de electione, ac cultu Patroni totius Regni, in quo licet adſint plures Epiſcopi in huiuſmodi electionem, & cultum conſentientes, nullus tamen ipſorum poteſt eſſe

Iu-

Index ipſius controuerſiæ, cum nemo ipſorum iuriſdictionem in toto Regno habeat, neque vnus poſſit in alterum illam exercere, cum par in parem non habeat imperium, ideòque hoc officium præcipuè eſt Sum.Pontificis, qui eſt omnium Ordinarius, habetque totum Orbem prò Diœceſi. *Can.cuncta per Mundum 9. quæſt.3.* Gonzal. *ad reg.8.§.1.præm. num.5.& 8. & §.2. num.* 41. *&* 46. Rot. *deciſ.266. n. 1. par. 2.rec.*

Verum, vt celerius cauſæ huiuſmodi expediantur, poſſunt committi à Sum.Pont.eidem Sac.Congregationi Rit. de voto Sac. Rotæ. Hoc enim modo perpetuis litigijs, ac nimis ſumptibus proſpicitur.

De quibus Sanctis Officium proprium recitari poſſit? tom.4. Conſul. 87.

CVm duplex ſit alicuius Sancti vindicatio, ſeù canonizatio. Vna recentior, quæ fit cum plena, & accurata cauſæ cognitione; Altera, quæ nititur communi fidelium conſenſui, & acclamationi, vt per Hoſtien, quem alij communiter ſequuntur *in cap.1.de reliq.& ven.Sanct. num.8.*& Fagnan *ibi nu.16.ac* 23. nulli dubium eſſe poteſt, quin hæc ſecunda ſufficiat ad concedendum Officia propria Sanctorum, dum ad illorum martyrium, & præclara vitæ merita adſtruendum conſpirent ſcriptorum fide dignorum monumenta, Eccleſiæ in eorum honorem ædificatæ, alicuius Regni, & Prouinciæ conſenſus, vox, deuotio, cultus, & immemorabilis veneratio. Vndè licet non conſtet de beatificatione, vel canonizatione formali, ſatis tamen eſt, quod concurrant ea, quæ memorantur in decreto S. Offic. Inquiſ. ſub die 2. Octob. 1625. emiſſo, nempè communis Eccleſiæ conſenſus, immemorabilis temporis cultus, Patrum, virorumque Sanctorum ſcripta, nec non longiſſimi temporis ſcientia, & tolerantia Sedis Apoſtolicæ, & Ordinariorum, quibus concurrentibus Officium proprium decerni poteſt, ſicuti congruum eſſe, tametſi de expreſſa beatificatione non conſtet, tradit Cantelor *de Canoniz.Sanct.cap.22.num.*16.cum alijs Schacc. *de cult. & ven. Sanct. fol.73.*

Et quidem de Sanctis licet non Canonizatis, poſſe fieri officium, & celebrari Miſſa in Eccleſijs, quæ ijs dicatæ ſunt, eſt generale decretum Sac. Rit. Cong. ſæpè, ac ſæpius confirmatum quoad feſtum S.Rocchi à Sum.Pont. approbatum tenoris ſequentis:

Cum actum fuiſſet pluries in Sac.Rit.Cong. de concedenda Miſſa, & Officio in feſto S. Rocchi, qui penes omnes Chriſti fideles in maxima veneratione ſemper eſt habitus, tandem ſub die 30. Iun. 1629. eadem Sac.Congreg. negotio maturè diſcuſſo, cenſuit, eſſe concedendam Miſſam, & Officium in die S. Rocchi de Comm. Confeſſ. non Pontif. in iis tantum locis, vbi adſunt Eccleſiæ in eius honorem ædificatæ, & ſeruatis rubricis Breuiarii.

In qua reſolutione ſumma omnium Eminentiſſimorum Patrum conſentio extitit, inſtante præſertim Villæ Matriti, eamque Sum.Pontifex Vrbanus VIII. approbauit, & laudauit die 4. Iul.1629.

Et generatim de quouis Sancto in *Parenſi* Sacra Rit.Cong. cenſuit, & declarauit, Officium non poſſe fieri extra propriam Eccleſiam de Sancto non canonizato ſine nouo decreto. die 9. Nouembris 1628.

[Et ad rem ipſe Compendiator Operis addo, quod eodem modo in Ciuitate Frequentinen mea Patria colitur ab immemorabili tempore Sanctus Marcianus eiuſdem Ciuitatis Epiſcopus, & Patronus maxima confluentiû, & populi deuotione cum Officio proprio, ac octaua; ſicut à tota Diœceſi, ſub die 14.Iun. in Eccleſia ipſi dicata quotannis celebratur Synodus Diœceſana; Cuius Sancti præcipuû eſt obſeſſos à dæmonibus liberare, non ſolû ex acceſſu ad eandem Ciuitatem, vbi energumeni charitatiuè, & diligenter exorcizantur, coram ipſius Capite, & Reliquijs, verùm etiam ſæpè ex ſola pedum impoſitione in liminibus territorij eiuſdem; In cuius obſequium, & venerationem Franciſcus Antonius Paſcuccius ſecunda Dignitas, & Parochus eiuſdem Cathedralis meus Frater Germanus ità deuotè, & eruditè cecinit:

IN LAVDEM

DIVI MARCIANI

EPISCOPI, ET PATRONI FREQVENTIN.

Cuius potiſſimum eſt liberare obſeſſos à Dœmone.

EMinet in celſo, ceù Princeps, colle Frequentum
Subiectoſque ſibi proſpicit inde locos;
Hoc MARCIANE *tuam fixiſti culmine Sedem;*
Tutius vt poſſes ducere ad aſtra greges,
Peruigil exemplo Paſtor, verboque labore
Pabula des, arcens hinc profugoſque Lupos.
Vndique turba fluit vexata à Dæmone circum;
Incolumis prorſus, lætaque ab Vrbe redit.
Vllaque poſt obitum nè reſtet cauſa querendi,
Cum Patronatu linquis & Oſſa ſimul.
Quid nam Vrbs alma times? Quid tota Diœceſis horres?
Præſule ſub tanto viue iucunda Deo.

Franciſcus Antonius Paſcuccius
Archipresbyter Frequentin.]

Quòd ſanè, multòque magis ſeruandum eſt in caſu, quo aliquis Sanctus habet cultum Officij, & Miſſæ à Sede Apoſtolica, propter quod non comprehenditur in decretis prohibitionis editis ab Vrbano VIII. eo anno 1625. & per hoc

care Canonicis, vt ſæpius fuiſſe reſolutum ab eadem Congregatione teſtatur Barboſ. *cap* 32. *num.* 14. *de Canon.* ſtatimque venientibus Canonicis, teneri ad Eccleſiam accedere, neque illi permiſſum eſt moram trahere, ne Canonici cum ſuo habitu Canonicali aulico ritu in proceſſione cateruam præbeant in ignominiam dignitatis Canonicalis, & in detrimentum cultus diuini, cum diuina officia perturbarentur, & Eccleſia remaneret eo temporis ſpatio ſine Miniſtris.

Ad 4. Negatiuè, ſed Epiſcopus, data Canonicis benedictione, ſtatim illos dimittere tenetur.

Quòd ſi Epiſcopus, finita Miſſa, vel Veſperis, non tamen Completorio, vel Concione morali, diſcedere voluerit, Canonici tenentur illum ſaltem extrà portam Eccleſiæ comitari, & poſteà redire ſtatim ad Chorum; Si verò diſcedat perſolutis Diuinis Officijs, tenentur illum aſſociare extrà portam Eccleſiæ, vel vſque ad ptimum atrium Domus Epiſcopi, quando domus eſt contigua Eccleſiæ. Ità Sac. Rit. Cong. in *Piſauren.* 13. Septem. 1646. Quæ reſolutio eſt iuxtà formam Cæremonialis *lib. 2. cap. 1. in fin.* Et à d. Sac. Congreg. alias fuit deciſum, Epiſcopum ab Eccleſia diſcedentem reaſſociandum eſſe ſaltem extrà portam Eccleſiæ, iuxtà formam Cæremonialis, vt in *Eboren.* 16. Maij 1601. *Cremonen.* 28. Maij 1602. *Placentina* 4. Iul. 1615. non obſtante contraria conſuetudine, vt in *Conimbricen* 6. Iul. 1602.

1. *An Canonici teneantur aſſiſtere, & inſeruire Epiſcopo ſolemniter celebranti?*
2. *An quando Epiſcopus priuatim celebrat, teneantur Canonici inſeruire, & aſſiſtere?*
3. *An Canonici teneantur inſeruire, & aſſiſtere Epiſcopo Suffraganeo, quando nomine proprii Epiſcopi exercet functiones Pontificales?*
4. *An quando Epiſcopus ſolemniter celebrat in aliena Eccleſia, vbi ſunt ſufficientes Presbyteri prò aſſiſtentia, ſpectet adhuc ad Canonicos illi aſſiſtere?*
5. *Quinam ex Canonicis teneantur aſſiſtere Epiſcopo ſolemniter celebranti?*
6. *In quibus aſſiſtentes Canonici inſeruire debeant Epiſcopo?*
7. *An, & qua pœna Epiſcopus cogere poſſit Dignitates, & Canonicos ad ſibi aſſiſtendum, & inſeruiendum?*
8. *An poſſint Dignitates, & Canonici per ſubſtitutos implere munus aſſiſtendi Epiſcopo in Pontificalibus functionibus?* tom. 5. Conſult. 83.

AD 1. Affirmatiuè. Idque ex Trid. *ſeſſ. 24. cap. 12. de refor.* & DD. communiter, nominatim Mandoſ. *in Signat. Grat. tit. diſpenſ. de non reſid. v. Concilium Tridentinum.* Vgol *de offic. Epiſc. cap. 19. §. 3. num. 1. par. 1.* ac alij, quæ obligatio fundatur tum in dignitate Epiſcopi, tum in officio Canonicorum.

Quod quidem procedit, non ſolum quando Epiſcopus celebrat in Cathedrali, ſed etiam in alia Eccleſia intra Ciuitatem, non autem in Diœceſi; eſſet enim valdè oneroſum, ſi Canonici tenerentur egredi è Ciuitate ad inſeruiendum, & aſſiſtendum Epiſcopo. Et ità declarauit Sac. Cong. Rit. 2. Auguſti 1631. Gallet: *in margar. v. Canonicus circà finem.*

Ad 2. Negatiuè: quia licet Conc. Trid. abſolutè dicat, quod teneantur aſſiſtere Epiſcopo celebranti; attamen quia ſtatim ſubdit, *aut alia Pontificalia exercenti*, hæc verba declarant, quod intelligat de celebratione Pontificali. Vgol. *l. c.* Rub. *in aphor. Epiſc. v. aſſiſtentia num.* 4. aſſerens, ità fuiſſe declaratum à Sac. Cong. Quinimmò ſi Canonici aſſiſterent priuatim celebranti, non lucrarentur diſtributiones, vt declarauit Sac. Congreg. Conc. in hunc locum die 17. Mart. 1619.

Si verò extet in aliqua Eccleſia conſuetudo, quod Canonici aſſiſtant Epiſcopo, etiam priuatim celebranti, eſt obſeruanda; nam eiuſmodi aſſiſtentia eſt quædam ſeruitus, quæ proindè præſcribi poteſt, nec omittere diſtributiones declarauit Sac. Rit. Congreg. in *Lamatenſi* 28. April. 1608.

Ad 3. Affirmatiuè: Nam Suffraganeus eſt ſubrogatus in locum Epiſcopi in ordine ad functiones Epiſcopales, ac proindè eſt eiuſdem iuris, & conditionis cum Epiſcopo quoad has functiones. Bald. *in l. Parabolam C. de Epiſc. & Cler.* Cæphal. *conſ.* 20. *num.* 2. *lib.* 1. Et ideò debetur ipſis à Canonicis idem honor, idemque ſeruitium. Quod etiam declarauit eadem Sac. Rit. Cong. in *Bracharenſi* 20. Febr. 1604.

An verò præter aſſiſtentiam duorum Canonicorum, qui exerceant munus Diaconi, & Subdiaconi, debeat eiuſmodi Suffraganeus habere aſſiſtentiam aliorum duorum Canonicorum, licet non Dignitatum? Affirmat Sac. Rit. Cong. in *Tarraconenſi* 7. Iul. 1612. licet negauerit in dicta *Bracharenſi* 1. Octob. 1507. Quò circà obſeruanda eſt conſuetudo cuiuſcumq. Eccleſiæ.

Ad 4. Etiam affirmatiuè: Quia Canonici ſunt membra, quæ ſimul cum Epiſcopo, tanquam capite, conſtituunt vnum Corpus, *cap. Nouit de his, quæ fiunt à Prælat. ſin. conſ. Capit.* Quemadmodum enim membra recipiunt, influxum à Capite, ità ipſa inſeruiunt in eius functionibus. Et ideò etiam Canonici; tamquam membra debent in proprijs functionibus inſeruire Epiſcopo, qui non debet ab extraneis extrà proprium Corpus emendicare ſeruitium, ſed à proprijs membris debet recipere gloriam, & ſplendorem. Et ità declarauit Sac. Rit. Congreg. in *Calagurritana* 1. Iul. 1601. In *Bononienſi* 20. April. 1602. In *Brundufina* 15. Iul. 1617. Et Capitulo Cathedralis Interamnenſis narranti, quod Epiſcopus extra Cathedralem, relictis Canonicis adhibeat Presbyteros ſimplices inſeruientes, ſub die 2.

Au-

Auguſti 1631. reſpondit, non conuenire, ſed Canonicos Cathedralis in caſu propoſito inſeruire debere, etiam extrà Cathedralem, & non alios inferiores.

Vndè eadem aſſiſtentia debetur à Canonicis; quando Epiſcopus intereſt in alienis Eccleſijs Miſſæ ſolemni, aut Veſperis, vel ſi ipſe Pontificaliter concionetur intrà Ciuitatem: quia talis aſſiſtentia ipſi debetur ratione dignitatis in ordine ad omnes Pontificales functiones, nec decet quod Epiſcopus aſſiſtens Veſperis ſolemnibus ſuæ Eccleſiæ Cathedralis ob penuriam Sacerdotum, admittat Clericos minoribus tantum initiatos prò aſsiſtentibus cum pluuialibus, etiam in ſolemnioribus feſtiuitatibus, cum melius ſit, non habere aſsiſtentes, quam eos habere indecentes, vt declarauit Sac. Rit. Cong. in *Caſertana* 18. Septemb. 1632.

Ad 5. Preter Diaconum, & Subdiaconum, qui cantent Euangelium, & Epiſtolam, debere aſsiſtere tres alios, nempè primam Dignitatem, quocumque nomine appelletur, & duas alias Dignitates, ſeù Canonicos. Ità declarauit Sac. Rit. Cong. in *Iacenſi*. 1609. & in d. *Calaguritana* die 1. Iul. 1601. & in *Reatina* 10. Ianuar. eiuſdem anni 1609. & in *Vercellenſi* 7. Auguſti 1610. quia, cum Epiſcopus ſolemniter celebrando, exerceat functionem nobiliorem inter illas, quæ ipſi congruunt, debet etiam, à nobilioribus membris ſui corporis habere aſsiſtentiam, & expreſsius declarauit eadem Sac. Cong. in *Monopolitana* ſub die 15. Octob. 1632. in hunc modum:

Aut præbendæ ſunt diſtinctæ in Presbyterales, & Diaconales, & tunc Epiſcopo ſolemniter celebranti aſſiſtere debere prò Presbytero aſſiſtente digniorem de Capitulo, quocumque nomine nuncupetur, dummodò ſit in Sacerdotio conſtitutus; Epiſcopo verò non celebranti, ſed diuinis tantum præſenti, prò Presbytero aſſiſtenti inſeruire debere digniorem Canonicum poſt Dignitates. Aut præbendæ non ſunt diſtinctæ in Presbyterales, & Diaconales, & tunc Epiſcopo, ſiuè ſolemniter celebret, ſiuè diuinis tantum præſens ſit, prò Presbytero aſſiſtente inſeruire debere digniorem de Capitulo, iuxtà diſpoſitionem Cæremonialis lib. 1. cap. 7. & 8.

Canonici autem aſsiſtentes Epiſcopo celebranti, aut diuinis officijs intereſſenti, ſi præbendæ ſint diſtinctæ in Presbyterales, & Diaconales, aſſumendi ſunt ex numero Diaconorum, vt declarauit Sac. Rit. Congreg. in *Nolana*. 23 Maij 1603. Nam ad munus Diaconorum ſpectat inſeruire Sacerdoti, debent verò eligi hi duo Canonici iuxtà Conſtitutiones Capituli, aut conſuetudinem, ſi extent, quod ſi neq. conſuetudo, nequè Conſtitutiones de hac re aliquid diſponant, ad Epiſcopum ſpectabit nominare, qui debent aſsiſtere. Vener. *cap.* 40. & Alcedo *de præced. Epiſc. dignit. p.* 1. *cap.* 13. *num.* 34. dumque aſsiſtunt Epiſcopo non debent omnes eodem habitu vti ſed proprio vnicuiq. Ordini, & proindè non debent omnes indui pluuialibus, ſed tantum Dignitates ijs vti debent; Canonici verò Presbyteri vti debent Planetis, Diaconi verò, & Subdiaconi Dalmaticis; quod etiam in proceſsionibus ſeruandum eſt, vt pluries declarauit Sac. Rit. Cong. præſertim in *Neapolitana* 25. Mart. 1602. & in *Placentina* 19. Maij 1607.

Ad 6. Præter ea, quæ ſcripta ſunt in Cæremoniali Epiſc. quod omninò ſeruandum eſt, vt cenſuit Sac. Congreg. Rit. in *Alexandrina* 15. Mart. 1608. hęc accipe: Quando thurificandus eſt Epiſcopus, non debet thurificari à Diacono, qui cantat Euangelium, ſed ab aſsiſtente prò Presbytero, ſiuè ſit Dignitas, ſiuè Canonicus, iuxtà declarationem Sac. Rit. Congreg. in *Placentina* 19. Maij 1607. decet enim, quod Epiſcopus hunc honorem accipiat à Digniori miniſtro, nam ideò Diaconus thurificat celebrantem, quia non adeſt alius dignior miniſter.

Vbi extat conſuetudo, quod Canonici, & Dignitates miniſtrent Epiſcopo Mitram, gremiale, thuribulum, & id genus alia, debent ſeruari, ſicut etiam ſi adſit conſuetudo, quod Dignitas, ſeù Canonicus geſtet baculum Paſtorale ante Epiſcopum in quibuſdam ſolemnitatibus, vt declarauit Sac. Rit. Congreg. in *Lamecenſi* 5. Iul. 1603. Huiuſmodi enim conſuetudines ſunt laudabiles, quia ſunt ad gloriam, & ſplendorem dignitatis Epiſcopalis, ac proindè obſeruandæ ſunt ex *cap. fin. de conſuet.*

In Miſſa ſolemni ad *Gloria, Credo, Sanctus*, Dignitates, & Canonici ac etiam Vicarius Generalis, non autem exteri bebent facere circulum ante Epiſcopum, prout cenſuit Sac. Rit. Cong. in *Maceratenſi* 20. Septemb. 1630. quod circulum tenentur facere Canonici deputati, quotieſcumque Epiſcopus intererit, cum Cappa Miſſis ſolemnibus, vt cenſuit eadem Sac. Rit. Cong. in *Caſſanenſi* 5. Mart. 1633.

Quando Epiſcopus aſſiſtit diuinis Officijs cum Cappa, Canonici aſſiſtentes non debent ipſi biretum imponere, & deponere, ſed hoc ipſe præſtare debet. Eadem Sac. Rit. Congreg. 4. April. 1620. *in Laudenſi*. Et 21. Auguſti 1632. in *Iſernienſi* reſpondit, nequè Dignitates, neq. Canonicos aſsiſtentes Epiſcopo teneri caput Epiſcopo tegere, & detegere quando aſsiſtit Diuinis cum Cappa, & bireto. Hoc enim obſequium eſt ſolum debitum Epiſcopo ratione fūctionis Eccleſiaſticę ab ipſo exercitę, vt potè quia tunc exercet Pontificale munus, & ideò vltrà illud extendi non debet.

Sac. Cong. Conc. in *Abulenſi* cenſuit, Canonicos accedere debere ad Cubiculum Epiſcopi, quoties ipſe non priuatim, ſed pontificaliter cum Cappa in diebus feſtis, & ſolemnibus voluerit deſcendere, vt aſsiſtat vel horis Diuinis, vel Miſſæ Sacrificio, multòque magis, ſi ipſe celebraturus eſt, in reddito verò vſque ad Oſtium domus Epiſcopi, Epiſcopo præeunte, ipſiſque ſequentibus, comitari debere. In diebus verò

ouibus, ſed Paſtor ipſe prò ouibus ſuis debet animam ſuam ponere. Can. *tres perſonas* 23. q. 4. id eſt mortem ſubire, vt ſentit D. Tho. *loc. cit.* quem ità explicat Sot. *lib.* 10. *de iuſt. q.* 3. *ar.* 4. ſicut verus, & optimus Paſtor illam poſuit, & factus eſt obediens vſque ad mortem, & ità exemplum dedit Sacerdotibus ſuis, vt quemadmodum ipſe fecit, ità & ipſi facerent. Cap. *ſignificaſti de elect.* Fagnan. *loc. cit. n.* 48. *et ſeqq.*

Ac tandem de reſidentia Parochi vide latè *de Vicario tom.* 7. *Conſul.* 4.

An Dignitates in Cathedralibus eximantur ab aſſidua reſidentia vltrà tres Menſes?
tom. 4. Conſul. 131.

NEgatiuè per clariſſimam diſpoſitionem Sac. Cooc. Trid. *ſeſ.* 24. *cap.* 12. §. *Præterea de reſor.* idque noo obſtante quacumque conſuetudine, etiam immemorabili, vt ex declarationibus impreſſis apud Barboſ. *de Can. et Dign. cap.* 23. *n.* 1. *et* 2.

Atque ità quidem, quod illis non ſuffragetur antiqua Conſtitutio ſuarum Eccleſiarum de tempore animi relaxatioois quatuor Menſium, quam, ſtante confirmatiooe Apoſtolica, non fuiſſe à Conc. ſublatam, reſoluit illius Sac. Congr. ex ſententia Greg. XIII. per hæc verba.

Ioanne de Ribera Archiepiſcopo Valentino dubitante de ſolatio quatuor menſium, quod Canonici reſidentes quolibet anno percipere ſoliti erant, propterea Tridentina Synodus vbi ius Eccleſiarum ſolatium Canonicorum ad tres duntaxat menſes reduxit. Canonici ad Sedem Apoſtolicam recurrentes ante Sac. Congr. Card. Conc. Interpr. libellum propoſuerunt, per quem rationibus, atque allegationibus de iure probarunt, ipſos præfato quatuor menſium ſolatio liberè frui, atque gaudere poſſe, ex eo potiſſimum, quod decretum Conc. cap. 12. *ſeſ.* 24. *de reſor. derogat ſtatutis, & conſuetudinibus, non tamen iuratis, & confirmatis, quale eſt ſtatutum Canonicorum iuratum, & per Apoſtolicam Sedem confirmatum. Vndè prædicta Congregatione referente d. libellum coram S. D. N. Papa Greg. XIII. Sanctitas ſua, ſtatutum illud non fuiſſe ſublatum à decreto Conc., ſed obſeruari debere declarauit, prout Reuerendiſſimus D. Philippus Buoncompagnus Cardin. S. Sixti viua vocis oraculo ſibi facto de eiuſmodi expreſſa mente, ſententiaque Pontificis, litteras vna cum libello ad d. Reuerendiſſimum D. Archiepiſcopum dedit tenoris ſequentis:*

Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Domine. Cum libellus hic Canonicorum Eccleſiæ Valentinæ propoſitus eſſet in Sac. Congr. Card. Conc. Interpr., & deinde ad S. D. N. relatus, Sanctitas ſua declarauit, ſtatutum illud, quo permiſſum eſt Canonicis quatuor Menſes anno quolibet ab Eccleſia abeſſe, non fuiſſe ſublatum à decreto Conc. ſeſ. 24. *cap.* 12. § *Præterea, & ideò obſeruari debere; ſi tamen verum eſt, quod aſſeritur, fuiſſe à S. Sede Apoſtolica confirmatum. Qua in re Amplitudo ſua, quod ſui muneris erit, aget, valebitque in Domino, Romæ* 18. *Ianuar.* 1576.

Quas litteras vna cum libello propoſito excipiens idem Archiepiſcopus ab eiſdem Canonicis, eaſque in pleno Capitulo euoluens, ac legens, quin & conſtito ſibi de prædicti Canonicorum Statuti Apoſtolica coofirmatione, à ſua tandem dubitatione, & repugnantia receſſit, atque Canonicos prædicto quatuor menſium ſolatio quolibet anno, iuxtà decretum à Sum. Pont. declaratum frui, atque gaudere permiſit.

Id, inquam, non ſuffragatur: Quia Conſt. loquitur de ſolis Canonicis, & non exprimit Dignitates. Cum autem verſemur in ſtatuto, ac priuilegio illud confirmante contra ius, verba interpretari debemus ſtrictè, ac propriè vti ſonant, & ſic de Canonicis, non autem de Dignitatibus, iuxtà ea, quæ tradunt Dec. *conſ* 5. *n.* 2. Cephal. *conſ.* 571. *n.* 59. *lib.* 4. cum aliis plena manu congeſtis à Maſcard. *concl.* 4. *n.* 1. *& ſeqq.* Cumque aliud ſint Dignitates in Eccleſia Cathedrali, & aliud ſint Canonici, non eſt in dubio recedendum à proprietate verborum. Rota *p.* 2. *diu. dec.* 261. *n* 7. Dignitates enim de iure non ſunt de Capitulo, cum ſoli Canonici in eo ferant ſuffragium. Abb. *in cap.* 1. *n.* 13. *& in cap. ſcriptum n.* 4. *de elect.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *n.* 18. Et propterea nomine Capituli veniunt ſoli Canoutei, & non Dignitates. Compoſtel. *in cap.* 1. *n.* 4. *de elect.* Abb. *in cap.* 5. *n.* 4. Barboſ. *de Can. & Dign. cap.* 37. *n.* 14. *& ſeqq.*

An Canonico, qui Capitularem poſſeſſionem adeptus eſt, & poſtea facto Capitulo, non fuit admiſſus ad reſidentiam, qua ratione non reſidet, debeantur fructus? Vide de Capitulo tom. 4. Conſul. 150.

An in participantibus de Maſſa communi habeant locum pœnæ non reſidentiam? Et an iiſdem Epiſcopus poſſit permittere longiorem abſentiam? Vide de Capitulo tom. 5. Conſul. 75.

An Canonicus infirmatus extra reſidentiam in vicino Oppido lucretur diſtributiones quotidianas? Vide de Capitulo tom. 5. Conſul. 81.

De reſidentia Parochorum multa vide omninò de Vicario tom. 7. Cooſul. 4.

An, & quatenus debeantur diſtributiones Canonico abſenti prætexta inimicitiæ? Vide de Capitulo tom. 7. Conſul. 14.

An

An Epiſcopus, qui abeſt à Ciuitate ſua Cathedrali, & reſidet in Diœceſi, conſtituere, vel relinquere in illa debeat Vicarium Generalem, & Tribunal Epiſcopale? tom. 7. Conſul. 64. Item vide tom. 4. Conſul. 17. præſertim à n. 33. vſque ad n. 49.

QVoad reſidentiam Epiſcopi, de quà fusè loquitur hæc Conſultatio, iam ſatis delibatum eſt *in cit. tom.* 4. remanet igitur reſpondendum huic ſolo quæſito de Vicario, vt ſequitur n. 20. & 21.

Poteſt itaque Epiſcopus in qualibet parte Diœceſis reſidere modo iam, & alias explicato, dummodò non abſit à Cathedrali temporibus à Conc. Trid. præſcriptis, nec remoueat Vicarium, & Tribunal. à Ciuitate, vt declarauit ſæpius Sac. Congr. Epiſc. præſertim 28. Ian. 1603. 3. Octob. 1611., niſi quoad Vicarium, & Tribunal obſtaret legitima conſuetudo, aut neceſſitas; Quibus in caſibus non indignarentur Canones iuri poſitiuo derogare, *& in cap. ſi quando de reſcrip.* & Conc. Trid. *cap.* 5. *ſeſ.* 13. *& cap.* 5. *ſeſ.* 21. *de refor.*

Vtrum ad effectum priuandi Canonicum Canonicatu, requiratur integrum triennium, ſiuè neceſſarium ſit, præmittere pęnas à Sac. Conc. ſtatutas, antequam deueniatur ad priuationem beneficij ob non reſidentiam? tom. 7. Conſul. 75.

REſpondetur, præmittendas eſſe minores pęnas priuationis fructuum, antequam deueniatur ad pœnam priuationis impoſitam per Sac. Canones, & Sac. Conc. Trid. Quod etiam iure ſtatutum videtur, quatenus *in cap. Ex tua §. Contra eos de Cler. non reſid.* decernitur, quod contra recuſantes poſt monitionem venire ad reſidentiam, procedatur per ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententiam, & ſi poſtea contumaces fuerint, deueniatur ad priuationem. Vndè de iure quoq; videtur neceſſarium non ſtatim deuenire ad priuationem, ſed prę-mittere alias pęnas per modum correctionis. Et ideò Gloſſa quoque *in d. cap. Ex tua v. Spoliari* ſenſit, quod prius præcedere debeat ſuſpenſio ab adminiſtratione temporalium, antequam deueniatur ad ſpoliationem. Et quod prę-mittenda ſit illa duplex ſpoliatio fructuum, da quà Conc. loquitur, alias priuatio ſit nulla. Zerol. *in pr. par.* 1. *v. Priuatio §.* 3. *&* 4. Zecch. *de republ. Eccleſ. tit. de benef. n.*6. Piaſec. *in pr. p.* 2. *c.* 3. *n.* 10. aliique infra citandi.

Nam per prædictum decretum Conc. *eo cap.* 12. *ſeſ.* 24. *de refor.* correcta eſt Sac. Canonum diſpoſitio, iuxtà quam Canonici abſentes poterant priuari Canonicatu, ſi intrà congruum terminum illi præfixum non redirent ad reſidentiam, *vt per cap. peruenit de appell. cap. inter, & cap. fin. de Cler. non reſid.* atque inducta eſt noua forma: nam quando lex præter ius commune aliquid de nouo introducit, quidquid exprimitur, reputatur de forma. Roland. *conſ.* 182. *num.*61. *lib.* 3. Anchar. *cons.* 241. *num.*6. Surd. *dec.* 298. *num.* 9. aliiq; ac Rot. *in Romana Societatis* 5. *Decemb.* 1616. *coram Rembaldo*.

Quare hodie non poteſt Epiſcopus, qui comminatur pænã priuationis Canonicatus vltrà tres Menſes abſenti, eam exigere niſi per triennium fuerit abſens, et primò, ac ſecundò anno fuerit antea priuatus fructibus, iuxtà formam eiuſdem Sac. Conc. quemadmodum reſcripſit eius Sac. Cong. Archiepiſcopo *Tarentino*, ac teſtatur Fagnan. *in cap. licet num.* 26. *de præb.* Neq. oportet, vt abſentia ſit continua ad incurrendas pænas d. Sac. Concilij, ſed ſufficit, vt dies abſentiæ, etiam interpellati ſuperent trimeſtre, vt ait idem Fagnan. *l. c. nu.* 55. cenſuiſſe eandem Sac. Congregationem, quam quoque ſubdit, reſpondiſſe, contrarium ſtatui ab Epiſcopo non poſſe, ac eadem Sac. Congreg. in *Abulenſi* cenſuit, non reſidentes, quamuis amittant tertiam partem fructuum in diſtributiones conuerſam, compelli nihilominus poſſe ad reſidendum aliis iuris remedijs ex hoc decreto Concilij, ſed non excedendam eſſe formam in eo deſcriptam. Et alibi declarauit, primò anno abſentiæ Canonicum non poſſe priuari Canonicatu, ſed dimidia tantum parte fructuum, & aduerſus eum procedi non poſſe, niſi ſeruata forma huius decreti, & in eundem priuandum, ſicuti fit in Curatis, iuxtà *cap.* 1. *ſeſ.* 23. ſed ſufficere eum citare ad allegandam cauſam, quare non debeat priuari iuxtà diſpoſitionem *d. cap.* 12. *ſeſ.*24. de quò in priuatione facienda eſt expreſſa mentio. Et in *Vrbinatenſi* ſcripſit Vicario.

Che l'editto fatto da lui ſopra la reſidenza non dee contenere maggior rigore di quello, che dà il Conc. Però lo moderaſſe, riducendolo ad terminos Concilij. Die 21. *Martij* 1590.

Reuocari ergò Canonicus debet ad reſidentiam citationibus, quod debent continere ſpatium vnius anni prò qualibet, vt in puncto eſt deciſio Dunozer. iun. 878. *nu.* 8. *confirmata coram eodem deciſ.* 889.

Tandem vera ſententia eſt, tempus triennis prò priuatione non incipere à die, quò quis ſe abſentauit, ſed à die, quò cepit moneri prò incurſandis pęnis ſtatutis à Concilio, vt relato decreto Sac. Cong. docent Fregol. *de Repub. num.*15. & Salgad. *de reg. protect p.* 2 *c.*15. *n.* 2.

Moneo cum Fagnano, quem in his rebus oculatiſſimum iudico in *d. cap. licet. d. n.*55. *de præb.* Sac. Congr. Conc. cenſuiſſe, non licere omnibus Canonicis abeſſe eodem tempore, ne Eccleſia deſeratur, ſed tantum tot, per quorum abſentiam Epiſcopus ſuo arbitrio Eccleſiæ ſeruitio præiudicium non inferri exiſtimabit, & Sanctiſſimum probaſſe hanc Sac. Congr. ſententiam ad ſe relatam, ac dixiſſe, Concilium tres

tres Menſes, non Capitulo, ſed Canonicis, ſcilicet ſingulis per vices indulſiſſe. Et num.65. ex ſenſu ipſiuſmet Sac. Cōgreg. refert quomodo computandum tempus abſentiæ trium Menſium, & ſeruitium præſtitum in reliquis nouem Menſibus.

An Canonici ex indulto non reſidentes per duos Menſes, gaudeant diſtributionibus, ſi redditus prò maiori parte conſiſtat in diſtributionibus? Vide de Capitulo tom.8. Conſul.21.

Explicatur indultum Sac.Congr.Conc.illis verbis prò ſtudentibus: Quod ſi fructus præbendales quartā partem diſtributionum non attingant. *Vide de Capitulo* tom.9.Conſul.83.

Quænam requirantur, vt abſens à ſeruitio Eccleſiæ diſtributiones lucretur, & fructus? Vide de Capitulo tom.9. Conſul.113.

An, & quatenus abſentibus debeantur fructus Præbendæ? Vide de Capitulo tom.9.Conſul.114.

An, & quatenus abſentibus debeantur diſtributiones? Vide de Capitulo tom.9.Conſult.115.

De Canonico Iubilato. Vide de Capitulo tom.9. Conſult.116.

De Canonico abſenti, & Romæ agitanti litem. Vide de Capitulo tom.9.Conſult.117.

Epiſcopus duarum Cathedralium, in qua prò maiori anni parte reſidere debeat? Vide de Epiſcopis tom.9. Conſult.135.

De Reſidentia Epiſcoporum tom.10.Conſult.150. Vide, quę ſatis dicta ſunt tom.4 Conſult.17. hoc eodem tract.

Alia vide ſpeciatim quoad Reſidentiam de Capitulo, & Dignitatibus.

D E
RITIBVS.

An Profeſſi Regulares, qui literas Latinas neſciunt, poſſint Regulam ſuæ Religionis è Latino in vulgarem, & patrium ſermonem reddere? Vide de Regular.tom.1.Conſult.12.

An, & quatenus munus, ac dignitas Apoſtolorum aliquibus Sanctis Viris appropriari poſſit? tom.1.Conſul.14. num.8.

ASſerimus prò Seruis Dei, omnes habere Euangelij ſinceros præcones, & eorum memoriam religiosè colimus, Apoſtolos propriè ſic dictos non alios agnoſcimus, niſi eos, quorum nomina in ſcripturis ſunt prodita, adijcimus Martialem, alioſque nonnullos, eo modo Gallorum Apoſtolum appellari poſſe, quo Paulus Epaphrodium Philippenſium Apoſtolum vocat. Duo enim legitima Apoſtolorum genera fuiſſe tradit Hieronymus *in Epiſt. ad Galat.* Primum, quod neque ab hominibus eſt, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, aut Spiritum Sanctum. In hoc genere fuerunt 12. Apoſtoli à Chriſto ordinati, & cum his Matthias, Paulus, & Barnabas. Alterum, quod à Deo quidem, ſed per hominem. Huius generis fuit Epaphrodius, Silas quoque, & Iudas, qui teſte Hieronymo ab Apoſtolis Apoſtoli nominati ſunt, Martialis, & alij, qui, vt idem Hieronymus teſtatur, ab Apoſtolis ordinati ſunt Apoſtoli Eccleſiarum, de quibus ſcribit Paul.2. *Corinth.8. Siuè Fratres noſtri Apoſtoli Eccleſiarum, gloria Chriſti.* At quanti facienda ſit de iſtis Apoſtolis gloriatio, qui vſurpatione alieni nominis ſic dicti ſunt; alij dicunt.

An ex eo, quod ordinatio Miniſtrorum Eccleſiæ ſit inter Miſſarum ſolemnia, dicatur Miſſa ſolemnis, ità vt in eà omittenda ſit commemoratio ſimplex? Vide de Miſſæ Sacrif.tom.1.Conſult.37.

Circa vſum Mitræ quoad Canonicos. Vide de Capitulo tom.2.Conſult.33.

De præcedentia Canonicorum, & Magiſtratus; de eorum incenſatione. De aſſociatione Epiſcopi &c. Vide de Præcedentia tom.2. Conſul.35.

An, quibus, & quatenus permittenda ſit lectio Sacrorum Bibliorum vulgaris verſionis? Vbi an lingua Latina potior in factis, quam alia? tom. 2. Conſult. 56.

REſp. Non eſſe permittendum. Primò, quia, cum omnes hæreſes habeant, vt plurimum originem à captu Sacræ Scripturæ per difficili, nullatenus permitti debet idiotis, qui facillimè errant.

Secundò, quia vſus nos docuit, docetque in dies quot ordinis perturbationes emergant ex permiſſione arcanorum Sacræ Scripturæ hominibus imperitis, qui aut errore labuntur, aut ſi rectæ quoque mentis ſint, cum velint quouis in loco quoſcumque inter homines de rebus difficillimis diſceptare, neſcientes argumenta diſſoluere, captioſa enodare, ambigua diſtinguere, damno ſibi ſunt, ac Religioni Catholicæ. Ex idiotis enim ortum ſuum habuerunt hæretici Valdenſes, Albigenſes, & Turrelupini. Hac enim ratione Hebræos olim arcuiſſe iuuenes ante annum ætatis trigeſimum à lectione Canticorum Salomonis, & quarundam aliarum Scripturæ partium, quod poſſet ea lectio damnoſior illis eſſe, quam fructuoſior, ſi cortici nimium inhærentes, ad medullam non per-

perſuaderent, refert, & approbat Nanzianzenus *Apol* 1. & S.Hieronym. *Epiſt. ad Euſtoch. virg. de comment. in Ezechiel. dedicatione.*

Tertio, quia non ignoratur quanta ſollicitudine Lutherus, Caluinus, Eraſmus, ac cæteri hæretici tenebantur, vt Sacra Biblia vulgò facerent commonia. Quod quidem nihil penſi haberent, niſi putarent, hunc eſſe facillimum modum aſſequendi ſibi ſectatores. Eſt enim id ſeminarium prurìginis illius tractandi de dogmatibus, quam ex ſcripturæ peruolutatione aſſidua puſillo gregi ingenerare ſatagunt lupi, paſtorum nomina mentientes.

Quartò ex auctoritate Patrum, Summor. Pontif. & Congregationum Sac. Inquiſitionis, & Indicis, qui hanc vulgarem Bibliorum lectionem imperitæ multitudini non contulerunt. Inquiunt enim Patres, quod populus debeat intelligentia rerum facillium contentus eſſe, quodque Epiſtolas D.Pauli non omnes animo percipiunt. D.Hieronymus quærimoniam habet de vſu ſui temporis, cum quiſque de ſacra quidem ſcriptura variè in vtramque partē diſſerebat. Greg. VII. denegauit expreſsè Vratislao Duci Boemiæ celebrationem officiorum idiomate Illyrico. Innoc. III. Abbatem Ciſtercienſem acriter reprehendit, quod in ſermonem Gallicum Bibliam conuerti curauerit. Sacr. Indicis librorum Congr. ſemper id prohibuit. Quod profectò credendum ex matura deliberatione factum.

His rationibus accedit decorum, nempè nobilitatis trium linguarum communitatis Latinæ ob Concilia, & inſcriptionis Tituli Crucis Domini Noſtri, ac id genus alia, quæ tametſi non conuincant, corroborant tamen præcipuas rationes.

Atque ex his aſſero, non expedire Sacram Scripturam omnibus eſſe communem, rectèque dixiſſe Card. Bellarminum, quod Eccleſia non prohibet Biblia vulgaria, ſed nolit ea paſſim, quod à vulgatibus legantur, non librorum vitio, ſed legentium imbecillitate.

Decreta verò, quæ ſuper prohibitione, vel conceſſione Bibliorum vulgaris verſionis in quouis idiomate extant, ſunt huiuſmodi.

Die 5. Septemb. 1570. decretum fuit, Biblia omnia vulgari idiomate, ſiuè Germanico, ſiuè Gallico, Hiſpanico, Italico, ſiuè Flandrico &c. conſcripta nullatenus imprimi, legi, aut teneri poſſe abſque licentia S.Officij S.Rom. Inquiſitionis. Nec poſſint Epiſcopi, & Inquiſitores concedere, niſi Epiſtolas, & Euangelia vulgaria ſine vllo errore conſcripta, & cum ſcholijs alicuius docti, & Catholici viri ijs, quos putauerint, ex eorum lectione in pietate proficere poſſe, non verò vllas alias ſcripturæ partes in vulgarem linguam traductas. Idem decretum 7. Auguſt. 1606.

Sed tria adferuntur argumenta, vt prærogatiua Latinæ linguæ ſtabiliatur. Primum eſt, quod Marcianus Imperator in Synodo Chalcedonenſi verba faciens, primò Latinè, deindè Græcè eſt locutus. Magnam verò rem nobis narrant, Imperatorem Rom. Græcè, & Latinè doctum, in cætu Romanorum, & Græcorum Romanam prius orationem habuiſſe, quam Græcam.

Alterum exemplum ſequitur, quod ad rem ſanè plus aliquantò facit. Referunt enim ex Actis Concilij Epheſini, morem olim in Concilijs ſeruari ſolitum, vt Romani Pontificis Legati literas Papæ Latinè recitarent, & non niſi rogati à conſenſu Patrum, eaſdem Græcè verſas legerent. Hoc putant eſſe magnæ prærogatiuę argumentum Latinæ linguæ. Sed quid mirum eſt, ſi literæ à Papa Latinæ ſcriptæ, ea lingua prius exhiberi ſolitæ fuerint, qua compoſitæ? Si recta ratione rem putamus, non magis hoc videri mirum debet, quam Romanum Pontificem Romana lingua literas ſcripſiſſe.

Tertium omnium validiſſimum eſt, quod in ſactis etiam Miſſarum ſolemnijs penes Gręcos ea ſemper viguit conſuetudo, vt tam lectiones Euangelicæ, quam Apoſtolicę primum Latinè, indè Græcè eadem in Eccleſia publicè recitarentur, vt Nicolaus Papa I. ad Imperatorem ſcribens teſtatur, & religiosè adhuc in vetuſtiſſimæ, ac prænobiliſſimæ Tarantinæ Vrbis Metropolitana Eccleſia cuſtoditur.

Quid agendum, ſi Magnus Princeps hæreticus tranſiturus ſit per Vrbem? tom. 7. Conſult. 65. Miſcell. §. 28.

PEr conniuentiam diſſimulandus erit eius acceſſus ad Vrbem, liberaliter, & ſplendidè cum eo agendum à Sanctiſſimo; alieno tamen nomine, & quod ſi inſtiterit admitti ad deoſculandum pedes Sanctitatis Suæ, poterit admitti, ſecretò tamen. Sic olim actum cum Palatino Rheni ſub Paulo V. Alias conniuendum, vt per aliquot dies commorari poſſit in Vrbe, dummodò abſque ſcandalo, ſecretò, & priuatim viuat. Quod oretenus eſt ei ſignificandum, vt actum ſub Vrbano cum quadam Principe hæretica.

Item §. 29. in eodem Miſcell. Quæritur:

An Mulieri ad fidem Catholicam, à qua apoſtatauerat, conuerſa, poſſit concedi, vt incedat in habitu Turcico, ad mortis pericula euitanda?

Reſp. Negatiuè, cum talis habitus ſit proteſtatiuus Sectæ Turcarum.

Quoad ſedilia Magiſtratus, & aliorum laicorum in Eccleſia. Vide de Eccleſijs tom. 7. Conſul. 48. & tom. 9. Conſult. 47. Item vide de Præcedentia tom. 3. Conſul. 3. & Conſul. 65. num. 2. & tom. 4. Conſul. 16. & tom. 7. Conſul. 33. ac tom. 8. Conſul. 54.

An liceat amplius facere conuiuia in Eccleſia? Vide de Eccleſ. tom. 3. Conſul. 17.

Cui

Digitized by Google

Cui competat ius porrigendi aſperſorium aquæ benedi-ctæ Epiſcopis, Archiepiſcopis, Legatis accedentibus ad Eccleſiam Regularium? Vide de Præcedentia tom.3. Conſult.18.

An Clerici prò ſui Ordinis gradu veſtibus ſacris ſepeliendi ſint? tom.3. Conſul 35.

Reſp. Non eſſe ſaltem neceſſarium, quod corpora Defunctorum Sacerdotum ſepeliantur cum ſacris veſtibus, ſed ſatis eſſe, quod illis ſolum induantur, donec fuerint expoſita; ſtatuendi fiduciam præbent in primis tex. *in Can.Veſtimenta, & in Can. Nemo de conſecr. d.1.* qui licet loquatur de palla Altaris, ſiuè corporali, ad veſtes tamen Sacerdotales, non immeritò extenduntur, Sylueſt.& Azor. quibus concinit Rituale Rom. iuſſu Pauli V. editum, in quo apertè habetur, Sacerdotem, aut cuiuſuis Ordinis Clericum defunctum veſtibus ſacris quotidianis communibus vſque ad talarem veſtem incluſiuè, tum deſuper ſacro veſtitu Sacerdotali, vel Clericali, quem Ordinis ſui ratio depoſcit Indui debere. Idem decernit Concil. Mediolan. Non igitur ſepeliri. Id quod etiam D.Hieronym.in vita Pauli primi Eremitæ ad finem minimè probare videtur his verbis: *Pareite quæſo vobis, pareite ſaltem diuitijs, quas amatis. Cur & mortuos veſtros auratis obuoluitis veſtibus? An cadauera, niſi in ſerico putreſcere neſciunt?*

Accedit ratio. Nam honor, qui debetur viuo, debetur, & mortuo per tex. *in leg.apud Celſum ſ.aduerſus ff. de excuſ.* Hic autem honor non poteſt Sacerdotibus exhiberi, niſi dum publicè exponuntur cum veſtibus ſacris, & ideò ſufficit, quod prò talibus cognoſcantur in funere, nòn autem in ſepultura.

An diebus Dominicis poſſint celebrari Miſſę votiuę de SS.Reſurrectione Domini? Vide de Miſſæ Sacrif. tom.3. Conſul.40.

An, & quatenus deceat, Eccleſiam vti in ſuis Diuinis Officijs harmoniaca muſica? Vide de Eccleſijs tom.3. Conſult.41.

An liceat facere Octauas prò Defunctis, præcipuè inter Octauam omnium Sanctorum, ſine ſpeciali Inbulto Sedis Apoſtolicæ? Vide de Funeribus tom. 3. Conſul.53.

1. *An liceat Archidiaconum Pluuiali indutum, & Epiſcopo ſolemniter celebranti aſſiſtentem præbere iconem, ſeù tabellam Pacis Magiſtratui laico, vel potius hoc munus præſtandum ſit à Magiſtro Cæremoniarum, vel alio Manſionario?*
2. *An permittendum ſit ſcamnum tapete ornatum, ac puluinaribus Magiſtratui laico intrà presbyterium?*
3. *An Vicarius Generalis Rocchetto, & Mantelletto indutus, cæterique Canonici cum Cappis, & Rocchetto aſſociantes Epiſcopum ad Eccleſiam accedentem cum cappà magna ad peragendas functiones ſacras, debeant ipſum immediatè ſubſequi?*
4. *An liceat duobus thuribulis eodem tempore thurificari Canonicos, & Magiſtratum à duobus Manſionarijs, & à Diacono?*
5. *An ad confeſſionem, & ad verba* Incarnatus eſt, *in Symbolo à Choro cantata, & ad benedictionem in Miſſa ſolemni Magiſtratus debeat genuflectere?*
6. *An deceat, ſtantibus Vicario Generali, & Canonicis; Magiſtratum ſedere capite tecto coram Epiſcopo in Presbyterio?* tom.3. Conſul.65.

Ad 1. Negatiuè. Sac.enim Rit.Congreg.ſub die 5.Iul.1614 decreuit, vt Subdiaconus in Miſſa nullo modo ferat pacem laicis, etiam ſi ſint Principes. Ergò multò magis hoc dedecet primæ Dignitati.

Ad 2. Etiam negatiuè. Eſt enim contrà Sac.Canones, Sanctorum Patrum ſcripta, & Conciliorum Sanctiones, atque innumera Sac. Congr. Rit.decreta, de quibus vide *de Præceden.tom.3. Conſul.3. tom.4.Conſul.16. tom.7. Conſul.33. & tom.8. Conſult.54. Item vide de Eccleſijs tom.7. Conſul.48. & tom.9. Conſult.147.*

Ad 3. Affirmatiuè, de quo ſatis dictum eſt *de Præcedent.tom.2. Conſul.35.*

Ad 4. Sufficienter reſponſum eſt, *ibid.num.5.*

Ad 5. Negatiuè iuxtà præſcriptum rubricæ, & commendabilem vſum Capellæ Pontificiæ, in qua Regnum Oratores, cæterique Dynaſtæ genuflectunt. Porrò genuflectendi, corpuſque inclinandi vſus vetuſtiſſimum eſt, de quo Durant. *de ritib. Eccleſ. lib.3. cap.24. num.20.* Solumque Iudæi mentis ſuperbiam demonſtrantes omninò id non faciunt. D.Hieronym. *in cap.45. Iſai.*

Ad 6. Non decere. Ità cenſuit eadem Sac.Congreg. in *Viterbien.* 23. Martij 1669. Siquidem coram viris conſpicuis non licet ſedere, nec caput tegere abſque eorum nutu. Statius *in Theb.lib.1.verſ.203.* Tertull. *de Orat.S.Baſil. de abdicat.ſecul.* Idque in ſignum humilitatis, ac reuerentiæ.

An beneficiati euiuſdam Eccleſiæ detecto capite ſalutare debeant Canonicos, Parochos, ac cæteros de Clero accedentes ad eorum Eccleſiam in die Sancti Marci? Vide de Proceſſion. tom.3. Conſult. 66.

1. *An conſuetudo ſeruata per tempus, de cuius initio memoria hominum non extat, quod Gubernatori ſucceſſo loco, etiam Status Eccleſiaſtici per Sac.Conſultat. deputato, ſiat thurificatio triplici ductu, valida ſit, ac ſeruanda, non obſtantibus ijs, quę habentur in Cęremoniali Epiſc.lib.1.cap.23.de Ord.thurifican.? Et*

An

2. *An Gubernator, gerens qualitatem perſonę laicæ, ac ſæcularis, cogi poſſit ad interueniendum, & aſſiſtendum in Eccleſiâ Cathedrali diebus ſolemnibus, in quibus Epiſcopus Pontificaliter celebrat, non obſtantibus ijs, quę de Magiſtratu, tradit* Barboſ. *in collect. apoſt. de collect.* 460. *num.* 11. *& ſeq.* tom. 4. Conſ. 4.

AD 1. Affirmatiuè: Nam in materia præeminentiarum, ac iuris honorifici totum defertur conſuetudini, iuxtà celebrem doctrinam Baldi in *cap. cum olim num.* 1. *&* 2. *de conſuet.* ac aliorum, quamuis iuris diſpoſitioni repugnaret, vt alibi diximus.

Eòque præcipuè quandò eſt immemorabilis, quam non fuiſſe ſublatam per Ceremoniale Roman. declarauit ſæpius Sac. Rit. Congreg. apud Barboſ. *de Canon. & Dignit. cap.* 23. *nu.* 24. & apud Aldan. *in comp.* Can. *reſol. lib.* 1. *tit.* 23. *num.* 72. quibus addo declarationes in *Conſentina* 20. Nouemb. 1610. & in *Viterbienſi* 7. Iul. 1612. ac indicauit Rot. in *Calaguritana iuris pulſandi Campanas* 11. *Mart.* 1619. *coram Dunazeto ſeniori*. Poſſeſſio enim immemorabilis optimum titulum tribuit. *cap. ſuper quibuſdam* §. *pręterea*.

Ad 2. Etiam affirmatiuè, ſaltem quandò ſumus in dubio de initio: quia in dubio ſecuanda eſt illa interpretatio, quæ eſt magis fauorabilis, iuxtà *leg.* 3. *in fin. ff. de adim. leg. & leg. Lucius Titius* §. *Lucius ff. de leg.* 3. Et quæ fauet cauſæ, ac perſonæ fauorabili. *leg. qui duos* § 1. *ff. de reb. dub.* Eſt autem magis fauorabile, quod continuetur huiuſmodi aſſiſtentia ad cauſam piam, quia cedit in fauorem Eccleſiæ, atque animæ, & cauſa pia eſt cęteris fauorabilior. Et ità declarauit Sac. Rit. Congregatio in *Fanenſi* 1. Septemb. 1607.

Gubernator, & Magiſtratus recuſantes contrà ſolitum accedere ad Eccleſiam Cathedralem, debitis remedijs cogendi ſunt, vt accedant.

Et 16. Iul. 1605. & 29. Nouemb. 1618. ſcilicet:

Magiſtratus Ciuitatis cogi poteſt ſolitum obſequium Epiſcopo accedenti ad Eccleſiam præſtare, & iuxtà ſolitum accedere ad Eccleſiam Cathedralem in diebus ſolemnibus, & tempore Aduentus, & Quatrageſimæ.

Et Sac. Congreg. Epiſc. decreuit in *Guardienſi* 10. Decemb. 1602. *Epiſcopum poſſe* cogere Magiſtratum ſæcularem ad viſitandum Eccleſiam iuxtà ſolitum, & adminiſtrandum aquam ſibi ſolemniter celebranti, vt in *Anconitana* 6. April. 1596. ac alibi ſæpius. Quare Epiſcopi poſſunt, ac debent huiuſmodi Magiſtratus, ac Gubernatores interpellare, eoſque cogere, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ad obſeruandum ſolitum.

An Prothonotarij extrà numeram poſſint concionari cum Mantelletta, & Roccbetto? Vide de Prothonot. tom. 4. Conſult. 22.

An Epiſcopus in Proceſſionibus poſſit incedere ſolus cum pallio, ſine Cappa, & pileo Sacerdotali? Vide de Proceſſion. tom. 4. Conſul. 23.

Quibus competat delatio Sanctorum Corporum in ſolemni Proceſſione translationis &c.? Vide de Proceſſion. tom. 4. Conſul. 24.

An mutatio ſedilium in Choro fieri poſſit à Canonicis in præiudicium cętus Sacerdotum, qui ſedent in pari gradu cum ipſis? Vide de Capitulo tom. 4. Conſul. 25.

Aliqua dubia inter duas Cathedrales. Vide de Cathedral. tom. 4. Conſult. 29.

An habitus nigri coloris, quo antiquo tempore conſueuit pingi B. Virgo aliquibus in locis, prohibeatur per Conſtitutionem Vrb. VIII. anno 1642. *emanatam ſuper refor. Imaginum?* Vide de Canoniz. tom. 4. Conſul. 51.

An forma decreti ſuper electione Sanctorum in Patronos à Sac. Rit. Congregatione iuſſu Vrb. VIII. emanati 23. *Mart.* 1630. *procedat ſolum quoad electiones poſtea factas, vel etiam irritet antea celebratas, ſed non dum impletas?* tomo 4. Conſultat. 78.

ANtequam reſpondeatur, ponenda ſunt verba decreti prædicti, quæ ſunt hæc:

Sac. Rit. Congregat. annuente S. D. N. in electione Patronorum, mandauit infraſcripta in poſterum ſeruari debere, declarans, quod aliter facta electio nulla ſit ipſo iure.

Primò. *Quod eligi poſſint in Patronos hi ſolum, qui ab Eccleſia uniuerſali titulo Sanctorum coluntur, non autem beatificati dumtaxat.*

Secundò. *Quod de Patrono Ciuitatis electio fieri debeat per ſecreta ſuffragia à populo, mediante conſilio generali illius Ciuitatis, vel loci, non autem ab Officialibus ſolum, & quod accedere debeat conſenſus Epiſcopi, & Cleri illius loci.*

Idemque ſeruari debeat in Patrono Regni, qui pariter eligi debeat per ſecreta ſuffragia à populo ſingularum Ciuitatum Prouinciæ.

Et quod repreſentantibus Regnum, Ciuitatem, Prouinciam nulla competat facultas eligendi Patronos, niſi adhoc habeant ſpeciale mandatum, & vlterius interueniat conſenſus Epiſcopi, & Cleri dictarum Ciuitatum.

Tertiò. *Quod cauſa electionis nouorum Patronorum debeant in Sac. Congreg. deduci, ab ea examinari, ac demum, cauſa cognita ab eadem Congr. approbari, & confirmari.*

Et ne præmiſſorum ignorantia vllo vnquam tempore poſſit, allegari, eadem Congregat. Rit. ſupradictum decretum imprimi, & publicari mandauit.

Ad quæſitum negatiuè. Tum quia Vrb. VIII. futuris tantum temporibus nouam formam præſcripſit, iuſſitque obſeruari decretum appoſitum. Tum etiam quia de natura legis, &

Conſtitutionis eſt, vt futuris ſolum, non autem præteritis proſpiciat, nec irritet actus iam perfectos, & conſumatos per tex. *in leg. Ariani Cod. de hæret. & in leg. leges Cod. de legib. & in cap. 2. & in fin. extr. de Conſt.* traditque Bartol, in *leg. cum lex 21. num. 2. ff. eodem.* Gemin. in *cap. deliberatione §. volentes num. 2. de offic. de leg. in 6.* ac alij, & Rot. *deciſ. 329. num. 3. par. 1. diu. deciſ. 547. num. 5. recen. coram Merlino deciſ. 832. num. 2.* Et tum quia diſpoſitio præcitati decreti litteraliter reſtringitur, & præſcribit formam in futuris duntaxat electionibus ſeruandam, ibi: *Mandauit infraſcripta in poſterum ſeruari debere*, & propterea non comprehendit electiones antea factas, ad tex. in *leg Iubemus §. In poſterum Cod. de teſtam.*

Et in hac ſpecie, quod præfatum decretum non irritet electiones antea factas, reſpondit Sac. Rit. Congreg. in *Troianenſi Patronatus* 15. Inn. 1633. & in *Pampilonenſi Patronatus S. Franciſci Xauerij*, in qua fuit approbata electio facta in Comitijs Regni Nauarræ. Quæ reſolutio tanquam iuridica fuit per Rotam, proponente Reuerendiſſimo Decano, approbata, conſiderato ſolum, quod ad euitandum præiudicium electionis antiquiſſimæ Sancti Firmini, debeat vterque vti Patronus coli. Quod certè præſupponit validitatem electionis. Et nouiſſimè in *Neapolitana Patronatus eiuſdem S. Franciſci* ſub die 15. Septemb. 1656. & in terminis electionis Patroni, qui ab Eccleſia vniuerſali titulo Sancti non colitur, poſt dictum decretum fuit obſeruatum in admiſſione B. Iacobi de Marchia, cuius electio anno 1628. atque adeò ante decretum editum, celebrata fuit, & deindè anno 1647. admiſſa, & ſolemni repoſitione Statuæ in Theſaurum Neapolitanum comprobata.

An electio Sancti in Patronum ritè, ac rectè fieri poſſit in comitijs generalibus, exquiſito tamen conſenſu per ſecreta ſuffragia populorum ſingularum Ciuitatum? tom. 4. Conſultat. 79.

NEgatiuè. Quia, cum electio Patroni conſiſtat in voti nuncupatione, quo populus ſe obligat ſub peccato diem feſtum illius ſeruare, plena copulatione requiruntur. Primum, quod vel ſinguli de populo per ſe voueant, vel ſingulæ Vniuerſitates ſingularum Ciuitatum, & locorum, legitimè congregatæ idem votum concipiant, aut concipiendi poteſtatem ſuo nomine alteri faciant. Vtroque enim caſu omnes de populo obligantur, ſed diuerſo modo. Quia ſingulis vouentibus Vniuerſitatibus, à maiore parte populi repreſentantis, non obligantur ex vì voti, niſi qui perſonaliter conſentiunt, cæteri verò, ac ſucceſſores ex vì legis. Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 9. nu. 10. & lib. 2. cap. 31. num. 9.* Sanchez *in decal. lib. 4. cap. 15. num. 19.* ac alij.

Secundò requiritur, quod idem votum eodem modo, hoc eſt, vt vel ſinguli per ſe, vel Capitulariter ſuſcipiat Clerus: Quia cum Clerus, & populus ſint duæ Communitates diſtinctæ, ex quibus Ciuitates, vel Regnum conſtituitur, vnius votum, vel lex non obligat alterum. Palud. *in 4. diſt. 15. quæſt. 4. art. 3.* Salas *de legib. diſp. 19 ſect. 15. num. 105.*

Tertiò, quod conſentiat Epiſcopus. Primò ad firmandum votum de re ſpirituali, quod populus abſque Epiſcopi conſenſu in præiudicium non vouentium, & ſucceſſorum facere non poteſt, vt communiter Suarez, Sanchez, & Bonacin, *loc. cit.* Deinde, quia agitur de voto circà feſtum ſeruandum. Quod minimè ſecerni poteſt ab Epiſcopi authoritate ex *dict. cap. conqueſtus de fer. & Can. 1. de conſecrat. diſ. 3.*

Quartò, vbi agitur de voto non à ſingulis, ſed à Communitate nuncupato, vlterius requiritur, quod Epiſcopo approbante, & feſti obſeruationem præcipiente, populus acceptet præceptum, illudque obſeruet, ex rationibus antedictis.

Atque ex his liquet prò validitate electionis Patroni ſeruandam omninò eſſe formam decreti Sacr. Rit. Congr. ſub die 23. Mart. 1630.

An cauſæ omnes, quæ excitantur ſuper electione Sanctorum in Patronos, ſpectent priuatiuè quoad alios Iudices, ad ſolam Cong. Sac. Rit. tom. 4. Conſul. 80.

AFfirmatiuè. Primò, quia agitur de cultu ergà Patronum præſtando vni potius, quam alteri Sancto. Quod eſt materia, circa quam Sixtus V. in ſua Conſtitutione tribuit cognitionem Sac. Rit. Cong. Ac ità alias reſpondit Sac. Rit. Cong. *in Pacenſi* 20. April. 1602. vt refert Pax. Iord. *tom. 2. lucubr. lib. 9. tit. 1. num.* 50. Ex quibus patet, ea, quæ concernunt cultum, & venerationem Sanctorum, ab illa cognoſci voluiſſe, & quidem priuatiuè quoad omnes alios, cum addiderit decretum irritans, & clauſulam ſublata.

Secundò ex diſpoſitione decreti eiuſdem Sacræ Congregationis 23. Mart. 1630. editi, approbante Vrb. VIII. quo præcipitur, cauſas Patronorum deduci, & examinari debere, ac demùm approbari, & confirmari ab eadem Sac. Cong. cauſa cognita, quæ verba important cognitionem iudicialem *ad l. in cauſa, §. cauſa cognita, ff. de minor.* Roman. *conſ. 72. num. 2.* Vbert. *de citat. cap. 15. num. 79. tom. 3.* Ideòque quod hodiè nullus alius cognoſcere poſſit has cauſas, ſed illas ſpectare ad ſolam Sac. Cong. aſſerunt. Gauant. *in rub. Breuiar. ſect. 3. cap. 11. num. 3.* Lezan. *in ſum. par. 4. v. Sanctorum cultus num. 3.*

Tertiò, quia agitur de electione, ac cultu Patroni totius Regni, in quo licet adſint plures Epiſcopi in huiuſmodi electionem, & cultum conſentientes, nullus tamen ipſorum poteſt eſſe

Iu-

Digitized by Google

Iudex ipſius controuerſiæ, cum nemo ipſorum iuriſdictionem in toto Regno habeat, nequè vnus poſſit in alterum illam exercere, cum par in parem non habeat imperium, ideòque hoc officium præcipuè eſt Sum.Pontificis, qui eſt omnium Ordinarius, habetque totum Orbem prò Diœceſi. *Can.cuncta per Mundum 9. quæſt.3.* Gonzal. *ad reg.8.§.1.præm. num.5.& 8. & 5.2. num. 41. & 46.* Rot. *decis.266. n. 1. par. 2.rec.*

Verum, vt celerius cauſæ huiuſmodi expediantur, poſſunt committi à Sum.Pont.eidem Sac.Congregationi Rit. de voto Sac. Rotæ. Hoc enim modo perpetuis litigijs, ac nimis ſumptibus proſpicitur.

De quibus Sanctis Officium proprium recitari poſſit?
tom.4. Conſul. 87.

CVm duplex ſit alicuius Sancti vindicatio, ſeù canonizatio. Vna recentior, quæ fit cum plena, & accurata cauſæ cognitione; Altera, quæ nititur communi fidelium conſenſui, & acclamationi, vt per Hoſtien, quem alij communiter ſequuntur *in cap.1.de reliq.& ven.Sanct. num.8.*& Fagnan.*ibi nu.16.ac 23.* nulli dubium eſſe poteſt, quin hæc ſecunda ſufficiat ad concedendum Officia propria Sanctorum, dum ad illorum martyrium, & præclara vitæ merita adſtruendum conſpirent ſcriptorum fide dignorum monumenta, Eccleſiæ in eorum honorem ædificatæ, alicuius Regni, & Prouinciæ conſenſus, vox, deuotio, cultus, & immemorabilis veneratio. Vndè licet non conſtet de beatificatione, vel canonizatione formali, ſatis tamen eſt, quod concurrant ea, quæ memorantur in decreto S. Offic. Inquiſ. ſub die 2. Octob. 1625. emiſſo, nempè communis Eccleſiæ conſenſus, immemorabilis temporis cultus, Patrum, virorumque Sanctorum ſcripta, nec non longiſſimi temporis ſcientia, & tolerantia Sedis Apoſtolicæ, & Ordinariorum, quibus concurrentibus Officium proprium decerni poteſt, ſicuti congruum eſſe, tametſi de expreſſa beatificatione non conſtet, tradit Cantelor *de Canoniz.Sanct.cap.22.num.16.* cum alijs Schacc. *de cult. & ven. Sanct. fol.73.*

Et quidem de Sanctis licet non Canonizatis, poſſe fieri officium, & celebrari Miſſa in Eccleſijs, quæ ijs dicatæ ſunt, eſt generale decretum Sac. Rit. Cong. ſæpè, ac ſæpius confirmatum quoad feſtum S.Rocchi à Sum.Pont. approbatum tenoris ſequentis:

Cum actum fuiſſet pluries in Sac.Rit.Cong. de concedenda Miſſa, & Officio in feſto S. Rocchi, qui penes omnes Chriſti fideles in maxima veneratione ſemper eſt habitus, tandem ſub die 30. Iun. 1629. eadem Sac.Congreg. negotio maturè diſcuſſo, cenſuit, eſſe concedendam Miſſam, & Officium in die S. Rocchi de Comm. Confeſs. non Pontif. in iis tantum locis, vbi adſunt Eccleſiæ in eius honorem ædificatæ, & ſeruatis rubricis Breuiarii.

In qua reſolutione ſumma omnium Eminentiſſimorum Patrum conſentio extitit, inſtante præſertim Villæ Matriti, eamque Sum.Pontifex Vrbanus VIII. approbauit, & laudauit die 4. Iul.1629.

Et generatim de quouis Sancto in *Pacenſi* Sacra Rit.Cong. cenſuit, & declarauit, Officium non poſſe fieri extra propriam Eccleſiam de Sancto non canonizato ſine nouo decreto. die 9. Nouembris 1628.

[Et ad rem ipſe Compendiator Operis addo, quod eodem modo in Ciuitate Frequentinen mea Patria colitur ab immemorabili tempore Sanctus Marcianus eiuſdem Ciuitatis Epiſcopus, & Patronus maxima confluentiū, & populi deuotione cum Officio proprio, ac octaua; ſicut à tota Diœceſi, ſub die 14.Iun. in Eccleſia ipſi dicata quotannis celebratur Synodus Diœceſana; Cuius Sancti præcipuū eſt obſeſſos à dæmonibus liberare, non ſolū ex acceſſu ad eandem Ciuitatem, vbi energumeni charitatiuè, & diligenter exorcizantur, coram ipſius Capite, & Reliquijs, verùm etiam ſæpè ex ſola pedum impoſitione in liminibus territorij eiuſdem; In cuius obſequium, & venerationem Franciſcus Antonius Paſcuccius ſecunda Dignitas, & Parochus eiuſdem Cathedralis meus Frater Germanus ità deuotè, & eruditè cecinit:

IN LAVDEM
DIVI MARCIANI
EPISCOPI, ET PATRONI FREQVENTIN.

Cuius potiſſimum eſt liberare obſeſſos à Dœmone.

EMinet in celſo, ceù Princeps, colle Frequentum
Subiectoſque ſibi proſpicit inde locos;
Hoc MARCIANE *tuam fixiſti culmine Sedem;*
Tutius vt poſſes ducere ad aſtra greges,
Peruigil exemplo Paſtor, verboque labore
Pabula des, arcens hinc profugoſque Lupos.
Vndique turba fluit vexata à Dæmone circum;
Incolumis prorſus, lætaque ab Vrbe redit.
Vllaque poſt obitum nè reſtet cauſa querendi,
Cum Patronatu linguis & Oſſa ſimul.
Quid nam Vrbs alma times? Quid tota Diœceſis horres?
Præſule ſub tanto viue iucunda Deo.

Franciſcus Antonius Paſcuccius
Archipresbyter Frequentin.]

Quòd ſanè, multòque magis ſeruandum eſt in caſu, quo aliquis Sanctus habet cultum Officij, & Miſſæ à Sede Apoſtolica, propter quod non comprehenditur in decretis prohibitionis editis ab Vrbano VIII. eo anno 1625. & per hoc

ſatis videtur declaratus Sanctus, licet non ſit canonizatus, nec in Martyrologio Romano deſcriptus, vel in caſu, quo ex indulto Pontificis Sanctus aliquis daretur prò titulo alicuius Eccleſiæ, vel adderetur alteri. Huius enim tituli ratione, non ſolum licet Officium facere, ſed illud eſſe debet ſub ritu duplicis maioris, & cum octaua ſecundum rubricas Breuiarij *cap.* 1. *&* 7. quemadmodum de duobus Sanctis Titularibus eiuſdem Eccleſiæ duplicitet fit Officium de titulari in pluribus Eccleſijs Vrbis, ſcilicet Sancti Laurentij, & Damaſi, Sancti Sixti, & Dominici, Sancti Sylueſtri, & Martini in Montibus, S. Mariæ in Vallicella, & Sancti Gregorij, & nuper Sancti Iacobi, & Ildelphonſi ex ſpeciali Decreto Sac. Congr. prò Eccleſia clariſſimæ, & Catholicæ Nationis Hiſpanæ.

Illud moneo, quod conceſſo officio prò certa die in honorem Beati, non licet alia quacumque die illud recitare ex adductis à Diana *par.* 4 *tr.* 4. *reſol.* 231.

An autem Epiſcopus, quando reperitur in aliquo Oppido ſuæ Diœceſis ob viſitationem, ſeu aliam ob cauſam, poſſit licitè recitare Officium Sanctorum, de quibus ex forma rubricarum, ſeù ex conceſſione Sac. Cong. eo quòd ſint Patroni, ſeù Titulares, in eiſdem Oppidis, recitatur, & ſic præcepto de recitando Officio ſatisfaciat? Reſp. cum Sac. Rit. Cong. ſub die 14. Mart. 1643. poſſe, & ſatisfacere.

An debeat dici Miſſa Conuentualis prò defunctis feria 2. *poſt Dominicam Paſſionis, quando Officium defunctorum recitatum eſt?* Vide de Miſſæ Sacrif. tom. 4. Conſul. 92.

An Diaconus inſeruiens in Miſſa ſolemni, poſt Concionem, quæ haberi ſolet poſt Euangelium, conferre ſe debeat ante Epiſcopum, ibique confeſſionem dicere, & poſt publicatam Indulgentiam, Epiſcopus dare debeat benedictionem? tom. 4. Conſult. 93.

Licet id caueatur in Cæremoniale Epiſc. *lib.* 1. *cap.* 9. & ad hoc etiam conferant diſpoſita *fol.* 139. & 230. nihilominus hæc diſpoſitio non videtur accommodata omnibus Eccleſijs; quia loquitur in caſu, quo Epiſcopus ſedeat in faldiſtorio apud Altare, vt habetur in *d. cap.* 9. In pluribus autem Eccleſijs, quæ vaſta longitudine, & amplitudine ſunt, Altare maius procul abeſt à faldiſtorio, ſiuè Sede Epiſcopi iuxta in Choro, qui habetur in medio Eccleſiarum, vt propterea, cum in eundo, ſtando, & redeundo magnum temporis ſpatium ſit neceſſarium, hæc adeò longa diuinorum interruptio eſt indecens, præcipuè ſi Diaconus nunquam acceſſerit ad hanc confeſſionem recitandam, & ità ab immemorabili obſeruatum fuerit, ſolamque benedictionem in fine Miſſæ Epiſcopus dare conſueuerit.

Et ità quoque reſolutum fuit, præter alias declarationes, in *Conſentina* 20. Nouemb. 1650. & in *Viterbienſi* 7. Iul. 1612. & in *Trapienſi* 7. Iun. 1617. & alijs ſæpè ſignatè in vna *Hiſpaniarum* in hæc verba:

Quia in Eccleſijs Regni Hiſpaniarum ex antiqua, & immemorabili conſuetudine multa diuerſo modo fiunt ab eo, qui in Cæremoniali Epiſcopor. declaratur, & ordinatur, partim ex Apoſtolica conceſſione, partim ex diuerſa Eccleſiarum, Altarium, & Chori ſituatione. Ideò ad inſtantiam, & prò parte omnium Eccleſiarum in Hiſpaniarum Regnis Sac. Rit. Congreg. ſupplicatum fuit declarari, librum Cæremonialem Epiſcoporum nuper editum, non tollere immemorabiles Eccleſiarum conſuetudines. Et *Sac. Rit. Cong. vt alias ſæpè ad inſtantiam omnium Eccleſiarum in Hiſpaniarum Regnis dictum librum Cæremonialem immemorabiles, & laudabiles conſuetudines non tollere declarauit die* 11. *Iun.* 1605.

1. *An omnes Canonici accedere debeant ad excipiendum Epiſcopum ex aula, ſiue Cubiculo, cum pontificaliter celebraturus ad Eccleſiam progreditur?*
2. *An cum Epiſcopus accedit ad Eccleſiam non celebraturus, ſed vt diuinis aſſiſtat, debeat à Canonicis excipi, atque reduci vſque ad Cubiculum ſui Palatij?*
3. *An Epiſcopo ingredienti Eccleſiam debeat porrigi aſperſorium à Canonico?*
4. *An Epiſcopus in proceſſionibus ſemper incedere debeat medius inter Presbyterum, & Diaconum, non autem inter duos Choros Canonicorum?*
5. *An omnes Canonici, & alij de Clero debeant facere circulum Epiſcopo, dum in ſacrario ſacris veſtibus induitur prò Miſſa Pontificali, ſeù Proceſſionibus?* tom. 4. Conſul. 94.

AD 1. Ità ſanè, quia ità diſponitur in Cæremoniali *lib.* 1. *cap.* 15. *ſub init.* Quod intelligi debet, dummodò Canonici non conuenerint in Chorum ad recitandum horas, & EpiſcopusEccleſiam non ingrediatur tempore, quo illæ recitantur. Tunc enim non tenentur Canonici Chorum deſerere, ſed ſufficit aliquot ex illis obuiam ire Epiſcopo, eumque in valuis Eccleſiæ excipere. Quòd ſi nihilominus Dignitates, & Canonici vſque ad Epiſcopi Cubiculum accedane, ibique eum exeipiant, ſatius adimplent ſuam obligationem. Sell. *in ſelect. cap.* 3. *num.* 126.

Ad 2. Affirmatiuè ex clariſſima diſpoſitione Cæremonialis *l. c.* Ad conſuetudinem verò immemorabilem reſponſum eſt alibi. Illudque certum eſt, atrium non eſſe Cubiculum. Cæremoniale autem non loquitur de atrio, ſed de aula, ſiuè Cubiculo, quod neoterici Cameram appellant.

Ad 3. Reſponſum eſt ſatis *in tract. de Præcedentia tom.* 3. *Conſul.* 18. quò adi

Ad 4. Dictum eſt fusè *in tract. de Proceſſion. hoc eodem tom.* 4. *Conſul.* 23. *videa.*

Ad

Ad 5. Dicimus, quod omiſſio non eſt conſuetudo, ſolumque conſuetudines laudabiles non ſunt ſublatæ; huiuſmodi autem omiſſiones non videntur laudabiles, neque rationabiles; Quare obſeruandum in omnibus Cęremoniale *cap.21. lib.1. & cap.8. lib.2.* cum habeat vim legis. Menoch. *conſ.52.nu.145.* Gratian. *diſcep.298. n.83,* ac alij

1. *An Canonici Cathedralis ad benedictionem Epiſcopi ſolemnem, qua populo benè deprecatur in fine Miſſæ loco Sacerdotis celebrantis in Eccleſijs extrà Cathedralem, teneantur ex conſuetudine genua flectere?*
2. *An iidem teneantur aſſociare Epiſcopum vſque ad valuas Eccleſiæ, etiam non Cathedralis?* to.4. Conſul.96.

AD 1. Affirma, iuxtà antiquiſſimum ritum, nè Presbyteri celebrantes, præſente Epiſcopo benedicant, ſed ab ipſo benedictio fiat. Microlog. *Eccleſ.obſ.c.21.* Et ab ipſo Epiſcopo dari poteſt licentia Sacerdoti, vt benedicat, ſed, ſi ipſe velit, poteſt benedicere. *Can.63. cum ad celebrandas de conſecr. d.1.* ibique Gloſ. Archid. & cęteri, ſemperque Chriſti fideles genua curuarunt ad benedictiones Epiſcopi, vt firmar Nauar. *de hor.can.cap.4.num.10.* & Microlog. *eo loco cap. 22.* loquens de Sacerdote celebrante, qui etiam cum populo inclinatur in vltima benedictione danda ab Epiſcopo in Miſſa.

Debent igitur Canonici genua flectere, dum Epiſcopus benedicit, quia & ipſi ſunt de populo, *§. plebs autem Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* ac etiam, quia, vt inquit D. Auguſt. vnitas ſeruanda eſt in omnibus, ſiuè in orando, ſiuè in genuflectendo, ſiuè in pſallendo, ſiuè in lectionibus ſolicitè audiendis. Quod referunt Tom. Vualdens *tom.3. tit.4. cap.31.* & Scott. *de Sacrif. Miſs. lib.5. cap.18. num.2.*

Accedente præſertim conſuetudine, quę cum ſit pia, valdèque rationabilis, atque conſentanea Cęremoniali, iuxtà quod populus ad benedictionem Miſſę, etiam ſimplicis Sacerdotis debet genua flectere, dum ibi Canonici aſſiſtunt, non cum habitu Chori, ſed vt alij de populo, ab ijs quoque obſeruanda eſt. *Cap. Ad Apoſtolicam de Simon.* Surd. *conſ.62.nu.16. & ſeqq.* prout in materia Rituum ſæpius reſpondit Sac. Cong. apud Barboſ. *in collect. Bull. v. conſuetudo, & in collect. deciſ.440. num.13.*

Ad 2. Seruanda eſt etiam conſuetudo aſſociandi Epiſcopum vſque ad valuas Eccleſię, etiam non Cathedralis, vbi adfuerunt in Miſſa ſolemni Epiſcopus, & Canonici, attenditur enim in hac materia conſuetudo, vt pluries dixit Sac. Rit. Cong. referente Barboſ. *de Can. & Dign. cap.32. num.11. & 12. & dec. Apoſt. collect. 49. n.7. & 8.* Cumque ſit conſuetudo non contra ius, ſed præter ius, ſufficiunt decem anni; vt inducatur. Gloſ. *in cap. vlt. v. conſuetudo de conſuet. in 6.* Put. *deciſ.150. num.5. lib.1.* Mant. *deciſ.51. num.4.* ac alij.

Atque ità etiam cenſuit eadem Sac. Cong. in vtroque caſu propoſito in *Maioricenſi*, nempè: accedente immemorabili conſuetudine Canonicos Cathedralis teneri genuflectere benedictioni ſolemni Epiſcopi, tam intra, quàm extra Cathedralem, vt ad illum aſſociandum ad alias Eccleſias extrà Cathedralem occaſione feſtiuitatum, quæ intra annum celebrantur.

1. *An Canonici teneantur excipere Epiſcopum indutum Cappa in Camera Palatij Epiſcopalis, ad id deſignata, in feſtiuitatibus ſolemnioribus, quando vult accedere ad Eccleſiam, & ingredi per illius valuas maiores dumtaxat?*
2. *An quando Epiſcopus vult accedere ad Eccleſiam in alijs feſtiuitatibus, & Dominicis diebus, & audiendi cauſa Concionem per ſcalam ſecretam Palatij Epiſcopalis, tendentem ad Sacrarium Eccleſiæ, teneantur Canonici illum excipere in Camera?*
3. *An Epiſcopus teneatur ſtatuere certam horam ſui aduentus tempore opportuno, illamque ſignificare, ſitque ipſi permiſſum, venientibus Canonicis, moram trahere in accedendo ad Eccleſiam?*
4. *An Canonici comitantes Epiſcopum in eius reditu teneantur illi aſſiſtere, donec ſpolietur cappa, & induatur exomidè, vulgò mozzeta? Vbi alia* tom.4. Conſult.502.

AD 1. Canonici non tenentur excipere Epiſcopum in eius Camera, niſi tranſeat per valuas maiores Eccleſiæ. Ità diſponit Cęremoniale *lib.1. cap.15.* concinit *cap.1. lib. 2. & cap.5. & 8.* Quod autem hoc intelligatur in feſtis ſolemnioribus tantum, quando adeſt conſuetudo immemorabilis pluries reſoluit Sac. Congr. Rit. vt in *Peruſina* 20. Decemb. 1601. Ità in *Ripana* 14. Septemb. 1609. In *Sarzanen.* 12. Mart. 1616. In *Taruiſana* 19. Iannar. 1619. In *Saonen.* 30. Mart. eiuſdem anni: Et in *Limana* 19. Maij 1621. Ac ità quod ſi ex conſuetudine Epiſcopus prætendat, Canonicos teneri ad illum excipiendum in Camera in alijs feſtiuitatibus, Dominicis diebus, & tempore Concionis, quando non ingreditur per Portam primariam Eccleſiæ, eſſet ab illo probanda, vt fuit reſolutum in eadem Sac. Cong. in *Ripana* 30. Ianuar. 1650. Vndè reſpondetur

Ad 2. Quod Canonici ad id non tenentur, ſed Epiſcopus debet eſſe contentus conſuetudine, quod excipiatur in Sacrario. Præcipuè ſi quando Epiſcopus accedit ad Eccleſiam, & ab illa diſcedit per dictam ſcalam ſecretam, nullo modo ſeruari poſſit forma præſcripta in Cęremoniali circà ordinem incedendi *d.lib.1. c.15.* nempè, quod Canonici ſequantur Epiſcopum bini.

Ad 3. Certi iuris eſt, Epiſcopum teneri certam horam ſui aduentus ſtatuere, illumque ſignificare

care

care Canonicis, vt ſæpius fuiſſe reſolutum ab eadem Congregatione teſtatur Barboſ.*cap 32. num. 14. de Canon.* ſtatimque venientibus Canonicis, teneri ad Eccleſiam accedere, nequè illi permiſſum eſt moram trahere, ne Canonici eum ſuo habitu Canonicali aulico ritu in proceſſione cæteruam præbeant in ignominiam dignitatis Canonicalis, & in detrimentum cultus diuini, cum diuina officia perturbarentur, & Eccleſia remaneret eo temporis ſpatio ſine Miniſtris.

Ad 4. Negatiuè, ſed Epiſcopus, data Canonicis benedictione, ſtatim illos dimittere tenetur.

Quòd ſi Epiſcopus, finita Miſſa, vel Veſperis, non tamen Completorio, vel Concione morali, diſcedere voluerit, Canonici tenentur illum ſaltem extrà portam Eccleſiæ comitari, & poſteà redire ſtatim ad Chorum; Si verò diſcedat perſolutis Diuinis Officijs, tenentur illum aſſociare extrà portam Eccleſiæ, vel vſque ad primum atrium Domus Epiſcopi, quando domus eſt contigua Eccleſiæ. Ità Sac.Rit.Cong. in *Piſauren.* 13. Septem. 1646. Quæ reſolutio eſt iuxtà formam Cæremonialis *lib.2.cap.1.in fin.* Et à d. Sac. Congreg. alias fuit deciſum, Epiſcopum ab Eccleſia diſcedentem reaſſociandum eſſe ſaltem extrà portam Eccleſiæ, iuxtà formam Cæremonialis, vt in *Eboren.* 16. Maij 1601. *Cremonen.* 28. Maij 1602. *Placentina* 4. Iul. 1615. non obſtante contraria conſuetudine, vt in *Conimbricen* 6. Iul. 1602.

1. *An Canonici teneantur aſſiſtere, & inſeruire Epiſcopo ſolemniter celebranti?*
2. *An quando Epiſcopus priuatim celebrat, teneantur Canonici inſeruire, & aſſiſtere?*
3. *An Canonici teneantur inſeruire, & aſſiſtere Epiſcopo Suffraganeo, quando nomine proprij Epiſcopi exercet functiones Pontificales?*
4. *An quando Epiſcopus ſolemniter celebrat in aliena Eccleſia, vbi ſunt ſufficientes Presbyteri prò aſſiſtentia, ſpectet adhuc ad Canonicos illi aſſiſtere?*
5. *Quinam ex Canonicis teneantur aſſiſtere Epiſcopo ſolemniter celebranti?*
6. *In quibus aſſiſtentes Canonici inſeruire debeant Epiſcopo?*
7. *An, & qua pœna Epiſcopus cogere poſſit Dignitates, & Canonicos ad ſibi aſſiſtendum, & inſeruiendum?*
8. *An poſſint Dignitates, & Canonici per ſubſtitutos implere munus aſſiſtendi Epiſcopo in Pontificalibus functionibus?* tom. 5. Conſult. 83.

AD 1. Affirmatiuè. Idque ex Trid.*ſeſs.24.cap. 12. de refor.* & DD. communiter, nominatim Mandoſ. *in Signat. Grat. tit. diſpenſ. de non reſid. v. Concilium Tridentinum.* Vgol. *de offic. Epiſc. cap. 19. §. 3. num. 1. par. 1.* ac alij, quæ obligatio fundatur tum in dignitate Epiſcopi, tum in officio Canonicorum.

Quod quidem procedit, non ſolum quando Epiſcopus celebrat in Cathedrali, ſed etiam in alia Eccleſia intra Ciuitatem, non autem in Diœceſi; eſſet enim valdè oneroſum, ſi Canonici tenerentur egredi è Ciuitate ad inſeruiendum, & aſſiſtendum Epiſcopo. Et ità declarauit Sac. Cong. Rit. 2. Auguſti 1631. Gallet: *in margar. v. Canonicus circà finem.*

Ad 2. Negatiuè: quia licet Conc. Trid. abſolutè dicat, quod teneantur aſſiſtere Epiſcopo celebranti; attamen quia ſtatim ſubdit, *aut alia Pontificalia exercenti,* hæc verba declarant, quod intelligat de celebratione Pontificali. Vgol. *l.c.* Rub. *in aphor. Epiſc. v. aſſiſtentia num. 4.* aſſerens, ita fuiſſe declaratum à Sac. Cong. Quinimmò ſi Canonici aſſiſterent priuatim celebranti, non lucrarentur diſtributiones, vt declarauit Sac. Congreg. Conc. in hunc locum die 17. Mart. 1619.

Si verò extet in aliqua Eccleſia conſuetudo, quod Canonici aſſiſtant Epiſcopo, etiam priuatim celebranti, eſt obſeruanda; nam eiuſmodi aſſiſtentia eſt quædam ſeruitus, quæ proindè præſcribi poteſt, nec omittere diſtributiones declarauit Sac. Rit. Congreg. in *Lamatenſi* 28. April. 1608.

Ad 3. Affirmatiuè: Nam Suffraganeus eſt ſubrogatus in locum Epiſcopi in ordine ad functiones Epiſcopales, ac proindè eſt eiuſdem iuris, & conditionis cum Epiſcopo quoad has functiones. Bald. *in l. Parabolam C. de Epiſc. & Cler.* Cæphal. *conſ.* 20. *num.* 2. *lib.* 1. Et ideò debetur ipſi à Canonicis idem honor, idemque ſeruitium. Quod etiam declarauit eadem Sac. Rit. Cong. in *Bracharenſi* 20. Febr. 1604.

An verò præter aſſiſtentiam duorum Canonicorum, qui exerceant munus Diaconi, & Subdiaconi, debeat eiuſmodi Suffraganeus habere aſſiſtentiam aliorum duorum Canonicorum, licet non Dignitatum? Affirmat Sac. Rit. Cong. in *Tarraconenſi* 7. Iul. 1612. licet negauerit in dicta *Bracharenſi* 1. Octob. 1507. Quò circà obſeruanda eſt conſuetudo cuiuſcumq. Eccleſiæ.

Ad 4. Etiam affirmatiuè: Quia Canonici ſunt membra, quæ ſimul cum Epiſcopo, tanquam capite, conſtituunt vnum Corpus, *cap. Nouit de his, quæ fiunt à Prælat. ſin. conſ. Capit.* Quemadmodum enim membra recipiunt influxum à Capite, ità ipſa inſeruiunt in eius functionibus. Et ideò etiam Canonici; tamquam membra debent in proprijs functionibus inſeruire Epiſcopo, qui non debet ab extraneis extrà proprium Corpus emendicare ſeruitium, ſed à proprijs membris debet recipere gloriam, & ſplendorem. Et ità declarauit Sac. Rit. Congreg. in *Calaguritana* 1. Iul. 1601. In *Bononienſi* 20. April. 1602. In *Brundiſina* 15. Iul. 1617. Et Capitulo Cathedralis Interamnenſis narranti, quod Epiſcopus extra Cathedralem, relictis Canonicis adhibeat Presbyteros ſimplices inſeruientes, ſub die 2.

Au-

Digitized by Google

Auguſti 1631. reſpondit, non connenire, ſed Cannnicos Cathedralis in caſu propoſito inſeruire debere, etiam extrà Cathedralem, & non alios inferiores.

Vndè eadem aſſiſtentia debetur à Canonicis; quando Epiſcopus intereſt in alienis Eccleſijs Miſſæ ſolemni, aut Veſperis, vel ſi ipſe Pontificaliter concionetur intrà Ciuitatem; quia talis aſſiſtentia ipſi debetur ratione dignitatis in ordine ad omnes Pontificales functiones, nec decet quod Epiſcopus aſſiſtens Veſperis ſolemnibus ſuæ Eccleſiæ Cathedralis ob penuriam Sacerdotum, admittat Clericos minoribus tantum initiatos prò aſsiſtentibus cum pluuialibus, etiam in ſolemnioribus feſtiuitatibus, cum melius ſit, non habere aſsiſtentes, quam eos habere indecentes, vt declarauit Sac. Rit. Cong. in *Caſertana* 18. Septemb. 1632.

Ad 5. Prĕter Diaconum, & Subdiaconum, qui cantent Euangelium, & Epiſtolam, debere aſsiſtere tres alios, nempè primam Dignitatem, quocumque nomine appelletur, & duas aliàs Dignitates, ſeù Canonicos. Ità declarauit Sac.Rit.Cong. in *Iacenſi*. 1609.& in d. *Calaguritana* die 1. Iul. 1601.& in *Reatina* 10. Ianuar. eiuſdem anni 1609. & in *Vercellenſi* 7. Auguſti 1610. quia, cum Epiſcopus ſolemniter celebrando, exerceat functionem nobiliorem inter illas, quæ ipſi congruunt, debet etiam, à nobilioribus membris ſui corporis habere aſsiſtentiam, & expreſsius declarauit eadem Sac. Cong. in *Monopolitana* ſub die 15. Octob. 1632. in hunc modum:

Aut prabenda ſunt diſtincta in Presbyterales, & Diaconales, & tunc Epiſcopo ſolemniter celebranti aſſiſtere debere prò Preſbytero aſſiſtente digniorem de Capitulo, quocumque nomine nuncupetur, dummodò ſit in Sacerdotio conſtitutus; Epiſcopo verò non celebranti, ſed diuinis tantum prĕſenti, prò Preſbytero aſſiſtenti inſeruire debere digniorem Canonicum poſt Dignitates. Aut prabenda non ſunt diſtincta in Preſbyterales, & Diaconales, & tunc Epiſcopo, ſiuè ſolemniter celebret, ſiuè diuinis tantum præſens ſit, prò Presbytero aſſiſtente inſeruire debere digniorem de Capitulo, iuxtà diſpoſitionem Caremonialis lib. 1. cap. 7. & 8.

Canonici autem aſsiſtentes Epiſcopo celebranti, aut diuinis officijs intereſſenti, ſi prĕbendæ ſint diſtinctę in Presbyterales, & Diaconales, aſſumendi ſunt ex numero Diaconorum, vt declarauit Sac. Rit. Congreg. in *Nolana* 23 Maij 1603. Nam ad munus Diaconorum ſpectat inſeruire Sacerdoti, debent verò eligi hi duo Canonici iuxtà Conſtitutiones Capituli, aut conſuetudinem, ſi extent, quod ſi neq. conſuetudo, nequè Conſtitutiones de hac re aliquid diſponant, ad Epiſcopum ſpectabit nominare, qui debent aſsiſtere. Venet. *cap.* 40. & Alcedo *de prĕced. Epiſc. dignit. p.* 1. *cap.* 13. *num.* 34. dumque aſsiſtunt Epiſcopo non debent omnes eodem habitu vti ſed proprio vnicuiq. Ordini, & proindè non debent omnes indui pluuialibus, ſed tantum Dignitates ijs vti debent; Canonici verò Preſbyteri vti debent Planetis, Diaconi verò, & Subdiaconi Dalmaticis; quod etiam in proceſsionibus ſeruandum eſt, vt pluries declarauit Sac. Rit. Cong. preſertim in *Neapolitana* 25. Mart. 1602. & in *Placentina* 19. Maij 1607.

Ad 6. Præter ea, quæ ſcripta ſunt in Cæremoniali Epiſc. quod omninò ſeruandum eſt, vt cenſuit Sac. Congreg. Rit. in *Alexandrina* 15. Mart. 1608. hęc accipe: Quando thurificandus eſt Epiſcopus, non debet thurificari à Diacono, qui cantat Euangelium, ſed ab aſsiſtente prò Presbytero, ſiuè ſit Dignitas, ſiuè Canonicus, iuxtà declarationem Sac. Rit. Congreg. in *Placentina* 19. Maij 1607. decet enim, quod Epiſcopus hunc honorem accipiat à Digniori miniſtro, nam ideò Diaconus thurificat celebrantem, quia non adeſt alius dignior miniſter.

Vbi extat conſuetudo, quod Canonici, & Dignitates miniſtrent Epiſcopo Mitram, gremiale, thuribulum, & id genus alia, debent ſeruari, ſicut etiam ſi adſit conſuetudo, quod Dignitas, ſeù Cannnicus geſtet baculum Paſtorale ante Epiſcopum in quibuſdam ſolemnitatibus, vt declarauit Sac. Rit. Congreg. in *Lamecenſi* 5. Iul. 1603. Huiuſmodi enim conſuetudines ſunt laudabiles, quia ſunt ad gloriam, & ſplendorem dignitatis Epiſcopalis, ac proindè obſeruandæ ſunt *ex cap. fin. de conſuet.*

In Miſſa ſolemni ad *Gloria*, *Credo*, *Sanctus*, Dignitates, & Canonici ac etiam Vicarius Generalis, non autem exteri bebent facere circulum ante Epiſcopum, prout cenſuit Sac.Rit.Cong. in *Maceratenſi* 20. Septemb. 1630. quod circulum tenentur facere Canonici deputati, quotieſcumque Epiſcopus intererit, cum Cappa Miſſis ſolemnibus, vt cenſuit eadem Sac. Rit. Cong. in *Caſſanenſi* 5. Mart. 1633.

Quando Epiſcopus aſſiſtit diuinis Officijs cum Cappa, Canonici aſſiſtentes non debent ipſi biretum imponere, & deponere, ſed hoc ipſe præſtare debet. Eadem Sac. Rit. Congreg. 4. April. 1620. *in Laudenſi*. Et 21. Auguſti 1632. in *Iſernienſi* reſpondit, nequè Dignitates, neq. Canonicos aſsiſtentes Epiſcopo teneri caput Epiſcopo tegere, & detegere quando aſsiſtit Diuinis cum Cappa, & bireto. Hoc enim obſequium eſt ſolum debitum Epiſcopo ratione fūctionis Eccleſiaſticę ab ipſo exercitę, vt potè quia tunc exercet Pontificale munus, & ideò vltrà illud extendi non debet.

Sac. Cong. Conc. in *Abulenſi* cenſuit, Canonicos accedere debere ad Cubiculum Epiſcopi, quoties ipſe non priuatim, ſed pontificaliter cum Cappa in diebus feſtis, & ſolemnibus voluerit deſcendere, vt aſsiſtat vel horis Diuinis, vel Miſſæ Sacrificio, multòque magis, ſi ipſe celebraturus eſt, in redditu verò vſque ad Oſtium domus Epiſcopi, Epiſcopo præeunte, ipſiſque ſequentibus, comitari debere. In diebus verò

Digitized by Google

rò ferialibus, quando priuatim venit ad Eccleſiam celebraturus, aut quicquam aliud acturus, aut auditurus, debere nonnullos ex Canonicis accedere ad Oſtium Eccleſiæ, & Epiſcopum comitari. Idipſum in reditu obſeruantes. Quę Congregationis ſententia, cum Epiſcopo intimata fuiſſet, reſpondit, ex conſuetudine ad idem teneri etiam Dignitates, & Portionarios.

Eadem Sac. Congreg. cenſuit, quod Epiſcopo rei Diuinæ peragendę cauſa ad Eccleſiam venienti cum Cappa Pontificali concomitantibus Canonicis, dignior ex Capitulo in porta primaria Eccleſiæ porrigat aſperſorium cum oſculo. Cum verò priuatim adit Eccleſiam, tunc ex ſuis familiaribus vnus acquam aſpergendo, vt eſt conſuetudo, porrigat.

In *Neapolitana Archiepiſcopo* Sac. Cong. Epiſc. 5. Auguſti 1575. itá cenſuit:

E molto conueniente, che volendo V. S. miniſtrare nella ſua Chieſa, i Canonici l'accompagnino, e gl' aſsiſtano conforme alle ceremonie di quella Chieſa. E non lo facendo, ſappiano di mancare all' officio loro, & alla riuerenza, che deono al loro Prelato, non si douendo ancora aggrauare per la medema cauſa d'accompagnarlo da ogni tempo, che ella vuole aſſiſtere con eſſo loro à i Diuini Officij. Attione che eſſi douerebbono deſiderare, ancorche all' vna, e all' altra compagnia non paia bene aſtringerli con pena particolare, come neanche alla compagnia, quando à lei occorre inuitata andare all' altre Chieſe, douendoſi ella perſuadere, che à ciò fare debbano eſſer tirati non per via d'intereſſe, mà per amore, e riuerenza; Quindi è obligo particolare de Canonici à giudicio della Sac. Congregatione, d'honorare i Principi foraſtieri della loro preſenza, quando vanno à viſitar la Chieſa Cathedrale. Si come anche crederebbe foſſe bene, quando ſi poteſſe fare ſenza cagionar nouità, che V S. quando hà da miniſtrare Pontificalmente si veſtiſſe in alcun luogo dalla Chieſa condecente, e non fuori, che le reliquie si metteſſero nell' Altare, doue si ſuol celebrare, e che i Canonici nell'andare all' Altare precedeſſero, ò ſeguitaſſero, conforme alle cerimonie del tempo, pretermettendo farsi portar la coda de piuiali, e pianeta da eſſi, facendo ancora portar le Mittre, el' bacolo paſtorale da altri, che da Canonici.

Idem cenſuit eadem Sac. Cong. in *Brundusina* die 16. Auguſti 1583.

Che in modo alcuno non dee il Prelato farsi portar la Coda della Cappa Pontificale da Canonici, nè meno da gli ſteſſi la Croce auanti, eſſendo queſto officio di Cappellano, e la conſuetudine contraria è mero abuſa.

Et in *Panormitana* 26. Maij 1584. eadem cenſuit.

Che mentre l'Arciueſcouo ſi veſte in Pontificale, i Canonici deono ſedere, e quanto all' aſſiſtere, quando celebra pontificalmente, ſi dourà ad vnguem oſſeruare il Pontificale, & il medeſima ſi dee fare nel dar la cenere, le palme, ſedere in Coro, & altre coſe ſimili circa la priorità. Che le Campane ſi debbano ſonare all' hore competenti circa i diuini officij, ſenza hauer riſpetto alla commodità dell' Arciueſcouo, ſi oſſerui il Pontificale circa il porger l'incenſiero, e nauetta, laſciando l'inginocchiarſi.

Et in eadem Hauendo l'Arciueſcouo ordinato, che ſotto pena di ſcommunica tutti i Canonici, e Dignità, ogni volta, che eſſo voleua andare in Chieſa, doueſſero accompagnarlo eundo, & redeundo dalla Camera alla Chieſa, & altre coſe, la Sac. Congregatione ordinò, che ſi leuaſſe la pena della ſcommunica, e che baſtaſſe per l'auuenire, che i Canonici andaſſero ſolamente alla porta della Chieſa à riceuer l'Arciueſcouo, eccetto ne giorni più ſolenni, ne quali deana andare alla Camera, e quiui dall' Arciueſcouo ſi dourà dar loro da ſedere per quel poco di tempo, che aſpettaranno, e quando occorreſſe, che l'Arciueſcouo, quando viene alla Chieſa, foſſero incominciati in Coro i diuini officij, i Canonici non ſon tenuti andar ne anche alla porta per riceuerlo.

Eadem Sac. Congr. die 25. Maij 1586. decreuit, Dignitates, item & Portionarios, æquè ac Canonicos debere Epiſcopum aſſociare; Circà verò deputationem Aſſiſtentium, an ſit facienda à Capitulo, vel ab Epiſcopo? Congr. reſpondit, in hoc ſeruandam eſſe conſuetudinem, quæ ſi nulla ſit, ſeruetur quod in Pontificali præſcribitur.

Et in *Ariminenſi* die 6. April. 1588. cenſuit:

Che Monſig. Arciueſcouo mandi la ſera auanti per vn ſuo Seruidore, quando la mattina vuole andare alla Catedrale, e la mattina quando vuole andare al Veſpro. Quando è buon tempo per buona creanza vadino due Canonici, ò almeno vno all'habitatione di Monſignore per accompagnarlo alla Catedrale, mà piouendo, ò che ſia altro cattiuo tempo, che non ſiano obligati. Quando il Veſcouo vuol pigliar l'abito Pontificale alla porta della Catedrale, tutti i Canonici ſiano iui preſenti, per dargli il primo di eſſi l'aſperſorio, e per accompagnarlo tutti proceſſionalmente al Santiſſimo Sacramento, ò al Coro, doue vorrà andare, e pigliando il d. abito in Sagreſtia, ò in altra parte di d. Chieſa, vi ſi trouino parimente i Canonici per accompagnarlo, come di ſopra, & arriuando il Veſcouo alla porta in tempo, che i Canonici diceſſero le hore in Coro, vadino ſubito quattro di eſſi, ò almeno due, ſecondo il numero, che ve ne ſarà, per aſſiſtere, & accompagnare, come di ſopra, e gl'altri ſeguino l'officio, e non poſſino quelli, che anderanno per ciò eſſer puntati. E ſe il Veſcouo ſi tratteneſſe alla porta, ò arriuaſſe alla fine dell' hora Canonica, in tal caſo quella finita, vadino tutti à riceuerlo, e accompagnarlo come ſopra, i quali Canonici tutti inſieme, finito l'offitio, deono accompagnarlo fino alla porta della Chieſa, & in eſſa licentiarſi con riuerenza dal Veſcouo. Quando il Veſcouo ſtarà alla predica nella Catedrale, gli ſtiino aſſiſtenti almeno due Canonici. Se il Veſcouo celebrerà Pontificalmente, gli ſiano aſſiſtenti i Canonici, ſecondo il ſolito. Mà vdendo Meſſa in eſſa Catedrale, gli ſiano aſſiſtenti almeno vna Dignità, & vn Canonico più vecchio per porgerli l'Euangelio, e la Pace. Il Veſcouo andando alla Catedrale per altra occaſione, che per cele-

Digitized by Google

celebrar ſolennemente, ò ſtare alla Predica, ò Veſpro, ò Meſſe, ò altre ſimili attioni, non ſiano obligati i Canonici accompagnarlo, nè meno aſſiſtergli. I Canonici non ſiano obligati ad accompagnarlo, ò aſſiſtergli fuori della Catedrale, ſe non foſſe per conſecrare, ò riconciliare Chieſe, ò Cemeteri, tenere Ordinationi, e creſimare, ò communicare il popolo, ò far ſimili altre attioni pontificali in publico, nelle quali deono i detti Canonici aſſiſtere al Veſcouo, eſercitandole però nella Città.

Et quidem ratione huius aſſiſtentiæ ipſi quoque Canonici recipiunt ſplendorem, ac venerationem: quia communicant in peragenda illa pontificali functione, & cum eodem Epiſcopo coniunguntur; Et ideò, licet minus digni, præferuntur tamen cæteris omnibus, vt cenſuit Sac. Rit. Cong. in *Caputaquenſi* 18. Maij 1602. Et ratione eiuſdem aſſiſtentiæ thurificantur, & recipiunt Pacem ante Dignitates, vt declarauit eadem Sac. Congr. in Cremonenſi 28. Septem. 1612. & in *Nolana* 23. Maij 1603. & in *Bracharenſi* 19. Iunij 1618. Qui honor eiſdem impendi debet ante Magiſtratum, licet ſit de maioribus, ſicuti decreuit eadem Sac. Congr. in *Patauina* 2. Martt. 1602.

Ad 7. Reſpondetur. Poſſe, etiam cenſuris, aliiſque iuris remediis. Conſtat ex Trid. *loc. alleg.* & cenſuit Sac. Cong. Rit. in *Reatina* 10. Ianuar. 1609. & Sac. Cong. Conc. in *Rhegienſi*, ibi:

Canonici recuſantes aſſiſtere Epiſcopo pontificalia obeunti mulctari poſſunt, & eadem mulcta cogi, vt perſonali actu partes ſuas, tam in Miſſarum, quam aliorum munerum celebratione expleant; dummodò tamen hæc munia appellatione diuinorum officiorum veniant.

Etenim, cum Epiſcopus ius habeat ad exigenda huiuſmodi obſequia, ſitque caput, debet etiam habere vim coactiuam, per quam cogere poſſit ad ſibi exhibenda debita obſequia; Vndè his ipſis pœnis compellere poteſt, etiam primam Dignitatem, ſi recuſet in aſſiſtendo obſequium debitum præſtare, vt cenſuit eadem Sac. Congr. Rit. in *Calaguritana* 12. Decemb. 1620.

Ad 8. Non poſſe, ſed debere per ſe huiuſmodi obſequia præſtare: Nam Conc. eo loco abſolutè diſponit, quod omnes diuina per ſe, & non per ſubſtitutos compellantur obire officia. Hæc autem aſſiſtentia eſt quoddam officium, quod impendere tenentur ratione Dignitatis, aut Canonicatus; Et ità declarauit Sac. Rit. Congr. 18. Maij 1602. nempè:

Sacra &c. Obtinentes Dignitates, Canonicatus, vel Portiones in Eccleſiis, præſertim Cathedralibus, cuiuſcumque qualitatis ſint, tenentur Epiſcopo ſolemniter celebranti, aut Pontificalia exercenti aſſiſtere, ac veſtibus ſacris indutus eidem inſeruire, nec non munera eiſdem Dignitatibus, Canonicatibus, & Portionibus in decantatione Miſſæ, Euangelij, Epiſtolæ, & ſimilium functione, præſtatione, incumbentia, & annexa per ſeipſos ſubire, & exercere, iuxta Sacrorum Canonum, & Conc. Trid. diſpoſitionem, ac cuiuſque Eccleſiæ particularem ordinationem debere. Quod, ſi quando aliquis legitimo impedimento detentus, ea per ſeipſum implere non poterit, tunc alios, eiuſdem tamen ordinis, & gradus, non autem inferioris Dignitatis, nempè Dignitates alias Dignitates, Canonici, & Portionarij reſpectiuè alios Canonicos, & Portionarios in ſua quiſque hebdomada, nè graduum, & ordinum prærogatiua confundantur, deputare debebit, quibus per Epiſcopum opportunis remedijs, etiam huius decreti vigore prouidendum fore.

Pauca de translatione Sanctorum Corporum, ſiuè Reliquiarum. tom. 4. Conſul. 207. Vide etiam latè de Proceſſion hoc eod. to: Conſ. 24.

Corpora Sanctorum, quæ in vnius Eccleſiæ ſepulcro condita ſunt, non poſſunt ad aliam transferri abſque facultate Sedis Apoſtolicæ, aliiſque ſolemnitatibus exquiſitis *ab Extrauag. Ambitioſæ de reb. Eccl. non alien.* vt aduertunt Gloſ. *in Can. Corpora Sanctorum 37. v. Principi d. 1. de conſecr.* & ibi Turrecrem. addens, ne aliorum quidem defunctorum cadauera à ſepulcro, quod elegerunt, exhumari poſſe, vel extrahi, vt ad aliam Eccleſiam tranferantur. Eà ratione, quia in illa prohibetur alienatio, non ſolum bonorum Eccleſię, ſed etiam rerum. Nequè diſtinguit de rebus, quæ ſunt pretio æſtimabiles, quia militat etiam eadem ratio in Reliquiis Sanctorum, quæ conſiderantur à lege in prohibitione alienationis mobilium pretioſorum, nè videlicet Eccleſia ſuis priuetur ornamentis, quibus illuſtratur. Vndè requiri licentiam Pontificis quando Corpora ſunt integra, vel ſaltem prò maiori parte, ſecus autem ſi fuerint Reliquiæ, ſiuè fragmenta, declarauit Sac. Congr. Conc. Et ità ſæpius Sum. Pontifex, vel Sac. Congr. Epiſc. conceſſit tranferri huiuſmodi Corpora, ſeù Reliquias cum debita ſolemnitate. Præ cæteris Corpus S. Valentini Epiſcopi Interamnenſis, & Martyris à Cathedrali ad eius Eccleſiam extra muros Ciuitatis ſub die 5. Decemb. 1605. & ex aliqua Eccleſia cum conſenſu Superiorum ad Cathedralem, vt in *Roſſanenſi* 28. Nouemb. 1603. Et ex vna ad aliud Altare eiuſdem Eccleſiæ, vt in *Ianuenſi* 25. Ianuar. 1593.

Ad transferendum verò eadem Corpora ab vna ad aliam partem eiuſdem Eccleſiæ non requiritur taxatiua licentia Summi Pontificis, ſed ſatis eſt, ſi adimpleatur forma *d. Can. Corpora Sanctorum*, requirens in translationibus omnium Sanctorum Corporum conſenſum Principis, vel Epiſcopi, & Synodi, ideſt Canonicorum. Genuenſ. *loc. cit. n. 1.*

Non debet autem Corpus in particulas frangi cum præiudicio Diuini cultus, & Sacræ Reliquiæ, quæ ratione integritatis eſt inſignis, vt declarauit Sac. Rit. Congr. 8. April. 1628. apud Ricciul. *var. lucub. lib. 1. cap. 36. n. 1.*

Et

Et præcipuè fieri nequit huiuſmodi translatio per Regulares ab Eccleſia, quam ipſis conceſſit Capitulum Cathedralis, vel Collegiatæ, ſub quarum dominio illa exiſtit: Quia cenſetur iis delata dumtaxat cuſtodia Eccleſiæ, ac Sanctorum pignorum, quæ ibi aſſeruantur, per quam Regulares non acquirunt facultatem adminiſtrandi, & diſponendi de illis ſuo arbitratu, vt aduertit Sanc. *loc. cit. lib. 2. c. 43. n. 23.*

Quod ſi translatio erit neceſſaria, fieri debet ad Eccleſiam maiorem: Nam eſt de iure, quod translatio Sanctorum Corporum ſemper fiat ad locum honorabiliorem, & digniorem. Nauar. *conſ. 9. de ſepult. in fin.* & Rodriq. *quæſt. Regul. 62. art. 1. tom. 3.*

Eſt tamen licita ab vna parte ad aliam eiuſdem Eccleſiæ: Quia tunc non eſt alienatio, & ideò fieri poteſt cum licentia Epiſcopi. *l. fin. Gloſ. v. Pontifices de mort. infer.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 9. cap. 8. q. 9.* Ricciul. *d. cap. 45. n. 11.*

Cum qua autem pompa, & honore precationum ex antiquiſſima Eccleſiæ conſuetudine transferri debeant docemur à Duranto *de ritib. Eccleſ. Cathol. lib. 2. cap. 10. n. 5.* Et vide extenſam formam poſitam *in ſuperallegata Conſul. 24. huiuſmet tom. tract. de Proceſſion.*

An populus prò aliqua neceſſitate, cum conſenſu Epiſcopi, poſſit ſe obligare ad celebrandum quotannis aliquod feſtum, vel ducere proceſſionem &c.? Vide de Feſtis tom. 4. Conſul. 184.

Multa circà ritus inter Catholicos, Turcas, & Iudæos. Vide de Baptiſ. tom. 4. Conſul. 190.

An poſſit celebrari feſtum Sancti veteris Teſtamenti, & concedi Indulgentia? Vide de Canonizat. tom. 5. Conſul. 39.

De vſu Orientalium Eccleſiarum circà Baptiſmum, Eucharistiam, Confirmationem, & Pœnitentiæ Sacramentum, ac Extremam vnctionem. Vide de Sacram. adminiſtr. tom. 5. Conſul. 62.

An ob penuriam Miniſtrorum, qui haberi non poſſunt feria v. Cœnæ Domini prò conſecrandis Oleis eo die, concedi poſſit facultas illa conſecrandi Dominica in Albis, vel alio die commodiori? Vbi quinam ſint ritus, qui à recta Fidei regula diſcrepant, ità vt tolerari non poſſint?
tom. 6. Conſul. 41.

EPiſcopis Clerum perpaucum habentibus, præſertim in partibus infidelium exiſtentibus, concedi ſolet, vt ſacra Olea feria v. in Cœna Domini conſecrari poſſint cum minori numero aſſiſtentium. Extrà verò diem Cœnæ non inuenio conceſſum à Sac. Congr. de Propag. fid., niſi ſemel Archiepiſcopo Antibaren. 2. Auguſti 1625. Idque ſub conditione, ſi Sanctiſſimo placuerit.

Petente verò Epiſcopo Tinenſi facultatem conſecrandi Oleum in die Cœnæ Domini cum Sacerdotibus, Diaconis, & Subdiaconis, quos poterit habere, attenta penuria Miniſtrorum Eccleſiaſticorum; Eadem Sac. Congr. de Propag. fid. cenſuit, poſſe diſpenſari, ſicut factum eſt cum aliis Epiſcopis 4. Febr. 1625. Idemque obtinuerat tempore Clem. VIII. ex Cong. Epiſc. 7. Nouemb. 1601.

Quare cenſeo in præſenti caſu diſpenſandum potius eſſe, vt Oleum conficiatur extra diem Cœnæ Domini: Nec ſuffragatur conſuetudo illud conficiendi in Dominica in Albis: quia à Fabiano Pontifice *epiſt. 2.* vocatur error.

Qui verò ſint ritus, qui à recta fidei regula diſcrepant, vel à ratione diſſentiunt, tam in Schiſmaticis, ſiuè Hæreticis, quã in aliis infidelibus, etiam Ethnis, non facilè erit vnicuique diſcernere. Et, vt rei ità graui, & difficili lucem aliquam afferamus, oportebit ſpeciatim præcepta aliqua tradere, ſiuè talia præmonſtrare principia, quibus apertè dignoſci poſſit, qui ritus cum naturali ratione, aut fide diuina non conueniant, aut qui ab his diſſentiant, ac proindè qui tolerandi, qui verò omninò reiiciendi, & extirpandi ſint.

Ea igitur eſt potiſſimum prò ritibus diſcernendis regula, vt quando id commodè fieri poteſt, Apoſtolica Sedes conſulatur, maximè ſi ſubſit iuſta, & rationabilis dubitandi occaſio. Si tamen Rom. Pontifex non ità facilè adiri poſſit, tunc ex ſequentibus capitibus de rituum puritate, tam inter Ethnicos, quam inter Schiſmaticos ad Eccleſiam venientes, erit iudicandum.

Si ille ritus rationibus aliis, ſiuè Eccleſiis, quæ communionem retinent cum Catholica Eccleſia, ſit ab eadem permiſſus.

Si ritus ille non repugnet cum naturali, & recta ratione præſeferens inhumanitatem (qualis erat olim Romanorum, quo damnatos feris obiiciebant) inhoneſtatem, vt tutius corporis nuditas, vel ſi alii actus inhoneſti, & turpes, etiam inter Coniuges publicè fierent. Ac demum ea omnia, quæ humanæ vitæ politiam offendunt, abolenda, & exterminanda ſunt, & cogendi Barbari, vt non belluino, ſed humano more viuant.

Ritus omnes inſtituti ad proteſtandum aliquod dogma fidei contrarium omninò ſunt delendi; ità Armeni, vt profiteantur Dioſcori errorem, vnam tantum naturam in Chriſto aſſerentis, cum celebrant, vino aquam non immiſcent. Et idem etiam cenſendum erit de quocumque alio ſigno, ſiuè nomine cuiuslibet erroris proteſtatiuo, vt Monophiſitæ cognomen, de quo hæretici olim gloriabantur.

Ritus omnes, & Legalia veteris Legis, ſi eo fine retineantur, vt lex vetus obſeruetur, damnanda omninò ſunt; Nam de fide eſt, omnia veteris Teſtamenti Legalia, & cæremonias poſt Euangelij promulgationem omninò extincta

eſſe,

eſſe, & non ſolum mortua, ſed & obſeruantibus eſſe mortifera, vt ſtatutum eſt in Conc. Florentino.

Ritus, & conſuetudines circà Sacramentorum administrationem examinandi ſunt. Primò an peccent in ſubſtantia, ideſt circà illa ſubſtantialia requiſita ad conficiendum Sacramentum, ſcilicet materia, forma, Miniſtro, intentione. Deindè an contraria ſint præceptis Diuinis à Sacra Scriptura, vel à traditionibus Eccleſiæ emanatis circà eorum administrationem. Tunc enim ſimiles ritus omninò erunt extirpandi, tolerandi verò, ſi tantum præceptis, ac ſanctionibus iuris poſitiui, & Canonici prohibeantur; Qui verò ſpeciatim abrogandi, & qui permittendi, facilius conſtabit, ſi per Sacramenta ſingula diſcutias.

An Beneficiati ex antiqua conſuetudine teneantur thus dare Clericis Seminarij in Miſſa, Veſperis, & Laudibus, etiam ſi ſint induti Dalmatica, vel Pluuiali? tom. 6. Conſul. 49.

AFfirmatiuè: Quia debent incenſari omnes de Choro ex Cæremoniali Epiſc. *lib. 1. cap. 23. & lib. 2. cap. 3.* Clerici autem Seminarii cenſentur de Choro; nam iuxtà declarationem Sac. Congr. Conc. Trid. *ad ſeſ. 23. cap. 18. de refor.* Epiſcopus cum duobus Canonicis Senioribus curare debet, vt pueri Seminarii diebus feſtis cum ſuperpelliceo, & in gradibus inferioribus Choro inſeruiant. Ergò debent incenſari. Ità etiam omnes de Choro aſperguntur aqua benedicta à Canonico induto Pluuiali.

Et ideò verum eſt, quod Diaconus, etiam paratus ad Euangelium, debeat thurificare totum Chorum, & ſic etiam inferiores, vt conſuetudo contraria fuerit reprobata ab eadem Sac. Cong. in *Alexandrina*, vt per Barboſ. *in collect. v. conſuetudo:* Quia munus thurificandi eſt Diaconi parati, ea tantum diſtinctione, vt Canonici Canonicos, reliquos verò alius prò Eccleſiæ conſuetudine incenſare debeat, vt cenſuit eadem Sac. Congr. in *Lucenſi*, de qua Barboſ. *ibid. verbo thuribulum*. Et cum prò parte Eccleſiæ Turritanæ in Sardinia quæreretur à quo incenſari debeant Canonici, & Beneficiati, ac Magiſtratus in Veſperis, quandò aſſiſtunt Beneficiati cum Pluuialibus? Sac. Rit. Congr. reſpondit, incenſationem in caſu propoſito fieri debere per aliquem ex Beneficiatis aſſiſtentibus Pluuiali indutis, die 5. Iul. 1631.

An ſit licita conſuetudo cantandi Miſſam de Requiem prò Defunctis die qualibet ex deuotione fidelium? Vide de Miſſæ Sacrific. tom. 6. Conſult. 64.

An ſit indulgendum cuidam Canonico *Cathedralis Germaniæ, vt prò Officio Diuino recitet Pſalmos Pœnitentiales,* R*oſarium &c.? An promoueri poſſit ad primam tonſuram, quæ ipſi collata non fuit? Et an abſolui poſſit à ſimonia, vt in caſibus poſitis?* Vide de Diſpenſation. tom. 6. Conſult. 46.

Cui tradenda Clauis Tabernaculi in feria 5. Cœnæ Domini? Vide de Immunit. tom. 6. Conſul. 82.

Proponuntur aliqua dubia circà ritum Græcorum, & circà Confeſſionem Sacramentalem. Vide de Miſſionat. tom. 7. Conſult. 50.

De facultatibus conceſſis quibuſdam Epiſcopis in partibus. Vide de Diſpenſat. tom. 7. Conſul. 53.

1. *An perſonæ Catholicæ iunctæ Matrimonio in faciem Eccleſiæ præſentibus Sacerdote, & teſtibus, poſſint poſtea reuocare verba Sacramenti, & dare dexteras coram Miniſtro, & teſtibus in templo hæreticorum, adhoc tantum, vt effugiant leges pœnales graues quidem?*
2. *Vtrum ad eaſdem leges pœnales effugiendas, Catholici parentes poſſint permittere, vt liberi baptizentur à Miniſtro hæretico, cum in multis locis ſeuerè puniantur carcere, & mulcta, qui aliter faciunt, vt in Matrimonio?*
3. *An liceat vti* Chriſmate, *ac Oleo Sancto infirmorum veteri ad triennium, & vltrà, cum non ſuppetat copia habendi Olea recentia?*
4. An *liceat vti Candelis ex adipe animalium in Sacrificio, cum ſæpè non ſuppetat copia habendi cereas?*
5. *An ſufficiat teſtimonium Medici hæretici, adhoc vt concedatur licentia* Catholico *comedendi carnes diebus prohibitis? Et cum multis non ſit facilè vel illud ipſum teſtimonium, vtrum Sacerdos in verbo pœnitentis poſſit talem concedere licentiam?*
6. An Catholici *poſſint permittere, aut etiam imperare ſeruis tam hæreticis, quam Catholicis, vt laborent diebus feſtis, præſertim cum plures habeant ſeruos hæreticos, quam Catholicos, nec illi abſque iſtis laborare velint, ſed abutantur die feſto in potationibus, & ſcurrilitatibus, cum non habeant plerumque pias occupationes?*
7. An *teneantur Catholici obſeruare dies feſtos S. Ioſephi, S. Syluestri, & S. Annæ, & an laici teneantur his diebus abſtinere ab opere ſeruili?*
8. *An liceat conferre cæremonias baptiſmi filijs Catholicorum baptizatis ab hæreticis Miniſtris?*
9. *An liceat Patrono Catholico præſentare Miniſtrum hæreticum ad beneficium Eccleſiaſticum, nè amittat iuſpatronatus?*
10. *An liceat conferre eaſdem cæremonias hæreticis ad fidem conuerſis, enixè petentibus, cum experientia conſtet, quod eadem collata cuidam hæretico conuerſo ad fidem, ſed poſtea mente capto, & furioſo, ſanum illum, & mentis compotem reddiderint?*
11. *An liceat conferre eaſdem cæremonias liberis, quorum Pater hæreticus eſt, & mater Catholica enixè rogans, vt ſuppleantur cæremoniæ, & ſperans fore, vt vnus, aut alter eorum, &*

ſaltem filij educentur in fide Catholica?

12. *An liceat baptizare ſpurios hæreticorum liberos, quibus baptiſmum conferre ſæpè recuſant Miniſtri heretici, donec parentes ſoluant mulctam pecuniarum, & publicam agant pœnitentiam?*

13. *An liceat iungere Matrimonio aliquos hæreticos ſub promiſſione euadendi Catholicos?* tomo 7. Conſul.55.

AD 1. Non poſſe, ſed peccare, ſecus autem ſi Miniſter aſſiſtit tanquam Magiſtratus politicus.

Ad 2. Negatiuè, niſi in caſu abſolutæ neceſſitatis: quia in diuinis, & in ſacris hæretici iure diuino ſunt vitandi. Tho. à Ieſu *de conuerſ.omn. gem.proc.lib.*8.§.4.*par.*2.

Ad 3. Licere ex diſpoſitione Apoſtolica concedenda; Nam quod ſit nouum, & recens non eſt de neceſſitate Sacramenti, ſed præcepti, *cap.*36. Conc. Cartag.4. *cap.*3. Conc. Vaſenſis *cap.*12. Conc. Tolet.1.*cap.omni tempore de conſecrat.* ac alibi. Dummodò tamen Chriſma ſubſtantialiter incorruptum maneat, & fragantiam, ſeù odorem balſami retineat.

Ad 4. Deficientibus candelis cereis, poſſunt adhiberi lumina ex oleo, deficiente oleo, poſſunt adhiberi candelæ ex adipe, ſaltem ex diſpenſatione Apoſtolica: Nam, licet ritus adhibendi lumen ex cera in ſacrificio Miſſæ ſit antiquiſſimus; de iure tamen nulla adeſt obligatio, ſed ſolum *in cap. fin.de celebr. Miſſ.* damnatur ille Presbyter, qui ſine igne ſacrificabat. Quare licet vti luminibus ex oleo, vti ſit coram Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, vel ob præciſam neceſſitatem ex adipe, ſaltem ex diſpenſatione Apoſtolica, cum id tantum ſit contrà conſuetudinem Eccleſiæ, in qua ob grauem neceſſitatem poteſt diſpenſari.

Ad 5. Sufficere verbum pœnitentis arbitrio Parochorum, ſiuè Confeſſariorum, dummodò fiat abſque ſcandalo, maximè verò ſi cauſa ſit euidens, quia tunc de ſe ſoluit obligationem ſine alia diſpenſatione. Paſqualig. *de ieiun. quæſt.*387.189.*& quæſt.*399.*& ſeq.*

Ad 6. Poſſe tradunt Auctores, quos ſequitur Naldus in *ſum.v.feſtum num.*7. Primò; quia, cum intendatur ad euitandum peccatum, licet; nam, *quicquid agunt homines intentio indicat omnes.* Secũdò quia hoc videtur fieri ex morali neceſſitate vitandi otium, ſiuè peccatum, &c. ex benigna permiſſione Matris Eccleſiæ. Tertiò, quia idem opus poteſt eſſe ſeruile, variatis circumſtantijs; Vndè non eſt cenſendum ſeruile, quandò ordinatur ad vitandum peccatum, cum ordinetur ad ſalutem animæ.

Verum hanc doctrinam tunc ſolum habere locum alij exiſtimant, quandò opus ſeruile eſt medium neceſſarium ad vitandum peccatum, ità vt non adſint alia media. Raro tamen poteſt eſſe medium neceſſarium ad vitandum peccatum. Et ideò in hoc caſu negatiuè reſpondendum cenſeo: Quia media, quæ ſunt ex ſe mala, & prohibita, non euadunt bona, & licita ex eo, quod ordinentur ad finem bonum; Vndè quia furari eſt ex ſe malum, ex eo, quod ordinetur ad eleemoſynam faciendam &c. non ſit licitum.

Ad 7. Quod ad vtramque partem affirmatiuè ex Conſtitutione Vrbani VIII. prò obſeruatione feſtorum S. Syluestri, & S. Annæ. Suarez *tract.*1.*de relig. cap.*9. *num.*20. *&* 23. cenſuit, non eſſe ſub præcepto iuris; Vndè neutrum extrà Romam obſeruari teſtatur.

Ad 8.10.& 11. Affirmatiuè, idque ſub pœna peccati mortalis: Quia huiuſmodi ceremoniæ pertinent ad publicam profeſſionem fidei. Atque hæc obligatio oritur non ſolum ex natura rei, quatenus quod ſi omitteretur, eſſet aliquid graue, concernens profeſſionem fidei, ſed etiam ex conſuetudine, quæ declarat hanc obligationem.

Ad 9. Non licere; Nam hæreſis inducit inhabilitatẽ ad exequẽda Eccleſiaſtica beneficia 1.*cap. ſtatutum* 1. *de hæret. in* 6. ibiq; DD. & cautum reperitur in Conſtitutione Innoc.IV. Nicol.III. ac alibi. Idque etiam ſi ſint de iurepatronatus, vel alterius qualitatis. Lamber. *de iurepat. lib.*2. *par.*1. *quæſt.*9. *art.*6.

Ad 12. Affirmatiuè: quia peragitur res licita.

Ad 13. Videndum prius eſt, an huiuſmodi promiſſio fiat voce, vel ſcripto, & quatenus ſcripto, exhibeatur exemplar. Eſt enim prohibitum Parochis Catholicis aſſiſtere Matrimonio hæreticorum, niſi præuia abiuratione, vel fidei profeſſione. Si tamen contrahatur ſub prædicta conditione, vel cum certa, vel ſatis probabili ſpe reducendi ad fidem Catholicam hæreticos, poterit concedi facultas aſſiſtendi prudenti arbitrio Parochorum.

Octo dubia circà Sacramentorum adminiſtrationem inter Catholicos, Turcas, Hæreticos, ac Schiſmaticos. Vide de Sacram. adminiſtr. tom.7. Conſult.57.

An ad pulſum Campanæ meridianæ ſit orandum? Vide de Indulgentijs tom.7. Conſult.79.

De differentia inter ritum Eccleſiæ Latinæ, & Græcæ. Vide de Matrim. tom.8. Conſult.63.

1. *An pueri minoris ætatis nati ex Patre Turca, & Matre Chriſtiana, ducti in captiuitatem à Chriſtianis, ſequi debeant* Religionem *Chriſtianam Matris, & gaudere libertate?*

2. *Et quid in caſu, quo ijdem pueri ſint nati ex Patre Turca, & Matre Chriſtiana, ſed Apoſtata?* tom.8. Conſul.71.

AD 1. Affirmatiuè: quia partus ſequitur ventrem. Sicut enim filius ex ancilla ſuſceptus à Patre libero, eſt ſeruus, ità è contrà natus ex Matre libera, & ſeruo Patre, liber eſt, quod ſecun-

ſecundum leges ciuiles, & iuxta locum habet in iis, quæ ad libertatem, & ſeruitutem hominum pertinent, multò magis id locum habere debet ob commune fidei bonum. Et propterea vbi de communi fidei bono agitur, nulla habetur ratio patriæ poteſtatis, quam leges, & iura Romanorum ſanxerunt, cum Mater fidelis, quam ius ciuile patriam poteſtatem non tribuat, ius habet ad baptiſmum filium offerendi.

Quinimmò etiam ſi vterque parens, tum fidelis, filium prohibeant baptizari, poteſt, ac debet baptizari, vt conſtat apertè ex *cap. ex literis de de conuerſ. infid.* & ex Conc. Tolet. 4. *cap.* 62. Et hic caſus deciſus videtur in *Can. Iudæi* 28. *quæſt.* 1.

Vndè hoc ipſo, quod filius ex Matre Chriſtiana concipitur, acquirit ius Eccleſia ad illum baptizandum; quia ex vi originis naſcitur ſubditus Eccleſiæ, atque adeò gaudere debet libertate.

Non obſtat, quod baptiſmus collatus captiuis non eximat illos à ſeruitute, vt declarauit ſæpius Sac. Congreg. S. Offic. præcipuè 21. Nouemb. 1618. Nam id intelligitur de captiuis Turcis infidelibus adultis; Non autem de pueris minoris ætatis natis ex Matre Chriſtiana.

Ad 2. Etiam affirmatiuè; Apoſtaſia enim Matris Chriſtianæ non poteſt nocere eius filio puero, ac minoris ætatis, qui libertate donandus eſt, ob fauorem fidei Criſtianæ, non propter Matrē, quæ apoſtata eſt, ſed qua Chriſtiana, ex *d. cap. Ex parte in fin.* Quare quemadmodum poterit Mater, quæ in minori ætate apoſtauit à fide Chriſtiana, præuia abiuratione in S. Officio, prout de iure, libertate donari: quia Chriſtiana, ità etiam eadem libertate donandi ſunt eius filij minores, tum maximè ſi baptizentur.

1. *Armenis, quibus indultum eſt celebrare officia diuina ritu Armeno, licet commorentur in Oppido Latino, an ſit permittendum, vt etiam celebrent Paſcha, & alia feſta mobilia, iuxtà ritum Armenum, hoc eſt ſecundum antiquam calculationem, ſeruari ſolitam ante correctionem Kalendarij?*

Epiſcopus ad ſedandum tumultum, permiſit Armenis, vt Dominica in Albis, in qua cadebat Paſcha, iuxtà ritum antiquum, celebrarent Miſſam ſolemnem de Reſurrectione publicè, reliqua verò ſigna priuatim.

2. *An Sacerdos Armenus in Diœceſi Latina poſſit in Miſſa dicere orationem prò Patriarcha Armeno, licet ſit dictus Patriarcha Schiſmaticus?*

3. *An Armeni degentes in Diœceſi Latina, poſſint ieiunare iuxtà ritum Armenum?*

4. *An Armeni Catholici, reuerſi in patriam, non valentes habere Sacerdotes Catholicos, & abſtinere à Communione abſque ſcandalo, poſſint confiteri Sacerdotibus Armenis Schiſmaticis, qui non ſint nominatim excommunicati?* tom. 8. Conſul. 80.

AD 1. In hoc caſu permitti non poteſt neque ſine ſcandalo diſſimulari, quod Armeni, ſiuè alij Orientales in locis Latinis vtantur Kalendario veteri: quia neceſſè eſt, eos in celebratione Paſchatis plurimum à Catholica Eccleſia diſcrepare, niſi noui Kalendarij ratio ſuſcipiatur. Quamobcauſam Græci Inſulæ Melitæ coacti fuere ad obſeruationem Kalendarij Gregoriani, ac ſcriptum Inquiſitori, vt quoad abuſus Græcorum prædictorum relinquat cognitionem Ordinario, nec contrà ipſos pœnis procedat, ſed tantum, ſi aliquid contrà ritum faciant, vt 25. Auguſti 1595.

Ad 2. Negatiuè: Quia Schiſmatici ſunt excommunicati excommunicatione maiori, *cap.* 2. & 3. *de hæret.* & ipſorum excommunicatio quotannis innouatur in Bulla Cęnę *Can.* 1. & 2. & proindè vrget prohibitio de non orando publicè prò Schiſmatis, cum neque per charitatem, neque per fidem, quæ eſt radicale vinculum, coniunguntur in corpore myſtico Eccleſiæ, ſed ſunt membra omninò ſeparata, & ideò non poſſunt cum cæteris communicare in influxibus capitis, nec participare in theſauro Eccleſiæ, ac eius ſacrificij, cum non pertineant ad Communionem Sanctorum. Et ideò Sacr. Congreg. Inquiſitionis ſub 19. Decemb. 1613. cenſuit, Græcos non eſſe permittendos orare prò Archiepiſcopo Schiſmatico, eorundem ordinatore, ſed debent orare prò Summ. Pontifice, & eorum legitimo Epiſcopo. Prò Schiſmaticis autem tantum eſt orandum, vt conuertantur.

Ad 3. Poſſe, dummodò etiam obſeruent ieiunium Latinorum. Non enim illis inter Latinos habitantibus permitti debet vſus carnium diebus, quibus Latinis vetatur. Et ità prò Græcis degentibus inter Latinos ſcriptum fuit Inquiſitori Melitæ 25. Auguſti 1595. Tenetur quippè vnuſquiſque ſe conformare conſuetudini Eccleſiæ, in qua actu exiſtit. *cap. illa d.* 12.

Ad 4. Negatiuè: Quia ſchiſma, & hæreſis ex natura ſua ante vllam excommunicationem præſcindit, ac diuidit Schiſmaticos, & Hæreticos ab Eccleſia, priuans eos omni iuriſdictione; Vndè non tam, quia excommunicati, ſed quia Schiſmatici, & Hæretici omni iuriſdictione carent. D. Tho. 3. *par. quæſt.* 82. *ar.* 7. *ad.* 2. & ità conferre nequeunt Sacramenta.

An Miſſionarij habeant facultatem permittendi aliquos ritus Maronitis Catholicis? Vide de Miſſionar. tom. 8. Conſult. 84.

IN quadam Diœceſi plerique Ruſtici, & Mechanici ſunt tenuioris fortunæ, & tamen ad grauium onerum ſolutionem compelluntur. Hinc eſt, vt media inquirant oneribus iſtis, & victui oppotuna, multa millia vtriuſque ſexus quotannis in parte hæreticorum proficiſcuntur, & operam ſuam elocant talibus etiam dominis, qui diebus ieiunij, Veneris, & Sabbati ſolummodò vetitos cibos apponi ſinunt, ijſque operarij Catholici, in defectum aliorum paſſim veſcuntur. Quæritur:

1. *An liceat.*

Iidem Catholici dominum ſubindè non reperiunt, niſi ſe obligent ad exercitium operum ſeruilium prò diebus etiam feſtis. Quæritur:

2. *An propter ſuam paupertatem ſe ad illud obligare poſſint?* tom. 8. Conſult. 102.

AD 1. Affirmatiuè. Azor. *par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 18. *quaſt.* 7. *in fin.* & Trullench. *lib.* 2. *in decal. cap.* 2. *lib.* 7. *num.* 22. Nam vt plurimum eſt impoſſibile, quod ſeruent talia præcepta, aut ſaltem non poſſunt ſeruare abſque graui incommodo: quia ſeruando ſaltem incurrerent in odium dominorum, quod ipſis notabile damnum cauſaret, quod ſubire non tenentur, vt ſeruent eiuſmodi præcepta. Nec poteſt interuenire ſcandalum, ſi non ſeruent, niſi ſit ſcandalum paſſiuum: Nam cum ſint in aliena poteſtate, tenetur quiſque ſibi perſuadete, quod neceſſitate compulſi non ſeruent præcepta, & ideò excuſari, ac proindè non tribuere occaſionem peccati proximo. Neceſſitatis enim, vt dixit quidam, amariſſimæ ſunt leges, & truculenta imperia.

Eſt tamen primò aduertendum, quod teneantur hæc præcepta obſeruare, quandò commodè poſſunt, nec vllum periculum adeſt; quia tunc non adeſt cauſa à quâ poſſint excuſari, & ideò vrgent præcepta Eccleſiæ, quæ vbiq. obligant.

Secundò. Eſt etiam aduertendum, quod ſi cogerentur in contemptum fidei comedere cibos vetitos aut non ieiunare, tenerentur potius mortem ſubire, quam violare præcepta: Nam violatio eſſet tacita quædam abiuratio fidei, & non negare Chriſtum eſt præceptum negatiuum, quod ſemper, & vbique obligat, etiam cum iactura vitæ.

Ad 2. Non poſſe obligari, ſi cogantur exercere opera ſeruilia in diebus feſtis in contemptum fidei, & Religionis, docent communiter DD. nominatim citandi: quià potius deberent mortem ſubire, quam facere aliquid in contemptum Religionis.

At poſſe obligari, quando, ſi non obligarentur, incurrerent in aliquod damnum, docent Nauar. *in Sum. cap.* 12. *nu.* 7. Azor. *p.* 2. *cap.* 27. *q.* 4. Sayr. *in clau. reg. lib.* 7. *cap.* 2. *nu.* 8. Tabien. *v. Ferię num.* 28. ac alij non pauci: Quia generalis ratio vitandi damnum excuſat etiam in hoc caſu. In præſenti autẽ incurrerent graue damnum, quale eſſet, ſi non inuenirent alios dominos in alia Ciuitate, vel ſame premerẽtur.

Hinc Catholicus inter hæreticos verſans debet cibos vetitos reſpuere, ſi poteſt ſine periculo. prætexendo aliam cauſam à Religione. Non tamen ad id tenetur, ſi nequeat reſpuere, quin generet ſuſpicionem, ſe Religionis cauſa reſpuere, indèque ſibi grauè periculum in vita, vel bonis immineat. Siquidem eſus talis cibi non eſt ſignum inſtitutum ad profeſſionem falſæ fidei adeòque eo vtens cenſetur, per ſe loquendo, falſam fidem profiteri, quod interdum licet ex rationibus ſuprà allegatis.

Quinimmò interdum eſt peccatum inter hæreticos abſtinere à carnibus; Quando ſcilicet non occurrunt circumſtantiæ obligantes ad confitendam fidem, & alioqui, ſi Catholici abſtineant, periculum eſt concitandi animos hæreticorum in ipſum, alioſque Catholicos, nequè alius indè fructus ſperatur.

Sacerdos Latinus factus Monachus ritus Græci uniti petit diſpenſationem celebrandi, & recitandi diuinum Officium ritu græco, adducens prò cauſa, quod alias non poterit miniſtrare officia Religionis, & propterea ab illa recedere tenebitur. Quæritur quid conſulendum? Vide de Diſpenſationibus tom. 8. Conſul. 132.

An expediat plures Sanctos iam Canonizatos in Romano Breuiario inſcribi, deque ijs Officium cum Miſſa in toto orbe Chriſtiano celebrare? Vide de Canoniz. tom. 8. Conſul. 149.

An Feria VI. Paraſceues liceat Euchariſtiam populo miniſtrare? Vide de Euchariſt. to. 9. Conſul. 90.

1. *An vllo in caſu exponi publicè in Eccleſia poſſit aliqua Imago, ſiuè picta, ſiuè ſculpta Chriſti, vel Sanctorum, ſine licentia Epiſcopi? Vbi de pena in traſgreſſores.*
2. *An benedictio Imaginum ſit omninò neceſſaria? Et quatenus ſit neceſſaria,*
3. *Cuinam competat illas benedicere?* tom. 9. Conſul. 186.

AD 1. Non poſſe; Decreto enim Sac. Conc. Trid. *ſeſ.* 25. *de inuoc. vener. & reliq. Sanct. & Sacr. Imag.* ſtatuitur, nemini licere vllo in loco vel Eccleſia, etiam quomodolibet exempta

pta

pta vllam inſolitam ponere ; vel ponendam curare Imaginem, niſi ab Epiſcopo approbata fuerit, eiuſq. diligentiæ, & curæ commendat, vt in Sacris effigendis Imaginibus nihil falſum, nihil profanum nihil inhoneſtum, nihil procaels venuſtatis, nihil præpoſterum, nihil non rectè, atque ordine adhibeatur. Illudque in primis caueat Epiſcopus, ne quid pingatur, aut ſculpatur, quod veritati Scripturarum, traditionum, aut Eccleſiaſticarum hiſtoriarum aduerſetur. Et hæc eſt illa Imago inſolita, de qua loquitur Sac. Conc; non autem quæ ſolita, vel non ſolita ſit exponi. Alioquin quiſq. poſſet exponere quaſcumq. Imagines exponi ſolitas, ſed prohibitas à Conc. Hinc cum Fratres Seruitæ dæpinxiſſent Imaginem B. Virginis eum Stola ſiuè amiculo nigri coloris, iuſſum à Sac. Rit. Congreg. vt depingeretur cum Stola Cærulea, vt dixi alibi *de Canonizatione Sanctorum*. Decipimur quidem plerumque ſpecie recti.

Debet igitur Epiſcopus, antequam Imago aliqua picta vel ſculpta exponatur, illius os, corporis habitum, & ſtatum, ornatum, & locum inſpicere, & curare, vt hæc omnia ad protypi dignitatem, & Sanctitatem apta ſint, & decora, atque ex Imaginis inſpectione pietas excitetur, nulla verò turpis cogitationis detur occaſio. Atque adeò debet prius ab Epiſcopo approbari.

In transgreſſores verò nulla extat in iure ſtatuta pena, ideòque eſt Epiſcopo arbitraria, iuxtà culpę modum. Lege Decretum Sac. Congregationis Apoſtolicæ ſud die 30. Iun. 1625. prò Regularibus Vrbis hac de re emanatum, & in eo pænas contrà illos, quod alibi integrum tradidi.

Ad 2. Reſpondetur, huiuſmodi Imagines poſſe, ſed non debere neceſſariò benedici: Nam quòd ſine benedictæ prouenit ex præcepto directiuo Ritualis; Atq. hinc.

Ad 3. Fruſtrà quæritur, quis nam Imagines benedicere debeat? Et cenſeo nihilominus, poſse etiam Parochum eas benedicere: Quia non eſt actus Ordinis Epiſcopalis, neq. ex inſtitutione Chriſti, vt per ſe patet, nequè de iure Eccleſiaſtico.

Digitized by Google

DE SACRAMENTORVM ADMINISTRATIONE.

An liceat Regularibus commoranti per aliquot dies in eorum Conuentu, omnia Sacramenta miniſtrare, ac ſepulturam ibidem dare? Vide de Regular. tomo 1. Conſultat. 306.

An, & quomodò Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, nec non Sacramentum Extremæunctionis adminiſtrandum ſit condemnatis ad triremes, dum ad mortem infirmantur? tom.1. Conſult.310.

POſſe, conditionibus tamen infraſcriptis, videlicet, vt adminiſtrentur quandò huiuſmodi condemnati infirmantur ad mortem, & quandò triremes ſunt in portu, & quod Sacramentum Euchariſtiæ prius conficiatur in Miſſa, quæ celebretur in terra, cum in mari, vel in flumine non ſit permiſſum celebrari, nec confici, illudque afferatur per proprium Parochum, vel per alium Sacerdotem de illius licentia, & in burſa collo appenſa, ac cum debita decentia præſcribenda, adſitque ſcala tuta, per quam commodè idem Sacerdos poſſit ſine aliquo periculo triremes aſcendere. Id ipſum cenſuit Sac. Congreg. Conc. in vna *Viterbien* die 18. Martij 1651. *ad cap.6.ſeſſ.13. de aſſer. Euchariſt. Sariam.*

An propoſitio, quod Sacramentum Extremæunctionis poſſit validè adminiſtrari oleo ab Epiſcopo non benedicto, digna ſit cenſura? tom.2. Conſul.70. Miſcell §.30.

REſpond. Eſſe temerariam, & errori proximam.

An Conſtitutio Synodalis, qua cauetur, quod aduenæ vbicumque deceſſerint, ſepeliantur in Eccleſia Cathedrali, & emolumenta ad illius Curatum pertineant, niſi Parochus eius *Parochiæ, vbi aduena deceſſerit, ei Sacramentum Pænitentiæ, vel Euchariſtiæ adminiſtraſſe probauerit, locum habeat in adminiſtratione Sacramenti Extremæunctionis, & in caſu, quo* Parochus *vocatus ab aduena infirmo ad audiendum eius confeſſionem, ille ob morbi grauitatem nec confiteri queat, neque Sac. Viaticum percipere?* tom.4.Conſult.138.

AFfirmatiuè: Nam adminiſtrando Sacram. Vctionem, verè adminiſtrat Sacramentum. Neque obſtare poteſt eiuſmodi Conſtitutio, quæ videtur præcisè requirere adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ: Quia cum in dubio debeat recipere interpretationem à diſpoſitione iuris communis. Bartol. *in leg.omnes populi ſub princ.ff.de iuſt.& iur.* ac alij, vtique debet intelligi de quocumque Sacramento iuxtà diſpoſitionem iuris communis, & ſic, quod ſupradicta duo Sacramenta exprimantur demonſtratiuè, non autem taxatiuè; nam in dubio præſumendum non eſt, quod dicta Conſtitutio voluerit corrigere ius commune, cum correctio iurium in dubio non præſumatur. *cap.cum expediat,* ibique DD. *de elect.in 6.*Pariſ. *conſ.2.num.205.lib.4.*

Imò verò, etiam ſi hæc Synodalis Conſtitutio eſſet correctoria, & ſtrictè intelligenda, adhuc tamen, & non abſque fundamento poteſt Parochus obtinere Cadauer, & eius funeralia: Quia, vt dictum eſt, cum huiuſmodi Conſtitutio requirat, quod impleatur conditio adminiſtrationis Sacramenti Pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ, cuius exequutio dependet quoque à voluntate alterius, vtique Parochus, cum promptè accedat ad infirmos, vt eorum Sacramentalem confeſſionem audiat, licet eos abſoluere nequeat, vel quia ob ingruentem morbum neque confiteri, neque Sac. Viaticum percipere poſſint, adhuc dicitur implere conditionem requiſitam ad effectum obtinendi Cadauer, & funeralia, vt in ſimilibus terminis aduertit Duran. *in ſuo tract.poſt deciſ.de condit.& mod.impoſ.cap.3.n.54. par.2.*

De facultate Miſſionariorum circà adminiſtrationem Sacramentorum, & alia &c. Vide de Miſſionar. tom.4.Conſult.144.

An liceat adminiſtrare Sacramentum Baptiſmi filijs Turcarum, ad alium finem, vt ibi? Vide de Baptiſmo tom.4. Conſult.190.

An aqua roſacea, aliique humores ſint apta materia ad Baptiſmum miniſtrandum, ſaltem in neceſſitate? Vide de Baptiſ.tom.4.Conſult.212.

1. *An ſit tolerandus vſus in aliquibus Orientalibus Eccleſiæ regionibus dandi ſimul à Presbyteris cum Baptiſmo, Euchariſtiam, & Chriſma confirma-*

Digitized by Google

firmationis, tum infantibus, tum adultis? Vbi & quid in poſterum obſernandum?

2. *An tolerandu ſit in eiſdem regionibus forma deprecatiua Sacramenti Pęnitentia?*

3. *An item tolcrandus ſit vſus, quod Sacerdotes miniſtrantes Sacramentum Extremaunctionis, benedicant Oleum non conſecratum?*

4. *An ijdem Presbyteri miſcere poſſint Oleo conſecrato chriſmatis Confirmationis Oleum non conſecratum?* tom. 5. Conſult. 62. ac vide etiam tom. 8. Conſul. 68.

AD 1. Fuit hoc quidem in veteri Eccleſia receptum, vt qui baptizarentur, ſiuè illi paruuli, ſiuè adulti eſſent, ijdem ſimul per ſacrum Chriſma, manuumque impoſitionem confirmarentur, & Sac. Euchariſtia reficerentur. Idque eam ob cauſam, quod nullum perfectum Chriſtianum eſſe iudicabant, qui per manuum impoſitionem Spiritum Sanctum non accepiſſet, neminemque Euchariſtia dignum eſſe putabant, qui non idem confirmatus eſſet; ſolum igitur difficultas eſt quoad Miniſtrum confirmationis.

Et quidem quoad conſignandum infantes ſacro chriſmate, ſtatim ac ſacro baptiſmate abluuntur, manifeſtum eſt, non à Presbyteris, ſed à ſolis Epiſcopis id fieri licere ex Epiſt. Clementis I. ad Iulium, & Iulianam, ex Epiſt. Innoc. I. quæ refertur ab Iſidoro *de Eccleſ. offic. cap. 26. & vlt.* à Gratiano *de conſecr. diſ. 4. Can. Presbyteri.* Ex Bulla Innoc. IV. *ſuper ritib. Græcor. qui tolerari, vel non tolerari poſſunt.* Ex Conc. Florent. *in Bulla Inſtruct. Armen.* & ex Trid. *de Sacram. Confirm. Can. vlt.* Ac decreuit ſæpius etiam quoad Græcos Sac. Congr. S Offic. Quare, non ſolum eſt abuſus, ſi à Presbyteris Chriſmate vngantur, ſed etiam error, cum irritè conferatur, niſi ex diſpenſatione Apoſtòlica id faciant, ex d. Conc. Floren. & *in Can. Armen.*

Quod verò ad Euchariſtiam collatam pueris, etiam ſtatim à baptiſmo, eſt antiquus, vt dixi, ferè apud Gręcos, & Orientales omnes vſus, non reprobatus à S. Synodo Tridentina *ſeſſ. 21. cap. 4.* id approbantibus Sanctiſſimis pariter, & doctiſſimis Epiſcopis, & conſtat ex Dionyſio Areopag. Cypriano, Ambroſio, Auguſtino, & alijs apud Suarez *in 3. par. D. Tho. quaſt. 72. art. 3. diſ. 6. 2. ſec.* Quare hic ritus, ſi tolli nequeat, tolerãndus eſt, dummodò non exiſtiment Euchariſtiæ Sacramentum neceſſariò paruulis ſtatim poſt baptiſmum conferendum; tunc enim turpiter errarent contrà præſatam Synodum Tridentinam, & ideò in hac parte corripiendi, ac inſtruendi ſunt, vt alibi monuimus.

Vt in poſterum tam maſculi, quam ſœminæ octiduani baptizentur, neque poſt baptiſmum communicent, vt hactenus ſolitum eſt fieri, Sanctumque Euchariſtiæ Sacramentum non adminiſtretur, niſi vſum rationis habentibus, vt nimirum dignè ſumatur, ſecundum D. Pauli Apoſtoli admonitionem, vſumque, & mandatum S.R.E.

Sacramentum verò Confirmationis pueris octanum agentibus annum conferatur, idque in fronte ab Epiſcopo conformiter Eccleſię Rom. non autem à Sacerdotibus cum baptiſmo, vti hactenus conſueuerunt.

Ad 2. Extat declaratio Sac. Congr. S.Offic. ſub anno 1613. in qua habetur, quod Græci tolerandi ſunt, ſi abſoluant pænitentes forma conſueta ab Eccleſia Orientali, vt diximus de *Confeſſione.* Quoniam hæc abſolutio, vel remiſſio verè mandatur executioni à Deo per gratiam, quam producit in homine, eſtque intimatio voluntaria diuinæ facta ex poteſtate iudiciaria, quam ipſe Sacerdos accipit à Deo, quo sẽſu hęc forma tolerari poteſt, nempè: *Gratia Sancti Spiritus per meam humilitatem habeat te abſolutum, & liberatum.* Vel ità: *Bone Rex per me humilem, & indignum ſeruum tuum remittere ſeruo tuo &c.*

Ad 3. Conſuetudo eſt apud Græcos Sacerdotes, quod miniſtraturi Sacramentum Extremæunctionis benedicant oleum toties, quoties eſt miniſtrandum, & hic mos eſt vetuſtiſſimus, vt cõſtat ex Euchologiis; Vndè cum viguerit ante ſchiſma, non eſt damnandus. Imò fuit approbatus à Clem. VIII. in inſtructione ſuper ritibus Græcorum *tit. de Oleo Chatecum. & infirm.* apud Archadium *lib. 5. de Sacram. cap. 2.* vbi ità habetur: *Non ſunt cogendi Presbyteri Græci Olea Sancta, præter Chriſma, ab Epiſcopis Diœceſanis accipere, cum huiuſmodi Olea eis, in ipſa Oleorum, & Sacramentorum exhibitione ex veteri ritu conficiantur, ſeù benedicantur.* Quare ſolum monendi ſunt Presbyteri, etiam ſub pœnis Eccleſiaſticis, vt præſtò ſint ad hoc Sacramentum infirmis miniſtrandum.

Ad 4. Cum Presbyteri non ſint Ordinarij Miniſtri huius Sacramenti, & ab illis collatum, ſit irritum, fruſtrà miſcetur Oleum non conſecratum cum conſecrato. Cæterum Oleum non conſecratum poteſt miſceri cum conſecrato, ità ut remaneat materia ſufficiens prò Chriſmate. Habetur deciſum *in cap. Quod in dubijs de conſecr. Ecleſ. & Altar.* ibi: *Neque negamus, quod oleum non coſecratum conſecrato poſſit oleo miſceri.* Ex hoc idem notat Gloſ. *v. Conſecratio, & in Conc. 4. Mediolanenſi par. 2. initio:* Quia dum oleum non ſacrum additur ſacro, moraliter in ipſum conuertitur, quia ipſi commiſcetur cum diuiſione in minimas partes eo modo proportionaliter, quo viuens conuertit in ſuum alimentum ſibi ſuperadditum; Oleum tamen non ſacrum debet eſſe in minori quantitate, vt prętet DD. aduertit Rituale Rom. *in rub. de Sacr. Extrem.* Quia ſi eſſet in maiori quantitate, non ſacrum aſſorberet ſacrum, & illud potius converteret in ſe, quam conuerteretur in ipſum, nec ſacrum, etiam in morali exiſtimatione maneret id numero Oleum.

An Chriſtiano alioquin probo, quia, cum à Turcis valdè moleſtetur, ob defenſionem, & ſecuritatem ſuam factus eſt ſtipendiarius, & in arce Turcis inſeruit, liceat adminiſtrari Sacramenta Eccleſiaſtica? to.5. Conſultat. 63.

NOn licet: Nam ſi hoc facit intuitu Religionis, peccat quidem grauiſſimè aduerſus fidei profeſſionem, quam factis oppugnat. Si verò id facit ſimpliciter ratione politici finis, dubium non eſt, quin ſaltem aliquo modo ſit fautor infidelium, quod eſt per ſe malum, vt proindè nec iuſſu dominorum, nequè metu mortis à culpa excuſatur, præſertim ſi non ſubeſt iuriſdictioni Turcarum, vt poſt Hugonem docet Turrecr. *in can. Iulianus* 11. *quaſt.* 3. *num.*2. Nequè iuſſus duro Turcarum imperio cogatur inſeruire ad ſui defenſionem, cum alio modo tueri ſe poſſit, ac debeat, etiam cum aliquo incommodo, ſed ſua voluntate, & arbitrio. Quare ijs, qui putant, poſſe Sacramenta Eccleſiaſtica ſuſcipere, non obſtante, quod Turcis inſeruiant, non eſt annuendum, ſed monendi ſunt, vt deſerant huiuſmodi ſeruitia.

De Parocho ſine titulo colorato &c. quoad Sacramentorum adminiſtrationem. Vide de Concurſu to.6. Conſul 3. num.6. 7. & 8.

An, & quatenus ſimplici Presbytero concedi poſſit, ac debeat à Sum. Pontif. facultas miniſtrandi Sacramentum Confirmationis Chriſmate ab Epiſcopo non ſacrato? Vide de Confirm. to.6. Conſul. 11.

An nocte Sacrata Saluatoris, poſt primam Miſſam cantatam, aliæ duæ Miſſæ immediatè celebrari, & Chriſti fidelibus Sacra Euchariſtia miniſtrari liceat? Vide de Miſſæ Sacrif. tom.7. Conſul. 25.

1. *An in locis, in quibus viget adhuc abuſus ducendi vxores abſque interuentu Parochi, & teſtium, ſint Sacramenta adminiſtranda illis ſic coniugatis?*
2. *An liceat illis celebrare verè Matrimonium, vel potius dicendum ſit legitimum Matrimonium eorum, qui dimiſſa, vel expulſa, vel ſponte abeunte prima, ac etiam ſecunda vxore, tertiam accipiunt, cum intentione contrahendi, aſſerentes, ſe non intendere cum prima, & ſecunda perpetuò cohabitare, cum contraxerint, ſed tantum eas experiri, vtrum ſuæ domui eſſent proficuæ, ſeu aptæ adminiſtrationi, vel ſeruituti, nec ne?*
3. *An tutò poſſint Sacramenta adminiſtrari parentibus, filiam Turcis, vel Schiſmaticis ob aliquem finem in Sponſam promittentibus, abſque eo, quod amplius valeant retrahere promiſſionem, niſi cum vitæ, bonorumque periculo?*
4. *Sint ne adminiſtranda Sacramenta Mulieribus Catholicis commorantibus apud Turcas, cum proteſtentur velle inter eos degere abſque iniuria Creatoris, & Catholicam legem profiteri, atque obſeruare?*
5. *An baptizari debeant paruuli ex Matre Catholica, Patre verò infideli, quando Miſſionarios, parentibus ſeſe opponentibus, grauis metus concutiat?*
6. *An admittendi ſint Turcæ, vel Schiſmatici ad ſuſcipiendos in baptiſmate Catholicorum filios, ſuppoſito, quod aliundè nequeant parentes ſedare diſſentiones, & odia, vel an ſaltem Catholicus cum Turca poſſit admitti, vt indè ex parte ſaluetur ritus Eccleſiæ, & ſimul intentioni parentum ſatisfiat?*
7. *Sunt de Schiſmaticis viris, qui ſecundum eorum ritum contrahentes cum Catholica, vel ſchiſmatica Matrimonium, ea laborant ignorantia, vt neſciant, maritalem conſenſum perpetuò cohabitandi eſſe de eſſentia Sacramenti Matrimonij. Hinc mulieres è domibus maritorum expelluntur, vel ipſæmet fugam arripiunt, & ad Catholicos accedunt. In tali caſu poſſint ne licitè, ac legitimè cum Catholico nubere?*
8. *An quando verè nulla ſubeſt via euadendi, niſi iniuriam iniuria, homicidiam homicidio vindicetur, Catholici in tali ſtatu, & diſpoſitione perſeuerantes, titulo, vt aiunt, defenſionis neceſſariæ, ſint ſuſceptionis Sacramentorum capaces?* tom.7. Conſul. 57.

AD 1. Si non eſt publicatum in illis partibus decretum Sac. Conc. Trid. ſunt adminiſtranda Sacramenta clandeſtinè contrahentibus: quia Matrimonium eſt validum, ſecus autem ſi eſt publicatum; nam Matrimonium eſſet irritum, & viuerent in continuo concubinatu. DD. communiter, & cenſuit ſæpius Sac. Cong. Conc. & S. Officij.

Ad 2. Non licere, cum primum Matrimonium fuerit legitimè contractum: Quia eſt contractum iuxtà receptam in illis locis conſuetudinem; dummodò tamen, vt dictum eſt, non fuerit publicatum Conc. Trid. decretum.

Ad 3. Non poſſe adminiſtrari, donec perſeuerent in tali promiſſione, maximè ſi finis, ob quem id permittitur, ſit alienus à certa ſpe conuertendi Turcam, vel Schiſmaticum ad fidem Catholicam, ſed potius cum periculo peruerſionis Sponſæ. Si verò ignorent, id eſſe peccatum, poſſunt admitti ad Sacramenta, dummodò eos pæniteat, & agant quod debent.

Ad 4. Eſſe adminiſtranda, dummodò Catholicè viuant, & nullum actum idolatriæ, aut fidei Chriſtianæ contrarium committant.

Ad 5. Poſſunt baptizari, etiam contra voluntatem parentum: Quia cum parens fidelis teneatur illos baptizare, atque Eccleſia habeat ius eum cogendi, ſi renuat, tunc eò ipſo Eccleſiæ curæ, & prouidentiæ relinquitur Tho. à Ieſu

lib.4.

*lib.4.de procur.ſal.om.gen.pag.*210. §. *Sed ſi vterque*. An autem id expediat, relinquendum arbitrio Miſſionariorum.

Ad 6. Hortari debent Miſſionarij Catholicos, vt abſtineant adhibere Turcas, vel Schiſmaticos prò Compatribus. Quod ſi ſine periculo, aut magna perturbatione abſtinere nequeant, quidam dicunt tolerari poſſe, vt Laym.*lib.*5.*tr.*2.*cap.*9.Dian.*par.*9.*tr.*7.*reſol.*31. At ego id non approbo: quia eſt contra finem inſtitutionis patrinorum in baptiſmo. Permitterem tamen ad ſedandas turbas, Catholicum cum Turca, vt quoad fieri poſſit, prædictus finis ſeruetur; Et quamuis circumferatur quædam declaratio Sac. Cong. S.Officij in hunc tenorem: *Catholici in partibus Turcarum adhibentes Turcas, & Schiſmaticos prò Compatribus, moneantur abſtinere, ſed ſi ſine periculo, aut ſcandalo ceſſare nequeunt, eis poterit permitti.*

Ea tamen nulla eſt. Integra tamen ità legitur: *An permittendum ſit, quod Catholici adhibeant Turcas, & Schiſmaticos prò Compatribus in ſponſalitur? A d quod reſpondendum, vt moneantur abſtinere. Verum ſi ſine periculo ceſſare nequeant, poſſe eis permitti.*17. *Octobr.*1615.

Non igitur in baptiſmo, niſi fortè vnà cum Catholico.

Ad 7. Non poſſe, quia Matrimonium contractum inter Schiſmaticos, & Catholicos, eſt verum Matrimonium, etſi illicitum, atque adeò ipſo conſtante, non poſſunt mulieres Catholicæ cum Viris Catholicis nubere, cum Matrimonium ſit indiſſolubile.

Ad 8. Si ſe contineant intra limites neceſſariæ defenſionis abſque odio cum moderamine inculpatæ tutelæ, ità vt non tranſeat ad vindictam, ſed ſeruent modum debitum, & plus non faciant, quam ſit neceſſarium ad reppellendam iniuriam, iuxtà ea, quæ tradunt communiter DD. ſunt capaces ſuſceptione Sacramentorum: Quis cum non excedatur terminus defenſionis, non habet locum peccatum mortale. atque adeò ſunt capaces ſuſceptione Sacramentorum.

De Canonico defuncto extrà ædes Canonicales circà adminiſtrationem Sacramentorum. Vide de Sepul. elect.tom.8. Conſul.5.

An ſit admittendus ad Sacramenta Coniux, qui cum altero Coniuge hæretico conuerſatur, quem ad fidem non poteſt inducere, nec poteſt moraliter ſeparari? Vide de Matrim.tom.8. Conſult. 104.

An feria 6. Paraſceues liceat Eucharistiam populo adminiſtrare? Vide de Euch. to. 9. Conſul.90.

An omnibus, tam relapſis, quàm alijs de hæreſis crimine pœnitentibus, & Curia Sæculari tradendis, danda ſint Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ? Et quid de Sacramento Extremæunctionis? Et quomodo Eucharistia ſeruari ſolita, aliaque parerga. Vide de Euchariſtia tom.9. Conſult.91.

DE
SALVO CONDVC.

An Saluus conductus Mercatoribus, alijſque datus, comprehendat res furto ſublatas? Vbi multa de Saluo conductu. tom.5.Conſul.67.

NEgatiuè. Poſito enim, tanquam certum, quod res à fure ſublata poteſt per ſuum Dominum vindicicari, & quod Iudex quilibet, etiam quod alias contrà furem procedere nequeat, poteſt tamen de furto cognoſcere, vt Domino ſuo rem furatam reſtitui faciat, ſicuti poſt Plotum, & alios firmant Cabal. *caſ.*163. *num.*5.*&* 7.Guazzin. *defenſ.*1.*cap.*15. *num.*3.*ac ſeq.* Non obſtat Saluus conductus, tum quia quantumuis generalis, non comprehendit res furatas, vt per Caſtren.*conſ.* 203. *num.* 5. *lib.* 1. quem refert, ac ſequitur Petrin.Bell.*de re milit. par.*9.*num.*14.*in fine*. Et tum quia Saluus conductus in præiudicium partis læſæ concedi non poterat, vt poſt Plotum *conſ.* 73. *num.* 65. vbi ait: *Et ſicut non poteſt facere gratiam, ſic non poteſt facere Saluum conductum lib.* 2. *inter crim. diner.* ſequitur Camer. *var.reſol.tit.de pac. & treg. cap.*11. *num.*13. Cum igitur Saluus conductus recipiat interpretationem à poteſtate concedentis. Farinac. *queſt.*29.*num* 44.*conſ.*131.*nu.* 14. ideò dum in præiudicium partis concedi non poterat, non videtur conceſſus. Voluntatis enim defectum eſſe inquit Crac.*conſ.*241. *num.* 20. non poſſe, quod iure permiſſum non eſt. Menoch.*conſ.*244.*num.*11. in terminis concedentis Saluum conductum.

Porrò Saluus conductus non infrequenter prò ea ſecuritate accipitur, quæ peregrinantibus, homicidis, imò hoſtibus, vel delinquentibus, ac bannitis, alijſque, qui communi legum ſecuritate carent, aut non ſatis tuti ſunt, conceditur. Georg. Euerard. *conſ.*3. *num.*40. *& ſeq. vol.*2.

Sumitur, & non rarò prò aſſecuratione nomine Principis conceſſa, tam merces, quàm mercatores, aut alias perſonas concernentes, quæ tempora mercatuum, nomina ſua profitentur, perſoluunturque eo nomine hactenùs ſolitum; Vndè per territorium deducuntur, eiuſmodi ſecuritatem omnium per Imperium peregrinantibus voluit Carolus V. anno 1548.

An verò Saluus conductus alicui conceſſus ad locum iudicij, etiam ad intermedia loca, per quæ ipſi eundum eſt, extendi debeat?

Reſp. Vel Iudex citans, & ſecuritatem præſtans, intermediorum locorum Dominus eſt, & haud dubiè ad ea ſecuritas extendi debet. Vel Dominus non eſt, & hòc caſu, ſi in locis intermedijs reum retineri propter defectum iuriſdictionis procuraret, quia id in fraudem præſtitæ ſecuritatis fieret, à viri boni autem officio, fi-

de, & auctoritate ſua periculum alicui creare, alienum eſſe debeat, vtique id ei concedendum non erit, & tamen quia defectus iuriſdictionis ſeſe offendit, nec concedens quicquam Superiori, vel etiam pari præiudicare poſſit. Celſ. Bargal. *lib. 1. cap. 6. num. 23. & ſeq. de dolo.* ideò vt ſecuritate plena reus gaudere poſſit, rectius fuerit, ſi conductum eius quoque per cuius territorium ad locum tribunalis ipſi veniendum eſt, petierit. Coler. *d. p. 4 cap. 1. n. 213. & ſeq. de proc. execut.*

An Saluus conductus conceſſus ad eundum, redeundi quoque facultatem contineat?

In priuatorum pactis iter eundi, ius quoque redeundi contineat. *l. vtimur, ff. de ſepulcr. viol. l. ſi venditor, ff. de relig. & ſump. fun.* ac alibi; Sanè in Regum, & Principum promiſſionibus, in quibus exuberantior bona fides requiritur, hæc duo, vel maximè ſe inuicem comitari debent.

Quid verò ſi quis præcipuè Nuncius, vel Legatus, ſiuè Orator inſolitam viam ingrediatur, & ſpolietur, tenebitur ne territorij Dominus, ſi eius conductum petere neglexerit, ad damni emendationem?

Reſp. Multa eſſe poſſe, ob quæ Nuncius, vel Legatus viam inſolitam tranſire velit, concedimus, & ſi id velit, conductum per eam à Domino eiuſdem expetere debet, alioquin, ſi eum omiſerit, ad damni emendationem Dominus non tenebitur,

Ceſſare autem Saluum conductum debitori ob paupertatem conceſſum, excreſcentibus facultatibus, & paupertate ceſſante quoque expirare, & ceſſare dicit Magalot. *tr. de Saluo coad. par. 4. col. 4. & col. 5.*

Item Saluus conductus non prodeſt ei, qui concedentem offendit, vel offenſionis cauſam præbet. Habet enim in ſe tacitam illam conditionem, niſi aſſicuratus concedentem offenderit. *l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati, l. quid ergò §. ſi hæres per de leg. 1.* Magalot. *in prac. Saluicon. par. 2. col. 4.* Menoch. *conſ. 244. num. 31. & 38. vol. 3.* ac alij.

Et Saluus conductus ad certa tantum loca reſtrictus, ad alia non extenditur. *Zaſ. conſ. 15. n. 13. lib. 1. arg. l. cum prætor ff. de Iudic.*

Quando verò Salui conductus tabulæ generaliter loquuntur, nec certus locus deſtinatus fuit, tunc Princeps concedens, non ſolum in proprio, ſed & in alieno territorio eundem ſeruare tenetur. Bartol. *in l. 6. §. 2. ff. de Offic. Præſid.* Modeſt. Piſtor. *conſ. 49. num. 7. vol. 1.*

Saluus verò conductus non ſolet dari hæreticis, alijſque in materia fidei delinquentibus, & in rebus, quæ pertinent ad S. Officium Inquiſitionis, licet concedatur alijs, qui de alijs criminibus ſunt inquiſiti, etiam bannitis à Principe ſæculari, vt accedere poſſint ad deponendum, quæ ſibi occurrunt in S. Officio. Caren. *de Offic. S. Inquiſ. par. 3. tit. 5. §. 8. num. 38.* Poterit tamen ipſis hæreticis concedi, gratia verò minimè, donec non comparuerint, ſoletque aliquandò concedi Apoſtatæ à fide, vt poſſit venire ad Vrbem. Conceſſus verò hæreticis, apoſtatis, ac alijs, ſiuè concedatur iure communi, ſiuè ſpeciali, ſeruari ijs omnibus debet.

De Saluo conductu hæreticis dando. Quid continere debeat? Exceptiones hæreticorum contrà Concil. Triden. Eæ diluuntur. tom: 10. Conſul. 162.

PVblicam fidem tutò veniendi, ac recedendi, quæ vulgò appellatur Saluus conductus, Pontifices dare ſolitos S. Gregorius teſtatur *lib. 3. Epiſt. 41.* Id ipſum Gregorius X. cum Græcis in Conc. Lugdunenſi, & Eugen. IV. Marcum Epheſinum, & Nicolaum Metonenſem, qui cum quibuſdam alijs vnionis decreto conſentire noluerunt, incolumes permiſit à Concilio abire. Quod ſi benignitas, & clementia cum hæreticis nihil proficiet, ſaltem id operabitur, vt vnuſquiſque cognoſcat eorum pertinaciam, & nullam excuſationem habere apud Deum, & homines prudentes.

Porrò ſumma cum ratione hæc cum hæreticis in Concilijs via initur: Nam, ſicut inquit S. Leo Iuuenali Epiſcopo Hieſolymitano: Concilium tempus indulgentiæ eſt, quò quis reſipiſcentiam magis, quam pertinaciam eligit.

Magnus, & amplus eſt Saluus conductus à Conc. Trid. datus Proteſtantibus *in fine ſeſſ. 13.* Amplior *ſeſſ. 14.* Ampliſſimus verò *ſeſſ. 18.* Germanicæ nationi; Vndè perperam excipiunt, *Concilium Tridentinum non fuiſſe liberum, nec Germanicæ nationi: Nam Tridentum eſt in Italia, loco parum ſalubri, cuius Epiſcopus fuit Cardinalis.*

Verum maiorem libertatem, vel in Concilio, vel Republica datam nemò facilè dixerit; Itaque dum timorem cauſantur, ſatis oſtendunt cauſæ ſe diffidere, lucem vereri, malle ſe in Germania ſimplices fallere, quam Eccleſiæ conſpectum ſubire. Cur enim locum, & libertatem declinent, cum illum totum Imperium approbauit: Nec Cardinalis obſiſtit, imò nec potuit, cum non ipſe modò, ſed vniuerſum Concilium cum Pontifice, & Imperatore ediceret? Tantum tota Eccleſia Chriſtiana nationi Germanicæ indulſit.

Secunda exceptio ſolet eſſe contrà Concilium, *quia à Pontifice collectum eſt, cum id fieri debeat ab Imperatore.*

Non eſt hæc legitima exceptio. Cur enim Germani, & Angli cum paucis non dum in ſcripto quærunt, cum reliquus Orbis Concilium veneretur. Ipſe Imperator caput Imperij hoc egit, vt à Papa indiceretur, atq; continuaretur. Si verò repudiant Concilium, quia Papæ auctoritate eſt collectum, cur recipiunt Nicænum, quod non modò à Syluestro Papa collectum eſt, ſed ſuo etiam decreto definiuit, quis iure indicere Concilium poſſit?

Tertia exceptio eſt: *Soli Epiſcopi, Cardinales, Monachi ſententiam dixere, à iure ſuffragij laici excluſi ſunt. Non igitur fuit Concilium legitimum.*

Nemo

Nemo excluſus eſt, cui ius eſt veniendi, & ſententiam dicendi.

Quarta exceptio. *Prælati, qui Concilio interfuere iure iurando Pontifici obligati fuerant; Non igitur liberas ſententias dixere.*

Conſtituto hoc, quod verum eſſe fatentur omnes, legitimo iuramento Iudicum, Conſiliariorum, Senatorum, non tolli ſententiæ dicendæ libertatem, ſed firmari, diſquirendum eſt de iuramento Prælatorum in Conc. Trid. an nè veritati obſtiterit? Potius profuiſſe docet Petr. Fontidonius *orat. ad Germ. a.* Nam iur. iur. ad veritatem docendam, atque acceptandam, prout ſciuerint, & poterint adacti ſunt.

Quinta exceptio: *Concilii Trid. definitores, & Canones non ſunt ſecundum Verbum Dei. Meritò igitur illos recuſamus. Cur enim humanis nos ſubiicimus legibus? ſolus Chriſtus ſententiam dicat, ſolum eius verbum audiatur.*

Paulò ante laicorum ſuffragia æquabant Sacerdotum decretis, nunc ſolum Chriſtum, hoc eſt ſcripturam audire dignantur, atque vtinam audiant, ſic enim audirent etiam Sacerdotes, quos audiendos eſſe ſcriptura pronunciat.

Sexta exceptio: *Scandala ſunt in Papatu, & mala ſæpè vita Paparum. Non igitur legitimum Conciliũ.*

Non vtar communi, ſed vera, & quam Chriſtus quoque probauit, reſponſione, *Luc.* 18. Nec viciſſim regeram tibi fratrem inhærere, qui euellere de Papatu feſtucam laboras, quia non debeo vitia errantium componere peccatis Orthodoxorum. Iniqua eſt comparatio Catolici cum hæretico.

Septima exceptio; *Falſa eſt doctrina Concilij. Ipſum igitur Concilium eſt repudiandum.*

Hoc ſanè opere precium fuerit cognoſcere, quinam ſint, qui Concilium Tridentinum falſitatis accuſant, qui medijs in diſcordijs, & de religione contentionibus, quibus Germania concutitur, vniuerſalem Eccleſiam iudicant. Veſtris diſſidijs medelam à Concilio quæſitis, arbitros elegiſtis, nunc Iudicem, poſtquam cauſa cecidiſtis rei, calumniari iuuat.

Octaua exceptio: *Concilia rarò proſperos euentus habuere. Non igitur Tridentinum eſt ſuſcipiendum.*

Concilia legitimè inſtituta, non ſua culpa, ſed hominum impiorum malitia, & calliditate interdum bella, perſecutioneſque peperere. Chriſtus ipſe docendo, rectè viuendo, miracula edendo, inuidiam Iudæorum in ſeſe armauit. Leges illæ, & ſeruandæ Reipublicæ prudenter latæ, multis exitio ſunt; ipſa diſciplina, monitio, atque correctio tumidis, atque aſperis ingenijs eſt detrimento.

Nona exceptio: *Qui in Concilio conſederant, inimici ſunt, & aduerſa factiones. Non igitur audiendæ ſunt nobis, nec eſt æquum nos hoſtium ſtare iudicio.*

Vtinam, vel Tridentinorum vos hoſtes non eſſetis, vel illos eſſe hoſtes veſtros non fingeretis. Quomodò enim hoſtes, qui toties ad concordiam inuitarunt?

DE SCOLASTRIA, vide de Capitulo, & Canonic. tom. 1. Conſul. 402. & tom. 8. Conſult. 21. Miſcell. num. 3. Sum. num. 2. Ac de Seminario tom. 9. Conſul. 81. num. 122.

DE SCRIPTVRIS CANONICIS.

De Canonicis ſcripturis iuxtà decreta Sacri Concilii ſeſ. 4. Nomine Canonicarum ſcripturarum quinam libri veniant? Quinam libri Canonici? Canonici opponuntur apocryphis. Quinam libri apocryphi? Et alia ad rem. tom. 10. Conſul. 148.

POſt fidei profeſſionem agit Sac. Conc. Trid. de Canonicis Scripturis: Quia cum Eccleſia ſit veluti Caſtrorum acies ordinata, antequam ad certamen cum eius hoſtibus deſcendatur, armentaria, vndè tela prælaturi aſſumamus.

Canonicæ autem ſcripturæ ſunt, tam veteris, quam noui Teſtamenti libri, qui hoc nomine veniunt, Auguſt. contra Fauſtum *lib.* 32. *cap.* 1. *& 8. libros Canonicos*, inquit, *appellamus, quos Spiritu Sancto dictante, ſacri Auctores exceperunt.* Quos igitur tales eſſe conſtiterit, eos procul dubio certiſſimos, ac veraciſſimos eſſe credimus, *Can. in Canonicis diſt.* 19. *Can. ego ſolis diſt.* 9. Canonicis opponuntur apocryphi, hoc eſt occulti, vt idem Auguſt. *lib.* 10. *cap.* 2.

Ex quibus colligitur, dici aliquid apocryphum, cum ambigitur apud Patres de veritate contentorum, & ab ipſis non ſunt approbata, certum ſit, nec né de Auctore. Et hoc modo apocrypha, tanquam falſa reprobantur.

Authoritas autem ſacræ Scripturæ eſt, quod in ea continetur verbum Dei. Hinc Prophetæ antequam aggrediantur eloqui, ſoliti ſunt attentos reddere auditores, dicendo: *Hæc dicit Dominus*, & per illos Dominum loquutum teſtatur Paulus *ad Hæbreos*, & Petr. *epiſt.* 2. *cap.* 1. & Chriſtus ipſe *Matth.* 22. loquit: *Dauid in ſpiritu dixiſſe: Dixit Dominus Domino meo.*

Nec ſolum in libris ſcriptis verbum Dei continetur, ſed etiam ſine ſcripto traditionibus, quę ipſius Chriſti ore ab Apoſtolis acceptæ, aut ab ipſis Apoſtolis, Spiritu Sancto dictante, quaſi per manus traditæ ad nos vſque peruenerunt. 2. *Theſ.* 2. *Can. Eccleſiaſticarum diſt.* 11. *& cap. cum Martha de celebr. Miſſar.* Conc. Senonenſe, tempore Clem. VII. *decret.* 5. & Conc. Trid. *d. ſeſ. 4. decret. de Canon. Script.*

De inſtituenda lectione Sacræ Scripturæ. tom. 10. Conſul. 149.

Vide, quę dicta ſunt de Capitulo, & Canonicis tom. 3. Conſul. 62. vbi ſatis prò compendio.

DE

Digitized by Google

DE SEMINARIO.

An conſenſus Capituli, qui neceſſariò in vnione beneficiorum ſimplicium Seminario facienda, debet interuenire in forma ſpecifica, & non per æquipollens, ſufficiat, ſi ſuperueniat vnioni iam factæ? Vide de Benefic. tom. 1. Conſul. 77.

An Monaſteria Regularium, atque etiam Collegia Societatis Ieſu teneantur ad ſolutionem taxæ Seminariorum, tam reſpectu redditnum Abbatiarum, ijs Collegijs, ac Monaſterijs vnitarum, quam reſpectu redditnum aliorum bonorum, quæ ab ipſis poſſidentur? tom. 1. Conſul. 223.

QVoad primam partem dubij reſpectu Abbatiarum Collegij Societatis vnitarum reperiuntur in proprijs terminis duæ inter ſe pugnantes reſolutiones Sac. Cong. Conc. Altera fauorabilis Societati in vna *Bracarenſi* per litteras eiuſdem Sac. Congr. die 26. Aprilis 1597. ſcriptas, abſque tamen expreſſione alicuius præcedentis diſcuſſionis, vt in libris eiuſdem Sac. Congr. legitur. Ac propterea in hoc aduertendum eſt, quod ab informantibus prò Collegio *in Sum. n. 3.* addita fuerunt verba, quæ non leguntur in originali, nec in tranſumpto ab Eminentiſſimo D. Card. Præfecto ſubſcripto, vt ex eo liquet.

Perilluſtris &c. De contributione ad Seminarium ipſius Ciuitatis prò Eccleſia S. Stephani de Baſtucos, & eius annexa S. Pelagij Collegio Patrum Societatis Ieſu per Sedem Apoſtolicam vnitic, dictorum Patrum à contributione Seminarij priuilegijs Apoſtolicis exemptorum minimè vtique ad ipſum Seminarium eſſe contribuendum. Ideòque Amplitudo Tua, ſiuè eius Vicarius nullam hac de re moleſtiam ipſis Patribus *exhibeat, & ſequeſtrum ſuper dictarum Eccleſiarum fructibus relaxatum, tollat. Romæ* 26. *April.* 1597. pag. 502. col. 2. lib. 6. liter. . . .

Contraria verò facta legitur in *Camerinenſi*, præuia propoſitione in Sac. Congr. anno 1582. & ſic poſt priuilegia eidem Societati à Greg. XIII. conceſſa, tenoris ſequentis:

Reuerendiſſime &c. Cum libellus tuus, in quo petis declarari, an Collegium Romanum Ieſuitarum debeat ex fructibus Abbatiæ Clarenallis, quam iſtic poſſidet, contribuere Seminario tuo Camerinenſi, propoſitus fuiſſet in Sac. Congr. Card. Conc. Trid. Interpr. ea cenſuit; Collegium ad contributionem ſolitam in Seminarium teneri &c. Romæ die vltima Ianuar. 1582. lib. 4. pag. 66. col. 2.

Concinit alia declaratio Sac. Congr. Epiſc. in terminis Ordinum Mendicantium, nempè:

In Hieracenſi 1593. *Sac. Congr. Epiſc. cenſuit, Monaſteria Monialium, etiam Ordinis Mendicantium teneri contribuere Seminario, quando Beneficia ſunt ei vnita.*

Atque ità contra Patres Prædicatores, Mendicantes ad inſtantiam Patrum Societatis prò Seminatio Rom. fuit pronunciatum in Tribunali Eminentiſſimi D. Card. Vicarij cum approbatione in Signatura Sanctiſsimi, & exequutione ſubſequuta.

Hanc doctrinam firmarunt in terminis Mendicantium Barboſ. *in collect. ad cap.* 18. *n.* 28. 30. & 44. *eiuſdem Conc.* ex mente Sell. *in ſelect. Canon cap.* 10. *n.* 19. 25. & *ſeq.* ac alij.

Auctoritati aſsiſtunt rationes; nam Abbatiæ, Beneficia &c. vnita tranſeunt cum onere ſibi adhærente, & annexo, ac ſine præiudicio Seminarij, ad cuius fauorem, etiam vigore Conc. Trid. obligata erant. *cap. Paſtoralis de decim. cap. Quia Monaſterium de Relig. dom.*

Hinc autem eſt, quod ex Abbatiis, quæ conceduntur Eminentiſsimis Card., ſoluitur eadem taxa Seminarijs, non obſtantibus eorum ampliſſimis priuilegijs, vt ſæpius declarauit eadem Sac. Congr. Conc. & nouiſsimè ad inſtantiam eorundem Fratrum Societatis in vna *Romana* 3. Febr. 1646. Quod etiam declarauit Sac. Congr. Epiſc. nominatim in vna *Aſſiſien.* 20. Septembris 1583. in vna *Ceſenaten.* 22. Decemb. 1599. & 10. Iul. 1600. & 3. Septem. 1601. ac 31. Maij 1602. paſsimque alibi. Et anno 1610. eadem Sac. Congr. Conc. declarauit, etiam ex beneficiis, quæ DD. Cardinales, & Camerales poſsident, eſſe contribuendum Seminario.

Quod verò ſpectat ad alia bona à Monaſteriis, ſiuè Collegiis poſſeſſa, Sac. Conc. Trid. *eo cap.* 18. *ſub princ.* excipit quidem redditus bonorum Regularium Mendicantium. Verum iſta exceptio intelligenda videtur de redditibus proportionatis ad neceſſariam ſuſtentationem Regularium, non autem de illis, quæ ſuperſunt. Barboſ. *in collect. ad d. cap.* 18. *n.* 30. & 31. & cenſuit eadem Sac. Congr. in ſequentibus declarationibus:

In Bracharenſi 1573. *Sacra &c.* cenſuit, *Monaſteria non eſſe exempta à contributione Seminarij ex eo, quod in illis lectiones Grammaticæ, & caſuum conſcientiæ quotidie habeantur, ſed tantum impenſarum eſſe rationem habendam, de reliquis contribuendum ad ratam.* lib. decret. pag. 149.

Idem autem declarauerat in vna *Nucerina* Menſe Nouemb. 1567. Idem contra Monachos S. Benedicti in *Atrebatenſi* 17. Septemb. 1594. Idem in *Coſtantienſi* Monaſterii S. Galli pariter Ord. S. Benedicti 22. Iun. 1624. vt in *lib.* 1. *lit.* . . *pag.* 169. *col.* 2. Et in terminis Regularium Ord. Captiuorum, qui inter Mendicantes enumerantur à Paulo V. *in ſua Conſt.* 60. cenſuit eadem Sac. Congr. in hunc modum:

In Vliſsiponenſi *die* 11. *Maij* 1576. *Sacra &c. cenſuit, Monaſteria Religionis Captiuorum teneri contribuere Seminario prò fructibus, qui ſuperſunt* lib. 1. decret. pag. 215.

Præ-

Prætetca ponderandum eſt, quod priuilegia Regulatium, præſertim Societatis Ieſu, ex multiplicatione vnionum, ac bonorum acquiſitorum hiſce tempotibus, effecta ſunt Seminariis nimis læſiua, atque adeò non ſunt obſeruanda. Textus eſt *in cap. ſuggeſtum de decim.* vbi poſt Gloſ. *v. priuilegia in fine* notant DD.

Et ex eodem motiuo *cap. ſuggeſtum* cum ſimilibus Sac. Coug. Conc. poſt maturam diſcuſſionem, partibus ſæpius auditis in *Gueſneu, ſtù Polonia* 17. Iun. 1645. ab eiſdem Patribus, aliiſque Regularibus Mendicantibus, non obſtantibus eorum priuilegiis, ſoluendas eſſe decimas, quę à laicis ſoluebantur, priuſquam bona in ipſorum proprietatem fuerint translata. Quam declarationem poſtea Sanctiſsimus Breui Apoſtolico approbauit, confirmauitque, cum effectu ſequuto.

De validitate vnionis Beneficiorum Seminario facta. Vide de Beneficijs tom. 1. Conſ. 280.

An ſuppoſita taxa prò Seminario, cum ſolutione continuata vltrà 30. annos, teneuntur Hoſpitalia, & Confraternitates ad illius ſolutionem in futurum? tom. 1. Conſul. 294. & vide tom. 7. Conſul 9.

RESpondetur; Seminarium eſſe manutenendum; Hoſpitalia enim, & Confraternitates huiuſmodi non ſunt merè laicalia. & ex ſolutione tot annorum præſumi, vel quod bona ſint Eccleſiaſtica, vel quod aliquod beneficium ſit eis vnitum. Ex lapſu enim temporis talia præſumuntur. Ità declarauit Sac. Cong. Conc. in vna *Tudertinu* 5. Nouemb. 1644. *ad cap.* 18. *ſeſ. 23. de refor.*

An ab Epiſcopo huiuſmodi Hoſpitalia, & Confraternitates compelli poſſint remedijs cenſurarum Eccleſiaſticarum, ſequeſtrationis fructuum, & ſimilium, non obſtantibus inhibitionibus Iudicum eorundem Hoſpitalium, & Confraternitatum? tom. 1. Conſul. 295.

RESpondetur. Poſſe. Ità reſoluit eadem Sac. Congr. ibidem.

Regulari fuit reſeruata annua penſio ſcutorum centum ſuper redditibus cuiuſdam Menſæ Epiſcopalis. Queritur:

An prò rata dicta penſionis teneatur contribuere Seminario dicti Epiſcopatus? tom. 1. Conſul. 338.

REſp. teneri. Ità cenſuit Sac. Conc. in vna *Tropien.* 17. Aug. 1652. *ad d. cap. 18. ſeſ. 23.*

An taxa duorum cum dimidio, facta ab Epiſcopo prò Seminario cum debitis requiſitis, ſit exceſſiua? tom. 1. Conſul. 416.

NEgatiuè, ac potuiſſe facere. Ità Sac. Cong. Conc. in vna *Fulginaten* 3. Septemb. 1650. *ad d. loc. Conc.*

An *Parochi Hiereſolymitani teneantur contribuere Seminario?* Vide de Equitibus tom. 3. Conſul. 58

An *Beneficiati teneantur thus dare Clericis Seminarij?* Vide de Ritibus tom. 6. Conſul. 49.

An Archi*oſpitale* S. *Spiritus cogi poſſit ad contribuendum Seminario prò rata ſuorum Prioratuum ex decreto Sac. Conc. Trid. ſeſ. 23. cap. 18.* tom. 7. Conſul. 9.

CEnſeo, huiuſmodi Prioratus comprehendi in decreto Sac. Conc. Trid. loc. cit. atq. adeò teneri Seminario ad contributionem: Nam Concilium ad illud Hoſpitalium genus ſe reſtringit, quæ dantur in titulum, ſeù adminiſtrationem, & vel ratione reddituum, vel perſonarũ dicuntur Eccleſiaſtica. Clem. *Quia contingit*, ibiquè Anchar. *num.* 8. Tob. Noun. *conſ.* 65. *num.* 7. *&* 8. ac alij; Non autem ad Hoſpitalia, quæ adminiſtrantur à Laicis, & in quibus ſunt bona Laicorum, vt in Glos. *d. Clem. v. Altare de relig. dom.* Armiadar. *in addit ad recopil. l.* Nauar. *lib.* 1. §. 2. *de Hoſpital. num.* 3. 13. *&* 15.

Dubitari autem nequit, quin Hoſpitalia, ſiuè Prioratus S. Spiritus ſint Eccleſiaſtica ex eo præcipuè, quod publicam habeant annexam Eccleſiam, & authoritate Sum. Pontificis erecta. *tex. in cap. de Xenodochiis, & cap. Ad hoc de relig. Dom.* ac alibi.

Minuſquè inter exceptos ab eodem Conc. Trid. ibi: *Non tamen Mendicantium*, connumerari valent, Quia Conc. excipit Mendicantes, de quibus *in cap.* 1. §. *ſanè de relig. Dom. & in 6. & in cap. quia ex eoin princ.*

Quod autem Archioſpitale Sancti Spiritus, cuius membra eſſe Prioratus, ſit Ordinis S. Auguſtini, ac propterea inter Mendicantes relatus, nullatenus probatur, nec in ipſius fundatione, de qua in diplomate Innoc. III. *in Bull. tom.* 1. *conſtit.* 7. id habetur.

Verum Prioratus S. Spiritus, eſſe exemptos à contributione Seminariorum per priuilegium ſpeciale declarauit Sac. Cong. Epiſc. & Regul. in *Reatinu* 6. Septemb. 1603. Ideò parendum eſt Sac. Congreg. dummodò conſtet authenticè ità declaraſſe.

1. *An Beneficiatus, ſiuè Cõmendatarius Abbatia exiſtentis in vna Diaceſi, qua habet beneficia vnita in alijs Diaceſibus, teneatur contribuere Seminario eiuſdem Diaceſis prò eiuſdem beneficijs*

beneficiis vnitis, exiſtentibus in alijs Diœceſibus?

2. An *remedia Canonica praſcripta à Sac. Conc. Trid. ſeſ. 23. cap. 18. de reform. prò erectione Seminarij, aquè procedant in eius conſeruatione, ità vt omnes illi, qui coguntur contribuere Seminario erigendo, compelli poſſint ad contribuendum eius conſeruationi?* tom. 8. Conſul. 13.

AD 1. Reſoluendū videtur, huiuſmodi Commendatarium non teneri contribuere, niſi prò rata fructuum beneficiorum ſitorum in illa Diœceſi, vbi eſt erectum Seminarium. Siquidem in collectos prò Seminario non poſſunt comprehendi beneficia ſita extrà Diœceſim Epiſcopi collectantis, ex defectu iuriſdictionis, quæ non poteſt exerceri in aliena Diœceſi.

Et comprobatur in terminis ex eodem Tridentino, *ſeſ. 23. cap. 18. de ref.* ibi: *Ad hanc autem penſionem ſoluendā &c. ab Epiſcopo loci per cenſuras Eccleſiaſticas, ac alia iuris remedia cōpellātur.* Et quibus verbis patet, quod beneficia, ad hoc, vt ſint obnoxia collectis, ac taxis Seminariorum, debent eſſe ſita intrà limites Diœceſis, in quibus Epiſcopus habet iuriſdictionem.

Ex in præciſis terminis, quod beneficia teneantur ſoluere collectas prò Seminario in illa Diœceſi, vbi exiſtunt, licet ſint vnita alicui alteri Eccleſiæ, vel Monaſterio, diſponitur in S. Conc. Trid. *ſeſ. 23. cap. 18.* Et ità fuiſſe declaratum pe Sac. Congreg. Conc. teſtatur Barboſ. *de offic. & poteſt Epiſc. par. 3. alleg. 77. num. 9. & in collect. ad d. cap. 18. ſub. num. 20.* cuius declaratio eſt tenoris ſequentis.

In Melphitana. *Quando Abbatia, ſeù aliud beneficium eſt nullius Diœceſis, ſoluitur Seminario illius Diœceſis, in qua alias d. Abbatia erat conſtituta; Si verò Eccleſia eſt in vna Diœceſi, & bona eius in altera, contributio fieri debet Epiſcopo loci, vbi eſt Eccleſia, niſi bona in altera Diœceſi exiſtentia ſint propinqua alieni Eccleſiæ ibi conſtituta, quæ tamquam membrum ſubiecta eſſet Eccleſiæ Parochiali, aut eidem vnita, quo caſu contributio fieri debet, vbi ſunt bona.*

Quod etiam declarandum eſt in Eccleſiā vnita, aut ſubiecta, ſi conſtructa fuerit ante acquiſitionem ipſorum bonorum, quia ſi conſtaret, bona fuiſſe prius applicata Eccleſiæ Parochiali, licet poſtea ibi alia Eccleſia ædificata fuerit, contributio fit Epiſcopo Eccleſiæ Parochialis. Et in *Troiana* 15. April. 1579. propoſito dubio: an beneficium, quod habet bona in diuerſis Diœceſibus, teneatur prò Seminario contribuere ſoli Epiſcopo loci, vbi eſt beneficium, & eius Eccleſia, an verò prò rata bonorum in diuerſis Diœceſibus, debeat ſingulis earum Epiſcopis contribuere? Decretum fuit ex doctrina Io: Andreæ Ancharani, & aliorum *in cap. 1. de Immun. Eccleſ. in 6.* quod contribuant ſoli Epiſcopo loci, in quo eſt Eccleſia beneficij, niſi bona in alijs Eccleſijs exiſtentia ſint propria vnius Eccleſiæ, ibidem ſitæ, quæ tanquam membrum ſubiecta eſſet, aut vnita principali Eccleſiæ beneficij: Tunc enim contribuant Epiſcopis locorum, in quibus bona cum ſua particulari Eccleſia ſita ſunt, dum tamen d. Eccleſia ſubiecta, aut vnita conſtructa fuerit ante acquiſitionem dictorum bonorum: Nam ſi conſtabit, bona prius applicata fuiſſe Eccleſiæ principali, poſtea in eis conſtructam fuiſſe aliam particularem Eccleſiam, fiet, nihilominus prò eis contributio Epiſcopo loci principalis Eccleſiæ. Et 8. Mart. 1590. declarauit, contribuendum tantum Seminario Diœceſis, in qua ſitum eſt beneficium, licet eiuſdem beneficij collatio ſpectaret ad Epiſcopum alterius Diœceſis. Et quod quando duæ Ciuitates, vel Diœceſes ſunt inuicem vnitæ, beneficia vnius non teneantur contribuere Seminario alterius, cenſuit in *Valuen.* 29. Nouemb. 1653. vbi, quod etiam, ſi in ea nullum extet Seminarium, non tenetur contribuere Seminario Diœceſis Sulmonenſis. Quod tamen non procedit, ſi Seminarium eſſet erectum ad formam Conc. *d. cap. 18. ſeſ. 25. §. Si verò*; Eo enim caſu beneficia vnius Diœceſis etiam non vnitæ contribuere tenentur.

Ad 2. Affirmatiuè, Ità Sac. Congreg. Conc. In *Vrbinatenſi* 10. Mart. 1663. Fruſtrà enim Seminarium conſtrueretur, niſi conſtructum conſeruaretur.

An exactio taxæ prò Seminario non dum inſtituto cum Seminariſtis, reſtitui debeat? tom. 8. Conſul. 36.

AFfirmatiuè; Cum prænarrata exactio non fuerit legitima, neq. ad mentem Sac. Conc. *cap. 18. ſeſ. 23.* Quia ibi diſponitur, quod poſt quam Seminarium fuerit ædificatum, inſtitutum, & erectum, fiat obſequenter prò adminiſtrandis alimentis, & alijs neceſſarijs contributio ex fructibus beneficiorum, & non alias; ideóq. iniungitur, vt ex dictis fructibus prius domus ædificetur, & poſtea Seminarium inſtituatur, neuè in longum hoc vtiliſſimum opus protrahatur. Rota *dec. 836. num. 4. verſ. nec refragatur p. 4. diuerſ.*

Indebitè igitur facta fuit exactio, adhunc non inſtituto Seminario, cuius, erectionis ſubſtantia non conſiſtit in ſola præparatione, ſeù conſtructione Domus, ſed in actuali introductione perſonarum, & Alumnorum ibi viuentium, & literas addiſcentium. Et iure quidem; nam non muri, ſed perſonæ faciunt Seminarium. Corrad. *in prax benefic. lib. 4. cap. 8. num. 34. & ſeq.* & Rot. *dec. 835. num. 4. p. 4. diuerſ. & in Neapolitana Seminarij 12. Maij 1656. v. non obſtat coram Dunozzeto* cum alijs ibi citat.

Deficiente igitur actuali exiſtentiā puerorum, ceſſare diſpoſitionem Conc. Trid. iniungentis contributionem ex fructibus beneficiorum prò ſubminiſtrandis alimentis, & alij neceſſaris, com-

comprobatur ex eo, quod ſi penſio eſſet reſeruata Seminario, illa non poteſt exigi pró annis, quibus abſunt Scolares, licet non expiret, nec extinguatur. Garz. *de benef. p.* 12. *c.* 2. *n.* 102. Ventrigl. *in prax. for. Eccleſ. ad tex. in cap.* 1. *de Magiſtr. ad not.* 29. *§.* 1. *num.* 46. *in fin.*

Idquè ſuadetur euidentius ex mente Sac. Cong. Conc. quæ pluries declaranit, et ſignatè ſub anno 1588. in *Giennenſi* per hæc verba.

Congreg. Conc. *cenſuit, vnionem nullam eſſe, & inualidam, cum Seminarium non fuerit erectum iuxta formam Conc. vtpotè nec Magiſtris, nec Scholaribus verè, & actù in eo exiſtentibus.*

Quæ declaratio fuit comprobata per Breue Sixti V. vt refert Garz. *de benefic. p.* 12. *cap.* 2. *de vnione num.* 193. & idem firmant Barbos. *de Offic. & poteſt Epiſc. alleg.* 77. *num.* 23. *& in Apoſtolicis deciſ. collect.* 62. *num.* 5. Corrad. *in prax. benefic. lib.* 4. *c.* 8. *num.* 34. *& ſeq.* & decidit Rota *in Adiacen. beneficij* 15. *April.* 1622. *coram Coccino impreſſ. penes Barbos. d. alleg.* 77. *& in Verulana beneficij* 19. *Iunij* 1626. *S. validitas autem coram Pironano*, & optimè dec. 837. *nu.* 2. *coram Meslino*, cum alijs ibi allegatis reprobat contrariam ſententiam.

De Seminarijs, & penè dixerim, de omnibus, quæ ad ipſa pertinent ad præſcriptum Sac. Conc. Trid. cap. 18. *ſeſſ.* 23. de refor. *eiuſq. Sac. Congreg. decreta aliarumq. Sacrarum Congregationum declarationes. Vbi de eorum in Republicam Chriſtianam vtilitate.* tom. 9. Conſul. 81.

VEtus Eccleſiæ conſuetudo ferebat, vt Clerici omnes, qui Eccleſiæ Ciuitatis addicti erant, ſimul commorarentur. *Deputati probato ſeniori, quem Magiſtrum doctrinæ, & teſtem vitæ haberent*, vt loquitur Conc. Tolet. 4. *cap.* 24. habetur *can. omnis ætas* 12. *q.* 1.

His adde ex Conc. Rom. ab Eugenio II. habito *can.* 7. *& refertur* 12. *q.* 1. *can. neceſſaria*, & à Leone IV. innouato. In Toletano 2. *can.* 1. quod refert *d.* 28. *Can. de ijs*, ac alibi.

Hanc Sanctiſſimam diſciplinam, quoad fieri poterit, reſtitui mandauit Sac. Conc. Trid. *cap.* 18. *ſeſſ.* 23. *de refor.* erectione ſaltem Seminariorum, vt Eccleſia Dei probatos Clericos habeat, nec vnuſquiſquè ſuo arbitrio relinquatur, ſed cogatur ad legem, ac meliorem exemplum vincrè quicumquè reliquorum, norma debet eſſe, ac regula. Inſtruatur in Eccleſiaſticis Officijs, qui ad ea per Sac. Ordinum ſuſceptionem deſtinatur; Clericalibus moribus aſſuefiat, qui Clericatus geſtat inſignia, eiuſq. Ordinis fauores, priuilegia, ac beneficia ſibi vendicat &c.

Parerga de Seminario his ſubijcio. Epiſcopus modernus pecunias Seminario debitas à prædeceſſore non exactas, nec ipſe exigere debebit.

In *Oſcenſi*. Curare debet Epiſcopus cum conſilio duorum Canonicorum Seniorum, vt pueri Seminarij Cathedrali, & alijs locis Eccleſiaſticis diebus feſtis cum ſuperpelliceis in gradibus inferioribus Chori deſeruiant.

In *Fauentina*. Epiſcopus pró fabrica Seminarij, vel pró inſtauratione Domus Seminarij poteſt taxam exigere, licet adhuc iuuenes non ſint in illud introducti.

In *Auerſana*. Ante erectionem Seminarij nihil eo nomine ſoluendum eſt.

In *Cremonenſi*. Illi duo de Capitulo eligendi, poſtquam fuerint electi, erunt perpetui, nec ſine legitima cauſa amoueri poſſunt. Eſt autem cauſa legitima ſenectus, infirmitas, & ſimilis alia 5. Septemb. 1602.

In *Rauennatenſi*. Epiſcopus adhibito conſilio Deputatorum ad regimen Seminarij, poteſt circà illud ſtatuere, quod ſibi magis videbitur, etiam moderando ſtatuta in hoc Decreto *cap.* 18. vt colligitur ex verbis vltimis d. capituli.

In *Oſcenſi*. Epiſcopus cum conſilio Deputatorum tenetur prouidere, tam circà diſciplinam, & mores Clericorum, quam circà adminiſtrationem rerum temporalium; Poteſt autem, eorum conſilio adhibito, facere quod ſibi expediens videbitur. Exactio verò Taxæ ad ſolum Epiſcopum ſpectat. Vndè ſolus abſq. interuentu Deputatorum compellere poteſt ad ſoluendam portionem Seminario debitam.

In *Vritana*. De diſtributionibus quotidianis, & incertis nihil Seminario ſoluendum eſt.

In *Vliſſipponenſi*. Antequam fructus taxentur prò rata Seminario ſoluenda, deducendæ ſunt expenſæ quę fiunt in beneficijs.

In *Sorana*. Beneficium, quod non reperitur taxatum in libris decimarum, non contribuit Seminario erecto poſt diem vndecimam Iulij anni 1567.

In *Burgenſi*. Regulares ad Seminarium non tenentur, niſi habeant beneficia vnita ſuis Monaſterijs, quò caſu contribuere debent prò eorum rata.

In *Vliſipponenſi*. In ſolutione taxæ prò Seminario debent prò rata detrahi expenſæ, quæ fiunt in colligendis fructibus, ac onera poſita ante Collegium.

In *Vritana*. Quando fructus omnes conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, quæ dari ſolent diuinis intereſſentibus tantum, non tenetur Capitulum ad contributionem Seminarij.

In *Melphitana*. Quando Abbatia, ſinè aliud beneficium eſt nullius Diæceſis, ſoluitur Seminario illius Dięceſis, in qua alias d. Abbatia, ſiuè beneficium ſint conſtituta. At de hoc Vide *tom.* 8. *Conſult.* 13. vbi latè.

In *Vliſſipponenſi*. Monaſteria, in quibus Seminarium actu non eſt, ſed tamen contribuunt alteri Monaſterio prò ſubſtétatione Scholariorum, cenſetur ac ſi Scholares haberent, proptereà non tenentur ad contributionem, niſi de redditibus, qui ſuperſunt.

In *Mediolanenſi*. Canonici electi ab Epiſcopo ad conſtituendã educationem puerorum, mutari non debent, niſi, vt ſupra, & eorum conſilium

 Epiſcu-

Epiſcopi tenentur adhibere, ſed non tenentur ſequi, & adhibendum eſt in omnibus infraſcriptis:

In conſtituendis regulis vniuerſalibus Seminarij.

In electione ſingulorum puerorum.

In electione librorum legendorum.

In punitione diſcolorum.

In Viſitationibus.

In electione loci:

In electione Magiſtrorum.

In electione Confeſſoris.

In eorumdem expulſione.

Alij quatuor adhibendi ſunt Deputati in conſilio circá taxationem fructuum contributionis.

Circá vnionem beneficiorum.

In difficultatibus, ob quas Seminarij inſtructio, vel conſeruatio impediretur, aut perturbaretur.

In omni temporali adminiſtratione Seminarij.

In expulſione, & deputatione Miniſtrorum Seminarij.

In expenſis quotidianis.

In prouiſionibus blandorum.

In adminiſtratione bonorum quorumcumq. ac reddituum ipſius. Non autem etiam in ijs. Epiſcopus tenetur ſequi eorumdem conſilium, ſed, vt ſupra, ſolummodó adhibere.

In *Antuerpienſi*. In Monaſterijs, in quibus habentur Magiſtri ſalario conducti pró docendis Monachis, eadem ratio eſt habenda de iſtis expenſis, quæ de illis Scholarium, ſeú diſcentium Monachorum habetur.

In *Bracharenſi*. Milites Hieroſolymitani, qui habent beneficia ſibi commendata alterius Ordinis, vel qualitatis, tenentur ad contributionem Seminarij ratione huiuſmodi beneficiorum, cum exceptio non reſpiciat perſonas, ſed tantum beneficia Ordinis Hieroſolymitani.

In *Patauina*. Si ignoratur cuius naturæ ſint beneficia Eccleſiaſtica, Monaſteriis vnita, vel alias exépta, Seminario contribuere debent. Et hoc procedit in Monaſterijs, quæ non ſunt Mendicantium. Nam in iſtis Monaſterijs, quæ poſſident bona immobilia, onus probandi ea eſſe per vniones acquiſita, in Epiſcopum transfertur, quo non probante, ea bona erunt exempta.

In *Imolenſi*. Simplicia beneficia ad collectionem inferioris ſpectantia, Epiſcopus vnire non poteſt. Nec etiam beneficia regularia, nec beneficia iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, nec Canonicatus.

In *Gandauenſi*. De beneficijs vnitis vigore huius Decreti ſuperfluum eſt petere confirmationem á Sede Apoſtolica.

In *Cameracenſi*. Sicut beneficia ante vacationem Seminario vniri poſſunt validè, itá nulla erit vnio facta poſt vocationem de beneficio reſeruato.

In *Aquilana*. Epiſcopus, qui in ſuis Menſibus beneficia vacantia non vniuit, in Menſibus reſeruatis vnire non poteſt.

In *Marſicana*. Contra recuſantes ſoluere taxam Seminario poteſt Epiſcopus procedere vſque ad interdictum, & alia grauiora iuris remedia.

In *Brunduſina*. Si Epiſcopus duabus Ciuitatibus præeſt, in vtraque erigatur Seminarium, & ſi redditus non ſufficiant, conducantur Magiſtri.

In *Melphitana*. In Eccleſijs, vbi ſunt adeó tenues redditus, vt Seminarium erigi non poſſit, prouidetur, prouideatur ſaltem expenſis beneficia obtinentium de duobus Magiſtris, altero Grammaticæ, & altero Muſicæ, á quibus inſtruantur pauperes pueri Ciuitatis, & altero Muſicæ, á quibus inſtruantur pauperes pueri Ciuitatis, & Diæceſis, in eorumq. ſumptibus totus Clerus contribuat, perindè ac ſi contribueret ad Seminarium formatum.

Pars, quæ ratione Seminarij eſt detrahenda, ad decimam integram fuit taxata, ſi Seminarium fuit erectum ante diem vndecimam Iulij 1567: Nam in Seminarijs poſtea erectis dicendum eſt, vt infra:

Quicumq. veró Epiſcopus ante diem 11. reipſa Seminarium erexit, & ſeruata forma Concilij, certam taxam ſtabiliuit, eamq. á maiori parte taxatorum exigere cœperit, ſeú illi ſponté, ſeú ex contentione, aut metu ſoluerint, dummodò in hac quaſi poſſeſſione ſit exigendi, eaquè taxa ſit exacta, in vſum Seminarij verſa ſit, & quotidie vertatur, in exactione huiuſmodi perſeueret, & omnes qui diſtulerint ſoluere, poterit cogere iuris remediis.

Sac. Cong. Conc. tum aliás, tum in *Sabinenſi* 26. Maij 1640. declarauit, Archiepiſcopum, & Canonicos Collegiatæ Eccleſiæ Montis Rotundi teneri contribuere Seminario, non tamen pró portione, què cedit in vſum quotidianum diſtributionum, nec pró legatis piis pró celebratione Miſſarum relictis, prout neq. incertis, & eleemoſynis Sacriſtiæ elargitis, ſed tantum ex illis redditibus certis conſtitutis, etiam ſi proueniant á legatis piis, vt legitur *lib.* 16. *decret. fol.* 380.

In *Lucana* 19. Nouemb. 1616. Seminarii Deputati, aliique Officiales habent votum conſultiuum, non autem deciſiuum.

In *Fundana* 20. Deceb. 1601. Clerici Seminarij in proceſſionibus præcedunt Canonicis Collegiatæ. Sac. Cong. Rit.

In *Adrienſi* 21. Martij 1620. Clerici Seminarij in proceſſionibus præcedunt aliis Clericis. Eadem Sac. Cong. Rit.

In *Capuana* 1. Septemb. 1607. Clerici Seminarij debent in publicis proceſſionibus primi incedere ante Clerum Sæcularem, & relinquere locum digniorem Curatis. Eadem Sac. Cong. Rit.

In *eadem*, eademquè die, & anno. Seminarium non eſt membrum Eccleſiæ Cathedralis, licet in ea Clerici Seminarii officient.

In *Vercellenſi*. Seminarii bona ſtabilia non licet ad nouennium locare, nec eadem bona cum aliis bonis in euidentem Eccleſiæ vtilitatem permutari, nec ſterilia, & inculta in emphyteuſim ad tertiam generationem concedere.

Sac.

Sac.Cong.Conc.19.Febr.1633.*ad 3.& 4.& 5.*

Seminarii à contributione nemo eſt exemptus, niſi qui nominatim à Conc. excipiuntur. Sac. Congr. Conc. 11. Ianuar. 1601.

Seminarii contributio anticipatè ſoluenda eſt de quadrimeſtre in quadrimeſtre. Sac. Congreg. Epiſc. 8. Mart. 1588.

Seminario contribuere tenentur Eccleſię Seculares, quæ non ſunt de Menſa Monaſteriorum, tametſi ad earum inſtitutionem, & collationem pertineant. Sac. Cong. Conc. 23. Iun. 1586. & 4 Febr. 1593. in *Caputaquenſi*.

In *Caputaquenſi*. 4. Febr. 1593. Seminario contribuere tenentur Beneficiati beneficiorum collationis Monachorum, ſi intrà fines Dięceſis ſunt. Sac. Cong. Conc.

In *Lucana*, 5. Iul. 1628. Seminarii occaſione poteſt taxa prò penſionibus detrahi, & exigi à Titularibus, dummodò ſpecialitèr non ſint exemptæ, qui Titulares retinebunt prò rata ſoluta.

Titularis occaſione contributionis per eumdem factæ Seminario, non poteſt detrahere ex penſione, quam ſoluit, niſi prò rata illius, & ad eam rationem, qua ipſe Titularis contribuit. Sac. Coug. Conc.

A' contributione Seminarii ſunt exempti Clerici Cam. Apoſtolicæ ratione beneficiorum quæ obtinent. Sac. Cong. Epiſc. in *Maceratenſi* 12. Maii 1604.

Seminario ad contribuendum cogi non debet Abbas, qui in ſuo territorio, & iuriſdictione prius Seminarium erexerat, & prouiſum retinebat. Sac. Cong. Conc. 30. Mart. 1594.

In *Lucana*, 17. Feb. 1629. Seminario contribuere non tenetur Abbatia vnita Capitulo Cathedralis ante Concilium. Sac. Cong. Conc.

In *Auguſtana*, 14. Decemb. 1630. Ad contributionem Seminarii non tenentur, neque compelli poſſunt Fratres S. Io: Hiereſolymitani; ſiuè eorum Vicarii in Eccleſiis Parochialibus Religioni prædictæ vnitis, vel ab ea dependentibus. Sac. Cong. Conc.

Epiſcopus debet primum de ſua, & Capituli Menſa contribuere, & poſtea alios cogere. Sac. Cong. Conc.

Cardinales debent contribuere de fructibus beneficiorum in Diæceſi, vbi eſt Seminarium. Sac. Cong. Conc.

Non ſunt magis grauanda beneficia ſimplicia, & penſiones, quam Curata. Sac. Cong. Epiſc. 27. Octob. 1603.

Vniones beneficiorum factæ Seminario non ſubſiſtunt, niſi poſt illius erectionem, & actualem educationem puerorum. Sac. Congreg. apud Gonzal. *gloſ. 7. num. 68.*

Emptio domus, aut electio Deputatorum non eſt erectio Seminarij. Rota 15. April. 1622.

Cogi poſſunt ad ſoluendum prædictos redditus per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris remedia ab Epiſcopo, non obſtantibus quibuſcumquè. Trid. *d. cap.* 18.

Seminarium erigi non poteſt in Ædibus Canonicalibus, niſi de conſenſu Canonicorum, & ità ſeparatum, vt Presbyteri, vel Clerici nullam communicationem habeant cum Seminariiſtis. In *Mutinenſi* 3. Febr. 1604.

Recipi non poſſunt in Seminario Clerici ſine licentia Ordinarij. In *Salernitana* 10. Iul. 1590.

Licet Epiſcopus nihil contribueret prò manutentione Seminarij, non poteſt propterea Seminarium prætendere aliquam exemptionem ab eius iuriſdictione. In *Aquileienſi* 27. Ianuar. 1597.

Taxa quatuor prò centenario ſuper beneficijs approbatur. In *Agrigentina*.

Quæ ſi non ſufficiat prò tenendo ſaltem Magiſtro Grammaticæ, & cantus Gregoriani cum domo, & aliis neceſſariis, non debet augeri. In *Recanatenſi* 25. Iun. 1597.

Capitulum, & Canonici, licet, exempti ſint ab Epiſcopi iuriſdictione, compelli tamen ab eo poſſunt ad ſoluendum eorum ratam. 29. Nouemb. 1604.

Niſi redditus omnes conſiſtant in diſtributionibus quotidianis. In *Tarentina* 24. Iul. 1595.

Nullius etiam loca contribuere debent, ſi proprium Seminarium non habent. *Caputaquenſi* 2. Maij 1601.

Quemadmodum Subditi Abbatis Monaſterij Cauenſis Seminario Captuaquenſi 4. April. 1607. Niſi tamen beneficia ſint vnita, vel de Menſa Monaſterii per priuilegium Pij V. Donec autem hoc probetur, Seminarium manutenendum eſſe in quaſi poſeſſione exigendi.

Regulares etiam contribuere tenentur. In *Ceſenatenſi* 2. Maii 1601.

Niſi ſint exempti per priuilegium ſpeciale, vt Carthuſiani. 12. Maii 1587.

Et Prioratus S. Spiritus 6. Septemb. 1603. Vel niſi viuant de eleemoſynis. ibidem.

Prouiſi de beneficiis Seminario vnitis vnione effectuanda, cum primum vacauerint, cogi non poſſunt ad contributionem. 1. Octobr. 1599.

Neq. Confraternitates, & alia loca pia, quæ non habent beneficia annexa 23. Ianuar. 1586. & 10. Ianuar. 1594. & 25. Febr. 1602.

Nequè Hoſpitalia, quæ non conferuntur in titulum, vt ſupra.

Nequè Monaſteria Monialium, niſi ratione beneficiorum vnitorum, vel bonorum ſubiectorum aliis oneribus Epiſcopalibus. 22. Decembris, 1583. & 26. Iul. 1593.

Vel niſi eſſent ſolita, quia tunc omnes ſupradicti cogi debent, licet vellent renunciare priuilegio tenendi Alumnum in eodem Seminario. 20. Iul. 1620.

Capitulum S. Petri in Vaticano non tenetur ad aliam contributionem prò beneficiis ipſi vnitis in aliis Diæceſibus, quia contribuit prò omnibus Seminario Rom. Sac. Congreg. Epiſc. in *Caputaquenſi* 1584.

Vniri non poſſunt Seminario per Ordinarium beneficia Curata ſed ſimplicia tantum, & eo-

Digitized by Google

rum ſupportatis oneribus. 15. Martii 1580

Neque Canonicatus, etiam Collegiatæ, licet non ſint amplius de reſidentia. 27. Mart. 1590.

Scholaſteria in locis, vbi non eſt Seminarium non eſt neceſſariò conferenda Doctoribus, vel Magiſtris, aut licentiatis in Sac. Sriptura, vel iure Canonico quia Conc. *d. Cap.* 18. *§. de cetero* loquitur, vt cum minori impenſa poſſint docere in Seminario per ſeipſos. In *Calaguritana* 5. Maij 1597.

Ludimagiſtri Vniuerſitatis non tenentur docere pueros Seminarii, niſi ad publicas Scholas accedant. *Ciuitatis Plebis* 31. Decemb. 1610.

Verba illa: *In quibus Seminaria diſcentium vel docentium actu non habentur*; intelliguntur de Clericis ſæcularibus, vbi Seminarium erigitur, licet in loco adſit Studium Regularium. Nec ratione huius Studii Conuentus prætendere ſe poteſt exemptum à contributione.

Illegitimi non poſſunt ab Epiſcopo admitti ad Seminarium, licet ſint diſpenſati ad Canonicatus, & Dignitates. 15. Martii 1595.

Circà taxam adeſt decretum B. Pii V. quod Epiſcopus, qui ante vndecimam diem Iulii 1597. Seminarium reipſa non erexerit, quandocumquè illud exigere conſtituerit ab ipſa reali erectione nihil eius nomine vltrà dimidiam decimam relatam ad antiquam taxã exigat, & ſi quid amplius exegerit, vel reſtituar. vel ab eo compenſetur, quod in poſterum poſt ipſam erectionem ad eam rationem exigendum erit, niſi tamen appareat totum illud, quod amplius exactum erit, iam fuiſſe verè concurſum in præparamenta neceſſaria, aut aliam ſimilem operam Seminarii.

Vel, niſi Epiſcopus eſſet in quaſi poſſeſſione exigendi maiorem taxam impoſitam à Conc. Prouinciali, Sac. Cong. Conc. in *Surrentina*, quę in *Materana* conceſſit, poſſe taxari in plus dimidia decima.

Alias, ſi non poteſt erigere Seminarium formale, debet erigere Scholam. In *Marſicana*. Et prò huiuſmodi Schola permittitur dimidium taxę, quæ ſolueretur Seminario. 18. Nouemb. 1587.

Similr modo poteſt Epiſcopus cogere Capitulum, & alios ad contributionem prò Magiſtro Muſicæ, dummodò, & ipſe contribuat pro rata. In *Andrienſi*.

Circà huiuſmodi Scholam notandum, quod cum plures Epiſcopi, qui Seminarium erigere minimè poterant, Scholam inſtituiſſent, ac certam portionem ex beneficiis propterea detraxiſſent, animaduertendum fuit in Congregatione Conc. quod huiuſmodi facultas tributa erat Epiſcopis à Concilio, cum non poſſit inſtitui lectio Theologiæ, non autem cum non poſſet inſtitui ſeminarium, vt habetur *cap.* 1. *ſeſ.* 5. *v. Eccleſie*. Ideòq; Cong. iuſſit ea de re agi cum Sanctiſs., ad quem, cum D. Card. Mattheius die 15. Febr. 1598. in Conſiſtorio retuliſſet, Sanctitas Sua mandauit, has beneficiorum taxationes de cetero prò Schola in alio caſu, quam in eo, de quò Conc. loquitur, non eſſe permittendas, ſed hactenus inſtitutas continuauit.

Ex redditibus Parochianorum, quæ apud Indos Doctrinæ vocantur, ſit contributio Seminario, deducta congrua Parochorum ſuſtentatione, Congreg. Conc. 2. Septemb. 1603. coram Clem. VIII.

Penſionarii, etiam Regulares tenentur contribuere Seminario. 17. Auguſ. 1652.

Et notandum, penſionarios ante Concilium teneri contribuere indiſtinctè, ſi verò penſio reſeruata fuerit poſt Conc; ità demum penſionarios ad contributionem teneri, ſi per Sedem Apoſtolicam à tali contributione non fuerint exempti. Verum etiam in caſu, quò penſionarii contribuere tenentur, beneficiorum poſſeſſores ab Epiſcopo debere compelli ad ſoluendam portionem taxatam, non ſolum prò ſe ſed etiam prò penſionibus, quas ſoluunt. Licere tamen poſtea ità ſoluentibus retinere prò rata quicquid prò penſionibus ipſi ſoluerunt. In *Tridentina*.

Tenetur autem penſionarius contribuere Epiſcopo Seminarii, vbi ſitum eſt beneficium, non vbi habitat ipſe penſionarius, licet ſit perpetuus, & perſona ficta, vt Capitulum, Sacrarium, &c.

Seminarium non eſt erigendum ſuper Mendicitate. Cong. propag. fid. 1627.

Beneficium vnitum Seminario alterius Diœceſis, tenetur nihilominus contribuere Seminario propriæ, quod ante vnionem contribuere conſueuerat. In *Cremonenſi*. 18. Iul. 1588. Sac. Cong. Conc.

Eadem tamen Sac. Cong. 2. Febr. 1606. declarauit, quod beneficium fundatum à Patrono certa lege de conſenſu Epiſcopi appoſita, vt ad nulla onera teneantur, dummodò fundatio poſt Conc. facta fuerit, non tenetur contribuere Seminario. Multo minus, ſi id etiam expreſsè caueatur in fundatione, vt nequè ad Seminarium contribuere debeat.

Illa beneficia, quæ ob tenuitatem decimis Papalibus non contribuunt, nequè Seminario contribuere tenentur. Sac. Cong. Conc. 21. Mart. 1602. & 23. Mart. 1604.

Ex fabricarum redditibus, ſi Eccleſiaſticæ ſunt, contribuendum eſſe Seminario; quamuis à laicis adminiſtrarentur Cong. Conc.

Beneficia Cameralium, licet ſimplicia, non poſſunt vniri Seminario. In *Murana*.

Ordinarius non poteſt vnire Seminario beneficia curata, ne quidẽ habitu tantum. Cong. Conc. 12. Febr. 1622.

Capellanias verò, quæ celebrandi Miſſas onus habent, & in titulum dantur, vnire poteſt Seminario, modò oneri iniuncto ſatisfiat. Eadem Sac. Cong.

Vnio facta Seminario, non erecto ad formam Conc. vt ſi putri non viuũt ſimul, nulla eſt. In *Piſaurenſi, arg. cap. ad Audientiã 2. de Eccleſ. ædific.*

Vnio

Vnio beneficiorum, alioqui legitimè facta, non impeditur, aut ſuſpenditur per reſignationem, etiam ſi in Curia ſuum effectum ſortita ſit, & in fauorem tertij. In *Bellunen.* Quod intelligendum eſt cum vacauerit: Quia per reſignationem in fauorem tertij non dicitur propriè vacare beneficium. Et ſic ſi beneficium non vacans vniatur vigore Conc. *d.cap.* 18. & poſtea reſignetur in fauorem tertij, ac reſignatio admittatur, vnio pro illa vice ſuſpenditur, vt in *Hoſtunenſi* ſuperius adducta 23 Febr. 1581. maximè, quia in literis reſignationis inſeri ſolet illa clauſula: *Cum ſuſpenſione omnium, & quarumcumque vnionum* 19. Iun. 1608. in *Bellunenſi*.

Regula de triennali non impedit vnionem Seminario legitimè factam. In eadem.

Si Epiſcopus prædeceſſor beneficium ſimplex, non ſeruata forma Concilij, ac per conſequens nulliter Seminario vniuit, non poteſt ſucceſſor illud eidem Seminario validè vnire, ſeruata forma Conc. Quia Concilinm non videtur dare facultatem vniendi beneficia deuoluta. 16. Iul. 1599.

Nequè poſt vnire beneficia regularia. In *Hiſpalenſi*.

Sac. Conc. *d.cap.* 8. non prohibet transferri penſiones ſuper beneficijs Seminario vnitis. Cong. Conc. in *Æſina* 26. April. 1602.

At quorſum hæc? Cur Sac. Conc. Trid. tam accuratè Seminaria inſtitui mandat, inſtituta regi? Vt quidem Eccleſiæ Catholicæ emolumento eſſe poſſint, vt Clerus ſæcularis ad normam primitiui Cleri reformatus, maximè idoneus eſſet, ad Miſſiones prò propaganda fide. Tum quia plus deferret Epiſcopis, nec exemptiones ab ijs nouiſſet, vel expeteret. Tum etiam, quia conuenientior eſſet ipſorum conuerſatio, & modus viuendi, non ſolum lucrandis animabus, ſed etiam eiſdem iam ad fidem adductis cura paſtorali fouendis, ac dirigendis; nequè etiam tam ad finem particularem Ordinis ſui commendandi, vel promouendi intenderent, vt ferè Religioſi, quod ab bonum vniuerſale Eccleſiæ, haberentque Apoſtolicas illas virtutes, quibus tempore Apoſtolorum, & centenis aliquot annis poſtea, fidem propagarunt, ſine vlla ope Religioſorum.

An Epiſcopus incurrerit pœnam aliquam, ordinando Alumnum Seminarii, vt in caſu poſito? Vide de Ordine tom. 10. Conſul. 13.

DE
SEPVLTVRAE
ELECTIONE.

1. *An ſit valida electio ſepulturæ, quam quis ſiuè ſanus, ſiuè infirmus coram* Parocho *elegerit?*
2. *An ad validitatem electionis ſepulturæ requiratur teſtamentum in vltima infirmitate, vel ſufficiat, quod eligatur antea per alium actum publicum, qui teſtamentum non ſit?*
3. *An ſit nulla electio ſepulturæ, quando ipſa eligitur per teſtamentum factum in vita, & non in morte?*
4. *An qui habet Cappellam ſuæ familiæ cum propria ſepultura, aut Capellam emerit cum ſepultura propria, moriens abſque ſepulturæ electione, ſepeliendus ſit in Cathedrali?*
5. *An validè eligatur ſepultura coram duobus teſtibus?*
6. *An electio ſepulturæ per nutus, & ſigna in caſu, quo quis loqui non poſſit, ſit valida?*
7. *An* Confratres Sodalitatum, *non electa ſepultura, poſſint ſepeliri in* Sepulcro *ſuæ* Eccleſia?
8. *An electiones ſepulturæ, quæ iure præſumuntur; ſicuti vxoris reſpectu mariti, filii reſpectu* Patris, *eorumque maiorum, ac Seruorum reſpectu Dominorum, ſint validæ?*
9. *An qui, poſt mortem mandat ſuum corpus indui habitu* Tertiariarum, *ſit ſepeliendus in Eccleſia Regularium?* tom. 1. Conſul. 17.

AD 1. Affirmatiuè, etiam ſi electio fieret coram ſimplici Confeſſario. Mulfeſ. in *ſum. tom.* 2, *tr.* 13. *cap.* 8. *num.* 32. Dian. *par.* 5. *tr.* 3. *reſol.* 106. quos adducit, & ſequitur Paſqualig. *in dec. moral. deciſ.* 406. *num.* 1. Idque eſſe in praxi apud Curiam Neapolitanam ex decreto Concil. Prouinc. *tit. de ſepul.* teſtatur Lauor. *tom.* 1. *var. locubr. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 20. Ratio, quia Parochus, ſiuè Confeſſarius conſtituitur veluti exequutor eorum, quæ ad animam concernunt, vndè non ſe habet, vt purus teſtis, ac propterea ſtandum eſt ipſius dicto, quod alioquin, vtpotè ſingulare non faceret plenam fidem, vt rectè aduertit Paſqualig. *ibid. num.* 2.

Ad 2. Non requiri teſtamentum vltimæ voluntatis, ſed ſufficere, quod ſepultura eligatur longè ante mortem: Quia licet electio ſepulturæ ſit actus vltimæ voluntatis. Gloſs. *in cap.* 1. *de ſepul. in* 6. quando tamen eſt facta ante mortem, habet robur in morte, vt pars vltimæ voluntatis. Nam moriens cenſetur illam approbare per ſuam vltimam voluntatem.

Ad 3. Non eſſe nullam ex ratione proximè allata, nimirum, quod cenſetur approbata per vltimam voluntatem, donec illam non reuocauerit.

Ad 4. Negatiuè. *Ex d. cap.* 1. *de Sepul. & ex cap. Is*

qui

qui eodem tit. in 6. Io: And. *in cap. Licet de ſepul. in 6.* Gemin. *ibid.* Syluest. & alij. Sufficit autem, quod Sepulcrum ſit deſtinatum pro familia.

Ad 5. Affirmatiuè Sebaſt. Medic. *quaſt. 8. de Sepul.* Lauret. de Franch. *in controu. inter Epiſ. & Regul. q. 64.* ac alij: Nam agitur de præiudicio Eccleſiæ in qua defunctus erat de iure ſepeliendus, & comparatur diſpoſitioni quoad pias cauſas, quæ ſaltem per duos teſtes debet probari. *Cap. Cum eſſes &c. Relatum 1. de teſtam.* vbi Abb. & alij.

Ad 6. Si nutus, & ſigna huiuſmodi ſint ſufficientia ad manifeſtandam voluntatem eligentis, ac de ipſa voluntate ſic manifeſta conſtet, electionem huiuſmodi eſſe validam. Sunt enim nutus, & ſigna quædam expreſſio propriæ mentis quoad ea, quæ fieri volumus, & ſubſtituuntur loco vocis, vndè habent etiam eandem vim, quam haberet locutio: nam ſubrogatum eſt eiuſdem naturæ cum eo, in cuius locum ſubrogatum eſt. *l. Imperator, §. fin. ff. de leg.* Quamuis igitur ſpectet ad cauſas pias, tam in teſtamento, quàm in legato, ſufficit quocumque ſigno externo voluntatem eligentis declaratam eſſe: Quia iure naturali, & gentium plus non requiritur. Hoc autem ſufficere in eiuſmodi diſpoſitionibus dictum eſt.

Ad 7. Extat decretum Sac. Congreg. Epiſc. & Regul. in vna *Anconitana* 19. Decemb. 1608. huius tenoris.

Conceditur ex gratia Confraternitati, vt ſepelire poſſit in ſua Eccleſia omnes ſuos Confratres ante infirmitatem, de qua deceſſerunt, in ea Confraternitate deſcriptos, de conſenſu heredum, & ſine præiudicia quartæ funeralis, aliorumque emolumentarum, quæ ſpectarent ad Capitulum, vel Parochum.

Sed decretum iſtud eſt locale; Vndè dicendum eſt, de iure, abſque priuilegio Apoſtolico non poſſe. Ità enim decreuit eadem Sac. Congreg. Epiſc. & Regul. in vna *Bergomen.* 12. Auguſti 1582.

Obſeruetur de ſepeliendis Sodalibus in Societatis Oratorio priuilegium illis ſuper ſepulturam conceſſum, ac illud, quod ſtatuit Conc. Prouinciale Mediolanen. ad obuiandum fraudibus, vt videlicet ſepeliendus verè fuerit Sodalis illius Societatis ſex Menſibus ante mortem, & ſaltem in articulo mortis, quando elegerit ſepulturam.

Vt autem Confrater, ſiuè Sodalis ſepeliri poſſit in Eccleſia, vel Oratio Sodalitatis, exigitur, vt ſibi in ea eligat ſepulturam. Petr. de Vbald. *loc. cit. cap. 1. in fin.* Sebaſt. Medic. *de Sepult. q. 8. nu. 41.* De qua re vide latius *tom. 7. Conſult. 36. per tot. huius met tract.*

Ad 8. Affirmatiuè. De ſepultura enim Vxoris reſpectu Mariti habetur ex Petr. de Vbald. Cranetta, & alijs, quos ſequitur Barboſ. *de Parocho cap. 26. num. 29. vbi num.* 28. refert decretum Sac. Cong. Rit. in *Senogallien.* 15. *Ianuar.* 1633. De ſepultura autem filij reſpectu Patris, ſiuè maiorum, dictum eſt ſupra in reſponſione ad 4. Idemque dicendum eſſe videtur de Seruo reſpectu Domini, qui comparatur ad Seruum, ſicut Pater ad filium. Aſinius *in l. familiaria ſepulchra, ff. de relig. & ſump. fun. nu. 52.* At de hac re. vide *tom. 7. Conſul. 21. huius tract.*

Ad 9. Extat etiam declaratio antiqua Sac. Cong. Epiſc. & Regul. die 23. Nouemb. 1582. *Epiſcopo Nouarien.* in hæc verba:

Voſignoria non permetta in modo alcuno, che i Tertiarij ſi confeſſino, ſe non da quelle perſone, che ſono ſtate ammeſſe alle confeſſioni da lei, benche ſiano Frati, perche niuno deue confeſſare ſenza l'approuazione dell' Ordinario. Facendo intendere in oltre alli Tertiarij, che habitano nelle caſe loro, che s'ingannano, penſando, che tutti quelli, che hanno l'habito di Tertiario, ſi debbano ſenz'altro, quando muoiono, ſepellire alla Chieſa de Frati, ſi eſſi non ſi ſono eletta quella ſepoltura, e gli faccia capaci, che non hanno tanti priuilegi, quanti forſi ſi perſuadono, come ſi può vedere nel Concilio Lateranenſe vltimo della ſeſſ. 11. Nè meno è vero, che ogn'vno, che laſcia, morendo, d'eſſer veſtito con l'habito di Tertiario, ò di Frate, perciò debba eſſer ſepellito nella Chieſa de Frati, ſe non hanno moſtrato più che chiaramente la loro volontà circa l'elettione della ſepoltura, mà doueranno eſſer portati, doue di ragion ſarebboro andati ſenza quell' habito.

Cum autem hæc dubia in Sac. Congreg. Concil. Triden. nomine Eminentiſſimi Card. Ginetti Commendatarij Abbatiæ, & Eccleſiæ Parochialis S. Io: Maioris Ciuitatis Neapolitanæ propoſuiſſem. Eadem Sac. Cong. ad ſingula capita earundem controuerſiarum, ſeù dubiarum quæſtionum reſpondens. Ità die 13. Febr. 1666. declarauit, cenſuit, & decreuit, vt hic inferius:

Ad 1. Cenſuit, eſſe validam, dummodò Parochus non teſtetur ad proprium commodum.

Ad 2. Non requiri neceſſariò teſtamentum.

Ad 3. Non eſſe nullam.

Ad 4. Non eſſe ſepeliendum in Cathedrali.

Ad 5. Eſſe validam.

Ad 6. Eſſe validam, dummodò ſufficienter conſtet de voluntate eligentis.

Ad 7. Negatiuè.

Ad 8. Quatenus electa non fuerit ſepultura, Vxorem in Sepulcro vltimi Viri ſepeliendam, filios verò in Sepulcro maiorum, ſeruos autem in Parochia.

Ad 9. Negatiuè.

An concedenda ſit licentia, vt Cadauer puellæ Virginis filiæ Magni Principis ſepeliri poſſit intra Clauſuram Monialium, de earum conſenſu? Vide de Monial. tom. 1. Conſul. 116.

An

An Cadauera Viatorum aduenarum, ſeù perſunctoriè commorantium in Ciuitate, & ibi morientium, non electa ſepultura, ſepelienda ſint in Eccleſia Cathedrali, eique ſoluenda quarta funeralis, an verò in Eccleſia Parochiali, intra cuius fines exiſtunt domus, in quibus moriuntur? tom. 1. Conſul. 145.

SEcluſa legitima conſuetudine, aut iure municipali, corpora viatorum huiuſmodi ſepelienda ſunt in Eccleſia Cathedrali. Gloſ. *in cap. In noſtra de ſepul.* Innoc. & Hoſtien. *ibid.* Io: And. *in cap. 1. de ſepul.* Lauor. *var. lucubr. tit. 2. de iur. Eccl. cap. 10. num. 35.* Quia illi non ſunt veri Parochiani Eccleſiæ Parochialis, nec ibi tanquam Parochiani veri morantur. Non enim omninò hoſpitans in Parochia eſt Parochianus, ſed qui domicilium ibi habet, ſeù cenſetur habere *cap. fin.* & ibi Abb. *de Paroc.* Et ideò in ipſa Eccleſia Parochiali non ſunt ſupelienda eorum Cadauera, ſed in Cathedrali, cuius ſiunt quaſi Parochiani. Quia Cathedralis eſt Parochia vniuerſalis totius Ciuitatis, & Diœceſis, *cap. 1. de rapt. & cap. licet in regul. 16. qu. 1.* Hoſtien. *ſupra num. 3.* Lapis cum Caſtor. *alleg. 62. num. 4.* ac alij. Et proindè ad ipſam ſpectat adminiſtrare, huiuſmodi aduenis Sacramenta, eique debetur quarta funeralis, non autem Eccleſiæ miniſtranti. Abb. *in Cap. Exurpanda, §. Qui verò nu. 11. de præb.* Rebuff. *in concord. de collat. §. Statuimus v. Parochialis*, alijque: Quia ius ad quartam funeralem ſequitur ius miniſtrandi Sacramenta.

Atque ita declarauit Sac. Cong. Concil. 15. Iun. 1652. in vna *Piſauren. quartæ funeralis*, quod ſcilicet Cadauera viatorum perfunctoriè tranſeuntium ſepelienda ſint in Eccleſia Cathedrali, forentium verò, qui habent proprias domos ſint ſepelienda in Eccleſia Parochiali, intra cuius fines exiſtunt domus, in quibus moriuntur.

An Oblati Regularium, qui Clauſtraliter viuunt, quique ſeipſos, & omnia bona ſua præſentia, & futura in forma iuris valida obtulerunt, ſi obierint, & ſepeliantur in Sepulcro Religionis, poſſit Epiſcopus prætendere ibidem ſepeliri non poſſe, non vocato Parocho, & in illius præiuditium? to. 1. Conſul. 315.

REſp. Oblatos, ſiuè Tertiarios gaudere. Ità cenſuit Sac. Cong. Conc. in vna *Grauinen. 15. Octob. 1644. ad cap. 11. ſeſſ. 24. & cap. 13. ſeſſ. 25. de reform.* Qua de re extat priuilegium Papæ apud Rodriq. *tom. 1. qq. regul. par. 63. artic. 2.*

De Sepulturis in Eccleſia Communitatis. Vide de Immun. tom. 1. Conſul. 393.

An, & quas pœnas incurrat ſepeliens vſurarios, excommunicatos &c. in loco ſacro &c.? Vide de Immun. tom. 2. Conſul. 59.

An Eccleſia Parochialis Sancti Dionyſij, & Ludouici Inclitæ nationis Gallicanæ habeat reuera priuilegium, quod omnes homines eiuſdem nationis in Vrbe ſub alienis Parochijs degentes, ſepeliri debeant in eadem Eccleſia? tom. 4. Conſul. 3.

NEgamus. Certum enim eſt, eos, qui potuerunt eligere ſepulturam, & moriuntur abſque electione, ſepeliendos eſſe in ſepulcro maiorum ſuorum, vel in Eccleſia Parochiali per *tex. in cap. 1. de ſepul. iuncta Gloſſa in formatione caſus, & in cap. Is qui, & in cap. licet eodem tit. in 6.* ac tradunt communiter DD. vt ſupra dictum eſt, ac decernitur in Statuto Cleri Rom. *cap. 3. §. 1.*

Non obſtat aſſertum priuilegium à Sixto IV. conceſſum nationi Gallicanæ.

Primò: quia debet oſtendi in forma authentica, cum ſit contrà ius commune, & in præiudicium tertij per *tex. in cap. Cum perſona de priuil. in 6.* Bart. *in l. ſi ſolemnibus, C. de fid. inſtrum.* vbi exiſtentem in poſſeſſione priuilegij illud proferre debere tradit. Cyn. *in d. l. ſi ſolemnibus*, vbi in fine dicit, non ſufficere, aliquem eſſe in poſſeſſione priuilegij, niſi de eo probatum fuerit.

Secundò: quia eſt manifeſtè contrarium Concilio Viennenſi in *Clem. dudum de ſepul.* ac Conc. Lateran. *in Cap. Omnis vtriuſque ſexus de pœn. & remiſ.* De quibus nulla in dicto priuilegio facta eſt mentio ſpecialis, atque adeò non cenſetur ijs derogatum. Rota in *Tullen. Monaſterii coram Biuario ſub anno 1571. & in Vliſſipponen. decimarum coram Robuſterio 24. Nouemb. 1572. deciſ. 122. par. 1. diù, & latius deciſ. 123. & 176. par. 1. coram Verallo, & in cauſa Oriolen. decimarum coram Orano, & deciſ. 279. num. 6. coram Coccino*, & alibi paſſim.

Tertiò: quia priuilegium eiuſmodi nil aliud continet, niſi, quod homines nationis Gallicanæ teneantur ad Eccleſiam S. Ludouici prò Sacramentis recipiendis, & audiendis diuinis Officiis diebus feſtis accedere; Ergò non aufert ab illis omnimodam ſubiectionem aliis Parochiis, in quibus degunt, debitam, neque permittit, quod Parochus d. Eccleſiæ poſſit illis Sacramenta adminiſtrare extrà d. Eccleſiam in alienis Parochiis. Imò neque illum ex neceſſitate adſtringit eis Eccleſiaſtica adminiſtrare Sacramenta, vt requiritur per Gloſ. *in Clem. Dudum v. impediat de ſepul.* quam ſequitur Imol. *n. 32.* Abb. *n. 24.* & Andar. *n. 20.* ac reſoluit Rot. *in Ciuitaten. decimarum 6. Febr. 1589. coram Mantica, & in eadem 15. Decemb. 1594. coram Gyptio.* Atque adeo ſtrictè eſt recipiendum, & in iis ſolum, in quibus ſine præiudicio aliarum Parochiarum obſeruari poteſt.

Po-

Digitized by Google

Poteſt autem obſeruari, ſi dd. homines ad d. Eccleſiam accederent prò recipiendis Sacramentis, & audiendis diuinis diebus tantum feſtis, non verò prò recipiendis Sacramentis in articulo mortis, cum eo tempore nequeant ad d. Eccleſiam accedere, ac proindè cenſetur id relictum curæ Paſtoris eorum habitationis. Et dicuntur eſſe Parochiani d. Eccleſiæ S. Ludouici, quatenus ad illam accedunt ad audienda diuina, & ad Sacramenta recipienda feſtis tantum diebus, cum feſtis diebus olim nemo audire diuina, & Sacramenta percipere poterat, niſi in propria Parochia. Vndè licet hęc Cõmunio per modum Viatici à Sixto IV. in hoc priuilegio non fuerit excepta, ipſo iure, & communi ſenſu ſemper prò excepta habetur, Rodriq. *reſol.* 126. *n.* 3. & Paul. III. expreſsè excepit in priuilegio conceſſo Societati Ieſu *Conſt.* 8. Ex quo fit, quod priuilegium miniſtrandi Viaticum, & Extremamunctionem ſit ſpeciali nota dignum, tanquam illud, quod tangit ea, quæ ſunt reſeruata Parochis in ſignum Superioritatis ipſorum, & quæ ſolent excipi in conceſſione aliorum priuilegiorum. Illa autem, quæ ſunt ſpeciali nota digna, non veniunt ſub generali conceſſione.

Quartò: quia fuit reuocatum à Sac. Conc. Trid. *ſeſ.* 24. *cap.* 13. *de refor.*

TItius degens in Parochia S. Clementis ſuum condit vltimum teſtamentum, in quo inter cætera ſic diſpoſuit: *Voglio eſſer ſeppellito nella Parochia, doue mi trouarò quando morirò.* Infirmatur, defertur ad Hoſpitale poſitum intra fines Parochię S. Victoris, in quo obiit. Quæritur: *In qua Parochia ſit ſepeliendus?* tom. 4. Conſul. 151.

REſpondetur; Sepeliendum eſſe in Parochia, in qua habitabat, antequam deferretur ad Hoſpitale. Nam Parochia non amittitur dum quis diſcedit animo reuertendi. Abb. *in cap. de his de ſepul.* Gratian. *diſcep.* 76. *n.* 18. Mareſcot. *lib.* 2. *var. cap.* 95. *n.* 3. cum aliis, ac Rota *in Romana Iurium Funeraliũ* 4 *Iul.* 1653. *coram Zarata.* Et ideò ſi contingat mori in Hoſpitali, ad quod transfertur, vt commodius curari poſſit, debeat in propria Parochia, quam adhuc retinet, ſepelliri: quia, cum infirmus in Hoſpitali non deſerat Parochiam, ſed præter ſuam voluntatem extrà ipſam maneat, adhuc erit illius Parochiæ. Quod deſumitur *ex cap. Is qui de ſepul. in* 6.

Confirmatur ex coniecturis. Præcipuè verò ex largitione legati prò Miſſis. In hoc enim caſu adeſt veriſimilis mens teſtatoris, quod de hac Eccleſia intellexerit. Tum quia conſtat, quod de ea cogitauerit, dum ipſi legatum reliquit. Tum quia ex legato relicto detegitur erga ipſam ſpecialis affectio, quæ præbet efficacem coniecturam, quod in ipſa voluerit ſepeliri. Socin. ſen. *conſ.* 23. *n.* 21. *vol.* 1. & Mantic. *de coniect. lib.* 6. *tit.* 10. *n.* 13. Tum quia ità habet conſuetudo, vt legata Miſſarum relinquantur Eccleſiis, in quibus ſepeliuntur defuncti; & proindè dubia voluntas teſtatoris comprobanda eſt ex conſuetudine, *l. ſi ſeruus* §. *vlt. ff. de legat.* 1. Mantic. *loc. cit.*

Caſu autem, quo Parochia habitationis dubitaret de ſuo iure, illique cederet, tunc ſepeliri debet in Hoſpitali, cui etiam debetur legatum prò Miſſis. Quia ius ſepulturæ eſt conſequutiuum ad ius adminiſtrandi Sacramenta, quando non eligitur ſepultura, aut alias non eſt de iure determinata, aut dubitatur de electione. Archid. *in cap.* 1. *n.* 3. *de ſepul. in* 6. Abb. *in cap.* 1. *n.* 4. *eod. tit.* Buratt. *n.* 9. Rot. *dec.* 366. *n.* 4. *&* in d. *Romana Iurium Funeralium coram Zarata.*

An laici poſſint eligere ſepulturam in Eccleſiis exterioribus Monialium? Et quatenus negatiuè, vbi ſint ſepeliendi? tom. 4. Conſul. 177.

NOn poſſunt, ſi huiuſmodi Eccleſiæ non habent ius ſepulturæ, vel ex priuilegio, vel ex indulgentia ſpeciali. Ità deſumo *ex c. In noſtra de ſepul.* Illudq; concedere ſpectat ad Epiſcopum ex iure communi, Abb. & alij, *in cap. penult. eod. tit.* Sebaſt. Medic. *de ſepul. q.* 6. *n.* 6. ac alij, & Rota *coram Caualerio dec.* 15. *n.* 2. vbi ſubdit, Legatum à Latere id quoque poſſe. Et in ſpecie, quod Corpora laicorum, ſiuè virorum, ſiuè mulierum nequeant ſepeliri in Eccleſia exteriori, licet ſoluere vellent pęnam Synodalem, declarauit expreſsè Sac. Cong. Epiſc. & Regul. *in Maceraten.* 8. Nouemb. 1652. ac niſi de licentia eiuſdem Sac. Congr. ac conſenſu Monialium *in Feretrana* 21. Nouemb. 1603. quam licentiam requiri prò ibi conſtruendo ſepulchro decreuit eadem Sac. Congr. *In Ferrarien.* 12. Iulij 1604. illamque concedere ſolet perſonis benemeritis, vel cum eleemoſyna competente, vt in *Meſſanen.* 6. Auguſti 1601. apud Nicol. *in floſc. v. ſepultura n.* 5. & Marchett. *in pr. Vicar. Capit. p.* 3. *tit.* 34. §. 5. *num.* 131. & probè, ac plenius §. 1. *n.* 24. *& ſeq.* Ac luculenter eadem Sac. Congr. in *Foroſempronien.* 23. Auguſ. 1652. ſcilicet:

Epiſcopo. Eſſendo portato alla notizia della Sac. Congregatione, che ſi penſi di ſepellire il Cadauere di D. Marchionne moglie del Cieruſico di coteſta Città nella Chieſa delle Monache di S. Bernardo, doue ſi hà eletto la ſepoltura, queſti Eminentiſſimi miei Signori m' hanno comandato di auertire à V. S. che eſſendo ciò contro i decreti della medeſima Sac. Congregatione, non lo permetta in verun modo, ſenza eſpreſſa licenza dell' EE. Loro. Glielo ſignifico, e Iddio la proſperi.

Et in Grauinen. 1. *Octob.* 1650. *ibi: Nelle Chieſe anche eſteriori delle Monache non ſi ponno ſepellire eſterni,*

eſterni, e foraſtieri, nè huomeni, nè donne, nè anche Principi, ancorche vi foſſero ſepolti i loro maggiori.

Ex quibus rectè ſequitur, quod ſepeliendi ſunt, prout de iure ſepeliri debuiſſent, ac ſi nullam elegiſſent ſepulturam: Nam cum electio ſepulturæ non poſsit ſortiri effectum, perindè ſe habet, ac ſi non præceſsiſſet. *l. ſi quis ſub conditione ff. de teſtam. tut. & l ex ſenſu §. 1. ff. de appellat.*

De Equitibus Hieroſolymitanis circà electionem ſepulturæ. Vide de Funeribus to. 4. Conſul. 199.

1. *An Parochi, præter ſolitam eleemoſynam, cogere poſſint hæredes eorum, qui ſepeliri volunt in Eccleſia Regularium, ad ſoluendum aliquid aliud?*

2. *An ijdem hæredes poſſint cogi ad ſoluendum Clericis ſæcularibus, cum interſint funeri occaſione cadaueri ſepeliendi in Eccleſia Regularium, duplicatam eleemoſynam?*

3. *An ſicut pater in aliquibus locis ex conſuetudine eligit ſepulturam prò filio impubere, hoc idem poſſit Mater, eo defuncto, vel abſente? Et quid de filiis naturalibus, ac ſpuriis? Item de adoptiuis, & arrogatis?*

4. *Et quid ſi ſuper materia contenta in primo, & ſecundo dubio extaret conſuetudo immemorabilis, & ad illam probandum concedenda ſit remiſſoria?* tom. 4. Conſul. 208.

AD 1. Negatiuè: Quia cum Regulares, tam inſpecto iure communi, quam etiam attentis priuilegiis Apoſtolicis, habeãt ius ſepeliendi Cadauera in ſuis Eccleſiis. Fagnan. *in cap. fraternitatem n. 6. de ſepul.*, quod à Parochis impediri non poteſt. Riec. *in prax. q. 4. reſol.* 193. *n.* 22. Indè fit, quod Parochi cogere non poſſunt hęredes ad ſoluendum aliquid plus pręter ſolitam eleemoſynam, dum hoc modo indirecto illis præiudicaretur, ſicuti etiam fraudarentur laici habentes liberam facultatem eligendi ſepulturam, quod proindè admittendum non eſt. Paſſarin. *de hom. ſtat. q.* 187. *ar.* 4. *n.* 187. *to.* 2. vbi ex mente Sac. Congr. Epiſc. & Regul. probat, quod non poſsit Parochus prętendere plus ex eo, quod extrà ſuam Parochialem Eccleſiam fuerit electa ſepultura, ſiuè in Eccleſia ſæculari, ſiuè regulari.

Quodque facilius negandum eſt, ponderando, quod Paulus V. in ſua Conſtitutione edita ſub die 25. Iun. 1608. ad fauorem Fratrum Minorum de Obſeruan. *in Bull. tom.* 3. *in ord.* 47. tollendo huiuſmodi abuſus, prohibuit Rectoribus Eccleſiarum Parochialium Indiarum Occidentalium, & Orientalium, nè aliquid exigerent vltrà præſcriptum à Sac. Conc. Trid. *ſeſ.* 25. *cap.* 13. & à Conſtitutione B. Pij V. edita anno 1567. Quæ Pauli Conſt. fuit confirmata ab Vrbano VIII. anno 1624. vt in eodem Bullario, nec non anno 1627. de qua mentionem feci *Conſul.* 201. *n.* 1. ac denique à Clem. X. 18. Ianuar. 1672. vt in *eod. Bullar.* qui approbauit, & confirmauit ſupradictum decretum Sac. Congr. Epiſc. & Regul.

Ad 2. Pariter negatiuè, ex eiſdem rationibus, cum id, aliaque huiuſmodi non ſolum redoleant cupiditatem, & auaritiam. Abb. *in cap. abolenda col. fin. n. 9. de ſepul.* Bellam. *conſ.* 32. *col.* 4. *in fin.* cum aliis, verum etiam repugnent libertati electionis ſepulturæ. Et declarauit ſępius Sac. Congr. Epiſc. & Regul., referente Nicolio *in floſcul. v. ſepultura num.* 25. per hæc verba:

Sacra &c. Inhærens declarationibus alias deſuper editis, cenſuit, non licere Parochialium Eccleſiarum Rectoribus maiorem eleemoſinam prò defunctis in Eccleſiis Regularium ſepeliendis exigere, quam eis ſolueretur, ſi in proprijs, vel alijs ſæcularium Eccleſijs ſepeliri deberent, & contrafacientes ab Ordinario pęnis, & cenſuris ſibi benè viſis, ſeuerius eſſe puniendos. 27. Februarij 1593. *&* 22. *Auguſti* 1642. Quod approbauit d. Clem. X. d. ſuo Breui relato.

Ad 3. Affirmatiuè. Quemadmodum enim Sac. Canones hanc conſuetudinem approbant reſpectu Patris, vt expreſsè habetur in *cap. licet de ſepul. in 6.* itâ quoque eadem ratione hoc debet eſſe permiſſum Matri, vt ex communi tradunt Sylueſt. *v. ſepultura q.* 7. Tabien. & Armil. *eod. v. n.* 8. aliique, ac fusè Sperell. *dec.* 89. *n.* 6. *&* 9. *in fin. cum ſeqq.* vbi oſtendit, nullam prorſus diuerſitatis rationem conſiderari poſſe in Matre ac in Patre.

At de hac re vide latius *tom.* 1. *Conſul.* 17. *n.* 19. *&* 29. *ac to.* 7, *Conſul.* 21. vbi fusè per totam.

Quod verò ad filios ſpurios, & alios affirmatiua ſententia eſt probabilior. Quia militat in iis eadem ratio, ob quam inducta fuit conſuetudo, dans Patri, ac Matri ius eligendi ſepulturam filio impuberi, nimirum curam, quam Pater, & Mater habere debet de ſuis filiis, & proindè debet cenſeri introducta conſuetudo vniuerſalis quoad omnes filios, iuxtà amplitudinem rationis, qua fit rationabilis omnis conſuetudo.

Ad 4. Remiſſoriam concedendam eſſe cenſeo. Etenim cum remiſſoria regulariter concedatur ex ſola releuantia articulorum, etiam vnius in cauſa profana, qualis dicitur quotieſcumque non agitur de titulo beneficii, licet vertatur ſuper emolumentis, & redditibus Eccleſiaſticis iuxtà vulgares deciſiones Gregorij 164. & 403. & in terminis ad probandum immemorabilem Buratt. *dec.* 292. Multò magis concedenda eſt, quando Parochi aliam non habuerant, neque alias probationes fecerunt, maximè ſi habeant Conſtitutionem Synodalem, ex qua certè reſultat vehemens fumus veritatis materiæ articulatæ, cum non ſit veriſimile, Epiſcopum, & Clerum, ac Regulares, qui Synodo interfuerunt, id ſtatuiſſe, ac permiſiſſe ſtatui, niſi concurreret immemorabilis, &

iuſta cauſa articulata, ex adductis *in addit. ad Burat. dec. 23. n. 13. & coram Greg. dec. 414. n. item 13.*

An liceat Regularibus ſepelire in ſuis Eccleſiis Confratres laicos, qui ſibi in illis ſepulturam non elegerunt? tom. 4. Conſul. 216 & vide fuſius tom. 7. Conſul. 36. huius tract.

EXtat negatina diſpoſitio iuris prò Eccleſiis Parochialibus, ad quas, ſepulcro maiorum, vel electione deficiente, ſpectac ius ſepulturæ. Tex. eſt *in cap. Is, qui in cap. Cum quis, & in cap Licet de ſepul. in 6.* Et propterea alias in fortioribus fuit declaratum, Tertiarios ſepeliri non poſſe in Eccleſiis Regularium, niſi viri Collegialiter, aut Clauſtraliter viuant, mulieres verò caſtitatis votum emiſerint. Barboſ. *in collect. ad Conc. Trid. ſeſ. 25. cap. 3. n. 28. & in tr. de iur. Eccleſ. lib. 2. cap. 10. n. 96.*

Itaque defunctus ex diſpoſitione iuris, non electa ſepultura, debet ſepeliri in ſepulcro maiorum ſuorum, ſi illud habet, & in defectu illius, in Eccleſia Parochiali, vt ſæpè dictum eſt. Ergò, ſi non elegit, manet ſecundum ius determinata ſepultura in loco maiorum, qua deficiente, ſuccedit Eccleſia Parochialis.

An Eccleſia Regularium, aliæue Eccleſia habeant aliquod ius ſuper quarta funeralium eorum, qui eligunt ſepulturam in eiſdem Eccleſiis, quando funeralia ibi non fiunt? Vide de Funerib. tom. 6. Conſul. 88.

An, & quatenus Pater, & Mater poſſint ſuis filiis eligere ſepulturam? to. 7. Conſul. 21. Item vide tom. 1. Conſul. 17. n. 19. & 29. ac tom. 4. Conſ. 208. n. 7. 8. & 9. huius tract.

QVoad Patrem indubitati iuris eſt, filium impuberem incapacem ſibi eligendi ſepulturam, ſepeliri debere, vel vbi Pater viuens elegerit, ſi ſuper electione habeat conſuetudinem loci, vel in Eccleſia Parochiali, vt ſæpè dictum eſt in ſupracit. Conſultat.

Quod autem ad Matrem, idem prorſus dicendum eſt, licet Mater non habeat filios impuberes in poteſtate, ac proindè non poſſit eis regulariter ſepulturam eligere, niſi ſit ſpurius, ſicuti poteſt. Gemin. *in d. cap. licet n. 4. de ſepul. in 6.* firmat Medic. *de ſepul. q. 8. n. 26. & antea n. 4. & 5.* & vbi de legitimis dicit ſpectare ad Patrem; attamen, cum non poſſint ſibi eligere ſepulturam, de his non prohibet ius, quod alii ipſis illam eligant, ſed conualidat conſuetudinem, qua Pater aſſumit ſibi ius; quod conueniret filiis, ſi eſſent capaces, & ipſis eligit ſepulturam, atque adeò huiuſmodi conſuetudo non eſt contrà ius; Vndè fit, quod ſicut Pater ratione conſuetudinis poteſt eligere filio impuberi ſepulturam, ità poſſit etiam Mater, quia militat etiam in ipſa ius conſuetudinis, tanquam in illa, cui incumbit cura filiorum impuberum.

Verum tradita doctrina ità intelligenda eſt, vt neceſſè ſit, quod Pater, vel Mater eligat viuente iam filio. Lauor. *var. cap. 11. tit. 2. n. 118.* & Sperell. *d. deciſ. 89. n. 5.* Ratio eſt, quia electio ſepulturæ eſt vltimæ voluntatis, atque adeò quando quis eligit ſepulturam, refertur electio ad tempus, in quo is, prò quo eligitur, poteſt habere vltimam voluntatem, & facere poſſet talem electionem, ſi aliud non obſtaret, vndè refertur ad tempus vitæ, non autem ad tempus poſt mortem. Quod præſertim verum eſt, ſi illa electio fiat nomine alterius ad ſupplendam impotentiam illius; vndè debet ſupponi filius, cuius nomine fiat. Secuta autem morte, non adeſt amplius filius, cuius nomine fiat. Prò textu autem adduco declarationes Sac. Congr. Epiſc. his verbis conceptas prò Patre:

Pater poteſt ante mortem filio impuberi ſepulturam eligere, vbicumque voluerit, etiam in Eccleſiis Regularium, poſt mortem verò ſecus. Ità in Fulginaten. 27. *Octob.* 1587.

In vna *Seruorum* 6. Decemb. 1641. In vna *Conuentualium Mantus Peluſii* 6. Iun. 1659. Niſi contrarium habeatur de conſuetudine. Rot. *apud Ludouiſium dec. 276.* Vel niſi adſit ibi ſepulcrum maiorum. *d. cap. licet de ſepul.* Dian. *p. 5. tr. 3. reſol.* 107.

Prò Matre autem ità. *Etiam Mater, cum Pater non adeſt, poteſt filio impuberi ſepulturam eligere, viuente tamen filio, vt in* Auellinen. 15. *Septem.* 1603.

Et ità intelligenda eſt reſolutio Sac. Cong. Epiſc. qui à Regularibus adduci ſolet. Ea eſt:

Sac. Cong. cenſuit, licere parentibus, in quacumque Eccleſia voluerint, etiam Regularium, eorum filyi minoribus, qui ad annos pubertatis non dum deuenerint, eligere ſepulturam, nec à Parochis locorum impediri poſſe, aut debere, præſertim verò, ſi in dictis Eccleſiis Regularium ſepeliri conſueuerint, vel in eis habeant ſepulchrum maiorum.

Quæ quidem conſuetudo probanda eſt à Regularibus, quod ſit ſpatio 40. annorum præſcripta, prout in ſpecie tradit Sperell. *d. dec. 89. n. 17. cum duabus ſeqq. ac iuncto n. 26.*

Ad tollendas controuerſias, quæ magna populi offenſione quandòque inter Regulares, Confraternitates, & Parochos ſæculares in funeribus oriuntur, ad dubia infraſcripta requiſitus prò veritate, ità reſpondendum cenſeo: tom. 7. Conſul. 36. Item vide tom. 4. Conſul. 216.

AD 1. *An ſcilicet Societates prædictæ nullum habentes priuilegium, poſſint prætextu conſuetudinis ſepelire in ſuis Oratoriis Corpora defunctorum?*

Reſpondeo, non poſſe: Quia non poteſt quis, relicto maiorum ſuorum, vel Parochiali ſepulchro, ſepeliri in Oratorio vel in Eccleſia, quæ

de

de iure, vel ex priuilegio Cœmeterium non habet, per tex. *in cap. fraternitatem de ſepul.* ibique Canoniſtæ communiter, nominatim Innoc. *tom.* 1. Oratoria autem Confraternitatum non habent populum, atque adeò non poſſunt in iis ſepeliri corpora defunctorum.

Neque refragatur prætenſa conſuetudo: Tum quia debet probari legitimè: Tum, quia eſt contrà ius, vt ſæpius dictum eſt ſupra.

Ad 2. Poſito, quod eadem Confraternitates poſſint ex conſuetudine immemorabili ſepelire in ſuis Oratorijs corpora defunctorum, an poſſint ſepelire ſuos Confratres, qui ſibi in illis non elegerint ſepulturam?

Pariter non poſſe: Nam qui poterat eligere ſepulturam, & moritur abſque electione, debet ſepeliri in ſepulcro maiorum ſuorum, vel in Eccleſia Parochiali, vt ſæpè diximus. Quare cum ab Epiſcopo *Bergomenſi* propoſitum fuiſſet 14. dubia Sac. Congr. Epiſc. & Regul. & alibi retuli:

Se hauendo le Compagnie ſecolari priuilegio di ſepelire ne' loro Oratorij, poſſano ſepelire alcuno, che in articulo mortis non ſi habbia eletto la ſepoltura in eſſo Oratorio? Sac. Congr. 10. Maij 1595. reſpond. negatiuè, niſi ſaltem in articulo mortis ibi elegerit ſepulturam.

Ad 3. An filij impuberes, & Vxores Confratrum Societatum poſſint ſepeliri in Eccleſijs Regularium, in quibus habent Capellam, & prætendunt habere ſepulturam in d. Eccleſia?

Negatiuè quoad huiuſmodi vxores, ſi ſibi ſepulturam ibi non elegerint, vt ſupra diximus, ſed ſepeliendæ ſunt, vbi de iure ſepeliri debent. Quod verò ad filios impuberes ſeruandum eſt *cap. licet de ſepul. in 6.*

Ad 4. An ab hæredibus defuncti Confratris ſepulti in Oratorio ſuæ Sodalitatis aliquid ſolui debeat proprio eius Parocho iure ſepulturæ, quod in d. Ciuitate ſolui ſolet?

Affirmatiuè per tex. expreſſum *in cap. ad Apoſtolicam de Simon.* vbi Innoc. III. hanc piam, & laudabilem conſuetudinem pia deuotione fideliū introductam, præcipit obſeruari, & declarauit Sac. Cong. Epiſc. in *Sabinenſi* 27. Iun. 1659. apud Nicol. *lucubr. p.* 1. *lib.* 4. *tit.* 15. *n.* 22. & in *Anconitana* 19. Decemb. 1608. apud eundem *in floſc. v. Confraternitas*, vbi conceſſum ex gratia, vt Confraternitas ſepelire poſſit in ſua Eccleſia omnes ſuos Confratres ante infirmitatem, de qua deceſſerint, in ea Confraternitate deſcriptos de conſenſu hæredum, & ſine præiudicio quartæ funeralis, aliorumque emolumentorum, quæ ſpectarent ad Capitulum, vel Parochum, vt diximus *tom.* 1. *Conſul.* 17. *in reſponſione ad* 7. *quæſitum*.

Ad 5. An ab eiſdem hæredibus defuncti idipſum ſolui debeat, quando defunctus ſepelitur in propria ſepultura, vel eam ſibi elegit in alijs Eccleſijs, etiam Regularium?

Affirmatiuè quoad ad vtramque partem. Quoad primam enim extat declaratio eiuſdem Sac. Congr. Epiſc. in d. *Sabinenſi* apud eundem Nicol. *loc. cit.* in hæc verba: *Si adſit laudabilis conſuetudo ſoluendi ius ſepulturæ, etiam prò iis, qui ſepeliuntur in proprijs ſepulchris, ſeruanda eſt.* Et in *Miletenſi* 25. Iul. 1606. apud eundem in hunc modum:

Prò ſepultis in Eccleſia noua Confraternitatis. Curatus id recipere debet, ac ſi ſepelirentur in ſua Parochiali.

Et quoad Regulares certum eſt, quod hoc ius ſepulturæ non eſt quarta funeralis, ſiuè portio canonica, quæ debetur Parocho, ad quam ſoluendam Regulares non teneri ex ſuis priuilegijs fortaſſe nunc afferunt, ſed eſt ius omninò diſtinctum à quarta, de qua ſolum Conſt. B. Pij V. loquitur in §. 11. & 12.

Et quidem, quatenus etiam hoc ius ſepulturæ ſit quarta, eam ſoluere tenentur Regulares, non habentes priuilegium cum ſpecifica derogatione *d. Clem. Dudum de ſepul. vt per dec.* 83. *poſt Tambur. de iur. Abb. & dec.* 49. *Millini num.* 1. etiam ſtante diſpoſitione Sac. Conc. Trid. *cap.* 13. *ſeſ.* 25. *de refor.* Nam aut eorum Monaſteria ædificata ſunt citrà 40. annos à publicatione d. Conc. & priuilegia fuerunt abrogata, aut ſunt ante 40. annos, & cum Parochi ſint in quaſi poſſeſſione exigendi hoc ius trium Iuliorum, ſiuè loco quartæ, ſiuè iure ſepulturæ, dicendum eſt, illos eſſe in poſſeſſione exigendi quartam, & Concilium non ſuffragari, vt diſcurrit Millin. *d. n.* 1. & declarat Barb. *de Paroch. lib.* 3. *cap.* 25. *n.* 13. *& ſeq. iuxtà dec.* 84. *coram Coccino poſt Tambur. loc. cit.* Atque adeò debetur Parochis id, quod à Regularibus, & à defunctorum hæredibus denegatur prò iure ſepulturæ, quod percepturi eſſent in ſuis Eccleſijs.

Ad 6. An Parocho dari debeat duplex ſtipendium, quod dari ſolet aliis Sacerdotibus prò aſſociatione funeris, quando ad d. aſſociationem inuitantur Regulares, vel Societates, vel Capitulum, ſiuè Cadauera tumulantur in Eccleſia Parochiali, ſiuè in Eccleſijs Regularium, ſiuè in Oratorijs Societatum?

Etiam affirmatiuè ex declaratione Sac. Congreg. Epiſc. in *Caſſanenſi* 5. Maij 1617. apud Nicol. *d. p.* 1. *lib.* 4. *tit.* 15. *n.* 22. *ampl.* 3. tenoris ſeq. *Regulariter Archipresbytero, ſiuè Curato ſoluenda eſt duplex merces, quam ſit ea, quæ ſoluitur ſingulis Presbyteris ordinarijs.*

Quod etiam ſeruatur Romę ex Statuto Cleri Romani *cap.* 6. §. 13. Quia Parochi comitantur funus cum ſtola, de qua te vide latè *de Funeribus*.

An puella in Monaſterio Monialium, prorſus exempto, degentes educationis cauſa, & mulieres ſæculares famulæ Monialium nullam emittentes regularem profeſſionem, ſi contingat eas mortem obire in Monaſterio, ſepeliri poſſint, ac debeant in Eccleſia exteriori Monialium, an potius in Parochiali in cuius

Parochia domicilium retinent? Et quid ſi in nulla Parochia retineant domicilium? to.7. Conſul.63.

QVidquid ſit de adminiſtratione Sacramentorũ de qua nos alibi, tenendũ eſt, huiuſmodi puellas, & ſamulas ſepeliri debere in Eccleſia Parochiali, in cuius Parochia habitant, ſi moriantur, non electa ſepultura, vel ſi ſepulturam elegerint, deberi eidem Eccleſiæ quarta funeralis. Probatur ex ijs, quæ docent Doctores, quod non amittatur Parochia, dum quis diſcedit animo reuertendi, vt Abb. *in cap. de his de ſepul.* Io:And. *in cap. ij, qui eod. tit. in 6.* ac alij non pauci.

Ac deſumitur ex *d. cap. is qui de ſepul. in 6.* vbi ſimilis omninò caſus deciditur. Qui enim aliquandò ad villam ruralem ſe transfert, non debet ibi ſepeliri, quia non acquirit ibi Parochiam, cum non accedat animo permanendi, ſed debet ſepeliri in Parochia Vrbis, quam retinet quotieſcumque diſcedit animo reuertendi. Nec differre videtur, an quis ſe transferat ad rus, an vt exerceat profeſſionem ſcholaſticam, an vt alicui ſamuletur, quia in vtroque caſu concurrit habitatio in Parochia aliena, retento priori domicilio. Puellæ autem, & ſamulæ huiuſmodi non amittunt ſuam Parochiam: quia non transferuntur à propria Parochia, vt illam deſerant, ac mutent.

Confirmatur primò quoad puellas educandas ex *l.1. S. hæc autem, ff. de his, qui deicer.* ibi. *Tantum autem intereſt inter habitatorem, & hoſpitem, quantum intereſt inter domicilium habentem, & peregrinantem.* Propriè ergò habitator dicitur, qui domicilium aſſequitur, & conſequenter puellæ, quæ ad tempus educationis cauſa in Monaſterio ſunt hoſpites, dicuntur peregrinantes, atque adeò non acquirunt Parochiam ratione educationis in Monaſterio.

Secundò, à ſimili ex Statuto Cleri Rom. *cap. 3. §. 8,* decernente Scholaſticos domicilium in domo Patris, ſeù cognatorum habentes, & ſtudiorum cauſà in aliquo Seminario, vel Collegio extrà fines Parochiæ ad conuiuendum commorantes, primum domicilium retinere. Quod eſt iuxtà ea, quæ tradit Hoſtien. *in ſum. tit. de Paroch. §. penul. num. 7.* Quare hæc ſententia non ſolum eſt probabilis, ſed etiam ex Pellizar. *de Monial. cap. 10. ſeſs. 3. ſubiect. 1. num. 233.* eſt omninò certa.

Et quoad ſamulas eſt caſus declaratus in eodem Statuto Cleri Rom. *d. cap. 3. §. 10.* his verbis: *Familiares, & ſamulas Eminentiſſimorum Cardinalium, ſeù aliorum Principum, ac Prælatorum, nec non aliorum quorumcumque, qui retinent domicilium in alia Parochia, ad illam Parochiam pertinere ſtatuimus, in qua retinent domicilium, licet apud ſuos Dominos infirmentur, & morte occumbant.* Et conuincitur *ex l. Seia, §. Pamphile, ff. de fun. inſtruc.*

Reſtat diſquirere, an huiuſmodi puellæ, & ſamulæ ſepeliri poſſint in Eccleſia exteriori Monialium, ſi in ea elegerint ſepulturam? Sed quia materiã hanc fuſè tractaui *in to. 4. integra Conſ. 175. de Monialibus,* eã adire non pigebit.

Moriens in Carcere, in quo detinetur cuſtodiæ cauſa, in qua nam Eccleſia Parochiali ſit ſepeliendus? Et an ſi elegerit ſibi ſepulturam extrà Parochialem, debeatur Eccleſiæ ſuæ Parochiali quarta funeralis? Quid vè de iis, qui damnati ſunt ad carcerem in pœnam, vt in iis in perpetuum, vel ad tempus permaneant? tom. 7. Conſul. 86.

REſp. Quod ſepeliendus ſit in Eccleſia Parochiali, in qua defunctus habitabat, antequam Carceribus manciparetur, & in qua adhuc retinet domicilium, eique deberi quartam funeralem, ſi elegerit alibi ſepulturam ex rationibus adductis in proximè reſoluta quæſtione, & alijs antecedentibus.

Secus autem dicendum eſt de eo, qui damnatus eſt in pœnam ad carcerem perpetuum, tunc enim fit de Parochia, cui ſubſunt carceres: quia non poteſt habere animum figendi alibi domicilium, aut habitationem cum perpetuitas carceris id excludat, & domicilium, aut Parochia non poteſt retineri abſque animo reuertendi. Ideòque relegatus habet neceſſariò domicilium in loco relegationis per *l. filii libertorum, §. relegatus, ff. ad municip.* quod intelligit Gloſs. *in l. Eius, qui §. fin. v. vndè arcetur eodem tit. de relegato in perpetuum.*

Si verò damnatus eſt ad pœnam ad tempus determinatum, tenendum eſt, ſi ibi moriatur, quod debeat ſepeliri in Parochia carceris, aut ſi contingat alibi ſepeliri, debeatur quarta funeralis eidem Parocho: Quia quamuis ibi contra ſua voluntatem detineatur, adhuc tamen ſpectat ad Curam Parochiæ quoad Sacramenta recipienda, ideòque efficitur, quamuis inuitus de illius Parochia. Atque ità quoad hoc obſeruatur Romæ ex Statuto Cleri Rom. extatque decretum prò Eccleſia Parochiali S. Mariæ Tranſpontinæ prò cuſtoditis in pœnam in Caſtro Sancti Angeli, & prò Eccleſia Parochiali Sancti Blaſij in via Iulia prò captiuis pariter in pœnam in Carceribus Nouis. Quia cum ſint Serui pœnæ, contrahunt habitationem, vbi luunt pœnam. *d. l. filii libertorum, §. relegatos, ff. ad municip.*

1. *An Canonicus Eccleſiæ Cathedralis carentis Canonica, ſiuè ædibus Canonicalibus, habens domicilium, & actu habitans intrà fines alterius Parochiæ, dicatur Parochianus Eccleſiæ Cathedralis, ità vt in infirmitate teneatur recipere Sacramenta à Parocho Eccleſiæ Cathedralis, vel potius à Parocho domicilii?*
2. *An idem Canonicus decedens, non electa ſibi ſepultura, debeat ſepeliri in Eccleſia Cathedrali, tanquam ſua Parochia, vel in Parochia domicilii, vel potius in ſepulcro ſuorum maiorum?*
3. *An prò ſepultura Canonici, vt ſupra defuncti, debeatur quarta funeralis Parocho domicilii, aut*

Digitized by Google

an Parocho Cathedralis, vel Parocho Parochiæ ſepulturæ ſuorum maiorum?

Vbi, habitans in confinio plurium Parochiarum, vbi ſepeliendus ſit? tom. 8. Conſul. 5.

AD 1. Negatiuè, atque adeò in ſua infirmitate teneatur recipere Sacramenta à Parocho domicilij, ſiuè habitationis: Quia quilibet tenetur recipere Sacramenta, præſertim Viatici, & Extremæunctionis à proprio Parocho, vt in *Clem. 1. de priuil.* Proprius autem Parochus eſt ille, in cuius Parochia quis actu inhabitat, vel habet domicilium, iuxtà *cap. Is qui de ſepul. in 6.* Doctores, quos refert, & ſequitur Fagnan. in *cap. ſignificauit num. 27. & 32. de Paroch.* vbi etiam *num. 36.* refert, hanc eſſe ſententiam Sac. Congregationis Concil. in caſibus contingentibus per *Gloſſ. in d. Clem. 1. de priuil. v. Parochialis.* Abb. *in cap. Omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ.* vbi teſtatur de communi. Videturque decerni in Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 13. de refor.* in quo præcipitur Epiſcopis, vt diſtincto populo in certas, propriaſq; Parochias vnicuique ſuum perpetuum, peculiaremque Parochum aſſignent, qui eas cognoſcere valeat, & à quo ſolo licitè Sacramenta ſuſcipiant, non obſtantibus priuilegijs quibuſcumque, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Non obſtat, quod Eccleſia Cathedralis dicatur Parochia ipſius Canonici, imò & Parochia communis totius Diœceſis, vt alibi oppoſuimus: Nam eſt Parochia communis, quando in ea Epiſcopus adminiſtrat Sacramenta, cum ipſe ſit Parochus totius Diœceſis, non autem quando Parochus Cathedralis illa adminiſtraret: quia cum ſit tantum Parochus Cathedralis, extrà illam, & illius Parochiam nullam habet iuriſdictionem, atque adeò non poteſt adminiſtrare Sacramenta in alienis Parochijs.

Præterea eſt Parochia communis ijs, qui ad ipſam voluerint accedere prò recipiendis Sacramentis. Abb. *in dict. cap. Omnis num. 2.* Gutier. *can. qq. l. 1. c. 30. num. 12.* non autem ad illa miniſtrandum in alienis Parochijs, quibus ſua iura debent illæſa conſeruari.

Ad 2. Sepeliendum eſſe in Eccleſia Cathedrali, dummodò in ea ſit ſepulcrum Canonicorum, non quia eſt eius Parochia, ſi intra illius limites non habet domicilium, vel habitationem, vt voluit Bonac. Sed quia Eccleſiæ Cathedrali per Canonicatum fuit alligatus Matrimonio ſpirituali. *cap. cum inter de elect. cap. quoniam, §. ſi verò, vt lit. conteſt.* & ideò quos vnicum coniuxit coniugium, vnum coniungat ſepulcrum, ait Canon *Ebron. in fin. 13. quæſt. 2.* & quorum vna mens erat in Domino, eorum quoque corpora ſepultura non ſeparet. *can. vnaquæque, §. Soror eadem quæſt. 2.* vbi dicitur in Ebron in eodem Sepulchro ſepultum fuiſſe Abraham, & Saram, Iſaac, & Rebeccam, Iacobum, & Liam, Adamum, & Euam. Et declarauit Sac. Cong. Epiſc. 13. Maij 1650. in Senogallienſi apud Nicol. *tom. 1. lucubr. lib. 4. tit. 15. de interdict. ac ſepult. num. 23. in fine,* ibi: *Clericus non ſepelitur in Sepulchro maiorum, quando in Cathedrali, vel matrice adeſt proprium Clericorum Sepulchrum à laicalibus ſeparatum.*

Itaque requiritur, quod in Cathedrali extet ſepultura prò Canonicis, alioquin iſte Canonicus ſepeliendus eſt in Sepulchro maiorum; Eccleſia verò Parochialis ſuccedit tantum in defectum electionis ſepulturæ, Sepulchri communis Canonicorum in Eccleſia Cathedrali, & Sepulchri maiorum, ità vt Eccleſia Parochialis ſit vltima, iuxtà ordinem adductum per *tex. in cap. nos inſtituta de ſepult.*

Ad 3. Funerale diuidi debet prò tertia, vel quarta parte, aut prò medietate, iuxtà morem regionis inter Eccleſiam Cathedralem tumulantem, vel Eccleſiam, in qua habet Sepulchrum maiorum, in qua Canonicus ſepelietur, & Eccleſiam Parochialem, in qua Canonicus habitabat, & recepit Sacramenta, iuxtà *cap. certificari de ſepult. cap. cum quis de ſepult. in 6.* Rot. *dec. 376. num. 1. par. 1. recen.* vbi de Eccleſia Parochiali. Mantic. *dec. 29.* Caualer. *dec. 101. num. 1.* Rota *in Mediolanen. quartæ funeralis 14. Mart. 1622. coram Merlino,* vt alibi ſæpius.

Atque ità me conſulente, cenſuit Sac. Congr. in *Tiburtina* 12. Maij 1685. nempè: *Ad 1. teneri recipere à Parocho domicilij. Ad 2. in Cathedrali, ſi in ea adſit ſepulchrum proprium Canonicorum, ſin minus in ſepulchro maiorem, ijs verò non exiſtentibus, an Cadauer Canonici ſit ſepeliendum in Eccleſia Cathedrali, vel in Parochiali, in alia Congreg. videndum. Ad 3. deberi Parocho domicilij.*

Porrò habitans in confinio duarum Parochiarum eſt Parochianus illius Parochiæ, ex qua domus aditum habet. Bartol. *in leg. fin. num. 6. in fin. ff. de dam. infect.* Quia ex aditu indicatur de domo, cui cedat, *leg. ei, cui ædes ff. de leg. 3.* Bald. *conſ. 60. num. 5. vol. 1.* de Pont. *dec. 35.* Villagut. *deciſ. 32.* Quod ſi domus habet duas portas in duabus Parochijs, indicatur de ea Parochia, in qua eſt porta principalis, & aditus magis frequentatus, ſiuè vſitatus. Bart. *in leg. prædij §. qui domum ff. de leg. 3.* qui etiam *in leg. 1. ff. ad municip.* ait, quod ſi aditus, ſiuè Oſtium eſt à parte anteriori domus, & à parte etiam poſteriori, ac viciſſim ingreditur, quandò ab anteriori, quandò à poſteriori, nihilominus dicitur parochianus illius Parochiæ, in qua eſt aditus à parte anteriori domus, quia illa pars cenſetur nobilior. Vbi autem eſt pars nobilior, cenſetur eſſe totum *leg. cum in diuerſ. ff. de relig. & ſump. fun.* Angel. *in leg. quod conclaue in fin. ff. de damn. infect.* ac alij.

His addo caſum de eo, qui degens in confinio duarum Parochiarum prò ſuis ædibus ampliandis, illis aggregat domum, ſeù ſitum alterius Parochiæ. Cum enim acceſſorium cedat

prin-

principali, illud aggregatum incorporatur ædibus, quibus, iungitur, & fit eiuſdem Parochiæ, cuius ſunt ædes illæ, dummodò nobiliores, & ampliores exiſtant, vt decernitur in ſtatuto Cleri Rom. *cap.3.§.17.*

[Aliquandò in his dubijs caſibus fuit habita ratio Cubiculi, in quo defunctus deceſſit, vt conſideratum fuit Romæ in funere Cardinalis Creſcentij inter Parochiam S. Mariæ in Rotunda, & S. Euſtacbij: Quia cenſetur illa pars Palatij nobilior, ergà quam defunctus peculiarem affectum habebat, vt plurimum babitabat, & in qua drcedere voluit.]

DE SIGILLO CONFESSIONIS.

1. *Vt ſeruari debeat Sigillum Confeſſionis Sacramentalis quid requiratur?*
2. *Et an crimen reuelationis Confeſſionis ſpectet ad ad S.Officium? Quomodò probetur, & qua pœna de iure communi?* tom.7. Conſul.54.

AD 1. Ex parte pœnitentis requiritur, quod Confeſſio fiat ex intentione Sacramentali, animo ſcilicet ſe accuſandi in hoc foro, & ſubijciendi ſe Clauibus Eccleſiæ. Caietan. 2. 2. *quæſt.70.art.1.& tom.1.opuſc.tract.21.* Sot. *in 4.diſt.18.quæſt.4.ar.5.& in relect.de ſecret.memb.2.quæſt.7.* Nauar. *in manual.cap.18. num.55.* Simanch.*tit.42. num.15.* Quare ſi confeſſio non fiat hoc animo, & intentione, reuera non eſt confeſſio, nec peccata ſubijciuntur Clauibus, ac proindè non eſt res ſacra, nequè ex illa oritur ſacrum ſecretum. Suarez *de pœnit. diſp.33. ſect.2.num.6.*

Ad 2. Si eſt ſermo de ſimplici delicto reuelatinnis Confeſſionis, non videtur pertinere ad Tribunal S.Inquiſitionis, ſed ad Iudicem Ordinarium Eccleſiaſticum, ex cap. *omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ. in fin.* Quia reuelatio confeſsionis ſecundum ſe nec continet hæreſim, nec illius ſuſpicionem, quia reuelans delinquit ſolum circà præceptum, quod non concernit fidem.

Si verò Confeſſionis reuelatio ſit ità qualificata, vt indè oriatur ſuſpicio hæreſis, tunc quidem poterunt Inquiſitores contrà reuelantes procedere, ſaltem ad inquirendum quid ſentiant de fide, ac de Pœnitentiæ Sacramento, vt notat etiam ex Molfeſio Caren. *de Offic. Inquiſ. par.1.tit.17.§.23.num.91.* Nam tunc ſubintrat iuriſdictio Inquiſitorum, tanquam ea, quæ conceſſa eſt prò conſeruatione Fidei Catholicæ.

Reuelatio autem Confeſſionis tunc eſſet qualificata in ordine ad hunc effectum, quandò non ex malitia rruelantis cenſeretur prouenire, ſed eiuſdem prauo ſenſu circà res fidei, vt ſi reuelans frequenter incidiſſet in huiuſmodi crimen, quia tunc oſtenderet, ſe contemnere obligationem ſigilli, atque adeò de illa malè ſentiret. Aut ſi ità reuelaret Confeſſionem, vt ſimul verbo, aut facto declararet, Sigillum Confeſſionis eſſe paruipendendum, & non curandum: Quia hoc pacto videtur non credere ſtrictam obligationem ipſius, aut aliquo modo declararet, ſe non extimare huiuſmodi Sigillum. Aut ſi ſit improbæ vitæ, & alias de hæreſi ſuſpectus, prout in caſu ſimili Congregationem S.Officij *Cremonæ* 9. Nourmb. 1587. cenſuiſſe ait idem Carena.

Porrò crimen reuelationis probatur eodem modo, quo probatur crimen ſollicitationis in confeſſione per teſtes ſcilicet ſingulares, de quare nos etiam *tom.1. Conſult.104. de S.Offic.* docentque plures Doctores, quos refert Molfeſius *in ſum. tract.7. cap.23. num.64. & ſeq.* Quod ſi accuſator, ſiuè denunciator ſit pænitens, in dubio ei fides præſtatur, & Confeſſario incumbit onus probandi, ſe aliundè ſciuiſſe factum illud, vel habuiſſe licentiam ab ipſo pœnitente reuelandi, & ità ſentire ſubdit D.Thom. *in 4.diſt.25. quæſt.3.ar.2.* Oſtienſem, Syluestrum, & Megalam, quos ait etiam docere, quod quandò accuſans, vel denuncians eſſet perſona extranea, in dubio crederetur Confeſſario. At mihi innixo authoritati Rodriquez, Molfeſij, Menochij, & aliorum placet contraria ſententia, ſcilicet, quod cæteris paribus, in dubio debet credi potius Confeſſario, quam pænitenti accuſanti, ſeù denuncianti: quia Iudici in foro exteriori creditur in ijs, quæ ſpectant ad eius officium, & aliter ſciri nequeunt; nam in iis præſumitur prò ipſo *cap. ſignificauit de appell.* cum alijs congeſtis à Maſcardo *de prob. concl. 951. num.30.* Ergò eò magis hoc procedit in hoc caſu. Quia Confeſſarius eſt Iudex in foro interiori, & ex arctitudine ſigilli præſumitur illud inviolabiliter ſeruaſſe, & ſolum de licentia pænitentis reuelaſſe.

Si quis igitur obiecerit Confeſſario, quod reuelaurit Confeſſionem, credendum eſt ipſi Confeſſario, præſertim probo, ſi dixerit ſe habuiſſe à pœnitente licentiam reuelandi, vt propterea non teneatur id probare, quia hæc licentia ſecretò, & ſine teſtibus concedi ſolet; Quapropter in defectum aliarum probationum ſufficit iuramentum Sacerdotis. Menoch. *præſumpt.58.num.15.lib.1.* Viuius *com.opin. v.Confeſſario;* ac alii.

Idem propter eaſdem rationrs dicendum videtur, ſi Confeſſarius fateatur reuelaſſe tale delictum, ſed neget, illud habuiſſe in Confeſſione, quamuis præſumendum eſſe contrà Confeſſarium, niſi doceatur aliundè ſciuiſſe, teneant Oſt. Abb. & Card. *in cap. omnis de pœnit. & remiſſ.* ac alii.

At ſi Confeſſarius dicat, & excipiat, quod aliundè ſciuerit, tunc tenetur id probare: quia

uidè

Digitized by Google

ſumus in materia, quæ eſt capax probationis, cum poisit id adducere vnde ſciuerit. Abb. *in cap.omnis in fin.* Innoc. *in cap.ſuper his de accuſat.* aliique.

Reuelatio verò peccati ſine expreſsione perſonæ cadit ſub prohibitionem poſitiuam Eccleſiæ, de qua *in dict.cap.omnis*. propter periculum manifaſtationis pœnitentis. Atque adeò prouidè ſanxit Conc. *in d.cap.Omnis*, vt ne peccatum quidem ipſum liceat reuelari.

Cæterum quoad pœnam depoſitionis ab Ordine Sacerdotali, & propterea detruſionis in Monaſterium, quæ in prædicto *cap.Omnis* imponitur Sacerdoti, qui peccatum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum præſumpſerit reuelare, nimius eſſet rigor, vt in eam indiſtinctè incideret quilibet Sacerdos, qui diceret, ſe peccatum aliquod audiuiſſe in Confeſſione, licet nullo modo proderet peccatorem.

Quare exiſtimo cum Fagnano ex hoc relinquendum eſſe arbitrio Iudicis, qui facti circumſtantijs maturè perpenſis, diiudicet, an huiuſmodi pœna ſit exequenda. Hentic. Boich. *in cap. in Archiepiſcopatu col.2. de rapt.* & fuſius Marian. Socin. *in cap. licet à num.22.de pœnit.*

Ad quem autem Iudicem hæc cognitio ſpectet, ſi Confeſſarius frangens Sigillum Confeſſionis Sacramentalis ſit Regularis, certum eſt, quod Epiſcopus poteſt illum ſuſpendere à Confeſſionibus audiendis, ſed an alijs pœnis à iure inflictis poſſit contrà illum procedere, vel illum punire debeat ſuus Superior Regularis. Ceſpedes *de exemp. Regul.* vbi poteſtatem omnem ferè Epiſcopi in Regulares inſtingere conatur, tamen *in cap.16. dub.264.* fauet Epiſcopis, inquiens poſt Conſtitutionem Greg.XV. *Inſcrutabili*, poteſtatem Epiſcopi non eſſe in hoc coarctatam, ſed quacumque pœna poſſe in d. Regulares reuelantes Confeſſionem, vel remittuntur eorum Superioribus, qui ſi quid graue compererint, tenentur certiorem reddere S.Officium; non tamen impediuntur Regulares recurrere ad S.Officium.

An in porrigentem preces Sac.Tribunali Pœnitentiariæ Secretæ, cum expoſitione ſui criminis, ſuppreſſo tamen nomine, & ab ea remiſſas Ordinario prò expeditione cauſæ, poſſit ipſe Ordinarius in foro externo procedere etiam ad torturam? tom.9. Conſult. 75.

NEgatiuè: Nam iuxtà tenorem ſupplicationis manifeſtè patet, illas fuiſſe porrectas ſub Sigillo ſecreti, & in foro conſcientiæ, cum talis ſit forus Sacræ Pœnitentiariæ. quæ vel reſcribit, vel committit conſequenter ad forum conſcientiæ. Sanch. *de Matrim. lib.8.diſp.21. quæſt.vlt. num.*40, Pyrr.Corrad. *in prax. pœnit. lib.7.cap.4. num.*73. & alij. Quare ſi Iudex inueniſſet ſchedulam, in qua peccatum aliquod ad Confeſſionem faciendam eſſet deſcriptum, teneretur ceſſare ab inquiſitione criminis, & non iuuari ea notitia, imò etiam ſi iam Reum condemnaſſet, conuictum teſtibus, & poſtea intelligeret totam delationem, vel accuſationem ortam fuiſſe, ex Sigilli violatione, teneretur damnatum abſoluere, ac dimittere.

His accederet, quod proceſſus eſſet etiam irritus per text. *in cap. qualiter, & quandò de accuſat.* Quia nemine denunciante, neque fama præcedente, prout iuris eſt, nõ conficeretur, ideòque de eò nulla erit habenda ratio. Specul. *in pr. lib.3. par.1. §. viſo igitur num.*8. & 13. Guaudin. *in rubr. quomodò de malef. cognoſc. per inquiſ. num.*11. & 15. aliique.

DE SIGILLO NATVRALI. Vide de S.Offic. tom.2.Conſul.70. Miſcell.§.25.

DE SIMONIA.

An ſit Simonia exigere à prouiſis aliquam ſummam ad vſus pios? Vide de Legat. Pijs tom.1. Conſult.158.

De quadam Simoniaca pactione. Vide de Capitulo tom.5.Conſult.74.

1. *An Sacerdos, qui pluries in die celebrat ſit verè, & propriè Simoniacus?*
2. *An incurrat pœnas contrà Simoniacos ipſo iure illatas?*
3. *An ex criminis notorietate, & ex ſententia condemnatoria efficiatur irregularis? Et quatenus affirmatiuè,*
4. *An cum eo diſpenſare poſſit eius Epiſcopus? An verò diſpenſatio ſit ei concedenda à Sac.Congreg.Conc.?* tom.7. Conſult.43.

AD 1. Eſſe Simoniacum iure diuino, & naturali, ac etiam iure poſitiuo, iuxtà diuiſionem, quam omnes admittunt cum Gloſſa *in cap.pridem de pact. v. illicitæ pactiones, & cap. ex parte 1.de offic.Iud.deleg.Can. Saluator 1.qu.3. verſ.Et Iudicem.*Suar.*tom.1.de Relig.lib.4.cap.2. & 7.* & Leſſ.*lib.2. cap.35.dub.2.& ſeq.* atque habetur ex Can. *fin.1. quæſt.3.* vbi non ſolum eſt ſermo de beneficijs, ſed etiam de Sacramentis, & Sacramentalibus. Quare Sacerdos accipiens eleemoſynam ob quæſtum damnatur tanquam Simoniacus à Conc. Toler. 11. *cap.8.relato in Can. quidquid 1.quæſt.1.* quod ſequitur Fagnan. *in cap. ſignificatam n.19. de præb.*

At de hac re vide *de Miſſæ Sacrific.tom.4.Conſul.1. pag.1. & tom.9. Conſul.97. à num.19. vſque ad* 27.§. *Ad tertium*.

Ad 2. Negatiuè, nulla enim pœna impoſita eſt committentibus Simoniam, niſi Simonia fuerit

rit commiſſa, vel in ingreſſu Religionis, vel in Ordine, vel in beneficio. DD. communiter, quos adducit, & ſequitur Paſqualigus *de Sacrific. Miſſ. quaſt.* 922. *num.* 3. Qui omnes non negant, huiuſmodi Sacerdotem non eſſe Simoniacum, ſed ſolum aiunt, non incurrere in pœnas iure latas in Simoniacos.

Ad 3. Affirmatiuè: Quia ex criminis notorietate, & ex ſententia condemnatoria Iudicis efficitur infamis Infamia facti, & iuris, atque adeò irregularis verè, ac propriè, tanquam damnatus de crimine publico, quo quiſque notatur infamis, *per leg.* 1 *§. qui in iudicio ff. de his, qui not. infam. & Can. infames §. porrò 3. quaſt.* 7.

Ad 4. Quoad primam partem, negatiuè; non poteſt enim ſuper hac pœna infamiæ, vel irregularitatis Epiſcopus, ſeù Prælatus cum Subditis ſuis diſpenſare; quia eſt de grauioribus criminibus. Theſaur. *v. Simonia §. amplia, & d. verſ. Miſſa §. Item.* Solum igitur diſpenſatio concedi poteſt à Sum. Pontifice, & per Vicariam poteſtatem à Sac. Congr. Conc. quæ an debeat concedi, remittenda eſt præſtanti iudicio Eminentiſſimorum Patrum, conſideratis circumſtantijs loci, temporis, perſonæ, infamia, & ſcandalo, an ſcilicet continuent, atque Epiſcopi relatione, præſertim hiſce temporibus, in quibus hoc crimen gliſcit, vt ignis oleò.

Atque ità declarauit Sac. Congr. Conc. in *Senenſi* die 16. Nouemb. 1686. nempè, eſſe cum præfato Præsbytero diſpenſandum ad tempus Archiepiſcopo beneuiſum.

An Monaſterijs Monialium licitum ſit, an verò Simoniacum, exigere aliquam ſummam nomine dotis, ac de illa paciſci prò victu, alijſque neceſſarijs, ad ſuſtentationem puellæ, volentis ingredi Monaſterium? Vbi quid de alijs pactis?
tom. 7. Conſ. 90.

Tenendum omninò eſt, àd ſuſtinenda onera temporalia, quæ Religio in ſe ſuſcipit cum tali perſona, non eſſe ex natura rei, & ex vi iuris Diuini Simoniacum, aut illicitum exigere aliquid: quia non exigitur tanquam pretium, ſiuè temporale prò ſpirituali, ſed prò temporali. Sicut enim Matrimonium, & eſt Sacramentum, & humanus contractus, & quatenus eſt contractus habet annexa onera temporalia, & incommoda, quæ non poſſunt ſine temporalibus bonis ſuſtineri, & ideò licitum eſt, vt vterque Coniugum aliquid ad hoc conferat. Ità profeſſio religioſa & eſt ſtatus quidem ſpiritualis, & oblatio, quæ fit Deo, quoddamque genus conſecrationis talis perſonæ ad cultum Dei, & propterea eſt contractus quidam humanus inter Religionem, & Religioſum; nam iſte ſe illi tradit, illa illum recipit, ſeque obligat ad eum ſuſtentandum, & ità in ſe ſuſcipit omnia onera temporalia, quæ ad huiuſmodi ſuſtentationem ſunt neceſſaria; Quare licet ſtatus Religioſus, quatenus ſpiritualis eſt, vendi non poſſit, nec aliqua re temporali compenſari, tamen quatenus eſt contractus, onus illud indiget ſubſidio temporali, ac proindè non eſt contrarium, neque alienum à ratione naturali, vt puella, quæ Religionem ingreditur, temporale aliquod ſubſidium ſecum afferat, quo ad eam ſuſtentandam Religio iuuetur, & proindè Caiet. *in* 2. 2. *quaſt.* 100. *art.* 3. ait, hoc eſſe ius naturale.

Et quamuis Sac. Congr. Conc. olim conſulta, an Monaſterij Monialium, in quibus iuxtà decretum *cap.* 3. *ſeſſ.* 25. *de regul.* Epiſcopus certum numerum conſtituit, liceat Abbatiſſæ in locum Monialium deficientium alias recipere, pacta certa eleemoſyna prò dote. Et quatenus non liceat, quæ prouiſio ſit per Epiſcopum adhibenda? Reſpondit: *Si ex redditibus Monaſterij, vel ex conſuetis eleemoſynis tantum ſuppetet Monialibus, vt ad ipſarum victum, & ad fabricam Eccleſiæ, aliaſque neceſſitates commodè ſufficiat, minimè licere. Cum autem huiuſmodi theorica ad praxim difficulter deduci poſſit, referendum Sanctiſſimo, qui probàuit ſententiam Congregationis, confirmans, augendum numerum, ſi dos recipienda ſit.*

Tamen Sac. Cong. Epiſc. & Regul. hanc difficultatem ſuſtulit. Animaduertens enim Sanctimonialium Monaſteria ſine dotium ſubſidio diù ſuſtineri non poſſe, & propter ingruentes neceſſitates, & caſus inopinatos plerumq. ad inopiam redigi, Summis Pontificibus approbantibus, prudenter ſanxit, vt dotales eleemoſinæ à Monialibus numerariis perſoluerentur, tamet ſi numerus eſſet taxatus ad menſuram redditeum Monaſterij. Ex penuria enim multa proueniunt mala, præſertim in Monaſteriis Dominarum, vt inquit Hoſtien. *in cap. Non amplius de inſt. in fin.* facitq. Can. *Si quis obtinuerit* 1. *q.* 3. Quare expedit Monaſteria Monialium habere ſufficientes redditus, nè alioquin ipſis præbeatur auſa vagandi, & communicaudi cum Sæcularibus. Præſertim exiſtente de hoc diurna conſuetudine, idq. vt ſic ſecuriores ſint de ſufficientia redditeum, & plures recipere poſſint, quam alioqui deberent.

Atquè ità tenent Fagnan. *in d. cap. Non amplius num.* 24. Syluest. *d. num.* 15. Miranda *art.* 7. *concl.* 2. Dian. *tr.* 2. *p.* 3. *reſol.* 97. & multi alij; Ac deniq. id declarauit eadem Sac. Congreg. Conc. in vna *Belgij ſubſidiorum dotalium ad cap.* 16. *ſeſ.* 25. *de Regul.* Cum enim in eadem Sac. Cong. proponeretur, quod

Monaſteria Monialium, præſertim Mendicantium in Belgio ſemper conſueuerunt exigere aliquam ſummam prò ſuſtentatione puellarum potentium admitti ad habitum Religioſum, & nihilominus à multis annis non pauci tum priuatim, tum publicè docere cæperunt, Simoniacum eſſe hac de cauſa dotem recipere, & de illa paciſci; quia verò hæc doctrina multorum in quibuſdam partibus conſcientias, perturbat,

turbat, ob metum committendi Simoniam, & è conuerſo Monaſteria non poſſunt ſine dote ſuſtentare puellas; Supplicantur proindè Emminentiſſimi Patres declarare, an licitum ſit paciſci de congrua dote ſoluenda prò victu, amictu, aliiſquè neceſſariis ad ſuſtentationem puellę, volentis ingredi Monaſterium? Sac. Cong. die 18. Septemb. 1683. cenſuit, non eſſe Simoniacum.

Huic quæſtioni aliam ſubiungo, quæ cum priore magnam habet connexionem, & affinitatem.

An, ſcilicet pacta, ſeù conuentiones, quibus Moniales aliquam pecuniæ ſummam petunt à parentibus Nouitiæ Conuiuii cauſa, dum Nouitia habitum ſuſcipit vel profitetur, ſint ſublata d. cap. 16. verſ. ſed neq. ſeſ. 25. de Regul.?

Sac. Congreg. cenſuit, Decretum cap. 16. ad hunc caſum non pertinere, ſed id prohiberi Conſtitutione Vrbani IV. quę incipit *Sanè*. Cæterum, quia ex conſuetudine Mediolanenſi recepta, & à bo: me: Card. S. Praxedis tolerata, paſſim huiuſmodi Conuiuia exhibētur, conſultius putauit nihil reſponderi. Conſt. Vrb. habetur *in Extrauag. 1. de Simon.* Sacra verò Cong. Epiſc. & Regul. 2. Iul. 1589. & *in Luſitana* 6. Iun. 1615. Ad 2. propinarum, ſeù munerum largitionem Monialium faciendam, tam in ingreſſu, ſeù in habitum regularem ſuſcipiendo, quam, in profeſſione emittenda, tanquam abuſum omninò abrogari mandauit, ac prohibuit ſub pænis etiam cenſurarum. Verum id, vel non fuit vſu receptum, vel vt refert Portell. Auctor Luſitanus, *in dub. Regul. verſ. Monaſterium num.* 11. in ea declaratione excipiebatur refectio communis ientaculi moderati. Imò Sanch. *in opuſc. lib. 2. cap. 3. dub. 23. num. 6.* ait, quod poſſit excuſari conſuetudo, quæ reperitur in Monaſteriis Monialium accipiendi, præter dotem Nouitię, quaſdam portiones pecuniæ, quas propinas vocant, v.g ſingulis Monialibus dantur quatuor argentei, & vna candela, idq. præter dotem Nouitiæ, quæ datur ipſi Monaſterio. Hæc autem conſuetudo nulla alia ratione mihi videtur poſſe à Simonia excuſari, niſi aſſerendo dotem, quę exigitur ad ſuſtentationem Monialis, non conſiſtere in indiuiſibili, ſed ſicut taxari poteſt ſexcentis ducatis, ità etiam taxari poteſt ſexcentis, & quinquaginta, diſtributis hoc modo, vt ſexcenta applicentur Communitati, ſeù Monaſterio, & alia quinquaginta diſtribuantur inter Moniales ſingulis dando illos quatuor argenteos, & candelam, vt ſuis neceſſitatibus ſubueniant.

Vides mi lector, quam ſit arduum hoc definire. Quare puto in hac re vti oportet aurea illa moderatione, quam prò Monaſteriis Vrbis inſtituit Eminentiſſimus Card. Vicarius in ſua Congregatione particulari prò eadem re habita, in quà, & ego adſui, eſtq. typis Cameralibus edita.

Porrò ab excommunicatione lata *in d. Extrauag. 1. Simon.* poterit Epiſcopus, vel Prælatus abſoluere in occultis delictis ex Trid. *ſeſ. 24. c. 6. de ref.* Eademque Extrauagans procedit ſiuè detur, & accipiatur pretium prò admiſſione ad profeſſionem, ſiuè ad habitum. Filiuc. *tr.* 45. §. 4. *num.* 11. Imò etiam ſi prò admiſſione profeſſi ad tale Monaſterium, ſeù domum, vt probat *ex d. Extrauag.*

De electione Capitulari Regularium ſimoniaca. Ex quibus probetur? & alia tom. 10. Conſul. 44.

Simoniæ crimen probatum non dicitur, niſi pacto, & conuentio probetur, quæ vtrinq. inducant obligationem, & præcedant collationem, aut prouiſionem, quę ſimoniaca prætenditur. Ità Mareſcot. *var. lib. 2. cap. 35. num. 24. & ſeq.* Pariſ. *conſ.* 30. *nu.* 21. *lib.* 4. & alij multi.

Quia Simonia eſt emptio, & venditio rei ſpiritualis, aut ſpirituali annexi, vt DD. communiter; Venditio autem, & emptio non perficitur, niſi partium conuentione, & pacto.

Nec ſufficit ſolus tractatus, niſi pactum, & concluſio pacti probetur. Rot. *dec.* 534. *num.* 10. *p.* 4. *to.* 3. Lotter. *de re benefic. q. 29. lib. 3. nu. 42. & 150.*

Et proindè ex iis, quæ requirunt actum, in quò prętenditur ſimonia, non poſſe præſumi ſimoniam, licet immediatè ſubſequantur, tradunt Gloſ. *in cap. quam pio v. poſtmodum* 1. *q.* 3. Dec. *conſ.* 118. *num.* 4. & alij.

Requiritur inſuper, quod huiuſmodi pactum probetur plenè, ac concludenter, ſiuè ciuiliter agatur ad effectum priuationis, ſiuè criminaliter per occaſionem, vel denunciationem. Buratt. *dec.* 445. *num.* 7. & 15.

Quoties nō inſurgit aliqua probatio concludens, vehemens, ac indubitata preſumptio, Simonię crimen probari nullo modo dici poteſt. Non autem teſtibus, qui vel de auditu, vel de iudicio, & credulitate deponunt: Ii enim ſimoniā non probant, nec plenè, nec ſemiplenè. *l. Teſtium. C. de teſtib. cap. tam is eodem tit. Can. teſtes* 3. *q.* 9. Rot. in *Concheuſi Archipraſbyteratus* 29. Nouemb. 1602. coram Litta, & coram Ludouiſio, *dec.* 517. *num.* 14. & *ſeqq.* Sed redduntur ſuſpecti. Farinac. *de teſtib. q. 69. num.* 101.

DE SYNDICATV Vide de Immunitate tom. 9. Conſul. 76.

DE SYNODO

An Examinatores Synodales teneantur emittere iuramentum in Synodo? Vide de Examinatoribus? tom. 1. Conſul. 13.

An Epiſcopus ſolus poſſit Synodum Diœceſanam indicere, & publicare, an verò requiratur conſilium, vel conſenſus Capituli? tom. 1. Conſul. 69.

Reſpondetur, eſſe neceſſarium vel conſenſum Capituli, quia res ardua videtur, vel ex limitatione, ne qua in *deciſ. Barbaſtren. Iuriſdictionis 7. Iun. 1585. coram Card. Pamphilio*, vt ſaltem conſilium, iuxtà regulam, *Cap. Quantò de his quæ fiunt à Prælat ſine conſen. Cap.*

An Epiſcopus poſſit ad Synodum vocare, nedum Clericos ſibi benè viſos, ſed etiam laicos, ſi illorum conſilio vti velit? tom. 1. Conſul. 70.

Affirmatiuè reſpondendum videtur prout de mente, & voto Sac. Congreg. Conc. dixit Rota in vna *Hiſpalen præcedentiæ in Synodo coram Bubalo 17. April. 1687.* per doctrinam Innoc. *in cap. Graue de præb* Contrarium tamen mihi probatur, nedum reſpectu Clericorum, qui ad ſolos Clericos ſuæ Diæceſis extenditur hæc facultas, ſed etiam reſpectu laicorum ex regula, quod laicus non poteſt ſe in ſpiritualibus immiſcere. Ex qua ratione reiicitur ab electionibus, in quibus, ſi interuenit, inducit vitium nullitatis, iuxtà notata in *cap. 2. de elect.* Nec Innoc. loc. alleg. facit aliquam mentionem de laicis, ſed ſolum de Clericis. Ità, quod, ſi deciſo adducta non nititur alia auctoritate, quam Innocentii, remanet ſine fundamento. Hic porrò articulus conſideratione dignus eſt, nè paulatim, ac latenter incipiant laici ſe intermiſcere in Eccleſiaſticis, & quod eſt voluntatis, efficiatur neceſſitatis.

An celebratio Synodi impediri, vel retardari poſſit per appellationem? tom. 1. Conſul. 71.

Negatiuè: Quia ex Decreto Sac. Conc. Synodus quotannis celebrari debet. Verum aduerto, quod licet ab eo, quod ſtatuit lex, non detur appellatio; tamen, quia poteſt contingere, quod alteretur forma legis, ab hoc exceſſu dari poteſt appellatio. Et ideò non videtur, poſſe commodè reſolui hoc quæſitum in abſtracto, ſed quando veniret caſus appellationis, tunc poterit reſolui in illo caſu ſecundum circumſtantias facti.

An detur appellatio à Statutis, et Decretis Synodalibus? tom. 1. Conſult. 72.

Reſoluendum videtur, quod licet à Conſtitutionibus Synodalibus detur recurſus, & appellatio ad Papam. *Cap. ſicut excellentiam 23. q. 4.* Id tamen intelligitur tantum quoad effectum deuolutiuum, non verò quoad ſuſpenſiuum, vt dixit Rota in *Toletana Conſtitutionum Synodalium 19. Febr. & 17. Iun. 1624. coram Coccino*, ac cenſuit Sac. Cong. Conc. in vna *Oriolen. 27. Mart. 1632. ad. 17.*
Cæterum diſtinguendum puto: Aut enim decreta, & Statuta emanarunt ſuper materia de ſui natura exequutiua, & tunc datur appellatio ſolum ad effectum deuolutiuum. Aut ſuper materia non exequutina, & datur tunc appellatio ad vtrumque effectum. Et ità procedit tex. *in d. cap. ſicut excellentia 23. q. 4.* ſaluo tamen prudentiſſimo iudicio Rotæ modo allegatæ.

Quomodò procedere debeat Epiſcopus contrà Canonicos, recuſantes venire ad Synodum ſub prætextu, quod eorum conſenſus, vel conſilium, non requiratur? tom. 1. Conſul. 73.

Videtur, quod poſſit, ac debeat procedere per cenſuras, & mulctas, ad tex. *in cap. quod ſuper de his de maior. & obed.* ibi: *Per cenſuras Eccleſiaſticas ad Synodum venire compellas*, prout etiam traditur cenſuiſſe Sac. Cong. Conc. Verum ego cenſeo, quod ante omnia eſt reſoluendum, an eorum conſenſus, vel ſaltem conſilium requiratur, quod ſanè requiri iam diximus. Si enim eorum ſaltem conſilium requiritur, contumacia eſſet legitima, & ſic prædicto modo eſſent puniendi. Si verò non requiritur, prout negamus, tunc ceſſabit prætextus, prout in quæſito, quo ſublato, ceſſat quæſitum.

An Epiſcopus in ſua Synodo poſſit ſibi reſeruare quoad proprios Subditos caſus iam reſeruatos Romanæ Sedi? tom. 1. Conſul. 75.

Negatiuè. Ità declarauit Sac. Cong. 28. Nouemb. 1602. apud Quarantam *v. Caſus reſeruati* editam ex ſpeciali mandato Clem. VIII. Quia, vbi Pontifex manum appoſuit, non poteſt inferior ſe ingerere, nam ligantur eius manus. *Cap. Vt noſtrum de appell.*

An Examinatorum extrà Synodum nominatio ſit confirmanda? Vide de Examinator. tom. 1. Conſult. 119.

An

An Epiſcopus in Synodo Diœceſana habeat poteſtatem legiſlatiuam, poſſitque condere Statuta, vel Decreta ſine conſenſu, vel conſilio Capituli, aliorumque vocatorum, ità ſanè, vt abſque huiuſmodi conſenſu, vel conſilio Statuta ſint valida? tom. 1. Conſult. 180.

ASſerendum eſt, Epiſcopo non licere condere leges Synodales, non requiſito ſaltem conſilio Capituli. Ità elicitur ex cap. *Quanto de his, quæ fiunt à Prælat.*, ac docet Fagnan. *in cap. Et ſi membra num. 41. in fin. eod. tit.* cenſuit Rota apud Verall. *dec. 222. & 305. p. 1.* ac alij. Idque declaratum fuiſſe à Sac. Cong. Conc. referunt Piaſec *in prax. par. 1. num. 8.* Quaranta *in ſum. Bull. v. Synodus.* Pax. Iord. *in op. mor. tom. 2. lib. 8. tit. 1. de conſtit. num. 18.* alijque his verbis ſcriben. ad Partiarcham Venetiarum: *Amplitudinem tuam in Synodo Diœceſana poſſe facere Conſtitutiones abſque conſenſu, & approbatione Cleri, debere tamen requirere conſilium Capituli, licet illud non teneatur ſequi, niſi in caſibus à iure expreſſis, non obſtante, quod ex forma Pontificalis Rom. habeatur, quod Conſtitutiones in Synodo publicandæ à Patribus per verbum* Placet, *confirmentur.*

Ratio autem eſt, quia Synodus conuocatur, vt ſicubi omiſſa ſunt, prò moderandis moribus, corrigendis exceſſibus, controuerſijs componendis, alijſque ex Sac. Canonibus permiſſis, renouentur, ac omnibus intereſſentibus auditis, prudens Epiſcopus quid expediat ad Chriſtianæ Religionis, & diuini cultus augmentum, proprięque Eccleſię regimen decernat. Vgolin. *de Offic. & poteſt. Epiſc. cap. 48. num. 5.* Barboſ. *eod. tit. Reg. 93. num. 2.* ac alij.

Ideò, cum hoc deficiat, ſequitur, quod actus, vt deficiens in forma, non ſuſtineatur: Quia obligatus ad petendum conſilium, ſi illud omittat, nulliter agit, *cap. cum in veteri de elect.* Dec *in cap. Ex parte num. 15. de conſtit.* Oltrad. *conſ. 209. num. 11.* ac alii. Reliqua. Vide Conſul. 69. ſupra reſolutam.

An, & quomodò Beneficiati poſſint Synodo Diœceſanæ intereſſe? tom. 1. Conſul. 293.

REſpond. Tanquam ſingulos, & vocatos ab Epiſcopo poſſe interuenire in Synodo, & in loco, iuxtà præſcriptum Pontificalis. Ità declarauit Sac. Cong. Conc. 5. Nouemb. 1644. *ad cap. 2. ſeſſ. 24. de refor.*

An Examinatores, tam ex Capitulo, quàm ex Clero deputati in Synodo, qui non ſunt Doctores, debeant denuò deputari ex diſpoſitione Sac. Conc.? Vide de Examinator. tom. 1. Conſul. 331.

An poſſit denegari copia apellationis, & aliorum decretorum Synodi? tom. 1. Conſult. 332.

REſp. Copiam eſſe dandam legitimis perſonis. Et ità declarauit Sac. Congreg. Conc. in *Fulginaten.* 18. Nouemb. 1645.

An Canonicus Eccleſiæ Cathedralis in Subcollectorem deputatus, teneatur tempore Synodi aſſiſtere Epiſcopo? tom. 1. Conſul. 379.

REſp. Teneri. Ità reſoluit Sac. Cong. in vna *Montis Peluſij* 4. Febr. 1651. Quin etiam in vna *Caiacen.* 21. Mart. 1654. cenſuit, Epiſcopum poſſe cogere etiam Clericos Subcollectores, vt Synodis interſint, & ad publicas proceſſiones accedere.

An Parochi Hieroſolymitani teneantur accedere ad Synodum? Vide de Equitibus tom. 3. Conſul. 58. num. 6.

An Præpoſiti, alijue, qui vulgò Dignitates exiſtimantur, deputarj poſſint in Iudices Synodales, & Apoſtolicos? Vide de Dignit. tom. 4. Conſult. 130.

An in Diœceſi, in qua ſunt duæ Cathedrales vnitæ, Capitulum vnius Cathedralis cogi debeat, vt accedat ad Synodum alterius? to. 4. Conſul. 132.

NEga. Et ità eſſe ſeruandum in eiuſmodi Epiſcopatibus vnitis declarauit ſępius Sac. Cong. Conc. præſertim in vna *Ciuitatis Caſtellanæ, & Hortanæ* 8. Ianuar. 1624. Atquè hinc eſt, quod eadem Sac. Congreg. in *Valuen. & Sulmonen.* die 3. Septemb. 1650. *ad cap. 1. ſeſſ. 6. & cap. 18. ſeſſ. 24. de refor.* declarauerit, quod in qualibet Ciuitate ſint deputandi Examinatores Synodales diſtincti ab illis, qui deputantur in altera Ciuitate. Et quod Epiſcopus prò cauſis Diœceſanorum vnius Diœceſis deputare debeat Vicarium Generalem in illa Diœceſi. Ac etiam, quod Clerici vnius Diœceſis delinquentes debeant ibidem in Carcerem condi, & non tranſmitti ad Carceres alterius Diœceſis. Idipſum de Examinatoribus dixit Rota in *Frequentina* Compendiatoris Patria Auellino annexâ *Nullitatis Concurſus* 12. Ianuarij 1635. coram Coccino, quod ſcilicet non poteſt Epiſcopus concurſum facere cum Examinatoribus Synodi alterius Epiſcopi vniti, ſed ſolum cum Examinatoribus electis in Synodo illius Diœceſis, in qua ſitum eſt beneficium.

Ratio autem eſt, primò, quia licet reſpectu Epiſcopi vna ſit Diœceſis, reſpectu tamen Eccleſiarum duæ ſunt, & negotia vnius non confunduntur cum alia, nec ſunt vocandi Canonici vnius Eccleſiæ in deputatione, & proui-

ſione Clericorum alterius. Archid. *in cap. Et temporis qualitates n.* 6. *cauſ.* 16. *quæſt.* 1.

Deindè: quia conuocatio ad Synodum eſt de lege Diœceſana *cap. dilectus v. iuriſdictionis de Offic. Ord.* Abb. *in cap. cum ſuper n.* 3. *de maior. & obed.* Imo ius conuocandi Synodum eſt mixtum de lege nempè Diœceſana, & de lege iuriſdictionis. Rot. *deciſ.* 619. *num.* 2. *par.* 4. *diuer.* Lex autem Diœceſana non poteſt extendi extrà limites Diœceſis, atque adeò non poteſt conuocari Clerus alterius Diœceſis; Vndè non exiſtentes de Diœceſi, vel in Diœceſi ad Synodum minimè tenentur; Alias enim quiſquam teneretur accedere ad duas Synodos, quod non eſſe permittendum declarauit Sac. Cong. Epiſc. in *Mileten.* 10. Nouemb. 1620. Nam ad Synodum hi tantum accedere tenentur, qui habent officium, vel beneficium in Diœceſi, & non alij, Abb. *in d. cap. Quid ſuper in princ.* Bott. *loc. cit. par.* 2. *num.* 17. & 20. Azor. *inſtit. mor. tom.* 2. *cap.* 7. *quæſt.* 3. Sac. Cong. Conc. in *Foroſempronien.* 17. Ianuar. 1654. & in *Eugubina* 13. Auguſti 1650. Et Sac. Congreg. Epiſc. in *Aquilana* 21. Mart. 1589. Et Sac. Rit. Cong. in *Hipporegien.* 9. Auguſti 1637. Quia Conſtitutiones Diœceſanæ non obligant, niſi Diœceſanos Subditos, vt per Bott. *par.* 3. *art.* 2. *concluſ.* 1. *num.* 1. Seraph. *deciſ.* 813. *num.* 4. alijsque.

Poſtremò, quia Clerus vnius Diœceſis eſt pars ipſius Diœceſis, & ideò non debet ſeparari à capite ſuo, ſed æqualiter haberi. Greg. *dec.* 284. *num.* 3.

Addò non abs re ſequentia, quæ ſunt veluti parerga:

Clerus, & Decanus, ſiuè alias exemptus poſſunt cogi ad intereſſendum Synodo, ſi alias, exemptione ceſſante, venire deberent Sac. Congr. Conc. in *Tiraſonenſi*.

Exempti omnes ad Diœceſanam Synodum venire debent, ſi exemptione ceſſante, intereſſe deberent, & Capitulis generalibus ſubditi non ſint, & quod de Diœceſi ſint. Eadem Sacra Cong. in *Feretrana*. Facitque *dict. cap. Quod ſupra de maior. & obed.* vbi Fagnan.

Rectores Parochialium Nullius Diœceſis tenentur accedere ad Synodum viciniorem. Eadem Sac. Cong. in *Sarſinatenſi*.

Obtinens beneficia in vna Diœceſi, vel Ciuitate, cum tamen ipſi in alia habitent, tenentur ad Synodum Diœceſanam illius Epiſcopi accedere, cui ſubiecti ſunt, illuſque leges obſeruare. Eadem Sac. Cong. in *Aquilana*.

Archiepiſcopus, & Epiſcopus non conuocans Synodum, de iure communi eſt ſuſpendendus ex cap. *ſicut olim de accuſat.* & Concil. in hoc nihil innouauit, vel addidit. Eadem Sac. Cong. 21. Mart. 1590.

Obtinens in vna Diœceſi Abbatiam, habentem curam iuriſdictionalem in Commendam, & in alia beneficium ſimplex, non tenetur ratione ſimplicis beneficij accedere ad Synodum Prouincialem.

Synodi Diœceſanæ non ſunt neceſſariò mittendæ ad Sedem Apoſtolicam, vt comprobentur. Quia Conſtitutiones factæ per verbum *Placet* tantum comprehenduntur ſub diſpoſitione Romani Pontificis. Quod locum habet in Concilijs Prouincialibus ſolummodò.

Metropolitanus, qui ex aliqua cauſa Concilium ad præſcriptum tempus celebrare non poteſt, à Sum. Pontifice diſpenſationem petat. *Eadem in Cæſarauſtana*.

Decreta, quæ in Concilijs Prouincialibus conduntur, non debent publicari inconſulto Rom. Pont. Eadem in *Florentina*, & *Ianuenſi* die 14. Iul. 1573.

Die 21. Mart. 1594. Epiſcopus Bituntinus conſuluit Sac. Cong. Conc. an ex decreto *cap.* 2. *ſeſſ.* 24. teneantur Monachi Oliuetani cuiuſdam Monaſterij, cui reperitur annexa quædam Eccleſia ſæcularis ſimplex, omnes accedere ad Synodum ex verbis eiuſdem decreti? Et Sac. Cong. cenſuit, non teneri, ſi Eccleſia eſt ſimplex, neque accedere, neque aliquem eorum nomine mittere. Sed ſi foret Parochialis, teneri eum, qui Curam exercet, ad Synodum accedere.

Ciuitatum vnitarum Epiſcopus debet in vtraque reſidere, conuenienti tamen tempore Sacra Congreg. Epiſc. in *Toletana* 16. Iul. 1601. Et in *S. Angeli in Vado* 30. April. 1655.

In functionibus Synodorum Ordinationum hebdomadæ Sanctæ alijſque ſimilibus ſeruare debet alternatiuam. Eadem Sac. Cong. in *Atrien.* 3. Febr. 1604. & 4. Maij eiuſdem anni, ac 21. Decemb. 1603. & 20. Ianuar. 1621. & in dicti *S. Angeli in Vado* die, & anno quibus ſupra nempè, quod ſi vltimæ functiones factæ fuerint in vna Ciuitate, proximæ habeantur in altera ſine reſpectu intermediorum annorum, qui propter abſentiam, vel impedimentum Epiſcopi vacui tranſierint ab eiuſmodi functionibus. Eadem Sac. Congreg. in *Pennen.* 24. Mart. 1597.

In vnaquaque Diœceſi tenere debet vnum Vicarium. Eadem in *Sutrina* 7. Iun. 1694.

Epiſcopi in Synodo non poſſunt quicquam ſtatuere, quod obuiet Canonicis inſtitutis. Multa vide apud Fagnanum.

An Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ poſſit in Synodo Diœceſana Iudex deſignari, ex diſpoſitione Sac. Conc. Trid. cap. 10. ſeſſ. 25. de refor. *Vbi aliqua de Iudicibus Synodalibus*? tom. 4. Conſul. 159.

NEgatiuè: Quia Cap. *Statutum de reſcrip. in* 6. ad quod expreſsè habet relationem Concilium circà qualitates requiſitas in huiuſmodi Iudicibus, illiuſque diſpoſitionem in hoc attendi iubet, diſponit in melius anteriores leges, illas reformando, vt nullis, niſi Dignitate præditis, aut Perſonatum obtinentibus, ſeu Eccleſia-

ſiarum Cathedralium Canonicis cauſæ auctoritate literarum Sedis Apoſtolicæ, vel Legatorum committantur; Cui etiam inhæret Conſt. Greg.XV. *de Conſer.Regul.* cum iſti quoque electi per ipſoſmet Regulares ad formam eiuſdem Conſtitutionis ſint delegati Apoſtolici. Et hanc ſententiam ſequuntur Gloſs. *in dict. cap. ſtatutum*, ibique Io: And. Franch. & alij, ac Genuen. *in pract.Eccleſ. quæſt.*612.*n.*2. Maſſobr.de Synod. *cap.*4. *lib.*10. *num.*5. *&* 25. vbi refert declarationem Sac.Cong.Conc. per hæc verba:

An *poſſit eligi in Iudicem Synodalem Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ, qui ſit Doctor, ſi non extant in Cathedrali Doctores, ſaltem itâ idonei? Sac.Cong. cenſuit, Canonicum Collegiatæ eligi non poſſe in Iudicem Synodalem*, Gauan. *in man.Epiſc.v.Iudex num.*4. quam ſententiam ait meliorem, idque etiam ſi Canonicus Collegiatæ ſit peritiſſimus; Quamuis minus rectè oppoſitum doceant plerique apud Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 106. *num.*12.

Ratio autem eſt, quia d. cap. *ſtatuimus* procedit per diſpoſitionem negatiuam, *vt nullis* &c. quæ excludit omnes alias perſonas, præter expreſſas. Et licet Eccleſia Collegiata reſpectu iuriſdictionis, quam habet ſupra perſonas Collegij, dicatur habere dignitatem, nihilominus eius Canonici non dicuntur habere dignitatem, cum non ſint in magno honore, & præeminentia, in qua verſantur Canonici Cathedralis, qui dicuntur Clerici primi Ordinis, & ſunt pars Corporis Eccleſiæ ſub capite Epiſcopi, Gonzal. *ad reg. Cancell. gloſs.*2. *num.*39. *& ſeq.*

Hinc nequit Epiſcopus ſibi reſeruare nominationem Iudicum Synodalium faciendam extrà Synodum, cum reperti fuerint præditi qualitatibus requiſitis, ſed ſi non adſunt idonei in Diœceſi, danda eſt facultas deputandi alios de conſenſu Capituli ex Sac.Congreg.Conc. in *Mazaren* 25. Maij 1640. At quando Ordinarius vult ſubſtituere aliquem in locum Iudicis Synodalis defuncti, vel abſentis per longum tempus, debet petere, ſed non ſequi conſilium Capituli, vt in *Florentina* ex declarationibus antiquis eiuſdem Sac. Congregationis, & ex alia, quam refert Fagnan. *ad cap. Nullius de elec. num.*54. per tex. *in cap. Præſentata de teſt.* Card. *conſ.*54. Et licet ex dicto Decreto Trid. *cap.*10. *ſeſſ.*25. ſtatutum ſit, quod in Synodo Diœceſana, quæ quotannis celebratur, Iudices delegati deputandi ſint; attamen, ſi Synodus non celebratur, officium Iudicum iam deputatorum prorogatur, donec Synodus habeatur, vt in *Mediolanenſi*. Ideòque monendus Epiſcopus, qui in prima ſua Synodo Diœceſana non conſtituit Iudices, quibus cauſæ à Sede Apoſtolica, & Nuntijs committantur, vt in ſecunda non prætermittat, quin eos eligat, vt in *Omucen.* etiam in antiquis declaratum fuit.

An Ordinarius poſſit compellere Regulares exemptos ad intereſſendum generalibus, ſiuè Synodalibus Congregationibus prò tuenda immunitate Eccleſiaſtica, rebuſque concernentibus indiſtinctè commodum, tum Clericorum ſæcularium, quam etiam ipſorum Regularium exemptorum? tom.4. Conſul.186.

AFfirmatiuè. Licet enim regulariter Abbates, alijque Regulares exempti, carentes animarum Cura, populo, & Capellis Epiſcopo ſubiectis, de iure ad Congregationem Synodalem accedere compelli nequeant, vt firmant DD. *in cap. Quod ſuper de maior. & obed.* fallit tamen regula, quando huiuſmodi Congregationes conuocantur ex graui cauſa communi ipſis Regularibus, Ric. *dec.*446. Pax. Iord. *de re benefic. tom.*1. *tit. de Synod. Diœceſ. num.*54. Concurrente maximè conſuetudine decennali, quæ cum non ſit contrà ius, ſatis eſt ad obligandum Regulares. Idem Pax. Iord. *vbi ſupra n.*67. Quod autem immunitas Eccleſiaſtica ſit de negotijs grauibus, imò de grauiſſimis, æquè ſpectantibus ad Clerum ſæcularem, & regularem, nemo eſt qui dubitet. Et itá ſæpè cenſuit Sac. Cong. Epiſc. & Regul. præſertim in *Maioricen.* & generatim prò rebus ſpectantibus ad mores, & ad totum Clerum, declarauit Sac. Cong. Concil.

1. *An Canonici Eccleſiæ Collegiatæ cedere debeant locum in Synodo Beneficiatis Eccleſiæ Cathedralis, quando conueniunt cum Capitulo ipſius Cathedralis? Et*
2. *An Canonici, & Clerus Cathedralis ſedere debeant in Synodo ad dexteram, Canonici verò cum Clero Collegiatæ ad ſiniſtram?* tom.4. Conſul.187.

AD 1. Affirmatiuè cum Sac. Rit. Congreg. in *Ampurienſi præcedentiæ* 20. Ianuar. 1635. quia membra non debent ſeparari à ſuo capite.

Ad 2. Reſpondendum videtur, Canonicos, & Clerum Cathedralis ſedere debere in Synodo ad dexteram, Canonicos verò cum Clero Collegiatæ ad ſiniſtram, vt cenſuit eadem Sacra Cong. in *d. Ampurienſi* 11. Maij 1641.

At ego aliter iudicandum puto; nam ſicut controuerti non poteſt, Cathedrali tanquam digniori deberi præcedentiam ſupra Collegiatam, cap. *Statuimus de maior. & obed.* cap. *Venerabili in fin.* Gratian. *diſcep.* 111. *num.* 11. & alias declarauit eadem Sac. Cong. non obſtante conſuetudine in contrarium, vt in *Tuſcbanenſi* 19. Auguſti 1619. etiam in omnibus actibus, & functionibus in propria Collegiata exercendis, vt in *Fundana* 2. Octob. 1597. referente Barboſ. *de Can. & Dign. cap.*18. *n.*48. *& ſeq.* itá, admiſſa dicta præcedentia, non videtur vllo pacto recedendum ab ea ratione, nè ſcilicet contingat membra ſeparari à Corpore, &

ab

Digitized by Google

ab illa, qua dictum eſt, Cathedralem eſſe digniorem Collegiata. Dum autem Capitulum Cathedralis ſedet ad dexteram, non ſortitur dignioré locum, & membra ſeparantur à capite: Quia prӕterquã, quod loci à dextris, & à ſiniſtris ſunt digniores ſequétibus, & ideò Mater filiorum Zebedei tales prò filijs exoptat, adhuc ſenſum patet, quod quandò ſedendum eſt in corona, licet primus locus à dextris ſit honorabilior primo loco à ſiniſtris, tamen primus locus à ſiniſtris eſt dignior ſecundo loco à dextris, & ſecundus locus à ſiniſtris eſt dignior tertio loco à dextris, & ità gradatim deſcendendo. Quippè locus honorabilior dicitur, qui eſt proximior capiti; vndè quò magis quiſque particeps eſt capitis, eò magis debet illi eſſe propinquus.

Atque adeò ſecundus Canonicus Cathedralis ſederet inferior primo Canonico Collagiatӕ, & tertius Canonicus Cathedralis inferior ſecundo Canonico Collegiatӕ, & ſic deinceps; Quod eſſet abſurdum. Alioquin ſepararentur etiam membra à ſuo capite: Quia caput, ſcilicet Epiſcopus, debet, tàm à dextris, quàm à ſiniſtris circumdari à ſuis membris, nempè Canonicis Cathedralis, qui & dicuntur Fratres Epiſcopi. Abb. *in cap. Nouit de his, quӕ fiunt à Prӕlat.* & ſunt eius; non minus manus dexteræ, quam ſiniſtra. Quinimmò contingeret, quod tybiӕ, ſiuè crura, quales reſpectu Canonicorum Cathedralis ſunt Canici Collegiatӕ, locum manus ſiniſtrӕ vſurparent, quod eſſet monſtruoſum.

Ad declarationem verò Sac. Congregationis reſpondeo, illam emanaſſe ex motiuo, quod d. Eccleſia Collegiata fuerit ſubſtituta in locum antiquӕ Cathedralis Ciuitatenſis vnitӕ Cathedrali Ampurienſi, ideòque ceſſant in ea rationes adductӕ, quas in ſuis terminis omninò certas exiſtimo.

An, & quomodò Beneficiati Eccleſiarum Cathedralium poſſint Synodo Diœceſanӕ intereſſe, contradicente Capitulo? tom. 7. Conſult. 3.

Tenendum eſt, Beneficiatos Eccleſiӕ Cathedralis non poſſe iure proprio Diœceſanӕ Synodo intereſſe. Primò non quidem vti ſimplices Beneficiati: quia vti tales Eccleſiӕ, atque Capitulo inſeruire; & obedire debent. Gloſ. *in cap. penul. v. Aſſiſios*, vbi Butr. *num.* 8. Abb. *num.* 9. & alij *de Cler. non reſid.* ac proindè contrà voluntatem ipſius Capituli nullatenus intereſſe poſſunt. Id enim eſſet Domino contradicere, non obedire.

Eòque maximè, quia in Synodo Diœceſana, vel agitur de ſtatu Eccleſiarum, circà bonorum adminiſtrationem, & ad Canonicos, non autem ad Beneficiatos ſpectat Eccleſiӕ Cathedralis ipſius bonorum defenſio, adminiſtratioque. *c. 2. §. Cӕterum de verb. ſignif. in* 6. Cӕſar. de Graſſ. *dec.* 4. *num.* 1. *& ſeqq.* & prӕcipuè *num.* 13. vbi, quod licet Beneficiati participent de anniuerſarijs communibus; non tamen dicuntur habere adminiſtrationem. Caputaq. *dec.* 84. *n.* 2. *par.* 1. Rot. *dec.* 145. *num.* 2. *&* 3 *par.* 5. *recen.* & alij. Vel agitur de Statutis, ſeù Conſtitutionibus faciendis, & id ſimiliter ſpectat, vel ad Epiſcopum cum conſilio Capituli ex diſpoſitione iuris communis, & Tridentina, iuxtà declarationem Sac. Congreg. Conc. *ad dict. cap.* 4. vel ad ſolum Capitulum priuatiuè ad Epiſcopum extrà viſitationem in concernentibus gubernium, adminiſtrationem, & ſtatum ipſius Eccleſiӕ, vt in pluribus Cathedralibus, nominatim in *Vicen.* ex antiqua ſententia arbitrali.

Secundò neque poſſunt intereſſe, vti vniuerſi: quia ipſi non faciunt Vniuerſitatem, Capitulum, ſeù Collegium. Abb. *in cap. dilecta in fin. de exceſſ. Prӕlat.* & ſubdit Cӕſar. de Graſs. *dict. deciſ.* 4. *num.* 14. Rot. *deciſ.* 136. *num.* 2. *& ſeqq. par.* 6. *recen. coram Pateuino*; Neque ipſi Eccleſiam repreſentant, ſed Canonici, qui ſibi faciunt Capitulum. Caputaq. *ead. deciſ.* 84. *num.* 3. Caual. *deciſ.* 57. *num.* 3. illamque reprӕſentant, cum appellatione ipſius Eccleſiӕ veniat Capitulum. Abb. *in cap. Eam te num.* 3. *de reſcrip. & in cap. cum non liceat num.* 2. *de reſcrip.*

Neque poſſunt iure proprio intereſſe vti ſinguli. Tum quia ij, qui iure proprio vti ſinguli in Synodo Diœceſana intereſſe poſſunt, nempè Abbates, Parochi, & cӕteri generis eiuſdem recenſentur *in d. cap. quod ſuper de maior. & obed.* & aliqui nominantur à Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 22. *de reform.* Atque inter eos non connumerantur Beneficiati Cathedralis Eccleſiӕ, ac proindè excluſi cenſentur.

Et ità etiam cenſuit, ac declarauit Sac. Congreg. Conc. in *Vicen. Synodi* 5. Nouemb. 1644. *ad dict. cap.* 2. *ſeſſ.* 24. ſcilicet, Beneficiatos huiuſmodi poſſe Synodo Diœceſanӕ intereſſe tanquam ſingulos, & vocatos ab Epiſcopo, atque in loco juxtà prӕſcriptum Pontificalis.

An Curati Eccleſiarum Regularium ſӕcularizatarum teneantur accedere ad Synodum? Vide de Regular. tom. 7. Conſul. 8. num. 28.

An Confratres poſſint confirmare ſuum Priorem, aliumne Officialem, prohibente id decreto Synodali? An Conſtitutiones Synodales ſint neceſſariò confirmandӕ, vt obligent &c.? Vide de Confraternit. tom. 10. Conſul. 8.

DE SOCIETATIBVS, SIVE SODALITATIBVS. Vide de Confraternit.

DE SOLLICITATIONE IN CONFESSIONE. Vide de S. Offic. tom. 1. Conſul. 104.

DE SPOLIIS. Vide de S. Offic. tom. 8. Conſ. 85. & 113.

DE SVBSIDIO CHARITATIVO: Vide de Epiſcopis tom.9. Conſult.142. ac de Immunitat. tom.9. Couſult.53.

DE SVFFRAGANEIS.

An Suffraganeus poſſit aliquid contrà Metropolitanum? tom.1. Conſult.33.

NEgatiuè. Iuris eſt indubitati, quod inferior Superiorem ſoluere nequit, vel ligare. *Cap. cum inferior de maior. & obed.* & quod in Patriarchas, & Archiepiſcopos ſolus Summ.Pontifex poteſtatem habet. *Cap. fin.22. diſt.* Innoc. *in d.cap.cum inferior in princ.* Clar. *in prax.crimin. quæſt.35. verſ.Vlterius quæro,* & alij; Quare ſub anno 1653. à Sac.Congr.Immun. fuit ordinatus acceſſus ad Vrbem Epiſcopo Vritano ex eo ſolum capite, quod auſus fuerat ſub prætextu Immunitatis Archiepiſcopum Tarentinum excommunicare, & à Sac. Congr. Epiſc. fuit acriter punitus Vicarius Epiſcopi, qui auſus fuerat excommunicare Vicarium Archiepiſcopi, ſicuti teſtatur Alphonſus de Leon. *de cenſur. recoll.2. num.301.* Quod & confirmauit eadem Sac.Congr.Immun. iudicio Eminentiſſimi Card. Brancacij. Et vide fuſius tom. 8. Conſul. 22. huiuſmet tractatus.

An ſit abuſiua introductio Suffraganei prouocandi ad altercationem Metropolitanum circà remiſſionem cauſarum? tom.1.Conſult.28.

AFfirmatiuè: Quia remiſſio cauſæ petenda eſt à parte intereſſata, citato collitigante, cuius etiam intereſt, non ab vno Iudice, alio Iudice citato, iuxtà morem maiorum, & ſtylum hucuſque ſeruatum non peruertendum. *leg.more maiorum,* & ibi Gloſ. *ff.de iuriſd. omn. iud.* atque obſeruantiam Roman. Curiæ, aliarum Curiarum Magiſtræ, ob quam principales intereſſati, collitigantibus citatis in dies remiſſionem petunt, prout teſtatur Ridolph. *in pr.par.3.cap.5.num.13.* Et maximè quia hæc abuſiua introductio Suffraganei in trahendo ad iudicium ſuum Metropolitanum circà id, quod partes, non Iudicem tangit, in vilipendium vergit ipſius Metropolitani, cui Suffraneus, tanquam Patri, & Paſtori præſtare tenetur reuerentiam, & pium deuotionis gerere reſpectum. Quaran. *in ſum. Bull. verb. Archiepiſcopi authoritas num.6.*

An ea, quæ à Sac.Conc. decernuntur ſpectare ad Epiſcopum antiquiorem, abſente Metropolitano, vt in cap.2.ſeſſ.24. *& in alijs, cenſeantur ſpectare ad Epiſcopum antiquiorem ex Suffraganeis, non autem ad Epiſcopum exemptum, quamuis antiquiorem, qui cum non ſit Suffraganeus, eligit interuenire in Conc.Prouinciali d.Metropolis?* tom.1. Conſultat.354.

REſp.Spectare ad antiquiorem Suffraganeum, non autem ad exemptum, quamuis antiquiorem. Ità declarauit Sac.Congr. Conc. in vna *Burgen.*17.April.1649. *ad d.locum Conc.*

1. An *Metropolitanus punire poſſit crimina notoria Subditorum, præſertim Officialium Suffraganeorum?*
2. *An inferatur à Suffraganeo Concubinarijs grauamen, dum eos monens ſub pœna pecuniaria, & excommunicationis, eos excommunicat?*
3. *An iuſtè Suffraganeus excommunicare poſſit tanquam contumaces, allegantes, non poſſe accedere ad Curiam Epiſcopalem, ob non tutum acceſſum, ad ſe examini ſubijciendum?*
4. *An à ſententia declaratoria excommunicationis ob prætenſam Clerici percuſſionem, Metropolitanus rectè admittat appellationem?* tom.3. Conſult.38.

AD 1. Affirma, ex deductis à Genuenſi *in pr. cap.88.num.12.* per hæc verba: *Vndecima authoritas notabilis eſt, quod Archiepiſcopus poteſt in tota Prouincia punire omnia delicta notoria Subditorum Suffraganeorum cap.1. §.notoria de cenſ. in 6.qui tex.communiter à DD.extenditur, vt procedat extrà viſitationem omni tempore.*

Præſertim ſi dicti Subditi proruperint in hæc crimina fiducia, ſiuè colore officiorum, tanquam Officiales Suffraganeorum. Quo caſu eadem Sac. Congr. Epiſc.15. Febr.16.... declarauit, Metropolitanum, etiam in prima inſtantia eſſe Iudicem competentem in cauſis contrà Officiales Suffraganeorum,

Ad 2. Vide de Concubinarijs eodem loco citat. Conſultatione 38. tom.3.

Ad 3. Nega: Quia prò excuſanda contumacia ſufficit qualibet cauſa, etiam colorata, & quodlibet impedimentum. Farin. *q.18.n.28.& 42.* Vermigl. *conſ.390.n.3.* Excuſatio autem non tuti acceſſus eſt iuſta, & legitima: quia nemo comparere tenetur in loco non tuto. Farinac. *ibid.num 43.& quæſt.34.num.55. & 60.*

Ad 4. Vide de Appellat. eadem Conſul. & tom.

An, & quatenus Archiepiſcopis, & Epiſcopis concedendus ſit Suffraganeus? Vide de Epiſcopis tom.4. Conſul.137.

De Suffraganeorum congrua, & eorum conſtitutione. Vide omninò de Congrua tom.4. Conſul.205. num. 5.

De

De præcedentia inter Archiepiſcopum titularem Suffraganeum, & Epiſcopum Suffraganeum antiquiorem. Vide de Præced.tom.6.Conſul.57.

1. *De Epiſcopo Suffraganeo, qui in ſuum Metropolitanum ſententiam excommunicationis protulit.*
2. *Qui non paruit reiteratis mandatis eiuſdem Metropolitani circà tranſportationem actorum, quamob cauſam fuit ab eo interdictus ab Eccleſia, & ſucceſſiuè excommunicatus ob contumaciam.*
3. *Qui cedulones eiuſdem Metropolitani lacerauit, & in illum ſuos cedulones publicauit.* to.8. Conſult.22.

QVoad 1. Attinet, iniungendum eſt Epiſcopo Suffraganeo, vt circumſcribat, & aboleſcar ex actis ſuæ Curiæ excommunicationis ſententiam, quam inconſultis motibus aduerſus ſuum Metropolitanum protulit, & de huiuſmodi circumſcriptione reuerentibus verbis illum certiorem reddat: Nam certiſſimi iuris eſt, quod Epiſcopi Suffraganei ſunt ſub Metropolitano, eique debent tanquam Patri, & Paſtori debitam reuerantiam, vt diximus *tom.1. Conſult.*28. Et inferiores ratione iuriſdictionis dicuntur Suffraganei reſpectu Metropolitani, *cap.inferior diſ.*21. Alphonſ. de Leon. *de cenſ.reſol.2.ſub init.* Inferior autem nequir ligare Superiorem *d.cap. Inferior cum ſeq. cap.cum inferior de maior. & obed.* Sicuti etiam eſt iuris minimè dubij, quod in Patriarchas, & Archiepiſcopos ſolus Sum.Pont.iuriſdictionem habet *cap.fin.22.diſ.*Innoc. *in d.cap.cum inferior*, & nos alibi. Nec vllo caſu in Archiepiſcopum Metropolitanum poteſt Epiſcopus Suffraganeus actum iuriſdictionis exercere, etiam ſi Archiepiſcopus in Diœceſi Suffraganei notoriè delinqueret, non ſolum, quia eſt maior Suffraganeo ſuo, ſed etiam quia, quandò eſt in Diœceſi ſui Suffraganei, dicitur eſſe intrà ſuam Prouinciam. Bald. poſt Innoc. *in d. cap. cum inferior de maior.& obed.in princ.* & Abb. *ibid.poſt num.*1 Imol.*num.*11.& Soc.*n.*19. Er proindè, dum d. Epiſcopus præſumpſit per publicos cedulones excommunicare proprium Metropolitanum, dignitatem Metropolitanam deprimendo, & iura Summ.Pontificis, ad quem ſolum ſpectar cognoſcere Archiepiſcopos, vſurpando; vtique non videtur huiuſmodi facinus in ſcripturam redactum aliter, quam contraria ſcriptura purgari, tam reſpectu retractationis, & abſolutionis, quam declarationis pœnitentiæ geſtorum, ex regula, quòd temerè, & de facto facta, contrario imperio reuocari debent, & quod per ea, per quod quis peccauerit, debet corrigi, & coerceri.

Nequè poteſt Epiſcopus Suffraganeus prætexere ſuum facinus ex Gregoriana: quia illa nullam tribuit poteſtatem Epiſcopis contrà Archiepiſcopos, cuiuſque verba circà poteſtatem conceſſam Epiſcopis in concernentibus redintegrationem iuriſdictionis Eccleſiæ, ſunt directa in laicos quacumque dignitare fulgentes, non in Prælatos Eccleſiaſticos.

Ad 2. Prouidendum eſt, vt Epiſcopus petat à ſuo Metropolitano abſolutionem à cenſuris in ipſum ab eo prolatis eas ob cauſas: quia poteſt Archiepiſcopus in caſu inobedientiæ, & impedimenti præſtiti ſuæ iuriſdictioni, Epiſcopum ſuum Suffrageneum ſuſpendere, interdicere, & excommunicare. *cap.2.§.fin.de offic.Ord. in 6. cap. Venerabili*, vbi Abb. *de ſent. excomm.* Quaran.*loc.cit.num.*8.Genuen.*in pr.cap.*88.*nu.*6. Maximè, quia id tendit ad purgationem violatæ obedientiæ inferiorum ergà Superiores, qua ſublata, actum eſt de Eccleſiaſtica diſciplina.

Ad 3. Prò redintegratione dignitatis Archiepiſcopalis, & prò crimine in vſurpando iuriſdictionem, ac publicando cedulones contrà Archiepiſcopum, immediatè ſubiectum Summo Pontifici, conſulo, non ſolum aliqua animaduerſione Epiſcopum dignum eſſe, prout in vna *Montis Politiani* ſeuerè actum fuit cum Epiſcopo, & in vna *Tarentina* cum Epiſcopo Vritano, ex quo ille publicauerat cedulones contrà Subcollectorem Apoſtolicum exemptum, & ille contrà Archiepiſcopum Tarentinum, vt diximus *tom.1.Conſult.*33 *hoc eodem tract. nu.*1. Nec non in vna *Liparenſi* contrà Auditorem Generalem Nunciaturæ, qui deuenerat ad cenſuras contrà Epiſcopum, & cum Vicario cuiuſdam Suffraganei, qui auſus fuerat excommunicare Vicarium Archiepiſcopi ſui Superioris, de quo teſtatur. Alphonſ.de Leon.*l.c.reſol.*2. *nu.*301. [Et nouiſſimè in vna *Surrentina* inter eiuſdem Archiepiſcopum, & perdoctiſſimum Præſulem Verde Epiſcopum *Vicen* eius Suffraganeum, & in vtroque Iure mei Lectorem.] Sed etiam obtinendam eſſe ab Epiſcopo abſolutionem à cenſuris contrà vſurpantes iuriſdictionē in exemptos ab Ordinaria iuriſdictione inflictis in Tridentina *ſeſſ.*22.*de refor. cap.*11. & in Bulla Cœnæ Domini *cap.*20.& moneo, nè Epiſcopi, vel Archiepiſcopi ſuis cenſuris, atque edictis facilè ſuam cauſam præcipiti furore corrompant. Vapor quoque in ountibus preſſus exclamat, & timidiſſimis feris ſua arma neceſſitats oſtendit.

DE TAXA CANCELLARIÆ EPISCOPALIS. Vide de Epiſcopis tom.8. Conſul.17. & de Legatis Conſul.35.

DE

DE TESTAMENTIS.

De Teſtamentis aliqua. Vide de Epiſcopis tom. 8. Conſult. 21.

INſtituit pius Teſtator ſuas hæredes Moniales N. N. hac lege impoſita, vt intrà quinquennium Monaſterium ſuæ Religionis erigant in Ciuitate N. quo non erecto intrà dict. tempus, ſubſtituit Moniales N. N. non erecto autem intrà præfixum tempus Monaſterio, factus fuit locus ſubſtitutioni, & per ſententiam Moniales ſubſtitutæ obtinuerunt hæreditatem cum onere illi adhærente. Moniales primò vocatæ intendunt proſequi litem contrà ſecundò vocatas. Iſtæ conueniunt in certam pecuniarum ſummam, nè talem litem proſequantur. Quæritur:

An ex ſumma conuenta teneantur Moniales primò vocatæ ſubire onus aliquod hæreditatis? tom. 9. Conſul. 138.

NEgatiuè, ac proindè poſſunt conuertere in beneficium proprium illam quantitatem, quam recipiunt, ob ceſſionem proſequutionis litis: Nam onus hæreditatis fundatur in ipſa hæreditate, tanquam onus reale, eſtque ipſi annexum. Ius autem proſequendi litem eſt perſonale, acquiſitum ex eo, quod ſint hæredes legatariæ; Vndè fit, quod onus hæreditatis non tranſeat, ſed remaneat apud eaſdem legatarias, iuxtà *leg. ſi hæres inſtitutus §. fin. ff. ad leg. Trebell. & leg. quædam §. nihil intereſt ff. de edeu.* vbi Iaſon, & præ alijs obſeruant Gomez *tom. 2. var. cap. 2. nu. 29.* Surd. *dec. 264. num. 2.* Garz. *de expenſ. & melior. cap. 7. num. 12.* alijque.

Ex quo fit, quod cum per ſententiam Iudicis ablata ſit hæreditas à primo dictis Monialibus, ſublatum eſt etiam onus hæreditatis, tanquam inhærens hæreditati, & nihil amplius ipſæ debent Teſtatori: quia totum eorum debitum conſiſtebat in onere adimplendo, quod inhærebat hæreditati legatæ. Ius ergò, quod habent ad proſequendam litem, quodque remanet apud ipſas, eſt ius proprium ipſarum, quod nihil pertinet ad Teſtatorem. Quia licet contingat ex actione Teſtatoris; non tamen pertinet ad ipſum, ſed conſurgit vt proprium ipſarum; Atque adeò, ſi cedentes iuri, recipiant intuitu ceſſionis aliquam pecuniarum quantitatem, pertinebit ad ipſas, vt quid de iure proprio ipſarum, nec apud ipſas remanebit onus aliquod adimplendi legatum, vtpotè adhærens ſoli hæreditati, non autem iuri proprio perſonali.

De Teſtamento cuiuſdam diſponentis electionem, & nominationem puellæ pauperis Monachandæ in Monaſterio, vt in caſu poſito. Vide de Monialibus tom. 10. Conſul. 7.

De quodam teſtamento, in quo vocatur Sacerdos proximior ad Capellaniam, vt in caſu poſito. Vide de Capellan. tom. 10. Conſul. 36.

An ſit locus ſubſtitutioni in caſu propoſito de quodam legato prò conſtructione Monaſterij. Vide de Legatis Pijs tom. 10. Conſult. 46.

An ſit valida diſpoſitio Religioſi S. Spiritus tam in infirmitate, quam in ſanitate? Vt in caſu poſito? Vide de Regularibus tom. 10. Conſult. 55.

An, & quatenus Regularis habeat factionem Teſtamenti. Voluntatem alterius declarare, &c.? Vide Regularibus tom. 10. Conſul. 79.

DE TESTIBVS.

An depoſitiones teſtium ſcribendæ ſint idiomate, quo proferuntur? tom. 6. Conſultat. 56.

ITà omninò cenſeo, nè forſan aliquandò eueniat, vt Notarij non adeò periti linguæ Latinæ vim depoſitionis non exprimant, vel aliqua verbis vulgaribus, & alia verbis Latinis modica cum dignitate exprimere cogantur, tradente Aſinio *de execut §. 6. cap. 39. num. 10.* & Poſth. *de manut. obſer. 92. num. 14.* Quare Caualcan. *de teſtib. par. 5. num. 229.* monuit, quod ſi verba teſtis ſint in vulgari ſermone prolata, non poſſunt redigi in Latinum.

An iuramentum præſtitum teſtibus in fine eorum examinis, ſufficiat ad validitatem examinis, etiam in Sancto Officio Inquiſitionis? An ſaltem faciat aliquale indicium? An ſufficiat, quod repetitus cum iuramento à principio ratificauit primum examen? Vide de Sancto Officio tomo 7. Conſult. 42.

Item alia de Teſtibus. Vide eodem tract. præſertim tom.7.

An ad conſtituendum Epiſcopum Reum requiſantur teſtes omni exceptione maiores? Vide de S.Offic. tom.8. Conſult.136.

An plures teſtes ſingulares ſingularitate adminiculatiua, non habentes, ſeù habentes exceptiones correitatis, vel alias legales, probent &c.? Vide de S.Offic.tom.8. Conſul.141.

Teſtes deponentes contrà Epiſcopum quales eſſe debeant? Vide de Appellation. tomo 10. Conſult.161.

Aliqua de Teſtibus. Vide de Canonization. Sanctor. præcipuè tom.10. Conſultat. 188. 189. 190. & alibi.

DE TRIBVNALI EPISCOPI, Vide de Cathedralibus tom.5. Conſul.72.

DE TVRCIS. Vide de Baptiſmo tom. 4. Conſult. 190.

De eorum Matrimonio. ibidem.

De Bello contrà Turcas. Vide de Bello tom. 9. Conſul.79.

An Turcarum Imperium ante finem Mundi interiturum ſit? ibidem.



DE

DE VICARIO.

An Vicarius Capitularis, abſque vlla præfinitione temporis electus, poſſit à Capitulo ad libitum reuocari? Vbi nonnulla de nullitate electionis. tom. 1. Conſul. 23.

AFfirmatiuè, iuxtà opinionem, quam tenet D. Antonin. 3. *par. ſum. tit.* 10. §. 2. *in fin.* & itá ſe Paduæ conſuluiſſe teſtatur Pauin. *de poteſt. Capit. Sed. Vacan. par.* 2. *quæſt.* 10. *ſub num.* 7. traditque Garz. *de benefic.* in *add. ad par.* 5. *cap.* 7. *nu.* 22. qui eiuſdem ſententiæ refert Sbrozium, Zeolam, Azorium, & Molinam Marincol. Epiſcopum Theani olim Secretarium Sac. Congregationis Concil. *ad tit. ne Sed. Vacan. cap.* 3. *qu.* 23. ac voluit Ricc. *par.* 4. *deciſ.* 178. qui multis iuribus, & argumentis id probat, extanque plures declarationes Sac. Congregationis Concil. *in cap.* 16. *ſeſſ.* 24. *de reform.* quæ referuntur à Garz. *d. cap.* 7. *num.* 23. à Ricc. *d. dec.* 178. *nu.* 3. & ab Epiſcopo Theani *d. quæſt.* 23.

Verum quidem eſt, quod Sac. Congregat. Epiſc. ſolet ſuam auctoritatem interponere, præcipiendo, nè Vicarius ſimpliciter electus remoueatur, abſque cauſa ab eadem Sac. Congregatione cognoſcenda, vt teſtantur Add. *ad prax. Archiep. Neapol. cap.* 87. & Garz. *d. cap.* 7. *in add. ſub num.* 22.

Sed quandò Vicarius eſt electus ad præfinitum tempus, tunc non agendum de reuocatione, ſed eò ipſo per lapſum temporis expirat iuriſdictio, & deueniendum ad nouam electionem, vt poſt relatum Stylum Sac. Congregationis Epiſcop. ſubiungit idem Garz. *in add. ad dict. cap.* 7. *ſub num* 22. & in terminis extant plures declarationes Sac. Congregationis Concil. relatæ ab eodem Garz. *ibidem ſub num.* 37. à Quaranta *verb. Capitulum ſub num.* 9. ab Epiſcopo Theani *d. cap.* 3. *quæſt.* 14. Et prò Capitulo *Hydruntino* fuit declaratum à Sac. Congreg. Epiſc. 19 Mart. 1622.

Similiter quandò electio eſt nulla, ſiuè fuerit ſimpliciter, ſiuè ad tempus facta, poteſt etiam durante tempore, & abſque cauſa retractari, & ad nouam electionem deueniri. Garz. *in add. ad dict. cap.* 7. *ſub num.* 22. vbi etiam refert Sacram Congregationem Epiſc. hoc ipſum reſcripſiſſe Archiepiſcopo *Surrentino*, neque electio nulla ſolet à Superiore validari, *cap. Nihil* 44. §. *Cæterum de elect.*

Nullitas autem erit patens, ſi non ſolum non fuerint vocati omnes ex Canonicis electoribus, cum tamen ad irritandam electionem ſufficit contemptus vnius. Gloſ. Abb. & alij *in cap. Quod ſicut de elect.* Rot. *in Meten. Adminiſtrationis Epiſcopatus* 14. *Iul.* 1618. *coram Remboldo*, ſed etiam ſi apparuerit, electum ex ſuffragatoribus habuiſſe ſolum medietatem ſuffragiorum, quæ non ſufficiunt ad legitimam electionem, cum requiratur maior pars, non reſpectu aliorum, qui minora vota habuerunt, ſed reſpectu totius Capituli. *cap. Cum Eccleſia veſtra il* 2. §. *verum cum ſuper*, vbi Gloſ. & DD. *cap. in Geneſi de elect. ac alibi.* Rot. *in Meten. Monaſterij* 15. *Iul.* 1621. *coram Coccino.*

Nec dicatur, huiuſmodi electum habere maiorem partem, eò quod habet tantum medietatem votorum. Quoniam debet excedere ſaltem in vno voto, alias electio eſt nulla. Gloſ. *in cap. vnic. verb. Aſſenſu ne Sed. Vacan. in* 6. Abb. *in cap. Poſtulaſti num.* 14. *de conceſſ. Præb.* Bellam. *in cap. Quopropter* §. *Niſi fortè dub.* 3. *num.* 8. & Rota reſoluit *in Hiſpalen. Canonicatus* 13. *Febr.* 1617. *coram Buratto.*

Neque huiuſmodi electio poterit conualidari ex ſubſcriptione litterarum patentium facta à maiori parte Canonicorum: Quia vota debent dari Collegialiter, & in Capitulo, itá vt non ſufficiat conſenſus poſtea datus, vti à ſingulis. Innoc. *in d. cap. in Genuenſi n.* 7. *ad fin.* & Buratt. *n.* 24. *de elect.* Gloſ. Abb. Imol. Card. aliique. *in d. cap. Eccleſia veſtra il* 2. ac Rota *ibidem*. In Capitulo autem, & collegialiter electum habuiſſe tantum medietatem votorum apparere poterit ex publico inſtrumento, cui creditur. Innoc. *in cap. Innotuit n.* 3. vbi etiam Io: Andr. *n.* 20. Rota *in Treueren. Abbatiæ S. Maximi* 20. *Nouemb.* 1624. *coram Coccino.*

Nec refert, quod Sac. Conc. non det formam præciſam eligendi Vicarium Capitularem: Nam ſatis eſt, quod dicat, electionem eſſe faciendam à Capitulo. Non enim dicitur facta à Capitulo, dum non eſt facta à maiori parte, collegialiter congregata, etiam ſi poſtea Canonici, vti ſinguli acceſſerint in numero ſufficienti. d. cap. *Audiſtis.* cap. *in Genuenſi*, vbi DD. *de elect.* Abb. *in cap. omnes n.* 5. vbi Felin. *n.* 25. *ac alij*. Eò magis quia Conc. vtitur verbo *conſtituere*, quod eſt ſimul ſtatuere. Rebuf. *in l. verbis legis v. Conſtituendi de verb. ſignif.* Et proindè non ſufficit ſubſcriptio facta à Canonicis vti ſingulis. Caualer. *dec.* 193. *n.* 5. & reſoluit Sac. Congr. Epiſc. 18. Nouemb. 1625.

Ac minus electio ſuſtinetur ex eo, quod electus vnus ex vocalibus poterit conſentire propriæ electioni, vt eius vox computetur prò conſtituenda maiori parte votorum. Quia vbi electio procedit per ſecreta ſuffragia, non poterit

ſeipſum eligere, nec ſuum votum computare in numero. Hoſtien. *in cap. per veſtras n. 5. de inrepatr.* quam ibidem ſequitur Io: Andr, *n. 4. ac alij.* Rot. *in Bergomen. Capellaniæ 27. Iun.* 1615. *coram Buratto.* Præterquam, quod non ſufficit hoc facere poſſe, ſi non fecerit, nequè in Capitulo ſeipſum nominauerit. Si enim alij Canonici non poſſunt, vti ſinguli conſentire extra Capitulum, multò minus poterit idem electus propriam electionem validare, ſi in Capitulo non habuerit vota ſufficientia.

Cæterum aducto, quod nouiſſimè Sac. Congr. Epiſc. ſæpè decreuit, Vicarium Capitularem non poſſe eligi ad certum tempus, puta ad tres Menſes, ſed eligendum eſſe prò toto tempore vacationis Eccleſiæ. Ità in vna *Sutrina* 14. Febr. 1653. in vna *Puteolana* 14. Nouemb. 1659. & alibi. Nec poſſe Capitulum ad ſui libitum Vicarium reuocare ſine cauſa per Sac. Congregationem approbanda, vt in vna *Neapolitana* 1. Septemb. 1603. & in vna *Meſſinen.* 6. Mart. 1618. Et quidem ſummo iure: Nam alias Vicarius metu remotionis ab officio, non exercet ſuam iuriſdictionem, cum opus fuerit, etiam in Capitulum, & Canonicos; Vndè cum Sac. Conc. arctauerit Capitulum ad conſtituendum Vicarium intrà octo dies, voluit, id neceſſariò fieri per electionem; De iure autem nullus Officialis, per electionem canonicam conſtitutus amoueri poteſt abſque cauſa ad nutum: quia non ſubeſt amplius Electoribus quoad exercitium iuriſdictionis, etiam ſi Superior eſſet Regularis. cap. 2. §. *Priores de ſtat. Regul.* Quapropter eadem Sac. Congr. cenſuit, vnam ex cauſis remouendi Vicarium Capitularem, vti indignum, eſſe, ſi patiatur aliquod fieri contrà libertatem Eccleſiaſticam. Ità in vna *Materana* 16. Iul. 1601. Item ſi abſque cauſa inhibeat Suffraganeo, vel eius Vicario exercitium ſui officij, vt in vna *Tarentina* 17. Ianuar. 1600. vt in alia *Materana* 8. Maij 1604. Pariter, ſi non reſideat, ſi ſit debitor Capituli, ſi acciperet pecunias prò dimiſſorijs, ſi patiatur exceptiones, vel odio habeatur à populo, & id genus alia, vt cenſuit eadem Sac. Congr. in vna *Triuentina* 7. Iun. 1621. in vna *Nullius Altamuræ* 13. Iul. 1646. in vna *Tranen.* 17. Maij 1604. & in vna *Neapolitana* 26. Ianuar. eodem anno, quam propoſuit tunc temporis einſdem Sac. Congr. Secret. poſtea verò Eminentiſs. Card. Hieronymus Farneſius.

An Ordinarius poſſit in cauſa Canonizationis Sanctorum deputare Iudicem prò conſtructione proceſſus ſuum Vicarium foraneum? Vide de Canoniz. tom. 1. Conſul. 285.

An officium Vicarij, cui delegata eſt cauſa Canonizationis, expiret poſt obitum ſui Epiſcopi? Vide de Canonizat. tom. 1. Conſul. 250.

An, attenta diſpoſitione Sac. Conc. Trid. cap. 3. ſeſ. 25. de refor. *poſſit Epiſcopus delegare facultatem Vicariis foraneis, concedendi litteras monitoriales prò rebus deperditis, ſeù ſubtractis?* tom. 1. Conſul. 256.

NEgatiuè, ſed tantum Vicarijs Generalibus. Et ità cenſuit Sac. Congr. Conc. 25. Iun. 1653. Imò Fagnan. *in cap. Quoniam de offic. deleg. n. 43.* refert, eandem Sac. Congr. die 8. Febr. 1590. declaraſſe, non licere Epiſcopo hanc facultatem alteri, quam Vicario Generali delegare, nequè ſpecialiter.

An in Vicarium Capitularem eligi poſſit non Doctor, reiectis alijs in vtroque iure Doctoribus? tom. 1. Conſul. 317.

NOn poſſe, ac proindè, ſi eligatur, electionem eſſe nullam. Quoties enim omittitur graduatus, cum haberi poſſit, & eligitur carens tali titulo, electio eſt irrita, vtpotè facta contrà formam præſcriptam à Tridentino. Ità Genuenſ. Quaranta, & alij, quibus accedit declaratio Sac. Congr. præſertim in vna *Cretea.* 15. Octob. 1644. *ad cap. 16. ſeſ. 24. de refor.* Vide fuſius to. 7. Conſ. 4. tract. eiuſd.

An Vicarius Generalis, habens facultatem à Sede Apoſtolica faciendi omnes benedictiones fieri ſolitas ab Epiſcopo, in quibus non adhibetur Oleum Sacrum, poſſit, abſente Epiſcopo, benedicere Moniales, habentes requiſitas qualitates in Conſecratione, & Velatione? Vide de Monialibus tom. 1. Conſul. 326.

An Epiſcopus non retinens Vicarium Generalem, poſſit exequi litteras Apoſtolicas Vicario directas? Vide de Epiſcopis tom. 1. Conſul. 342.

An Vicarius Generalis, qui interuenit examini, poſſit, præter Examinatores, interrogare Examinandos, etiam, ſi anteceſſores fortè id non fecerint? Vide de Examinator. tom. 1. Conſul. 403.

An Epiſcopus, vel Vicarius Generalis teneatur dare litteras approbationis ijs, qui fuerunt ab Examinatoribus ad Ordines, Confeſſiones, & ad Curam animarum approbati, quamuis certus in conſcientia credat, huiuſmodi approbatos eſſe minus idoneos? Vide de Examinat. tom. 1. Conſul. 405.

CVm Sac. Cong. Conc. cenſuerit in Vicarium Capitularem eligi poſſe etiam aliquem extrà Capitulum, ſi tamen quis de gremio Capituli reperiatur habilis, iſtum, cæteris paribus, eſſe præferendm. Ideò quæritur:

Quo-

Quomodò intelligenda ſint verba illa: Cæteris paribus, *ità ne, vt ſi in Capitulo adeſſet habilis, eligi poſſit, etiam ſi alius extrà Capitulum eſſet magis habilis?* tom. 1. Conſul. 411.

RESpondetur; Eſſe præferendum. Ità etiam declarauit Sac. Congr. Conc. in vna *Nerstonen.* 18. Iul. 1643. *ad cap.* 16. *ſeſ.* 24. *de refor.*

An Epiſcopus prò cauſis Diœceſanorum vnius Diœceſis deputare debeat Vicarium Generalem in alia Diœceſi, quandò ſunt duæ Cathedrales vnitæ? Vide de Cathedral. tom. 1. Conſul. 414. & tom. 9. Conſul. 135. Sum. n. 2.

De Vicario quoad litteras Dimiſſoriales. Vide de Immun. tom. 3. Conſul. 8.

1. *An Vicarius Generalis Epiſcopi, qui durante officio, fuit creatus, & conſecratus Epiſcopus, poſſit creatione, & conſecratione non obſtantibus, retinere d. munus Vicarij Generalis, dum ſe præparat, & expectat opportunam commoditatem conferendi ſe ad ſuam Eccleſiam, ſintque valida per eum geſta tanquam Vicarium? Et*
2. *An pœna contenta in Sac. Conc. Trid.* ſeſ. 6. cap. 1. & ſeſ. 23. cap. 1. de refor. *contrà Epiſcopos non reſidentes, nec non in Conſtitutione Pij IV. data* 4. Septemb. 1560. *contrà eos, qui abſque legitima cauſa extrà ſuas Eccleſias per ſpatium quatuor Menſium immorantur, habeant locum contrà præfatum Epiſcopum, iam à quatuor Menſibus conſecratum, qui non dum adeptus eſt poſſeſſionem ſuæ Eccleſiæ propter diſtantiam itineris, nec ſtat per ipſum quin eam aſſequatur?* tom. 3. Conſul. 22.

AD 1. Affirmatiuè. Nullo enim iure prohibetur, quin Epiſcopus poſſit eſſe Vicarius alterius Epiſcopi, imò videtur permiſſum per tex. in cap. plerique, vbi Gloſ. *v. neceſſitas de Offic. Ord.* Anchar. *in cap. fin. de Offic. Vic. in 6.* Sbroz. *de Vicar. lib.* 1. *cap.* 44. *n.* 1. Azor. *inſtit. moral. lib.* 3. *cap.* 45. *q.* 6. Quod in hoc caſu facilius procedit, cum eiuſmodi Epiſcopus non acceptauerit munus Vicarij poſt ſuam electionem, & conſecrationem, ſed ſolum continuauit in eo munere, quo fungebatur ante ſuam conſecrationem, ſicque intrat regula, quod facilius quid conſeruatur in eſſe, quam de nouo fiat *l.* 1. §. *Quamuis ff. de poſtul.* traditque Rota *dec.* 244. *n.* 2. *diuerſ. & dec.* 265. *n.* 2. *& ſeq.* coram Greg. XV.

Ad 2. Negatiuè. Cum Tridentinum, & Conſtitutiones Pontificiæ loquantur contrà illos, qui Eccleſias ſuas deſerunt, & per varia loca vagantur; non verò contrà illos, qui nunquàm poſſeſſionem fuerunt adepti; cumque ſint conſtitutiones pœnales, non debent extendi ad alios caſus, præter expreſſos, cap. *Statutum de elect. in 6.* cap. *In pœn. de reg. iur. eodem.* Seraph. *dec.* 393. *n.* 8. Et quamuis eadem ſit ratio in Epiſcopis, qui ſuas Eccleſias deſerunt, ac in illis, qui poſſeſſionem non capiunt; non tamen eadem debet eſſe iuris diſpoſitio quoad incurſum pœnæ, cum iſte caſus in illis non exprimatur. Cap. *Is, qui ſub princ. de ſent. excom. in 6.* Præſertim cum ad capiendam poſſeſſionem Epiſcopatus non ſit tempus aſſignatum à iure Garz. *de benefic. p.* 11. *cap.* 6. *n.* 12.

Videtur tamen obſtare Conſtit. Vrb. VIII. editam anno 1634. die 12. Decemb., qua ſtatuit, vt Epiſcopi, & iis maiores Prælati, etiam S. Rom. Eccl. Card. reſidere teneantur, neque à loco reſidentiæ diſcedere, niſi prius obtenta licentia à Papa per Breue &c., vt dictum eſt de *Reſidentia Epiſcopi*, præſertim *tom.* 4. *Conſul.* 17.

Verum puto, quod pœnæ non procedunt, ſi neceſſitate, ſeù impedimento graui, & inſuperabili fuerit Epiſcopus præpeditus, vt in materia conſecrationis Epiſcopalis tenet Henriq. *lib.* 10 *cap.* 34. cum aliis per eum allegatis per cap. *Quoniam quidam* 100. *diſt. Pelagij Papæ.* Et ratio eſt, quia antea non videntur vrgeri ad reſidentiam iure naturali, cum per eos non ſtet, quominus conſecrationem, vel poſſeſſionem ſuſcipiant. Vndè excuſari à dictis pœnis, qui bona fide abſunt, ſcilicet, ſi à mortali excuſentur, tradit Garz. *p.* 3. *cap.* 2. *n.* 36. Atq; ità declarauit in hoc caſu Sac. Congr. Conc. in vna *Limana* 7. Septem. 1634. ſcilicet non incurriſſe, niſi quatenus ſteterit per ipſum.

An, & quatenus Vicarius Generalis Epiſcopi præcedere debeat Canonicis, & Dignitatibus Cathedralis? Vide de Præceden. tom. 3. Conſul. 64.

An Epiſcopus poſſit concedere Vicariis Foraneis patentatos gaudentes priuilegio fori? Vide de Immunitate, tom. 4. Conſ. 5.

An Vicarius Capitularis Canonicus, Sede vacante, poſſit præcedere Dignitates in aliquibus actibus? Et, quid de celebratione Miſſæ in funere Reginæ, Regis Epiſcopi &c.? Vide de Dignitat. tom. 1. Conſul. 183. *Sum. num.* 5. *&* 6.

An vbi quis ſuffragiis eligitur, votorum maioritas vel ſanioritas potius attendenda ſit? Vide de Capitulo; tom. 5. Conſul. 16.

An, & quatenus Vicarius Capitularis procedere poſſit in ijs, quæ commiſſa fuerant Epiſcopo, qui in fata conceſſit à Sac. Rit. Cong. prò executione eius decretorum? Vide de Canonizatione tom. 5. Conſul. 24.

An

An Electio Vicarij Capitularis, à cuius concurſu aliquis reiicitur, ſit valida? tom. 6. Conſul. 7.

NEgatiuè: Nam quilibet idoneus de iure poteſt eligi, idcòq. non poteſt à concurſu repelli. Rot. *in rec. dec.* 65. *num.* 6. *&* 7. *p.* 1. Sicuti ex eadem ratione non poteſt Epiſcopus repellere concurrentem ad Parochialem. Garz. *de beneſ. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 100. Barboſ. *in coll.* ad Conc. *ſeſ.* 24. *cap.* 18. *de ref. nu.* 63. & Rot. *coram Eminentiſs. Ottobono dec.* 37. *num.* 3. *&* 4.

Reiectio enim idonei vim habet voluntariæ coarctationis ad certum numerum eligendum, quæ non permittitur electoribus in præiudicium aliorum, ſolumquè coarctationes permittuntur dumtaxat poſt factum ſcrutinium, dummodò omnes in eo fuerint admiſſi, & tanquam minus idonei reiecti, quod ſi quis à ſcrutinio repellatur, ex hoc ipſo electiò dicitur reiecta, & coarctata, vt declarat eadem Rot. *eadem. dec.* 37. *num.* 8. & Lauor. *var. lucubrat. tit.* 4. *cap.* 21. *num.* 15. Barb. *vot.* 37. *num.* 66. & Rot. *d. deciſ.* 65. *num.* 6. *&* 7. *p.* 1. *recen*;

Idoneus autem cenſetur quilibet Doctor, & maximè, ſi in Vicarium Capitularem aliàs fuerit electus, quo in caſu non eſt iteranda inquiſitio. Cap. *accepimus de ætat. & qualit.* Peyer. *de ſubſtit. tom.* 1. *q.* 1. *cap.* 31. *num.* 10. Caſtil. *de elect. cap.* 13. *num.* 21. aliiq. Rot. *in Pampilonenſi Beneficij* 6. *Decemb.* 1620. *coram Rembolđo, & in Melevitana Commendæ* 17. *Mart.* 1645. *coram Bichio*.

Eſſetq. huiuſmodi electio, non ſolum inualida, ſed etiam attentata, ſi à declaratione electorum ſuper inhabilitate fuerit appellatio interpoſita, cum non poſſit, diſcuſſione pendente, fieri electio. Cap. *ſi poſtquam de elect. in* 6. ac Rot. *coram Eminentiſſimo Ottobono dec.* 29. *n* 55. *& dec.* 37. *ſub. num.* 30. *& in Melevitana Mareſcellatus* 26 *Maij* 1642. *coram Dunozeto*.

Neq. diſcutiendum eſt: an appellatio fuerit iudicialis, an extra iudicialis. Etſi enim electio ex ſua primæua natura ſit actus extraiudicialis; ſit tamen iudicialis ex concurſu, & contradictione oppoſitorum. Barb. *d. vot.* 37. *ſub num.* 8. Poſtquam enim grauamen comprobabatur ex cauſa appellationis, electio interim facta ſemper eſt attentata, quamuis appellatio fuerit extraiudicialis, vt tradit Rot. *apud Burat. dec.* 77. *num.* 4. *&* 5: *& coram Eminentiſſimo Ottobon. d. dec.* 29. *num.* 56.

Præſertim, ſi qui fuit prima vice electus poſt declaratam nullitatem, interfuerit nouæ electioni, & votum dederit vnà cum aliis, quo in caſu fateatur, & admitteret nullitatem, ſine quà non potuiſſet electio iterari; Vndè non poterit poſtea impugnare. *cap. cum Eccleſia Sutrina* §. *non igitur de cauſ. poſſ. & propr.*

1. *An omnes Beneficiati, tam Cathedralis, quam Collegiatarum Ciuitatis, poſſint ex immemorabili conſuetudine vnà cum Dignitatibus, & Canonicis Cathedralis eligere Vicarium Capitularem, cæteroſque Officiales ad Eccleſiæ regimen neceſſarios? Et*
2. *An quilibet ex tribus fratribus Canonicis in Sacris Ordinibus conſtitutis, debeat vocem habere in Capitulo?* tom. 6. Conſul. 53.

AD 1. Negatiuè reſpondendũ videtur ex Sac. Conc. Trid. *ſeſ.* 24. *cap.* 16. vbi decernitur, quod Capitulum Officialem, ſeù Vicarium infrà octo dies poſt mortem Epiſcopi conſtituere, vel exiſtentem confirmare tenetur. Beficiati autem maximè Collegiatarum non ſunt de Capitulo Cathedralis, quod etiam conſtat ex ſequentibus declarationibus:

In Aretina 13. *Septemb.* 1647. *Sacra; &c. cenſuit, Vicarium Capitularem capitulariter, & per ſecreta ſuffragia eligi debet intrà octo dies à morte, vel translatione Epiſcopi, vel eius notitia, & à Capitulo Cathedralis non Collegiatæ Cathedrali ſubiectæ.*

In Sypontina 6. *April.* 1656. *Sacra? &c. cenſuit, non conſtare de Cathedralitate Eccleſiæ Montis S. Angeli, ſeù Gargani, ac proindè, non eſſe locum electioni Vicarij Capitularis à Capitulo Garganico, vacante Sede Epiſcopali Sypontina?*

Vndè eadem Sac. Congreg. 8. Nouemb. 1658. declarauit nullam electionem Vicarij Capitularis, factam à Capitulo Garganico.

Nihilominus affirmatiuè puto reſpondendum. Quoniam licet ex diſpoſitione Sac. Conc. Trid. loc. alleg. Capitulum, Sede vacante, Vicarium conſtituere teneatur, & regulariter ſoli Canonici faciant Capitulum; attamen per conſuetudinem immemorabilem, tam Dignitates, quam Beneficiati poſſunt effici de Capitulo, & ſub Capituli nomine comprehendi. Rot. *dec.* 296. *num.* 5. *& ſeqq. p.* 1. *& dec.* 708. *num.* 2. *p.* 3. *recen.* Vndè in hac ſpecie Beneficiati, qui alias elegerunt Vicarium Capitularem, debent manuteneri in poſſeſſione illum eligendi, Rot. *dec.* 8. *num.* 1. *&* 5. *p.* 5. *recen.*

Non obſtant declarationes adductæ: Nam loquuntur in caſu, in quo non adeſt conſuetudo immemorabilis.

Ad 2. Affirmatiuè ex Sac. Congreg. Conc. in *Hydruntina* 27. Mart. 1653. *ad cap.* 4. *ſeſ.* 22. *de ref.* & in *Feſulana* 4. Maij 1639; quæ in ſimili cenſuit, Patruum, & duos Nepotes habentes in eadem Eccleſia Canonicatus, poſſe votum habere in actis Capitularibus, præciſo Statuto, vel conſuetudine in contrarium.

An reductio Miſſarum commiſſa Epiſcopo, poſſit fieri per Vicarium? Vide de Legat. piis? tom. 6. Conſul. 69. *num.* 4. 5. *&* 6.

Digitized by Google

An Vicarius Capitularis ità dicatur exceſſiſſe in ſuo officio, vt iterum eligi non poſſit, ſi fuerit maculatus, & vti reus criminum delatus? Si Regularem in carceres intruſerit abſque ſufficienti cauſa, ſi luſerit ludo alearum, vel taxillorum publicè? Vbi de ludo alearum plura, de Clericis aleatoribus, & in eos pænis? tom. 6. Conſul. 93.

AFfirmatiuè. Porrò ille dicitue maculatus, qui de crimine aliqno delatus eſt; *DD. ad tex. in leg His verbis* 48. *§. Interdum*, ibiq. Gloſ. *v. maculatum ff.* de *hared. inſtit.* §. *Eſt tamen caſus verſ. Seruum*, vbi Gloſ. *v. maculatum. ideſt accuſatum Inſt. eodem tit.*

Hoc autem ſolum caput ſufficiens ceedetem ad excludendum aliquem ab ambitu, vel eum conſideremus criminoſum, cnm ſufficiat, quod vnico crimine ſuerit notatus, ex eatione tex. *in cap. Teſtimonium de teſtib.* Campanil. *in diuerſ. iur. Can. rub.* 11. *cap.* 23. *num.* 1. eóq. magis, ſi pluribus criminibus notatus oſtenditur, ideòq. inhabilis, cap. *Meminimus de accuſat.* Campanil. *d. cap.* 33. *nu.* 1. Caſtellin. *de elect. cap.* 4. *num.* 45. ac alij. Inter autem alia crimina ludus alearum, & taxillorum ſecum trahit ſaltem infamiam facti, ſecundum Baebos *de offic. & poteſt. Epiſc. par.* 2. *alleg.* 43. *n.* 11.

Ratio eſt: quia ad cegimen Populi, præcipuè in ijs, quibus ſpiritualia ſune annexa, & agitue de gubernio animarum, vir probus eligendus eſt, iuxtà Sac. Canones, & D. Tho: 2. 2. *q.* 185. *ar.* 3.

Porrò non leuis momenti eſt ad totaliter quemquam reddendum inhabilem ad munus Vicariatus imputatio exceſſus commiſſi in Regularem, exeedendo terminos ſuæ iuriſdictionis, nam ex diſpoſitione Sac. Conc. Trid. *ſeſ.* 25. *cap.* 14. *de Regul.* intecdictum eſt omnibus Ordinariis Regulares in carceres coniicere, ac punire, ſed tantum deberet terminum Superioribus Regularibus ſtatuere ad corrigendum eorum Subditos notoriè delinquentes cum ſcandalo populi, vt alibi diximus in *tract. de Regular.* Præcipuè ſi exeeſſerit in tetinendo eum in carceribus publicis, & non temittendo ad ſuos Iudiees; Maximè prò cauſa colorata ingreſſus in domum Mulieris, quod per ſe non eſt reprehenſibile, etiam ſi concurtat fama, & mulier eſſet formoſa, Matthefil. *ſingul.* 119. *num.* 1. Farinac. *conſ.* 78. *num.* 17., & *conſ.* 8. *num.* 50. Ideòq. peccauit contra Iuſtitiam, vt imprudens, atquè inconſultus, Alciat. *reg.* 3. *præſump.* 9. *num.* 14. Bertazzol. *conſ.* 51. *num.* 27. vndè ſiuè per malitiam, ſiuè per imperitiam id commiſerit, non ſolum non eſt promouendus, ae eligendus, ſed electus remouendus. DD. cum. Gloſ. *in cap.* 1. *v. inſufficientem de renunc. in* 6. & *l. vt gradatim §. reprobari ff. de muner. & honor.* Alciat. *reg.* 3. *præſumpt.* 19. *num.* 5. Quin etiam dicendum, ſi quis id commiſerit contrà Canones *de vit. & honeſt. Cler & ne Cler. vel Monach., ac de exceſſ. Prælat.* irregularitati obnoxium. Specul. *in prax. lib.* 1. *p.* 1. *tit. de diſpens. rubr. quid ſit irregularitas, & iuxtà propoſitionis ordinem. nu.* 1.

Maximè autem, ſi concurrerint quamplures Populi reclamationes, quæ faciune probationis gradum. Farinac. *de indit. & tort. q.* 52. *nu.* 157. & ludus alearum, & taxilorum in locis publicis. Eiusmodi enim electioni reſiſtunt Sacri Canones, eam irritando, cap. *inter dilectos de exceſſ. Prælat* Cap. *Clerici de vit. & honeſt. Cler.*

Porrò ludus aleæ, ſeù fortunę propter mala, quæ indè naſcuntur, damnatus eſt, tam de iure Ciuili, quam Canonico, Can. *Epiſcopos* 35. *d. l. alearum C. de Relig. & ſump. fun. & alea.* Et quamuis laici aleis ludentes, etiam frequenrer per ſe loquendo, ſeù ex hoc lolo non cenſeantur peccare mortalitee, qnia leges pęnales contrariæ quoad eos cenſentue conſuetudine conteacia derogatæ. Nauar, *cap.* 20. *num.* 11. Medina, Soto, Alcozer, Caſtro, quos allegat, & ſequitur Sanch. *Opuſc. lib.* 8. *dub.* 25. *nu.* 5. Tamen Clerici in Sacris, vel Beneſiciati; multóq. magis omnes Religioſi, & Epiſcopi ludentes ludo prohibito, peccant mortaliter, ſi id faciant frequentet, ſeù ex conſuetudine, vt *d. Cap. Epiſcopus*, ibiq. Gloſ. *v. deſeruient*, quam ibi ſequitur Vgo, & Turrectem; ac Præpos *num.* 6. alijq. Tum quia pænę impoſitæ à Sactis Can. ſunt graues contrà luſores. Tum etiam quia non continent conſilium, ſed pręceptum, vt contrà Innocentium ſcribunt omnes in *cap. Clerici* 15 *de vit. & honeſt. Cler.* cum aliis per Farinac, *q.* 109. *num.* 92. Quod multò magis peoeedie, vbi ludus eſſet vetitus ſub excommunicatione per Conſtitutiones Synodales, vt ſcribit Azor. *inſtit. moral. lib.* 5. *cap.* 27. *quæſt.* 2.

Nomine Clericorum veniunt omnes in hac materia etiam in minoribus conſtituti, Alcozer *de ludo c.* 11. quę opinio verioe videtue. Primò *ex d. can.* 1. *d.* 35. vbi licet maior imponatur pęna Epiſcopo, Sacerdoti, & Diacono, quam aliis, nihilominus omnes puniuntnt. Secundò quia, quamuis in Clericis conſtitutis in Sacris, & Benefieiatis luſus habeat maiorem deformitatem, quam in Clericis ſimplieibus; tamen ſempet verum eſt, quoſcumquè Clerieos obligati ad Clericalem honeſtatem, *tot. tit. de vit. & honeſt. Cleric.*

Aleatorum verò ſuſceptores, qui vt dieitur *in l.* 1. *ff. de alea luſu, & aleat.* receptant colluſores alearum, paratum locum commodare ſoliti omnibus ludere volentibus aleis, ſunt in ſtatu eeprobo: quia ſempet peccant mortaliter, cum ſint cauſa proxima fraudum, rixaram, & blaſphemiarum, & pat ex *d. l.* 1; & *l. alearum C. de Relig. & ſumpt. fun.* & tenentur in conſcientia in ſubſidium reſtituere quiequid colluſores ibi, ſeù in ipſorum ſtatione damni paſſi fuerint, ſiuè ex rixa, ſiuè ex fraude, aut aliter per iniuſtitiam.

Digitized by Google

ſtitiam. Sanch. *l. c. dub.* 21. *nu.* 1. & 5. cum aliis Doctoribus.

Prima autem pœna tenentis ludum domi eſt, quòd ſi quis eum verberauerit, vel damnum dederit, non poterit contrà iniuriantem, vel damnum dantem agere, quia in odium ludi iudicium ipſi non redditur, *dict. l.* 1. *in princ. ff. eodem* Par. de Put. *in tr. de ludo nu.*46. Caccialup. *eodem tr. num.*65. ac alij.

Secunda, pœna, quòd ſi ipſe ludi ſuſceptor aliquem verberat, punitur pœna arbitraria, Caccialup. *loc. cit. num.*70. Menoch. *conſ.*400. *num.* 17.

Tertia, pęna, quòd ſi tempore, quo luditur domi ſuſceptoris, in dicto domo fuerit aliquid ſubtractum, non competit illi actio furti, ſed furtum erit impunibile, *dict. l.* 1. *in princ. ff. de alea luſu, & alea* ibique Odofred. Bartol. & Florian.

Quarta, vt domus, in qua luſus habetur applicatur Fiſco. *dict. l. fin. C. de Relig. & ſump. fun.* Angel. *de malef. v. metitor num.*5. Idoch. *in pr. crim. cap.*326. *num.*8. ac alij.

Quinta, pœna, quod retinens domi ludum, vltrà prædictas pœnas, poteſt puniri pœna extraordinaria. Angel. *loc. cit. nu.*6. Amad. *de Sindic. num.*95. ac alij.

Aleatores autem, ſcilicet publici luſores alearum, ideſt, qui, vt ait Menoch. *vbi ſupra*, & Rot. *diuer. deciſ.*426. *par.* 1. indifferenter, ſeù cum diuerſis, & ad longum tempus. ac de notabili quantitate, ac frequenter ludunt; Itemque aleatorum ſuſceptores ſunt perſonæ viles, & infames, vt habetur *in dict. cap. Inter dilectos de exceſ. Præl.* ibique Abb. *num.* 1. & 2. Barb. *num.*3. vbi plures allegat.

Hinc ſequitur, quod aleatores, & ſuſceptores ſunt repellendi à teſtimonio ferendo, quando tempore ferendi teſtimonij retinent talem conſuetudinem. Roland. à Valle *conſ.*34. *nu.* 2. & 4. *lib.* 2. Gutier. *de controuer. iur. cap.* 53. *num.* 5.

Sequitur item, quod iſti ſunt irregulares, vt promoueri non poſſint ad Ordines. Gloſs. *in cap. Clerici* 15. *v. ad aleas de vit. & honeſt. Cleric:* Maiol. *lib.* 3. *de irregul. cap.* 1. *num.*7. durante ſcilicet infamia prędicta, ſecus poſt triennalem vitæ emendationem.

Item, ſequitur ſecundum multorum ſententiam, quod iſti ratione infamiæ facti ſunt inhabiles ad obtinenda beneficia Eccleſiaſtica, ità vt collatio eis facta, ſit ipſo iure nulla, Abb. *in dict. cap. Inter dilectos num.* 8. Vitalin. *de ludo num.*6. alijque, & tenet Rot. *diuerſ. dec.* 426. *num.* 2. licet alij teneant, quod collatio non ſit ipſo iure nulla.

Id tamen certum eſt, quod ſi agatur de beneficio aleatori conferendo, vel de eo inſtituendo, vel confirmando, repellendus erit, & caſſanda præſentatio, nominatio, ſeù electio, vt *dict. cap. Inter dilectos*, ibique Abb. *num.*6. Rot. *diuerſ. l. c. n. vlt.* Gatz. *de benefic. num.*6. Vndè pariter certum eſt, quod ſi Clericus aleator, vel ſuſceptor monitus, non deſiſtat, ab officio, vel beneficio, deponi poterit. Abb. *in d. cap. Inter dilectos num.*6. Sylueſt. Præpoſ. Gemin. & Caccialup. quos ſequitur Maiol. *dict. cap.* 1. *num.*7. *lib.*3.

Alia pœna Clericis luſoribus eſt detruſio in Monaſterium pœnitentiæ agendæ cauſa, & ſuſpenſionis ab Altari per triennium ex diſpoſitione Authen. *Interdicimus de Sanctiſs. Epiſcopis*, ibique Gloſs. & DD. *in dict. cap. Clerici* 15. *v. aleas de vit. & honeſt. Cler.* Sed quia pœna hæc à iure probata non reperitur, meritò Iudices Eccleſiaſtici conſueuerunt ſuo arbitrio procedere prò modo culpæ, & ludentium conſuetudine, Salzed. *ad Diaz. cap.*73. *ſub lit.* C. Menoch. *de arbitr. caſ.*198. *num.*9. Farinac. *q.*109. *num.*97.

Et nihilominus, vt quis tanquam aleator eligi non poſſit, opus eſt, quod non ſemel, aut pluries luſerit, ſed requiritur ludendi conſuetudo. Farinac. *quæſt.* 109. *num.* 102. Bellet. *diſquiſ. Cler. par.* 2. §. 16. *num.*3. Nequè infamis infamia facti, vel iuris repellitur ab electione, niſi poſt Iudicis declarationem, etiam ſi agatur de delicto notorio. Burlat. *conſ.*14. *num.* 18. Sanch. *in decal. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 1. ac alij. Minuſque incurritur infamia, vel irregularitas ad effectum, vt quis eligi non poſſit ad Dignitates, quandò reus damnatus eſt in pœnam extraordinariam, vel arbitrariam; Talis enim ſententia nullam infert irregularitatem, aut infamiam, iuxtà tex. in *l. etſi ſecurior, C. ex quibus cauſis infam. irrog.* ibique Gloſs. & Bart. *num.* 1. & 6. Bald. *in princ. & num.*25. Salic. *n.*8. & alij communiter. Nequè infamia iuris contrahitur, vbi quis damnatur in pœnam pecuniariam, ſed requiritur condemnatio in pœnam corporalem deportationis, damnationis ad opus publicum, ad triremes, vel aliam pœnam corporis afflictiuam, iuxtà Gloſs. *in l.* 1. *C. de mod mulct.* Par. de Put. *de Sindic. tit. quod condem. pœn. extraord. non ſunt infam.* Rebuff. *in Conſtit. Regn. tit. de ſent. excom. ar.*15. *gloſs.* 1. *num.*4.

An, negligente Capitulo in conſtituendo Vicario Capitulari intrà octo dies poſt mortem Epiſcopi, poſſit Metropolitanus conſtituere Vicarium Parochum exterum, ſed propinquiorem? Vbi multa de reſidentia Parochorum. tom. 7.

Conſul. 4.

NEgatiuè. Primò: quia dictus Parochus non eſt de Diœceſi, nequè de gremio Capituli, ſed extraneus. Quamuis enim Sac. Concil. Trid. *ſeſs.*24. *cap.* 16. *de refor.* præcisè non arctet ad eligendam perſonam in Vicarium, quæ ſit de gremio ipſius Capituli; tamen quotieſcumque adeſt idoneus, cęteris paribus, illum eſſe præferendum, referunt plures deciſum à

Sac.

Sac. Cong. Concil. Quacant. *in ſum. v. Capitulum Sede vacante verſ. ſextò dubitatur*. Ricc. *var. reſol.*505. *num.*4. alijque, & à Sac. Cong. Epiſc. vt in *Tranenſi* 22. Febr. 1593. in *Nepeſiua* 10. Iun. 1602. ac alibi ſæpè, vt tradunt Ricc. *in prax.* & Dian. *p.*8. *tr.*4. *reſol.*57.

Quinimmò ex neceſſitate, quando in Capitulo adſunt Doctores in publica Vniuerſitate laureati, Epiſcopum teneri vnum ex illis eligere in Vicarium, alioquin electionem dici nullam, pariter fuiſſe deciſum per eandem Sac. Congregationem Conc. teſtatur Garz. de benefic. *par.*5. *num* 12. his verbis; *Sac. Cong. Conc. cenſuit, exiſtentibus Doctoribus in Capitulo, neceſſariò vnum ex illis in Vicarium eſſe eligendum*. Idem teſtatur Barb. *ad eundem locum Concil. nu.*28. & declarauit quoque eadem Sac. Cong. Epiſc. in d. *Trauenſi* 25. Febr. 1597. per hęc verba: *Vicarius* Capitularis *eligi debet Doctor, ſi adſit, alioquin electio eſt nulla*. Idem, & alia vide *tom.*1. *Conſul.*317. *eodem tract.*

Secundò: quia eſt Parochus. Cum enim ratione Curæ animarum teneatur de Iure Diuino, atque Canonico reſidere, vt per Trid. *ſeſs.*23. *cap.*1. *de refor.* & Doctores communiter, quos adduxi, præſertim *in tract. de Reſidentia tom.*4. *Conſult.* 17. ſuper quo Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt declarauit Sac. Cong. Concil. in *Eginatenſi*, nec ipſe, acceptando tale officium, debet immemor oneris ſibi iniuncti, cum detrimento ſuarum ouium, quas ipſe paſcere debet, non autem mercenarijs Miniſtris committere, neque Epiſcopus, illum in Vicarium Generalem deputare contrà diſpoſitionem Sacrorum Canonum, & cum graui præiudicio totius Diœceſis, ac præſertim Capituli, decidunt Ricc. *decis.*319. *n.*1. *& ſeqq. par.*4. Barboſ. *Apoſtol. deciſ.*713. *num.*3. ac alij.

Quod adeò verum eſt, vt nè ipſe quidem Epiſcopus abſque diſpenſatione Apoſtolica poteſt habere in ſui ſeruitium Parochum, nec illum poteſt occupare in ſeruitium Eccleſiæ Cathedralis, vt nempè ſit Vicarius, Viſitator, Secretarius, Fiſcalis, & huiuſmodi alia exercere officia, Atmendar *in addit. ad recopil. leg. Nauar. l.*2. *tit.* 23. *l.* 2. *§.* 2. *de reſid. & abſen. Paroch. n.*166. *& binis ſeqq.* Gonzal. *ad reg.*8. *gloſs.*6. *num.*258. Garz. *de benefic. par.*3. *cap.*2. *num.* 42. Sà *v. reſidentia num.* 1. vbi ait, Parochum nè reſideat nulla excuſat conſuetudo, nec ſecundùm Sac. Congreg. Concil. excuſat ſeruitium Epiſcopi, aut Cathedralis, aut Officij S. Inquiſitionis, aut paucitas onium, aut defectus domus propriæ, poteſt enim conducere alienam, nec ſecundum Caietanum 2. 2. *quæſt.*185. *art.*5. eſſe Auditorem Rotæ, aut Secretarium Sedis Apoſtolicæ, aut ſecundum Sotum eſſe Cardinalem. Quaran. in Sum. *Bull. v. Reſidentia*, Poſſeuin. *de offic. Curat. cap.* 1. *num.* 12. & dicunt, Sacram Congregationem hoc declaraſſe, nempè: *Epiſcopum non poſſe vti opera Parochi in viſitatione, vel in alio ſeruitio ſua Diœceſis, niſi prò tempore proximo duorum menſium. & tunc prò eo tempore idoneus Vicarius debet deputari*. Imò neque de iure communi conceditur Epiſcopo poſſe habere in ſui ſeruitium Parochum. Gonzal. *num.* 260. cum tex. *in cap. de catero, & in cap. Ad audientiam de Cler. non reſid.* loquatur ſolum de Canonicis, quamuis putat Gratian. *diſp.*166. *n.*20. *tom.*1. hodiè non poſſe Epiſcopum aſſumere Canonicos in ſui ſeruitium, licet non ſint Curati, cum multi hoc tempore requirantur viri docti, & Epiſcopi habeant redditus ſatis amplos, vt aliundè poſſint ſibi prouidere. Et quidem Parochi dum in huiuſmodi ſunt ſeruitio, à ſuis Eccleſijs abeſſe cenſentur. Barboſ. *loc. cit. nu.*83. *& ad Conc. dict. ſeſs.* 23. *cap.*1. *n.* 52. *de offic. Paroch. par.*1. *cap.*8. *n.*23. vbi monet, reſidentiam Parochi eſſe adeò pręciſam, vt ille ab illa excuſari non valeat, etiam ex ijs cauſis, ob quas Canonici reſidere non coguntur, ideòque minimè poſſe Epiſcopum vti ſeruitio Parochorum, licet alias vti poſſit ſeruitio Canonicorum. Ratio autem eſſe videtur: quia non eſt tanta communio inter Epiſcopum, & Clericos inferiores, quanta eſt inter ipſum, & Canonicos, qui ſunt membra eius Corporis.

Et quamuis contrarium videatur ſuaderi, quando concurrit neceſſitas Eccleſiæ, iuxtà diſtinctionem Abb. *in dict. cap. Ad audientiam*; attamen in hoc caſu, pręterquam, quod requireretur diſpenſatio, vt diximus, nulla poteſt conſiderari vrgens neceſſitas, vel vtilitas Eccleſiæ, cum veriſimile non ſit, alios non reperiri æquè idoneos in tota Diœceſi, & præcipuè in Capitulo Cathedralis Eccleſiæ, cuius Canonicos iura præſumunt eſſe peritos, aut conſilio maturos. Fagnan. *in cap. ſuper inordinata num.* 12. *de præb.* neque ſufficiat in hac materia vtilitas totius Epiſcopatus in genere, ſed requiritur vtilitas Eccleſiæ in ſpecie, vt tradit Io: And. *in cap.*1. *ſub num.*3. *de Cler. non reſid. in 6.* Et quando etiam conſiderari poſſit vrgens neceſſitas aliqua, vel vtilitas, adhuc non poſſet Epiſcopus vti opera, atque ſeruitio Parochi vltrà duos Menſes, illi permiſſos à Tridentino, vt ex mente eius Congregationis reſoluit Barboſ. *Apoſtol. deciſ.*302. *num.*2. *& de offic. Epiſc. cit. alleg.*53. *num.* 86. *& de offic. Paroch. par.* 1. *cap.*8. *num.* 23.

Neque his aduerſantur declarationes aliquæ Sac. Congr. Epiſc. quæ interrogata: an, Sede Epiſcopali vacante, Canonici eligere valeant in Vicarium Capitularem Canonicum eiuſdem Eccleſiæ, qui in eadem Ciuitate, & Eccleſia curam quoque gerit animarum? Ipſa affirmatiuè reſpondit, & generatim, quod Parochus Vrbanus, tam Epiſcopi, quam Capituli Vicarius deputari poſſit, ſi habeat alia requiſita declarauit in *Aurienſi* 19. Mart. 1610. & 19. Iul. eiuſdem anni, traditque Barb. *de Canon. & Dignit. cap.* 41. *n.* 37. nam, omiſſo, quod

ſalua reuerentia tanti Tribunalis, contraria opinio magis placet Riccio *dec.* 319. *n* 5. *p.*4. reſpondetur in eiſdem declarationibus expreſsè declaratum etiam fuiſſe, illas tantum procedere in Parocho habente curam animarum in eadem Eccleſia, & Ciuitate, non autem in Parocho extero, vel Diœceſano, vt per Barboſ. *de iur. Eccl. lib.* 1. *cap.* 32. *n.* 38. *tom.* 1. *& de Canon. & Dignit. d. n.* 37. *& ſeq. & Apoſtol. dec.* 125. *n.*22. *& ad Concil. d. cap.* 16. 18. 24. *n.* 7. *& ſeſ.* 23. *c.* 1. *n.* 53. Ratio autem diuerſitatis in promptu eſt: Quia cum Parochia dicatur officium Curatum, quod reſidentiam requirit cauſa adminiſtrandi Sacramenta, & talis ratio ceſſet in caſu, quo Parochus habet curam animarum in eadem Cathedrali, & Ciuitate, in qua poteſt quacunque hora reſidere, vtique nil mirum, quod ipſe poſſit exercere officium Vicariatus, ex quo ceſſat tranſgreſſio legis,& cõſequenter eius diſpoſitio;Non autem Parochus exterus, vel Diœceſanus. Ricc. *d. dec.* 319. *n.* 5. Sicut alias neminem retinere poſſe duas Dignitates, vel duos Canonicatus, & duo Officia, licet ſint in eadem Ciuitate, obſeruat Iuriſconſul. Spada *conſ.*49. *n.*4. *lib.*3. quia licet non impediant reſidentiam, impediunt tamen intereſſentiam in diuinis, ac ſeruitium in Eccleſia, & hac ratione dicuntur incompatibiles, non autem ratione reſidentiæ. Hinc generaliter eſſe Parochum, & Vicarium ſunt officia malè compatibilia in eadem perſona ex Sac. Congr. Epiſc. 19. Iun. 1603. Ex eo, quod, vt quis benè exerceat alterum ex dictis officiis, alteri neceſſariò deeſſe cogitur, ex eadem *Sutrina* 16. Nouemb. 1640.

Parochus autem exterus, vel Diœceſanus nequit haberi prò reſidente, ſi inhabitet in Ciuitate, à qua diſtet ſua Parochialis duobus, aut tribus milliaribus. Quod procedit etiam, ſi Dominicis, aliiſque feſtis diebus ad Eccleſiam ſuam accedat, ſicuti declaratum fuiſſe à Sac. Cong. conteſtantur Garz. *de beneſic. p.*3. *c.* 2. *n.* 179. Barboſ. *de offic. Epiſc. d. alleg.* 53. *n.* 74. *& de offic. Parochi p.* 1. *c.* 8. *n.* 39. *& ſeq.* vbi addit, hoc ipſum procedere, etſi populo per alium æquè facilè, ac fortaſſe melius ſeruiatur: quia Conc. *d. ſeſ.* 23. *cap.* 1. requirit induſtriam perſonæ, quæ per alium non poteſt ſuppleri, ſubditque amplius, Parochum reſidentem quidem, ſed non exercentem officium ſuum minimè ſatisfacere præcepto reſidentiæ, ex quo nihil prodeſt Parochi præſentia, miniſterio deſtituta, ſed potius offendat.

Et quidem reſidentia, ad quam tenetur Parochus non eſt reſidentia materialis, hoc eſt habitatio in Parochia, ſed eſt reſidentia formalis, hoc eſt exercitium muneris Paſtoralis, vt docent communiter Syluest. *v. Reſidere n.*1. Angel. Tabien, Nald. *eodem v.* Zerol. *p.* 1. *prax. v. Parochus* §. 4. ac alij.

Hinc eſt, quod ad effectum, vt Parochus poſſit per ſeipſum ſatisfacere officio ſuo, ac promptius animarum periculis occurrere, tenetur habitare in domò ipſius Parochialis, nec poteſt in alia, niſi in defectum, & tunc non, niſi intrà limites Parochiæ, Rot. *dec.* 354. *nu.* 1. coram Buratto, & Barboſ. *de Paroch. d. cap.*8. *n.* 38. ac alij. Vel propè illam modica diſtantia, vt ex Sac. Congr. refert Dian. *p.* 3. *tr.* 4. *reſol.* 156. *in fin.* Et Bonac. *tom.* 1. *de oblig. reſid. pun.* 4. Ex qua neceſſitate habitandi in domo Parochiali alia profectò inſurgit incompatibilitas, nè Parochus poſſit eligi in Vicarium, quia iſte tenetur habitare in Epiſcopio, vt ex mente Sac. Congr. Epiſc. reſoluit Ricc. *reſol.* 116. *n.* 1. *&* 2. vbi aduertit, nihil obſtare, quod Epiſcopus in quacumque parte ſuæ Diœceſis ſibi beneuiſa poſſit prò Tribunali ſedere, quia in his, & ſimilibus Vicarius non æquiparatur Epiſcopo, cui maior, & liberior facultas conceſſa eſt.

Et præter ea, quæ diximus *in d. tr. de Reſid. to.* 4. *Conſul.* 17. referuntur hic reſolutiones aliquæ ad rem ex Sac. Congr. vt ſequitur:

Sac. Congr. Epiſc. in Nucerina 7. April. 1574. *Pare alla Congregatione, che in ogni modo ſi debbano conſtringere i Parochi à prouederſi di Caſa, & habitatione ne luoghi, doue hanno le Parochiali, non potendo ciò fare ſoli per la tenuità delle rendite de' beneficij, tenga modo, che i Parochiani li ſouuengano, & aiutino, e ſe non potranno de denari, per eſſer anch'eſſi poueri, di opere, legnami, ò ſaſſi, che per auuentura potranno hauere ſu'l loro, ſenza comprarli, non ſi potendo in alcun modo tolerare l'aſſenza de Parochi dall'anime ſottopoſte alla lor cura per cagion del gran danno, che manifeſtamente ne ſegnita, coſtringendo onninamente i medeſimi Parochi fra tanto, che ſi prouedono d'habitatione ad andar ogni giorno, e ſtarui, non oſtante, che ſiano Canonici, conforme la Bolla di Pio V.*

Eadem Sac. Congr. in Ariminensi. *Epiſcopo Viſitatori Apoſtolica. V. S. faccia riſedere i Curati, che non hanno Caſa Parochiale, in altra Caſa, che ſij dentro i limiti della Parochia, e più vicino alla Chieſa, che ſi potrà. I Curati ſotto preteſto d'inimicitia non ponno aſſentarſi dalla Cura con licenza del Veſcouo, mà deuono domandarla al Pontefice, ò alla Congregatione, la quale ſuole molto bene eſaminar le circonſtanze, e ſpecialmente per qual cauſa hanno contratte l'inimicitie, ſe vi è ſtata colpa del Curato, & altre diligenze; E quando pure ſi concede, ſi fà per breue tempo, e tra l'altre conditioni particolari, che ſtij più vicino, che può ſicuramente alla Cura. Die* 7. *Ian.* 1578.

Soletque concedere Parocho, qui in ſua Parochia, poſt illam adeptam, graues contraxit inimicitias, maximè ſine culpa, vt poſſit abeſſe per ſex Menſes, modò interim, aut inimicitias componat, aut beneficium dimittat, relicto tamen idoneo ſubſtituto, vt in *Parmenſe* 20. Octob. 1579. *Imolenſi* 10. Febr. 1604. & 6. Auguſti 1601. in *Salernitana* 17. Auguſti 1640. in Aretina 7. Nouemb. 1642.

Eademque Sac. Congr. Conc. cenſuit, ſi inimici-

tiæ

Digitized by Google

tiæ veræ ſint poſt obtentam Parochialem, ac ſine culpa Parochi ortæ, poſſe ab Ordinario dari dilationem Parocho, vt in alio loco viciniori, ac tutiori maneat, durantibus ipſis inimicitijs. Item non vltrà annum durent. Interea autem idoneum Vicarium in Parochiali ab ipſo Ordinario ponendum, eique congruam portionem aſſignandam ex redditibus ipſius Parochialis. Si tamen Parochus abſit per octo Menſes, & poſtea, hoc non expreſſo, obtineat licentiam abſentiæ per tres Menſes, huiuſmodi licentia eſt ſubreptitia, & nulla. 11. Auguſti 1617.

Tolerari tamen poteſt, quod Parochus Parochię tenuis paucarum animarum non reſideat in Parochia, quouſque per vnionem alicuius ſimplicis beneficij, vel alio modo ſuppleatur eius congrua, dummodò accedat illuc ad celebrandum feſtis diebus, & quando vocabitur, in Sacramentorum adminiſtratione. Sac. Congr. Epiſc. 10. Ian. 1579. Si tamen id Epiſcopus nolit tolerare, Parochus tenebitur obedire, vt patet ex ſequenti decreto:

Cum Epiſcopus Calliensis nuper edixerit, vt Parochialium Eccleſiarum Rectores in ſuis Eccleſijs reſideant, petit Angelus Curatus Parochialis Eccleſiæ S. Angeli, an & ipſe teneatur reſidere, cum redditus Eccleſiæ ſint tenuiſſimi, eius anteceſſores ſuper hominum memoriam nunquam reſiderint, Eccleſia ipſa circiter duobus millibus paſſuum dumtaxat à Ciuitate diſtet, & ſex, vel ſeptem familias tantum habeat, neque ipſi Parochiani quicquam curent de reſidentia Paſtoris? Sac. Congr. Conc. cenſuit, Oratorem non excuſari à reſidentia ob cauſas ſuperius expreſſas, ideòque oportere ipſum parere Edicto Epiſcopi hac de re edito.

Habens verò duas Parochiales vnitas, Rector poteſt in qua maluerit reſidere, dummodò vna non ſit dignior altera Sac. Congr. Conc. in *Abulensi*.

Etiam perpetui Coadiutores reſidere tenentur, ſicut verè Curati, etiam ſi in alijs beneficiis ſeruiant, etiam in Cathedrale; eadem in *Brixienſi*.

Non excuſat à reſidentia officium Subcollectoris Apoſtolici, neque etiam lis ſuper eadem Parochiali, nec minus excuſat officium Inquiſitoris. Eadem in *Taraconenſi*.

Negotia Cleri excuſant à reſidentia ad tempus, ſi legitimè ſint demandata. Eadem in *Roſſanenſi*.

Parochi non poſſunt ex decreto Concilij *in cap. 1. ſeſ. 23. de refor.* annis ſingulis per aliquod tempus à ſuis Parochialibus abeſſe, niſi cauſa cognita, & licentia ab Epiſcopo obtenta in ſcriptis. Eadem in *Toletana*, ad quod faciunt adnotata per Paris de Put. *de Synodis in cap. licentiam n. 1. vol. 1.* Et quamuis dictis Parochis abeſſe liceat per bimeſtre; tamen hanc auctoritatem ſibi arrogare non poſſunt, ſed licentiam, vt ſupra, ab Epiſcopo obtinere debent. Eadem in d. *Toletana*.

Fructus Eccleſiæ, cuius Rector non reſidet, prò rata temporis, debet Ordinarius applicare fabricæ Eccleſiæ Parochialis, etiam ſi non egeat, quia poterit in dies indigere. Eadem in *Rauennatenſi*. Item Parochi deſeruientes in diuinis ſuæ Parochiali, quamuis non reſideant in ædibus Parochialibus, vel intrà Ciuitates, non tenentur ad reſtitutionem fructuum, debent tamen cogi ad habitandum in dictis domibus, ſeù intrà limites. Item Parochi, quibus propter inhabilitatem fuit datus Coadiutor, non poſſunt extrà ſuam Parochiam habitare, etiam relicto ibi Coadiutore. Eadem in eadem.

Verba Concilij *in d. cap. 1. ſeſ. 23. vſque ad priuationem*, intelliguntur incluſiuè, dum tamen prçceſſerint tria edicta publica, & elapſi ſint ſex Menſes, iuxtà cap. *Ex tuæ de Cler. non reſid.* dictumque caput habet locum in ijs tantum, qui Parochialem obtinent, & non in beneficijs ſimplicibus. Idem in Bulla B. Pij V. Eadem Sac. Congr. Conc in *Tridentina* 24. Iul. 1576.

Epiſcopus, modò in Epiſcopatu reſideat, ſolutus eſt à reſidentia Decanatus, vel Canonicatus, & cæterum beneficiorum, illaque retinere poteſt, & fructus percipere, exceptis in Diaconatu, & Canonicatu, diſtributionibus quotidianis, & alijs, ſi quæ fortè ſint, quæ abſentes iuſta de cauſa non perciperent. Eadem 5. Kal Auguſti 1565. in *Cretenſi*.

Licet Eccleſia Parochialis ſit in eo loco, vbi minor pars Parochianorum habitat, & maior pars habitat extrà Ciuitatem in alijs Oppidis, nihilominus Parochus reſidere debet in loco, vbi ſita eſt Eccleſia, & Parochianis, qui longè abſunt ab Eccleſia, & propter locorum diſtantiam patiuntur incommoda in percipiendis Sacramentis, & diuinis officijs audiendis, ſuccurratur remedio *capitis* 4. *ſeſ.* 21. & *cap. Ad audientiam de Eccleſ. ædific. in* Aquilana 22. Mart. 1569.

Per motum proprium B. Pij V. publicatum 25. Iul. 1568. ſuper reſidentia Canonicorum habentium Parochialem, non cenſetur abdicata, & ablata facultas Ordinario concedendi licentiam recedendi à Parochiali per aliquod tempus, dummodò ea vtatur intrà limites præſcriptos à Conc. in d. decreto *cap. 1. ſeſ. 23.* Eadem in *Barchinonenſi* Idibus Septemb. 1569.

Epiſcopus prò viſitatione ſuæ Diœceſis vti poteſt opera Parochi per quatrimeſtre ſingulis annis, modò interim in Eccleſia Vicarium deputet. Eadem in *Eginatenſi* 4. Nouemb. 1570.

Parochus ob infirmitatem, & aeris intemperiem à reſidentia non excuſatur, ſed ſi infirmitas ſit curabilis, & in loco Parochialis non adſit copia Medicorum, medicinarumue, poterit Ordinarius eidem dilationem concedere trium, aut quatuor Menſium, vt curari poſſit in locis viciniotibus commodioribus. Interim tamen Eccleſiæ deputet Vicarium prò cura animarũ. Eadem in *Aſculana*. 8. Decemb. 1571.

Qui Canonicatum, & Parochialem obtinet, ſi re-

ſidet in Parochiali ex præſcripto Bulle B. Pij V. diſtributionibus non habentibus præbendam. Eadem in *Vrbinatenſi* 16. Ian. 15-6.

Dignitates, quæ vnitas habent Parochiales Eccleſias, requirunt, quod illas obtinentes reſideant in Dignitate, iuxtà cap. *Extirpanda de præb.* Eadem in *Feltrenſi* 6. Maij 1586.

In Laudenſi Epiſcopo. *Nel particolare delle diſtributioni quotidiane hanno riſoluto le Signorie loro Illuſtriſſime, che i due Canonici i quali hanno ſeruito V S. nelle viſite, non poſſono godere quelle diſtributioni, le quali ſono aſſignate giornalmente per ciaſchedun hora, ma ſe ve ne fuſſero altre, che ſogliono chiamarſi Maſſa groſſa, le quali ſi deono in vna, ò più volte frà l'anno, di queſte potranno partecipare. Et intorno alle Capellanie, alle quali deona eſſer preſentati per loro fundatione Sacerdoti, ſi è riſoluto, che ſii lecito di Capellani farui celebrare per ſoſtituto. Die* 19. *Iul.* Sed hoc eſt extrà rem.

Preſuppoſto, che da tempo immemorabile la Chieſa della Pieue attualmente ſii ſtata, e ſii al preſente ſenza popolo, ſenſa Cura Sacramentale, e giuriſditionale, e del tutto ſenza amminiſtratione alcuna de Sacramenti; ſente la Congregatione, che indubitatamente debba tenerſi, che habbia mutato natura, e di curata ſii ridotta à beneficio ſemplice, e così tiene, e pratica la Cancellaria Apoſtolica, e perciò, che non poſſa il Pieuano eſſere aſtretto à reſidenza, tampoco in altra Chieſa, della quale egli ne habbia il titolo, mà non perciò ſii eſſente da farui almeno celebrare Meſſa ne' giorni di Feſta, però ſodisfarà in queſto all' obligo ſuo. Eadem in Aiacenſi 25. *Octobris* 1588.

Cong. Conc. cenſuit, Parocho cauſa Studiorum non eſſe dandam licentiam, cum hodie per Concilium non admmittantur, niſi per concurſum, qui magis idonei fuerint iudicati. 22. Febr. 1590.

Et in Vrbinatenſi die 21. Mart. eius anni eadem cenſuit: *Che l'editto fatto dal Vicario ſopra la reſidenza non dee contenere maggior rigor di quello, che dà il Concilio perciò lo moderaſſe, riducendolo ad terminos Concilij.*

(Poſtremò ad rem Ego Compendiator addo ſequentem reſolutionem:

Verulana. Reclamantibus Parochianis Eccleſiæ Parochialis S. Benedicti loci Froſinonis cōtrà proprium Parochum, qui inhabitando paternam domum valdè diſtantem à d. Eccleſia, valdè infert incommodum eiſdem Parochianis, Sacramentorum adminiſtrationem expoſcentibus, & aliquandò abſque illorum debita adminiſtratione decedentibus, prout eueniſſe aſſerunt præterito anno, quo vulneratus Satelles ex deficientia Parochi inconfeſſus obijt, Epiſcopus informare iuſſus ità refert.

Die 26. *Aprilis* 1698. *Sac. Cong. Conc. audita relatione Epiſcopi Verulani, cenſuit, Benedictum de Sanctis teneri reſidere in Parochia.*

I. Card. Sacripantes Præfectus.

Idem in *Nucerina Paganorum* 17. Auguſti 1697.)

An electio vigore legati relicta arbitrio Epiſcopi prò maritandis Virginibus pauperibus, ſpectet ad Epiſcopum, an ad Vicarium Apoſtolicum inibi miſſum? Vide de Legatis tom. 8. Conſul. 2.

An, attenta Conſtitutione, authoritate Apoſtolica emanata & in viridi obſeruantia exiſtente, quod ſcilicet ad electionem Vicarij Capitularis duæ ex tribus partibus concurrere debeant, electio aliter facta ſit irrita? Et quid interim, donec id probetur, agendum ſit? tom. 9. Conſul. 78.

Difficultas oritur, quia licet iuris communis inſpecta diſpoſitione; maior pars Capituli ſufficiat ad Vicarij Capitularis electionem, nihilominus, cum huiuſmodi Conſt. fuerit ſemper obſeruata in omnibus Vicariorum Capitularium electionibus, quæ vti interpretatiua eſt ſemper attendenda, non obſtante, quod contrarius intellectus ſit de iure verior, vt per Rot. *dec.* 574. *num.* 3. *p.* 1. *diu. & dec.* 608. *num.* 6. *in recen.* vbi firmatur, quod priuilegia Apoſtolica ſubiacent obſeruantiæ interpretatiuæ, etiam ſi intellectus datus prò obſeruantia ſit malus, vel de iure non tenendus, & magis attenditur interpretatio deducta ex obſeruatione, quam proprietas verborum ipſius diſpoſitionis. Crauet. *in reſponſ. prò gener. num.* 317. Menoch. *conſ.* 390. *num.* 2.

Quod non eſt in terminis noſtris, cum huiuſmodi Conſt. ſit conformis diſpoſitioni Capitis *quia propter de elect.* ideoq. eſt omninò ſeruanda. Quia vbi Conſt. & Statutum loquuntur, ſilent omnes leges, & dicitur caſus legis, & inanis eſt omnis diſputatio. Bald. *in l. Gallus* §. *ſi eius in* 2. *notat de lib. & poſth.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 169. *nu.* 14. Maximè quando ſeruantur in Arca Capituli ſub clauibus, & Capitulum illis vtitur. Gratian. *cap.* 487. *num.* 27.

Vndè, cum electio aliter facta ſit contrà formam d. cap. *quia propter*, eſt ipſo iure nulla, & dicitur non electio, cap. *auditur*, cap. *Cumana*, & cap. *Eccleſia veſtra de elect.* Quinimmò ex verbis d. cap. *Quia auditis*, nulla requiritur ſententia. Butr. *in d. cap. num.* 21.

Obſeruantia verò d. Conſtitutionis probari poterit ex depoſitione Secretariorum Capituli, quibus in pertinentibus ad eorum officium, omninò credendum eſt. Bartol. *in Extrauag. ad reprimendum num.* 10. Menoch. *de arbitr. caſ.* 99. *nu.* 4. & alij, quos allegat; & ſequitur Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 51. Partiq. aduerſæ incumbit onus probandi inobſeruantiam, & non vſum, cum ſemper præſumatur prò obſeruantia, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi. Ego tamen reſcribendum putarem, vt tranſmittatur integra hæc Conſt., & interim nihil innouari.

1. An

1. *An, & prò qua ſumma debeatur ſalarium Vicario Capitulari?*
2. *An, & quatenus Epiſcopus teneatur ſibi conſtituere Vicarium Generalem?* tom. 9. Conſul. 105.

AD 1. Quod Vicario Capitulari debeatur ſalarium tradit Barb. *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 54. *num.* 174. Et prouidendum eſſe de competenti ſalario refert declaraſſe Sacram Cong. Conc. *de Can. & Dignit. & cap.* 32. *n.* 35.

Competens verò ſalarium; licet ſit quod laboribus eſt proportionatum, taxari tamen debet iuxtà ſolitum, ex deciſione Merlini 162. vt debeatur in ea quantitate, in qua alius Vicarius immediatus anteceſſor habuit, etiam ſi alij maiorem, aut minorem quantitatem habuerint, iuxtà doctrinam Baldi *in l. laudabile num.* 4. *C. de Aduoc. diuers. Iud.* Bero *conſ.* 157. & Cyriac. *contron.* 67. *num.* 3. *& ſeq. lib.* 1. & declarauit Sac. Cong. Epiſc. *in Vintimilienſi* 15. Octob. 1601. & 15. Ianuar. 1602.

Idquè etiam prò tempore, quo extra Diæceſim per vim detinebatur, ſi per ipſum non ſteterit, quin exerceret ſuum munus, tex. *in l. Mania ſub init. de an. leg. Caio §. Imperator de alim. & cibar. legat.* & in ſpecie de ſalario *lib.* 1. *§. Diuus Seuerus*, & communiorem probat Cephal. *conſ.* 70. *num.* 4. & *ſeqq. lib.* 1.

Ad 2. Nullo iure cauetur, quod Epiſcopus teneatur neceſſariò habere Vicarium, iuxtà magis communem, & veriorem ſententiam à Rota approbatam, quod ſequitur Gonzal *ad reg.* 8. *gloſ.* 4. *à num.* 66. Rot. *dec.* 222. *p.* 2. *num.* 2. *diuer. & d.* 418. *coram Caualer.* & comprobatur *in Calcinatenſi iuriſdictionis* 162. *coram Rembaldo*.

Egò ſanè, omiſſa diſputatione aliorum, cenſeo, ſententiam illorum, qui tenent, Epiſcopum non poſſe cogi Vicarium Generalem inſtituere, has recipere limitationes.

Prima eſt, quando extat conſuetudo in contrarium quod Epiſcopi conſueuerint ipſum conſtituere. Gratian. *diſcept.* 94. *num.* 36.

Secunda, quando Epiſcopus non poteſt omnia negotia commodè expedire, propter varias occupationes, in quibus Epiſcopale regimen verſatur, vel ob ægritudines. Gratian. *diſcep.* 561. *num.* 16. *& ſeq.* vbi, quod ità declararunt DD. qui volunt, Vicarium eſſe conſtituendum ab Epiſcopo; Vndè ex praxi Sac. Congreg. Epiſc. si Epiſcopus negligit expeditionem cauſarum, præcipuè ſi eſt Theologus, non Iuriſta. Sac. Congreg. nedum ei præcipere ſolet, vt Vicarium Generalem conſtituat, ſed etiam, quando opus eſt, tranſmittit Vicarium Apoſtolicum prò Diæceſis regimine, qui Vicarius ſic miſſus, vt notat Nicol. *in floſc. hoc verbo nu.* 39. reuera eſt Vicarius Apoſtolicus, & iuriſdictionem habet priuatiuè quoad Epiſcopum, nec Epiſcopus illum remouere poteſt, ex declarationibus Sac. Congreg. Epiſc., quas refert *in Sauonen.* 17. Septemb. 1605. in *Motulen.* 5. Auguſti 1650. in *Ciuitatis Caſtelli* 2. April. 1591. in *Mediolanen.* 8. Febr. 1594. in *Biſinianen.* 18. Mart. 1632. ac ſepè alibi.

Tertia, quando Epiſcopatus eſt amplus, magnus numerus Clericorũ, & Eccleſiaſticorum. Haud enim eſt veriſimile, quod Epiſcopus munus ſuum adimplere poſſit abſq. Vicario Generali, Gratian. *d. diſcept.* 655. *num.* 51. & ità diſtinguendo concordantur DD., vt per Diaz. *var. quæſt. lib.* 1. *q.* 8. *nu.* 4. & Barbos. *de iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap. num.* 40.

Quarta, quando Epiſcopus abeſt à Ciuitate, vt per Rebuff. *in prax. tit. de Vicario tit.* 2, *nu.* 16.

An electio Vicarij Capitularis per ambitum procurata accedente præſertim imperitia electi, confirmanda ſit? Vbi plura de ambitu, qui eò magis gliſcit, quò magis vetatur. Eius pænæ Eccleſiaſt. in electionibus Eccleſiaſticis, in electione in Rom. Pontificem in electione Papæ, ſede vacante, in Nuncios Apoſtolicos apud Principes, in electione Regularium, procurantis præſentationem, vel prouiſionem beneficij, procurantis beneficium, antequam vacet, in caſu vacationis Patroni præſentantis ſeipſum, vel procuratoris ſibi reſignantis, ambitioſum eligentis. Pænæ Ciuiles, exempla, parænenſis in ambitioſos, alia. tom. 9. Conſul. 125.

NEgatiuè, ſed deueniendum ad electionem Vicarii Apoſtolici. Ratio deſumitur ex tex. *in cap. cum terra de elect.* Sufficit ſola oppoſitio, & tunc ſecundum tex. alium *in cap. ſi fortè de elect. in* 6. quem Doctores ſic explicant. Prius inquiratur de defectu perſonæ, aut ſcientiæ, & ſi probentur tales defectus, declarabitur ineligibilis. Et notandum ad id quod doctrina regulariter ſolet probari per examen perſonæ. Quod etiam fieri debet ex officio. Non enim doctrina præſumitur.

Præcipuè verò, ſi peccatum fuerit in modo, vt ſi electus per ambitum, per factiones, & per auctoritatem, etiam laicorum, ſuam procurauerit electionem. Quod eſt à iure vetitum, & quia verſamur in his, quæ in occulto fiunt, ac ſecretò tractantur, tanquam difficillimæ probationis, tunc eas probationes recipere debemus, quæ alias non admitterentur, vt de cõmuni Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 31. *n.* 87.

Et quidem ambitus eſt peſtis electionum, & dicitur ambitus, ſi quis ſibi procuret Dignitates per media illicita, ſi enim medijs licitis non eſt ambitus, vt per S. Thom. 2. 2. *q.* 185. *ar.* 1. Azor. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 28. *q.* 2. Illicita autem ſunt, ſi pecunia, ſiue pretio ſuffragia coemat, vel alias Dignitates procuret per emendicatos fauores, vt in *l.* 1. *ff. ad l. Iul. de amb.* Boſs. *ibi ſub init.* Vel ſi requiſitus, antequam electus eſſet, electioni de ſe faciendæ conſenſit, vt cap. *cum poſt petitam de elect.* Mirand. *in manual. p.* 2. *q.* 23. *ar.* 30. *concl.* 1. Petr. Greg. *de elect. cap.* 9. *num.* 6. Item ſunt illiciti omnes tractatus pactionales, ſiuè deliberatiui, ſiuè definitorij, ſiuè practici

in

in electionibus . Imol. *in cap. Per inquiſitionem n.4. de elect.* ibique Abb. *n* 5. Non tamen ſunt illiciti tractatus conſultiui , ſiuè informationes de bonis qualitatibus . Pett. Greg. *de inſt. iur. Can. lib. 1. tit. 29. cap. 5.*

Hoc tamen crimen non habet locum quando agitur cum Principe Supremo non recognoſcente Superiorem, *vt d. l. 1. ff. eodem.* Etiam ſi ab illo officium pecunia ematur . Salic. *in l. un. C. eodem.* Boſs. *l. c. n. 3.*

Nequè peccat Princeps Supremus officia , etiam ſi iuriſdictionalia , temporalia vendens ratione emolumenti annexi , dummodò ſint pinguia, vt afferant lucrum , etiam vltrà congruam ſuſtentationem Officialis , ſeù itàut remaneat ſola merces iuſta laboris. S. Thom. *opuſc. 21. ad Duciſſam Brabantiæ q. 1.* Nauar. *cap. 25. n. 7.*

At ſi quis emat officium , puta Notariatus talis Tribunalis , deindè Princeps extrahat cauſas multas à Tribunali , & ſic minuatur lucrum Officialis , itàut non poſsit ſe conſeruare indemnem , non poterit iſte Officialis propria auctoritate aliquid exigere ſupra taxam : Quia potuit præuidere ſimilem mutationem, ſibique debet imputare, cum officiorum emptio habeat frequenter hæc incommoda annexa. Azor. *to. 3. lib. 8. cap. 2. in fin.* Menoch. *de arbitr. caſ* 514. *n. 12.* 20. *&* 21. Qui ſecus ait de alijs caſibus, quibus ſalarium ab initio congruum effectum eſt inſufficiens , vt ex charitate , ſi præuideri diminutio iſta non potuit, & Princeps requiſitus taxam non corrigit , de quo etiam Dian. *p. 1. tr. 3. miſcel. reſol. 60.*

Damnatus autem de ambitu, eò ipſo notatur iuris infamia, & conſequenter eſt irregularis per *l. 1. ff. eodem,* ſed ſi reus ſic damnatus alium conuincat de tali crimine , reſtituitur aduerſus ſententiam, & ab infamiæ pœna ſe eximit, *d. l. 1. ff. eodem,* ibique Bartol., ac Boſs. *in tit. de ambitioſis n. 7.*

De electione ad Rom. Pontificem , & de electione Papæ, vide *de Conclaui tom. 8. Conſul. 9.*

In Bulla Pij IV. *Etſi Romanum,* *Conſtit. 96.* prohibetur Nuncijs , ac Legatis non à latere Sedis Apoſtolicæ ad quoſcumque Principes , Reges, Imperatores mittendis, nè præſumant ambire, ideſt procurare fauores, ſiuè in ſcriptis, ſiuè oretenus , eorum Principum ſæcularium , nec per ſe , nec per alium , directè , vel indirectè, nequè talibus fauoribus ſi oblatis, vtantur in ordine ad obtinendas prò ſe , vel prò conſanguineis dignitates , honores , officia Eccleſiaſtica , vel temporalia, etiam Epiſcopatus, vel Cardinalatus à Sede Apoſtolica, & contrauenientes incurrunt primò excommunicationem , ſed nulli eſt reſeruata . Secundò priuationem omnium dignitatum , beneficiorum , officiorum ſæcularium , & regularium ipſo facto. Tertiò incurrunt perpetuam inhabilitatem ad talia. Quartò incurrunt infamiam iuris . Hanc Conſtitutionem fusè explicat Bonac. *l. c. diſp. 3. quæſt. 6. pun. 3.*

In Bulla reformationis Regularium edita à Clem. VIII. anno 1599. die 23. Iun. innouata ex Decreto Sac. Cong. Conc. *de Religioſis Apoſtatis, & eiectis anno 1624. die 21. Semptemb.* quę habetur *inter Conſtitutiones Vrbani VIII. in Bullar. Conſt. 26.* In qua notandum, quod etiam dicitur vitium ſubornationis petere votum in hac electione , promittendo ei ſimile ſeruitium in alia electione , Dian. *p. 2. tr. 2 reſol. 125. cum ibi allegatis .*

Pactum autem de præſentando, aut eligendo, aut conferendo alicui beneficium, ſi fiat antecedenter ad ipſam præſentationem, electionem, collationem, &c. nullum eſt . Et ſimiliter pactum de conſentiendo præſentationi futuræ , vel electioni eſt nullum . Et prouiſio , & præſentatio, &c. indè ſequuta , caſſari debet , non tamen eſt ipſo iure nulla . Sola autem requiſitio ſine pacto , non vitiat , nec reprobatur , *cap. cum poſt* 46. ibique Gloſ. *pen. & fin. de elect.* Lambertin. *lib. 2. p. 1. q. 9. ar. 13.* & Sanch. *opuſc. lib. 2. cap. 3. dub. 68.*

Prouiſio autem de Beneficio, antequàm vacet, eſt nulla. *cap. fin. de conceſ. præb. & cap. 2. eod. tit.* Videatur Petrus Bixius *tr. de rect. elect. p. 3. cap. 2.* Gonzal. *gloſ. 11. n. 64.* ac alij .

Patronus verò non poteſt ſeipſum præſentare, nec immediatè, nequè mediatè, ideſt per alium, vt vitetur ambitus , & diſtinctio fiat inter præſentantem , & præſentatum. *cap. per noſtras de iurep.* DD. *in cap. fin. de inſtit.* ac Rot. *diu. p. 2. dec. 185. n. 1.* Poteſt tamen acceptare præſentationem ſui ab alijs Compatronis factam. Rot. *ibi num. 4.* Sanch. *lib. 2. conſil. cap. 3. dub. 74. & cap. 2. dub. 28.* Similiter Procurator conſtitutus ad reſignandum , non poteſt ſibi reſignare. Pariſ. *de reſign. lib. 9. q. 27. n. 103.* cum communi.

Eligentes verò indignum priuantur ea vice poteſtate eligendi , & ſuſpenſionem incurrunt ab Eccleſiaſticis beneficijs per triennium. Epiſcopi autem conferentes indigno, priuantur poteſtate conferendi talia beneficia. *tex. in cap. cum in cunctis 7. §. fin. de elec.*

Non ſolum leges Canonicæ, ſed etiam Ciuiles armantur contrà crimen ambitus ; Nam inter publica iudicia numeratur hoc crimen *in l. 2. ff. de pub. iudic.*

Proindè meminit Suetonius *in Iulio cap. 13.* Iulium Cæſarem , depoſita Præturæ ſpe, Pontificatum petijſſe , & obtinuiſſe , non ſine profuſiſſima largitione, & ætate , ac dignitate antecedentes ſuperaſſe ; Vndè & is poſtea cognoſcens experientia , quantum ex ambitu , & ſuffragijs lucri populo accederet , comitia cum eo partitus eſt, vt, exceptis Conſulatus competitoribus , de cętero numero Candidatorum parte dimidia , quos populus vellet, pronunciarentur , prò altera parte, quos ipſe dediſſet, idem Suet. *in eodem cap. 41.* Et tandem lege à ſe lata, & ſui nominis *Iulia de ambitu,* ob abuſum , populo iua per ſuffragia eligendi Magiſtratus,

ſtatus, & Sacerdotes ademit, & in ſe tranſtulit, teſte Modeſtino *l.1.ff.ad l. Iul. de amb.* Tum, vt dignos præficeret, & nundinationibus viam obſtrueret. Tum etiam, vt ſeditiones, quæ indè naſcebantur, ſedaret.

Caue itaque gloriæ cupiditatem, quæ frequenter nouit, immoderatius appetita, ſemper autem vſurpata.

De Viſitatione Diæceſis à Vicario Capitulari. Vide de Viſitatione tom.9. Conſul.144.

1. *An Vicarius Capitularis poſſit amouere Secretarium, & alios Officiales electos à Capitulo, Sede vacante? Siuè, an liceat Vicario Capitulari, poſthabitis Officialibus depmatis, ac deputandis à Capitulo, alios aſſumere? Vbi, an Capitulum poſſit limitare iuriſdictionem Vicario Capitulari?*

2. *An poſſit vti ſigillo ſuo particulari priuato, an verò teneatur vti ſigillo Capitulari? Et quid ſi eſſet Vicarius Apoſtolicus, vel Vicarius Capitularis Apoſtolica authoritate confirmatus?*

3. *An debeat inſcribi in expeditionibus contentioſis, & gratioſis titulo Vicarij Capitularis, an potius vti poſſit titulo Vicarij Generalis?* tom. 9. Conſul. 159.

AD 1. Non poteſt, ſed tenetur adhibere deputatos à Capitulo, ſicuti teneretur Vicarius Epiſcopi: Quia huiuſmodi Officiales dicuntur iuriſdictionis Epiſcopalis, cuius ipſe dicitur Vicarius, tanquam gerens vices Capituli, à quo iuriſdictionem habet. Sbroz. *de off. Vic. q.16. n.5. & ſeqq.* Nam & Capitulum poſſe huiuſmodi Officiales ex cauſa amouere ſupponit Sac. Cong., dum declarauit, non licere Vicario ad ſui libitum illos amouere, vt refert Barboſ. *in ſum. Apoſtol. dec. collect.* 125. *n.* 10. Sicut poteſt etiam ſubſtituere alium Vicarium in caſu impedimenti, vel infirmitatis duratuæ. Quaran. *v. Capitulum Sed. vac. n.*10. Barb. *de iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 32. *in fin. & de Canon. cap.*42. *n.*56.

Ad 2. Pariter negatiuè quoad primam partem, affirmatiuè quoad ſecundam: Quia ſigillum requiritur, atque apponitur, vt auctoritatem tribuat mandatis, præceptis, ac ordinationibus Iuriſdictionis Epiſcopalis. Sicque ratione publici officij. Ergò debet eſſe non priuatum, ſed publicum, & authenticum, quale eſt ſigillum Capituli, & Eccleſiæ, *ad tex. in cap. tertio loco de prob. & in Can. in nomine Patris d.*75. ac alibi, Gonzal. *ad reg.*8. *gloſ.*61. *n.*12.

Sed quid ſi eſſet Vicarius Apoſtolicus? Affirmatiuè. Siquidem huiuſmodi Vicarius non ex ſuo nomine vtitur proprio ſigillo, ac titulo Vicarij Apoſtolici, ſed ex Decreto Sac. Cong. authoritate Pontificia confirmato. Ideóq; nè inanis reddatur Vicario facultas Sac. Cong. dicendum eſt, quod velit, illum vti poſſe omnibus prærogatiuis huiuſmodi Vicarijs à Sacra Congregatione concedi ſolitis, inter quas procul dubio eſt vſus proprij ſigilli, ad inſtar Præſulum, cum omnia poſſint iſti Vicarij, omneſque prærogatiuas conſequantur, quas ipſi Præſules. Sbroz. *l.c. q.*64. *n.*6. & *q.*134 *n.*6 *lib.*6.

Inſcriptio certè Vicarij Apoſtolici nullatenus ei denegari poteſt, dum Pontifex ipſum talem per Sac. Cong. declarat, appellatque; eſſet enim abſurdum, & inconueniens, quod talis ipſe nomine, ac prærogatiua decoratus, illa non veretur.

At quid ſi eſſet Vicarius Capituli Apoſtolica authoritate confirmatus his verbis: *Congregatio cenſuit, & decreuit, eundem N. ex nunc prò tunc, &c. fuiſſe redintegrandum, & reponendum in officio Vicarii Capitularis, ad quod fuit olim ab eius Eccleſiæ Capitulo electus, nec non ad omnimodam iuriſdictionem d. Officii, cum omni authoritate, & facultate, qua Vicariis, & Officialibus Capitularibus competit, &c.* Et in fine Decreti: *Ac etiam authoritatem, & facultatem Sac. Congr. eidem attribuendam, et impartiendam eſſe?* Reſp. in hoc negatiuè: Quia id non ſuadetur verbis illis diſpoſitiuæ Decreti, quæ ſola attendenda eſt, poſthabita narratiua, ſiuè petitione, iuxtà notata *in cap. Quoniam de probat.* Roman. *conſ.* 157. *n.*3. ac Rot. *dec.* 34. *n.*12. *p.* 2. *diu. et dec.* 260. *n.*8. *p.*1. *rec. et coram Buratto dec.*843. *n.*5.

Ex verbis autem ſupradicti Decreti non alteratur officium, & iuriſdictio, ad quam Vicarius fuerat electus à Capitulo, cum de natura redintegrationis ſit repoſitio in priſtino ſtatu.

Ad 3. Reſpondetur ex praxi communi, ex qua omnes ſe inſcribunt titulo dignitatis, & officij publici, quo funguntur, vt de ſigillo diximus, & Locumtenentes in inſcriptionibus hoc idem exprimunt hac forma: *De mandato Illuſtriſſimi A C.* vt per Ridoph. *in prax. Iudic. p.*2. *cap.*8. *num.*3.

An Originarius Ciuitatis, vel Diœceſanus poſſit eſſe Vicarius Generalis? Vbi aliqua de quorundam Vicariorum improbato munere. tom.9. Conſul. 162.

NEgatiuè; Extant enim de hac re plura Decreta, tum in genere, tum in ſpecie tenoris ſequentis:

Originarius Ciuitatis, vel Diœceſis non poteſt eſſe Vicarius: Nam propter conſanguinitates, affinitates, familiaritates, et alias attinentias poteſt declinare à recto tramite iuſtitiæ, vel certè ſe reddere partibus ſuſpectum. Ità Sac. Cong. Epiſc. in *Hoſtunen.* 28. Iul. 1587. In *Spalatren.* 9. Mart. 1593. In *Senogallien.* 10. Febr. 1598. In *Sutrina* 16. Nouemb. 1640. paſſimque alibi.

Solet tamen eadem Sac. Congreg. diſpenſare, vt Epiſcopus, præſertim reſidens, tenere poſſit Vicarium Diœceſanum, dummodò non præbeat occaſionem querelarum; idque multis de cauſis. Quod Epiſcopus adhuc extraneum inuenire nequierit. Quod Vicarius externus non

non citò poſſit accedere. Propter fructuum Eccleſiæ tenuitatem. Propter aeris intemperiem. Propter notitiam bonarum qualitatum talis Vicarij Diœceſani, quod ſit eximius in regimine, ex declarationibus eiuſdem Sacræ Congregationis conſtipatis à Nicol. *in ſuis floſculis v. Vicarius generalis num.36.* quæ declarationes, & decreta inſtar legis communis allegari poſſunt, *ad tex. in §. Reſponſa prudentum Inſtit. de iur. natur.* vt in hac ſpecie reſpondit Rot. *in Metenſi Abbatia 19. Iun.1628. coram Dunozeto.*

Et quidē ratione eiuſmodi Vicarij conſtitui non poſſunt, & conſtituti remoueri debent, nè fortè amicitia, propinquitate, gratia, metu adducti, ius interdum aliquo modo violent, minuſque liberè dicant, vt proindè S. Carolus his rationibus motus, Vicarium externum adhibuerit, teſte Carolo à Baſilica Petri in eius vita *lib.7.cap.36.* Homnb. *de homil.vit.ſtat.cap. 7.* Quod etiam eſt de iure: Quia officium Vicariatus præſefert iuriſdictionem, quam in propria patria exercere non permittitur. *l.vlt. C.de crim.Sacril. & l.3. C.de diuerſ. offic. lib.12.* cumm alijs congeſtis à Menoch. *lib.5.præſump. 12. num.8. ac ſeqq.*

Eòque magis, ſi conſtiterit de mala iuſtitiæ adminiſtratione, de abuſu cenſurarum, de extorta pecunia, vt idcircò de his dici poſſit, quod de Vicarijs, qui pluſquam debent accipiunt in collationibus beneficiorum, inquit Rebuff. *in prax. tit. quot. mod. benefic. acquir. n. 3,* Quod ſint ſimoniaci, & ſimoniacos faciant ſuos Epiſcopos, itàut ſeipſos, & ſuos damnent: Quia Vicarij Epiſcoporum non tenentur ad Syndicatum, quemadmodum tenentur Vicarij Capitulares, iuxtà Decretum Sac.Concilij Trid *ſeſſ.24. cap.16. de refor.*

Nec ſuffragatur, quod Epiſcopi prædeceſſores retinuerint Vicarios Diœceſanos: Quia non eſt exemplis iudicandum, præſertim quando non concurrit eadem ratio, ex quo in illis concurrebat aliqua cauſa ex ſuperius recenſitis; Vndè ex diuerſis non fit illatio, ex vulgò adductis.

An Epiſcopus eligere poſſit Regularem in ſuum Vicarium Generalem, ſine licentia Superioris? Vide de Regular. tom.10. Conſul.108.

1. *An Vicarius Capitularis poſſit indicere proceſſiones publicas, ſine conſenſu Capituli, & minari cenſuras, & pœnas Canonicis, proceſſionibus non intereſſentibus? Et quatenus negatiuè,*
2. *An ſaltem poſſit eas indicere ſine conſilio Capituli, ac minari cenſuras, & pœnas, vt ſupra?* tom. 10. Conſul.121.

AD 1. Quoad vtramque partem affirmatiuè; Habet enim Vicarius Capitularis fundatam intentionem in exercitio ordinariæ iuriſdictionis, eadem prorſus ſibi ratione, qua ipſi Epiſcopo competentis, Gloſ. *in cap. Romana v. generaliter,* ibique Doctores *de appell. in 6. in cap. tua v. Vicarij de offic. Vicar.* Quod procedet etiam in Vicario ſimpliciter Capitulari, Sede vacante, Garz. *de benefic.par.5.cap.8.n.22.* ac alij.

Vndè in terminis primæ partis dubij ex mente Sac.Cong.Conc.in *Elborenſi* 14. Ianuar.1617. teſte Barboſa *de vniuerſ.iur.Eccleſ.cap.43.num. 161. & ſeqq.* Non obſtante, quod Capitulum, vel alij eſſent in quaſi poſſeſſione contraria, & non obſtante etiam immemorabili conſuetudine, & ex Sac. Cong. Sac. Rit. in *Camertina* 24. Auguſti 1619. quam refert idem Barboſa *l.c.n.163.*

Eademque prorſus iuriſdictio indicendi publicas proceſſiones, illaſque ad euitanda ſcandala, potius per hanc, quam per aliam viam dirigendi, reſidet, abſente Epiſcopo, in Vicario Generali, cum conſilio tamen Capituli, non autem conſenſu, ac eodem modo, quo poſſet Epiſcopus, ſi præſens eſſet, teſtatur idem Barboſ. ex eadem Congreg. in *Vigilienſi* 28. Septemb.1630.

Quod verò ad 2. dubij partem perſpicua ſunt verba Sacri Cocilij Trid.*ſeſſ.25.c.13. de Regul.* Ideòque Vicarius poteſt nedum minari cenſuras, & pœnas etiam extraordinarias Canonicis ad publicam proceſſionem accedere recuſantibus, verum & illas exequi, Barboſ. *in collect. ad Conc.l.c.*

Ad 2. Non poteſt, Capitulo non requiſito, ac ſine eius conſilio, atque adeò, nec præcipere, vt Canonici eis interſint ſub pœna pecuniaria, & cenſurarum. Ac proindè præceptum huiuſmodi reuocandum: Quia indictio ipſa ſine conſilio Capituli irrita eſt, Valenzuol. *conſ. 134. à n.3. tom.2.*

Porrò conſilium Capituli intelligi de priuatis, non autem de publicis proceſſionibus declarauit Sac. Cong Conc. quæ etiam declarauit, intelligi de proceſſionibus, quæ fiunt in Ciuitate: Quia Epiſcopus non tenetur requirere conſilium Capituli Cathedralis in decernendis, ac dirigendis proceſſionibus Oppidi ſuæ Diœceſis, vt in *Elnenſi* prò Oppido *Perpiniani* ſub anno 1596.

An, ius viſitandi Diœceſim competat Capitulo, Sede Epiſcopali Vacante, Vide de Viſitatione to.10. Conſul.123. ac tom.9. Conſul.146.

De auctoritate Capituli, quoad literas dimiſſorias, Sede vacante &c. tom.10. Conſul.158.

Vide quæ alias ſupra dicta ſunt, & præſertim de Immunit. *tom.3. Conſul.8.*

DE VICARIIS CVRATIS. Vide de Parocho.

DE VICARIIS REGVLARIVM. Vide de Regularibus.

DE

DE VISITATIONE.

An Epiſcopus poſſit viſitare Montem Pietatis ſeorſim ab Officialibus laicis, alias forſan viſitare ſolitis, & abſque eorum conſenſu decernere, quæ ad bonum regimen expedire cenſuerit? & alia. Vide de Monte Pietatis tom. 1. Conſul. 40. & 302. ac tom. 9. Conſul. 152.

IN quibuſdam Diœceſibus ex immemorabili cõſuetudine fuit à Populis, ſeù Communitatibus, non autem à Clero perſoluta procuratio Epiſcopo viſitanti; Cumque hodiè iidem populi, ſeù Communitates cum aſſiſtentia ſuorum Principum ſoluere in futurum renuant; Ideò quæritur prò parte Cleri:

An obſeruatio dictæ conſuetudinis ſit præcipienda? tom. 1. Conſul. 47.

IN hac re habemus concluſionem receptam, vt nimirum in procuratione ſoluenda Epiſcopo viſitanti attendatur conſuetudo, Cap. *ſopitæ Doctores de cenſibus*, & in terminis de conſuetudine ſoluendi procurationem à populis, & Communitatibus cenſuit Sac. Cong. Conc. in ſeq. declaratione.

In Nucerina 5. *Iun.* 1607. *Sac. Cong. Conc. cenſuit, ſi populus Caſtri Collis conſueuerit ſoluere procurationem Epiſcopo viſitanti; huiuſmodi conſuetudinem eſſe obſeruandam.*

Verum concluſio hæc ex opinione eiuſdem Sac. Congregationis non eſt perpetua: Quia non procedit quando populi conqueruntur, & in futurum ſoluere renuunt, vt poſt Armendariz, & plures alios tradit Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 73. *num.* 45. ac firmat eadem Sacra Congreg. in declarationibus mox adducendis. Ea, ni fallor, ratione, quod cum laici de iure non teneantur ad huiuſmodi procurationis præſtationem Epiſcopo viſitanti, vt in puncto firmat Gloſs. *cap.* 1. *v. laicos de cenſib. in* 6. *& ibidem* Oſten. *nu.* 14. & Gemin. *in fin.* præſumitur quidem, illam ſoluiſſe ex mera liberalitate, & facultate, vt colligitur ex Gloſs. *in cap. cauendum v. ſumptus* 11. *quæſt.* 3. iuncto tex. in *cap. cum Apoſtolus de cenſib.*

Quæ ſanè opinio videtur procedere, etiam ſi conſuetudo ſit immemorabilis, quando non probetur actio nata ex actibus contradictionis cum ſequuta coactione, & patientia, ſeù non conſtet de titulo coactiuo. Non enim in facultatiuis inducitur conſuetudo, etiam per mille annos. Innoc. in cap. *cum Eccleſia Sutrina ſub num.* 5. *de cauſ. poſſeſ. & propriet.* Dec *conſ.* 8. *col.* 4. *in princ. & circa fin.*

Et in his etiam terminis immemorabilis conſuetudinis repetiuntur infraſcriptæ declarationes eiuſdem Sac. Cong. Conc.

In vna Vintimilien. Sac. &c. cenſuit, ſi ex conſuetudine immemorabili populus ſubminiſtret victualia Epiſcopo viſitanti, Epiſcopum poſſe ſeruare huiuſmodi conſuetudinem, vti Eccleſiæ vtilem, ſi populus de hoc non conqueratur, Laudabile tamen eſſe, vt Epiſcopus minus illum grauet, & non poſſe illum compellere, ſi noluerit amplius ea præſtare, exigenda tamen eſſe ab alijs, qui viſitantur, iuxtà formam d. decreti Sac. Conc. c. 3. *ſeſs.* 24. *de refor.*

In vna Cæſaraugulta 20. *Decemb.* 1581. *Sacra &c. ad ſecundum reſpondit, ſeruari poſſe conſuetudinem immemorabilem Eccleſiis vtilem, ſi Communitas non conqueratur; Laudabilius tamen eſſe, quod Archiepiſcopus illam non grauet. Quod ſi à Communitatibus exigit victualia, nihil à Clericis exigat.*

Et in terminis, quando concurrit Principum temporalium aſſiſtentia, vltrà renitentiam Populorum, eadem Sac. Cong. ſatius duxit reſpondere, vt in ſequenti declaratione:

In vna Biſuntina 15. *Septemb.* 1607. *Sacra &c. Perpenſa opinione Gloſſæ* in cap. cauendum, *& aliorum, quod de iure laici ad procurationem non teneantur, quodque Doctores teſtantur ità ſeruari, quamuis contraria opinio forſan ſit receptior, tamen ſatius putauit, nihil in hac re decernendum contrà laicos, mandauitque, vt Secretarius oretenus ipſimet Agenti Archiepiſcopi, vt ſua prudentia, & dexteritate, ſi impedimentum, & renitentia remoueri non poſſit, ſe abſtineat ab executione exactionis à Populis &c.*

Nec obſtare debet allegata forſan paupertas, & impotentia Cleri ad ſoluendum huiuſmodi procurationem: Nam paupertate Cleri exiſtente, Epiſcopus tenetur ſibi de ſuo prouidere. Gloſs. *in cap. cum inſtantia v. prægrauari circà medium*, Hoſtien. *num.* 5. *& 6.* Anchar *num.* 9. *de cenſibus*.

An prò generali Viſitatione indicenda, poſſit Epiſcopus ſolus facere edicta generalia, abſque conſenſu, & conſilio Capituli? tom. 1. Conſul. 58.

AFfirmatiuè: Ità ex mente Sac. Cong. Conc. pluries dixit Rota, præſertim in *Illerden. Viſitationis* 21. April. 1606. & 28. eiuſdem 1608. coram Iuſta, & ſub die 10. Maij 1613. coram Vbaldo. Ea ratione, quia neque de iure, neque ex Conc. Trid. reperitur impoſitum tale onus Epiſcopis. Id tamen moneo, non procedere ſimpliciter, ſed in edictis dumtaxat, quę fiunt prò præparatione Viſitationis, & quæ præire ſolent Viſitationem generalem, quæ fit ſine inquiſitione ſolemni, ſecus verò in edictis, quæ fiunt prò Viſitatione

Digitized by Google

generall, quæ fieri debet in forma iudicij, & per inquiſitionem ſolemnem, vt benè declaratur in d. *Ilerden.* coram Vbaldo.

An, in eiuſmodi edictis generalibus poſſit Epiſcopus præcipere in virtute Sanctæ Obedientiæ, vt quilibet de populo teneatur reuelare ea, quæ correctione, vel emendatione digna iudicauerit? tom. 1. Conſul. 59.

NEgatiuè: Quia talis comminatio induceret peccatum mortale non obedientibus, & quamplures reputabunt ſibi indecorum eſſe huiuſmodi denunciationes facere, tanquam ſapientes officium exploratoris, ſicque facilè contemnent hanc comminationem, & per contemptum incident in peccatum mortale; Vndè ea ratione, quia Sac. Cong. alias cenſuit non poſſe comminari pœnam excommunicationis, videtur dicendum, non licere ſubijcere ſubditos periculo peccati mortalis, ad quod euitandum vti debet Epiſcopus remedio temporali, quo vtuntur fermè omnes Principes, inſtituendo exploratores, delatoreſque, qui crimina denuncient, Cruciatu enim, aut præmio cuncta ſunt peruia. Vbi igitur habemus remedium ordinarium, & viſitatum, non eſt ad extraordinaria deueniendum abſque neceſſitate. Veruntamen hac in re cautio eſt, nè non temere delatoribus iſtis, & auricularijs credatur.

An Epiſcopus teneatur accedere ad locum Capitularem prò viſitandis ſingulis Canonicis, quemadmodum tenetur, dum viſitat Capitulum in communi, vel illi liceat eos vocare ad ſe in ſuo Palatio, ibique illos viſitare? tom. 1. Conſul. 60.

SI Epiſcopus vult viſitare Capitulum in communi, tenetur accedere ad locum Capitularem. Quandò verò vult viſitare ſingulos de Capitulo, poteſt eos vocare, & viſitare in ſuo Palatio ad ſuum beneplacitum. Ità cenſuit Sac. Cong. in vna *Abulen. iuris viſitandi* 15. Ian. 1580.

An in generali viſitatione poſſit Epiſcopus ſolus ſine Coniudicibus imponere Canonicis pœnam extraordinariam, tendentem magis ad correctionem morum, quam ad punitionem? tom. 1. Conſul. 61.

REſpondendum videtur affirmatiuè, proue pluries cenſuit Sac. Cong. Conc. præſertim in vna *Abulen.* 21. Maij 1588. & in *Aſtoricen.* vbi dixit, ità ſeruandum, non obſtante quacumque contraria conſuetudine immemorabili adhibendi Adiunctos, quæ tamet ſi non fuerit ſublata per *cap. 4. ſeſſ. 6.* fuit tamen ſublata per *cap. 6. ſeſſ. 21.* Id nihilominus non approbo. Quippè ex hoc fieri poteſt fraus Sac. Concilio danti Coniudices; nam ſemper ad euitandum Coniudices Epiſcopus ità quidem Canonicos puniret, adeòque erit Seminarium litium in iudicando, quæ dicatur pœna reſpiciens correctionem, & quæ punitionem, & ſic timoris cruciatu Canonici angerentur, eum hoc pacto poſſint indirectè puniri ſine Adiunctis; quod tamen abhorruit Sac. Concilium propter ſolitam emulationem inter Epiſcopos, & Capitula, illis tendentibus ad Monarchiam, his tuentibus authoritatem Sedis Apoſtolicæ, Id quod in politia Eccleſiæ magni momenti eſt.

An Viſitatio Eccleſiæ Cathedralis, illiuſque perſonarum poſſit impediri, vel retardari per appellationem, dum non docetur de aliqua particulari exemptione? to. 1. Conſ. 62. & vide etiam Conſul. 382. eiuſdem tom.

DIſtinguas: Nimirum non poſſe in pertinentibus ad correctionem morum, poſſe verò in alijs. Ità diſponit Sac. Conc. *cap. 10. ſeſs. 24. de ref.* & ex mente Sac. Cong. Concil. reſoluit Rota in vna *Oſcen. Iuriſdictionis* 24. Maij 1591. coram Card. Blanchetto, ac ſæpè alibi. Interim verò debet Epiſcopus ſuperſedere, & mittere ad Sedem Apoſtolicam allegationes facti, & iuris: Quia ſi priuilegia exemptionis ſunt clara, ceſſat prætenſio Epiſcopi de viſitando. Si verò ſunt dubia, pertinet iudicium ad ipſam Sedem Apoſtolicam. *l. Non ambigitur, ff. de legib.* Cap *Cum. veniſſent de Iudicibus.*

An in Viſitatione Cathedralis poſſit Epiſcopus ſolus ſine Coniudicibus exigere rationem adminiſtrationis quorumcumque operum piorum ſub cura Capituli exiſtentium? tom. 1. Conſul. 63.

REſpondetur, id licere Epiſcopo in generali Viſitatione, quæ fit abſque inquiſitione, ſecus verò quando Epiſcopus viſitat in forma iudicij, & cum inquiſitione ſolemni; Et ità cenſuit Sac. Cong. in præcitata *Abulen. Iuris viſitandi* 25. Ianuar. 1580. & pluries firmauit Rota, præſertim in *Ilerden. Viſitationis* coram Iuſto 13. Nouemb. 1602. & 26. Iun. 1606. & 11. Maij 1609. & coram Vbaldo 26. Nouemb. 1612. Porrò deciſiones, quæ coram Coccino hac in re ſolent allegari, loquuntur de alio diuerſo articulo.

An Epiſcopus in Viſitatione Cathedralis poſſit exigere rationem à Capitulo de applicatione, & diuiſione diſtributionum quotidianarum, & aliorum emolumentorum, duplarum, & Anniuerſariorum dictæ Eccleſiæ, præſuppoſito maximè, quod de fructibus omnium præbendatorum, tam Canonicorum, quàm Beneficiatorum, & Capellanorum ſit vna communis maſſa, cuius adminiſtratio ex conſuetudine dicitur ad ſolum Capitulum ſpectare? tom. 1. Conſul. 64.

AFfirmatiuè. Ità fertur reſolutum fuiſſe à Sac. Congreg. Concil. *ad cap. 9. ſeſſ. 22. de refor.*

An, Epiſcopus poſſit in Viſitatione Cathedralis corrigere, & moderari Statuta Eccleſiæ, non confirmata à Sede Apoſtolica? to. 1. Conſul. 65.

VIdetur affirmatiuè reſpondendum, vt in puncto fuit deciſum à Rota in *Barbaſtren Iuriſdictionis* 17. Iun. 1585. coram Card. Pamphilio, vbi excipitur caſus, quando in Statuto agitur de re communiter ſpectante ad Epiſcopum, & Capitulum: quia tunc requiritur conſenſus Capituli. Adnecto tamen, quod hoc quæſitum fuit alias propoſitum in ſupradicta *Abul. ſub num.* 4. in vltima propoſitione data in Sac. Cong. Conc. circà Statuta Adminiſtratorum, & tunc Sac. Cong. articulum non definiuit expreſsè, ſed dixit, quod Epiſcopus ſe contineat intrà limites Viſitationis; Quaſi diceret, non poſſe hoc facere: Quia hoc non pertinet ad correctionem. Et quidem meritò: Quia, cum facultas ſtatuendi proueniat à iuriſdictione, quam quodlibet Collegium habet in rebus ſuis de iure communi, non poteſt Epiſcopus derogare iuri communi, & tollere ius tertij, ſed hoc ſoli Principi permittitur, alias viſitatio ſeruiret, non ad ædificationem, ſed ad deſtructionem.

Nec obſtat deciſio *Barbaſtren Iuriſdictionis* adducta; Non enim loquitur in caſu noſtræ quæſtionis, an ſcilicet poſſit corrigere, & moderari Statuta Eccleſiæ, ſed an, & quando Epiſcopus teneatur in condendis Statutis requirere conſenſum, vel conſilium Capituli.

An, Epiſcopus poſſit viſitare Archiuium Cathedralis, & recognoſcere iura, & Scripturas concernentes Statum Eccleſiæ? tom. 1. Conſult. 66.

NEgatiuè: Quia cum ſæpè incidant quæſtiones inter Epiſcopum, & Capitulum, eſſet profectò contra regulam iuris, quod de domo rei, vel actoris non ſunt ſumenda arma ad eius offenſionem, & contrà regulam, *quod quiſque iuris, &c.* cum non liceat Capitulo cognoſcere iura Archiuij Epiſcopi. Et ideò in hoc videtur ſeruanda diſpoſitio iuris circà exhibitionem Iurium hinc indè per compulſoriales, quando conſtat de exiſtentia alicuius ſcripturæ, & de intereſſe petentis exhibitionem, vt obſeruat Rota.

An, Patres Viſitatores Apoſtolici Vrbis poſſint Ven. Hoſpitale, & Eccleſiam SS. Iacobi, & Idelphonſi inclitæ nationis Hiſpaniarum de Vrbe, facultate ſibi demandata, viſitare? tom. 1. Conſul. 114.

TEnendum eſt, quod huiuſmodi Eccleſia, & Hoſpitale non poſſunt ſe excuſare à ſacra Viſitatione recipienda, cum d. Hoſpitale comprehendatur ſub diſpoſitione Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 8. & ſeq. de ref.* Nec exemptum dici poteſt, ex quo prætenditur exiſtere ſub immediata protectione potentiſſimi Regis Hiſpaniarum, quam protectionem immediatam, nec in fundatione nec alibi video: Nam ſi conſideremus Hoſpitale iſtud vti opus pium, & ſacrum à Regibus ædificatum, iuxtà tex. *in cap. Boni Principis 96. d.* certum eſt, quod non potuit ædificari ſine conſenſu Sum. Pontificis, cui tantummodò, & locorum Ordinariis ſimile conſenſum præſtare competit, vt probatur in *cap. Quicumque 16. quæſt. 19.* deſumpto ex Conc. Vormacienſi his verbis: *Quicumque voluerit in ſua proprietate Eccleſiam ædificare, & conſenſum, & voluntatem Epiſcopi habuerit, in cuius Parochia eſt, licitum ſit.* Et ſimile *in cap. Lator 16. quæſt.* 5. & *in cap. Quidam* deſumpto ex Conc. Chalcedonenſi 18. *quæſt. 2. & in cap. cum olim, §. Inſuper de priuil. melior. tex. in cap. Auctoritatem eodem tit. & in cap. 1. de exceſſ. Prel. eodem.* Quod etiam Iuſtinianus diſpoſuit in *Nouella 5. ſub princ. & in Nouell. 131. verſ. Nemo Oratorium.* Et vltrà ordinarios in cit. locis, tradunt Turrecrem. *in d. cap. Nemo num.* 5. Abb. in *cap. Nobis nu. 2. de iurepatr.* & Greg. Lopez *in l. 1. gloſ. 5. tit. 10. par. 1.*

Et ratio principalis eſt, quia Sum. Pontifex, vel Ordinarius, antequam ad licentiam concedendum, & conſenſum præſtandum procedat, opus eſt, vt habeat conſiderationem ad prouentus, ad cuſtodiam, Cuſtodumque ſtipendia, quos ſtatuit, qui ædificare deſiderat, & quod dotatio ſufficiat procul dubio in illa Eccleſia, ſeù Hoſpitali, & miniſterio, miniſtrantibus, & prò oneribus ſoluendis ad tex. *in cap. Piæ mentis 16. quæſt. 7.*

Si verò conſideremus Hoſpitale fundatum vti domus laicalis prò pauperibus recipiendis, & infirmorum gubernio, quæ domus, licet largo modo dicatur religioſa reſpectu operis pii, non tamen gaudebit Eccleſiaſtica libertate, immunitate, & aliis Eccleſiaſticis priuilegiis. Et tunc in illius conſtructione non eſt neceſſaria licentia, ſeù conſenſus Apoſtolicus. Oſtien. *in ſum. tit. de Regul. §. Quis ſit Regularis, & in tit. de*

Hhh 2 relig.

relig. dom. §. Quis dicatur locus Religioſus.

At certum eſt, quod huiſmodi Hoſpitale gaudet libertate, immunitates, & alijs priuilegijs Eccleſiaſticis, & ex iuribus ſuper alleg. non potuit ædificari abſque licentia, & conſenſu Apoſtolico. Ideòque neceſſariò dicendum eſt, quod non comprehenditur ſub exemptione *d. cap.* 8. *ſeſſ.* 22. Sac. Conc. Trid. cum verè, & realiter non exiſtat ſub immediata protectione Regia, prout requiritur in d. Conc. ad effectum exemptionis prædictæ. Et Immediata Regis protectio dicitur illa, quæ non habet aliquam dependentiam ab Eccleſia, conſiderando verbum illud *immediatè*.

Conſidero etiam, quod Sac. Viſitatio in Vrbe fit à Sum. Pontifice, & eius nomine omnibus locis pijs, & neſcio cur hoc Hoſpitale velit ſe eximere ab illa recipienda, ſub prætexto Regiæ protectionis, quæ etiam ſi Hoſpitale non eſſet locus pius, & Eccleſiaſticus, non poſſet in Vrbe dici immediata, vt Sac. Conc. requirit, in qua tam Eccleſiæ, quam loca profana exiſtunt immediatè ſub Pontificia iuriſdictione. Sed de hoc non eſt opus diſputare, cum verè, ac realiter Hoſpitale iſtud ſit locus pius, & Eccleſiaſticus, & ſic immediatè ſub poteſtate, & iuriſdictione Sum. Pontificis. Ipſe enim eſt verus Adminiſtrator omnium Eccleſiarum earum, ac communis Rector, & ideò liberius poteſt in eis diſponere, quam alius Rector, vel Princeps in bonis Subditorum, vt in cap. *ſicut venire*, & ibi Barr. *de exceſ. Prælat. in cap. multiplici de decim.* & latiſſimè Hiſpanus Gloſſator Greg. Lopez *in l.* 5. *p.* 1. *gloſ.* 21.

Portò huiuſmodi Eccleſiam, & Hoſpitale fuiſſe alias viſitatum poſt Sac. Conc. Trid. conſtat ex viſitatione facta ſub anno 1574. die 8. 9. & 21. Martij, quæ videtur ſufficiens; Nam facta legitur tam de Eccleſia, quam de Hoſpitali vt in *col.* 1. ibi: *Vnà cum Hoſpitale d. Eccleſia annexo viſitandi gratia de mandato Illuſtriſſimi Almæ Vrbis Vicarij.* Et rurſus: *Inuenta fuit d. Eccleſia, & Hoſpitale &c.* & *col.* 4. ibi: *Prò Eccleſiæ, & Hoſpitalis ſeruitio.* Et clarius *col.* 8. his verbis: *Deindè fuit viſitatum Hoſpitale*:

Item quia fuit facta præſentibus, & acquieſcentibus Adminiſtratoribus, vt in *col.* 1. ibi: *Præſentibus Doctore Salizedo, Doctore Iſidoro, & Io: Baptiſta Velez Adminiſtratoribus.* Et *col.* 5. ibi: *Præſentibus dictis Doctore Salizedo &c.* Qui Adminiſtratores probabiliter ſunt Adminiſtratores tam Eccleſiæ, quam Hoſpitalis, dum immediatè dcitur: *Et regitur, & gubernatur per Gubernatorem, & Officiales infraſcriptos.* Quæ verba ad vtrumque referuntur. Et quia iidem Adminiſtratores informationem dederont de vtroque, & præſentiam præſtiterunt in viſitatione vtriuſque.

Obiectū de ratione non reddita videtur ceſſare: Nam inſtantia huiuſmodi redditionis, & promiſſio Adminiſtratorum de illa reddenda iuſtificatur *col.* 3. ibi: *Quorum omnium expenſarum notulam prædicti Domini Officiales requiſiti à Reuerendiſſimis Viſitatoribus promiſerunt exhibere mihi,* & *col.* 4. *ordinatum &c.* & *col.* 5. *fuit ordinatum, vt & in ſcriptis omnium redditumm, ſtabilium, & expenſarum detur notula per eoſdem, qui ſe obtulerunt illam dare.*

Et quia conſtat etiam de aliquali redditione rationis, vt in *col.* 5. ibi: *Et primò habitis quibuſdam ſermonibus ſuper redditibus.* Et in *col.* 3., vbi datur diſtincta relatio ſalarij, & expenſarum circà Capellanos. Et in *col.* 4. *& ſeq.* magis diſtinctè exponitur de ſalario Officialium, & inſeruientium. Vndè cum exacta redditio adminiſtrationis fiat extrà Eccleſiam, & locum viſitatum, vt pluries cenſuit Sac. Cong. Conc. in ſequentibus declarationibus, ideò non mirum ſi in rogitu actus Viſitationis non habeatur magis diſtincta expreſſio huiuſmodi redditionis computorum, nec propterea ex hoc inferri poteſt ad non redditionem.

Die 11. Aprilis in vna Cremon. Sac. Cong. Conc. &c. ad 1. *reſpondit, Adminiſtratores teneri coram Ord. libros rationum exhibere extrà Eccleſiam.*

Die 11. Maij 1624. Sac. Congr. cenſuit, redditionem rationis debere fieri in domo Epiſcopi viſitantis, non in loco Confraternitatis.

Quod autem huiuſmodi viſitatio ſit de iure permiſſa Viſitatori de mandato Eminentiſſimi Almæ Vrbis Vicarij, etiam ſi Eccleſia, & Hoſpitale ſint ſub Regis Catholici protectione, vltrà latius deducta ex Socc. *de viſit. ſub. nu.* 16. & quaſi poſſeſſionem ex d. viſitatione anno 1574. quæ ſufficit ex *vulg.* non videtur in dubium poſſe reuocari ex opinione Sac. Congr. Conc., de qua in declarationibus, quæ in terminis viſitationis Ordinariorum loquuntur vide *de Immunit. tom.* 7. *Conſul.* 15. omninò viden. vbi fusè.

An Epiſcopus poſſit viſitare Eccleſias, & domos Parochiales Regularium. tom. 1. Conſul. 253.

POteſt ex Trid. *cap.* 7. *ſeſ.* 7. *de refor.* & ex Conſtitutione Greg. XV. *de exemp. priuil.* Ità Sac. Congr. Conc. in vna *Auguſtana* 15. Iun. 1652. in qua cenſuit, Epiſcopum poſſe viſitare nedum Eccleſiam Parochialem in concernentibus curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, nec non perſonam illam exercentem, verum etiam ædes Parochiales, & renuentes compellere, etiam per cenſuras. Quod confirmauit 27. Iulij eiuſdem anni.

Similiter *tom.* 4. *Conſul.* 155. habetur quaſi idem quæſitum, nempè:

An Epiſcopus viſitare poſſit domum Parochialem Regularis cuiuſcumque Ordinis exempti?

Et reſpondetur pariter affirmatiuè: Nam in eius viſitatione inquirendum, qui incolæ, quæ cohabitatio ancillarum, facinoroſorum, & ſimilium, reparatio, diſtantia ab Eccleſia, commoditas, & facilitas egrediendi noctu prò Sacramentorum adminiſtratione, & alia huiuſmodi.

modi, Gauant. *in prax. viſit. Epiſc. §. 6. n.* 4. *& §. 9. n.* 15. Et quidem non video, cur Epiſcopus, qui reſpectu concernentium curam animarum poteſt viſitare Eccleſias, & perſonas exemptas, ne queat viſitare ædes Parochiales, cũ potius acceſſoriũ ſequatur naturam ſui principalis. *l. etiã c. de iur. dot. reg. acceſſoriũ de reg. iur. in 6.* & ſi licet quod plus eſt, id quoque, quod minus eſt licere debere. *Auth. multò magis C. de Sacroſ. Eccleſ. cap. per venerabilem qui fil. ſint legit. Quod ſæpè declarauit Sac. Congr. Conc.* Alia vide de Equitibus *tom.* 1. *Conſul.* 305.

An pecunia, qua loco victualium ex conſuetudine Epiſcopo viſitanti præſtatur, poſſit ab eo applicari præbendis Canonicalibus &c.? Vide de Capitulo tom. 1. Conſul. 255.

An Epiſcopo, ſeù potius Cuſtodibus, ſiuè Communitati ſæculari liceat viſitare, & adminiſtrationem reuidere Montis Pietatis? Vide de Monte Piet. tom. 1. Conſul. 302.

An Epiſcopo in viſitatione Eccleſiarum Parochialium Religionis Hieroſolymitanæ liceat decreta facere, eaque exequi? Vide de Equitibus tom. 1. Conſul. 305. tom. 2. Conſul. 26. & tom. 3. Conſul. 58.

SVpponitur ex conſuetudine immemorabili, quod in viſitatione cuiuſdam Diœceſis ſoluantur Epiſcopo viſitanti etiam vecturæ Equorũ. Cum his temporibus omnia Epiſcopis controuertantur. Ideò quæritur:

An poſſit concordare cum ſubditis, qui vna vice aliquam conſiderabilem ſummam perſoluere conſueuant, tum liberationis in futurum ab huiuſmodi onere, ità tamen, vt d. ſumma integrè conuertatur in emptionem bonorum ſtabilium prò augmento dotis Menſæ Epiſcopalis, quæ habet tenuiſſimos redditus? tom. 1. Conſul. 344.

REſpondetur: Non poſſe abſque facultate Apoſtolica, quæ deneganda videtur, cum à Sac. Conc. Trid. *cap.* 3. *ſeſ.* 24. *de refor.* Epiſcopo viſitanti recipere permittantur dumtaxat victualia, quorum appellatio non veniunt, niſi expenſæ victus, vt tradit Zerola *in prax. v. viſitatio §. 6. dub.* 1. *&* 3. vbi addit, ſubditos non teneri illi adminiſtrare equitaturas. Nec attendenda videtur conſuetudo, etiam immemorabilis prò d. Epiſcopo allegata, cum illi in eo Concilij loco ſit expreſsè derogatum.

1. *An Epiſcopus poſſit viſitare Capellas campeſtres Regularium?*
2. *An idem poſſit præcipere Capellanis earundem, nè Miſſas celebrent, antequam celebretur Miſſa Eccleſiarum Parochialium?* tom. 1. Conſul. 347.

AD 1. Negatiuè quatenus Eccleſiæ ſint Regulares.

Ad 2. Pariter negatiuè. Idem cenſuit Sac. Cong. Conc. in vna *Teruiſina* 17. April. 1649. *ad cap.* 8. *ſeſ.* 7. *de refor.*

An à decretis in viſitatione factis detur appellatio. Vide de Appell. tom. 1. Conſul. 382. Ac hoc eod. tract. de Viſitat. eodem. tom. Conſul. 62.

An Confraternitates Eccleſiaſticæ, dũ Epiſcopus earũ Eccleſias, & Oratoria viſitat, teneantur, prò rata cum Rectoribus Eccleſiarum Parochialium contribuere cibarijs, & victualibus Epiſcopo viſitanti præſtari ſolitis? tom. 1. Conſul. 387.

REſpondetur: Teneri, ſed videatur conſuetudo. Ità Sac. Cong. Conc. in vna *Dertonen.* 4. Maij 1652. *ad cap.* 3. *ſeſ.* 24. *de refor.*

EPiſcopus viſitauit Conuentum Regularium ſuę iuriſdictioni ſubiectum in vim decreti Innocentij X. incip. *Vt in paruis*, propterea quod tunc temporis ibi non erant de familia, neq; reipſa alebantur ſex Religioſi; ſed poſt abſolutam viſitationem, ſine vlla fraude à Superioribus Regularibus in eodem Conuentu adaucta eſt familia, & impletus numerus ſex Religioſorum, ſicque Conuentus exemptionem recuperauit, iuxtà declarationes Sacr. Congr. nempè 16. & 17. inter impreſſas. Hoc poſito. Quæritur:

1. *An poſt exemptionem, vt præfertur, recuperatam, Epiſcopus poſſit eundem Conuentum viſitare, vt videat, an ordinationes, & decreta ab ipſo edita in viſitatione præcedenti fuerint executioni demandata?*
2. *An poſſit decreta executioni non demandata exequi, & prò illorum executione pænas adijcere, & aggrauare? Et quatenus poſſit,*
3. *An hæc facultas, quæ competit Epiſcopo, tanquam Sedi Apoſtolicæ delegato, expiret, elapſo integro anno à die publicationis decretorum?*
4. *An Epiſcopus poſt exemptionem à Conuentu recuperatam, poſſit condemnare, & punire etiam*

pæna

pæna corporis afflictiua; Religioſum, qui prò delicto in Curia Epiſcopali fuerat inquiſitus, & carceri mancipatus eo tempore, quo Conuentus erat Iuriſdictioni Epiſcopi ſubiectus? tom. 4. Conſul. 178.

AD 1. Negatiuè: Quia, cum hoc ſit actus iuriſdictionis, & Conuentus huiuſmodi non eſt amplius ſub iuriſdictione Epiſcopi, non poteſt amplius illam exercere in non Subditum, *cap. 2. de conſtit. in 6.* Præterea facultas videndi, an Decreta ſint executioni demandata, eſt etiam facultas corrigendi, & eſt ſubijcere propriæ poteſtati Conuentum iam exemptum, quod non fit ſine exercitio Superioritatis, *arg. cap. Sententia 35. q. 9. & cap. nimis 17. q. 4. & l. 1. in fin. ff. de quæſt.* Regulares autem ſunt omninò exempti ab omni Superioritate Ordinariorum. Cap. *Nimis pauca de exceſſ. Prælat.* ac Trid. *ſeſs. 21. cap. 2. & 21. de refor. ac ſeſs. 14. cap. 5.* Accedit, quod exemptio iam recuperata à Regularibus eximit eos omninò a iuriſdictione Epiſcopi, atque adeò ſoluit ſubiectionem reſpectu ipſius.

Ad 2. Pariter negatiuè: Quia ſi Epiſcopus non habet amplius iuriſdictionem ad exigendam pęnam, neque etiam habet amplius ius aliquod ad ipſam, ſiuè vt perſona publica, ſiuè vt priuata; Nam obligatio ad pęnam eſt ſolum obligatio iuſtitiæ legalis, ex qua ſolum oritur ius ad pęnam exigendam, & obligatio ad ſoluendam. Si autem extinguitur ius, extinguitur etiam debitum, quo inobediens tenebatur luere pœnam: quia ius, & debitum ſunt correlatiua, quorum idem eſt iudicium. *l. ff. de acceptilat. & l. ſi quis Seruo C. de furt.* Et vno deſtructo, deſtruitur & aliud, *l. filio §. matri ff. de adim. leg. cum ſimilibus.*

Ad 3. Puto affirmatiuè, per tex. *in cap. Quærenti de off. Iud. deleg.* vbi eſt caſus ſingularis, vt ſunt pulcræ, ac copioſæ Gloſſæ.

Ad 4. Non poſſe: Quia licet Regularis deliquerit tempore, quo erat ſubiectus Epiſcopo, ac proindè ipſe ius habebat pœnam exigendi, dum tamen perſona, à qua eſt exigenda, efficitur exempta, ſubtrahitur iuriſdictioni Epiſcopali, atque adeò inflictio pœnæ non ſubeſt amplius eidem iuriſdictioni, ſiuè non ſubeſt perſonæ. Ità ſi quis, exiſtens in ſtatu ſæculari, committat delictum, & poſtea efficiatur Clericus, non pertinet amplius ad forum ſæculare, ſed iudicari debet ab Eccleſiaſtico, vt *tom. 1.* probauimus *tr. de Immunit.* Quia per mutationem ſtatus eſt omninò ſubtractus ab ipſius iuriſdictione, ac itaut continuatio pœnæ nequeat ipſius iuriſdictionem protogare, vt docent iidem DD. quos ibi adduximus;

An, & quatenus Epiſcopo liceat Hoſpitalia, ac cæteros locos pios viſitare, & ab eorum Adminiſtratoribus rationes adminiſtrationis exigere? to. 4. Conſul. 204., ac vide etiam tom. 1. Conſul. 114. huius tract. *Et de Immun.* t. 7. Conſul. 15.

AFfirmatiuè. Tum quia Epiſcopus de iure communi fundatam habet intentionem ſuper ſubiectione, adminiſtratione, & ordinatione Hoſpitalium, quæ propterea ſubſunt illius Viſitationi. Fagnan. *in cap. Xenodochiis num. 1. & cap. ſeq. num. 6. de relig. dom.* Tum etiam ex Decretis Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 22. de ref. cap. 8. & 9.* ex quibus DD. omnes concludunt, poſse Epiſcopum tanquam delegatum Sedis Apoſtolicæ quocumque priuilegio exemptionis non obſtante, viſitare, & redditionem rationum petere, vt Cochier. *de iuriſd. in exemp. p. 1. q. 31. n. 7. & vlt. & p. 2. q. 45. n. 77. & 95.* Io: Franc. Leo. *in theſ. for. Eccleſ. p. 2. cap. 16. n. 26.* & alij. Et ideò Adminiſtratores Hoſpitalium, qui prætendunt illa eſſe omninò exempta ab huiuſmodi Viſitatione, id concludenter probare tenentur ex lege fundationis, idem Fagnan. *l. c. n. 3. & 6.* Ameyden *de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 15. §. 5. q. 11. n. 21.* ac alij.

Ac præſertim, ſi alias Epiſcopus illa viſitauerit: ſiuè enim id cōſideretur tanquam demonſtratiuum obſeruantiæ poſt Tridentinum, ſiuè ponderetur tanquam actus poſſeſſionis, apprimè deſeruit ad comprobationem iuris ipſius, vt in leuioribus terminis de manutentione alias obtenta, conſiderat Poſth. *de man. obſer. 29. n. 10. & 13.* Giouagnon. *conſ. 9. lib. 2. n. 76. & ſeq.*

Præter declarationes, quas hac de re in citatis Conſultationibus adduximus, extant litteræ, ac Decreta eiuſdem Sac. Congr. Conc. data Epiſcopo Papienſi. Etenim anno 1449. ex bonis Eccleſiaſticis Prioratus S. Matthęi Ordinis S. Benedicti fuit erectum Hoſpitale in Ciuitate Papienſi ſub inuocatione eiuſdem Sancti authoritate Nicolai V. prout latius in erectione continetur; Cumque modernus Epiſcopus prò quiete, vt aſſeruit, ſuę conſcientię retulerit Innocentio X. malam adminiſtrationem, & bonorum dilapidationem eiuſdem Hoſpitalis, ſupplicando prò declaratione d. Sac. Congr. an ei liceret illud viſitare, & rationem adminiſtrationis exigere, pręuia remiſſione à Pontifice die 18. Nouemb. 1651. propoſito dubio, datis hinc indè libellis, Eminentiſſimi Patres cenſuerunt, dandas eſſe declarationes antiquas, ſcilicet Decretum, & litteras Epiſcopo Papienſi directas ſub die 22. Mart. 1575. in libris Congregationis exiſtentes, & tunc oſtenſas, vt ſcilicet Epiſcopo, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato, liceret, non autem vti Epiſcopo authoritate Ordinaria, tenoris ſequentis:

Cum Adminiſtratores Hoſpitalis S. Matthæi Ciuitatis Papienſis exempti per priuilegium Nicolai V. à viſi-

viſitatione Ordinaria prætenderent ab eodem Ordinario, etiam poſt Concilium Trid. viſitari non poſſe, nec coram eo teneri rationem adminiſtrationis reddere, & hac de re Cong. Conc. conſuluerint. Cong. cenſuit, non obſtantibus allegatis ab Adminiſtratoribus Hoſpitalis, ius viſitandi d. Hoſpitale, & exigendi redditionem rationum ab eius Adminiſtratoribus competere Epiſcopo, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegato ex Decretis Conc. cap. 8. & 9. ſeſs. 22. de reform.

In libro litterarum eiuſdem Sac. Congreg. ſub eadem die 22. Mart. 1575. leguntur ſcriptæ Epiſcopo Papienſi litteræ tenoris ſequentis:

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine. Illuſtriſs. Cardinales, qui cognitis iis, quæ in Scripturis adiunctis hiſce litteris, quas hac eadem de reſcripſit, atque omnibus accurato ſtudio, & matura deliberatione perpenſis, cenſuerunt, Amplitudinem tuam, vti Epiſcopum Papienſem non poſſe ex Decreto Conc. ſeſs. 22. cap. 9. exigere redditionem rationum ab Adminiſtratoribus eiuſdem Hoſpitalis; Quare Amplitudo tua prò ſua religione, & in Sanctam hanc Sedem obſeruantia ità abſtinebit, & valebit in Domino. Romæ 22. Mart. 1575.

Datis verò vtrique parti d. Decreto, ac litteris, non acquieſcentibus Adminiſtratoribus, repropoſitum fuit dubium 22. Febr. 1653. cuius reſolutio fuit reſtricta: an ſupradicta diſtinctio, vt tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato, & non vti Epiſcopo liceat, ſit conformis diſpoſitioni Sac. Conc. Trident., & approbanda ſiuè eodem, ſiuè diuerſo tempore à Congregatione emanaſſet. Poſt multa fuit facta reiterata reſolutio tenoris ſequentis:

De 16. *Maij* 1654. *Sacra, &c. Viſis, ac maturè diſcuſſis omnibus iuribus hinc indè deductis, etiam à Iudice per Sac. Cong. delegato transmiſſis, nec non Decretis antiquis, cenſuit, licere Epiſcopo Papienſi, vti Sedis Apoſtolicæ delegato, viſitare Hoſpitale S. Matthæi Ciuitatis Papienſis, & ab illius Adminiſtratoribus rationem adminiſtrationis exigere, ad præſcriptum Sac. Conc. Trid.* cap. 8. & 9. ſeſs. 22. de refor.

Et deindè ſub die 4. Iul. eiuſdem anni, in qua reſolutum fuit, ſtandum eſſe in Decretis ſub dicta die 16. Maij.

An Epiſcopus poſſit viſitare Reliquias Sanctorum, exiſtentium in Eccleſiis Regularium? Vide de Canonizat. tom. 6. Conſul. 21.

An Decretis Concilii Prouincialis, confirmatis à Sede Apoſtolica, derogari poſſit per Viſitationem Apoſtolicam? tom. 6. Conſul. 89.

PRæſuppoſito, quod huiuſmodi confirmatio ſit ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, ſiuè in forma ſpecifica, non poteſt, niſi id habeat expreſſum in ſuis facultatibus, quod rarò, vel nunquam conceditur. Primò quia nomine Viſitationis continetur correctio, idcircò enim inſtituitur Viſitatio, vt corrigantur, quæ ſunt corrigenda, *arg. cap. ea quæ v. & tam in ſpiritualibus, & v. si verò Abbates de ſtat. Monach.* Conc. Trid. *ſeſs. 21. cap. 8. & ſeſs. 24. cap. 3. de ref.* Decreta autem Concilij Prouincialis confirmata à Sum. Pont. nulla indigent correctione, quia in fide, ac moribus errare non poſſunt, & contrarium exiſtimare eſt temerarium, erroneum, & hæreſi proximum. Si enim Sum. Pontifex errare non poteſt, certè neque Concilium, quamuis exiguum ab illo comprobatum, vt docet Bellarm. *lib. 2. cap. 5. num. 10. de auct. Conc.*

Deindè: quia ex confirmatione Pontificis confertur rei confirmatæ ius perpetuum, & irreuocabile, *cap. 2.* Ibique Innoc. Oſt. & Io: And. cæterique *de confir. vtil. vel inutil. cap. ſuper his de accuſat.* Vndè hæc confirmatio ligat manus Viſitatoris, etiam Iudicis, quominus poſſit cognoſcere de quæſtione exorta ſuper re confirmata ſine mandato Papæ, vt in *d. cap. ſi quis in fin.*

Poſtremò, quia confirmatum à Sum. Pontifice fit proprium ipſius, quando illud ſibi aſſumit, & de ipſo plenè informatus procedit cum plena informatione negotij, vt per tex. expreſſum *in cap. ſi Apoſtolica de præb. in 6.* Quando autem Pontifex confirmauit Decreta Conc. Prouincialis in forma ſpecifica, procedit cum plena informatione negotij, atque adeò fiunt illa ipſius propria, & proindè non poſſunt Viſitatores eorum authoritati derogare ſine expreſſo mandato Pontificis, ſed ad ſummum poſſunt, ac debent de ijs certiorem reddere vel Summ. Pontificem, vel Sac. Cong. ſuper Episc. à qua cum approbatione Pontificis ſolent mitti eiuſdem Viſitatores.

An Epiſcopus tempore Viſitationis in Eccleſ. Parochialibus exemptis poſſit Ordines conferre, &c.? Vide de Epiſc. tom. 7. Conſul. 7.

An Epiſcopus poſſit viſitare Monaſteria Monialium, exiſtentia intrà Monaſteria Monachorum in Eccleſijs ſæcularizatis? Vide de Regular. to. 7. Conſult. 8.

An *in generali exemptione à Iuriſdictione Ordinarii, includatur exemptio à Viſitatione?* tom. 7. Conſul. 16.

NEgatiuè. Primò; quia in generali conceſſione exemptionis non venit immunitas à Viſitatione. Cap. *cum venerabilis de cenſib.* Achill. de Graſ. *dec. 2. de exemp.* Gratian. *diſcep.* 870. *n. 7.* ac alij, & Rot. *dec. 2. de cenſib. in antiq. & dec. 186. p. 1. diuer.* Cum enim Viſitatio tanquam inducta in fauorem animæ, & in honorem Dei, ſit priuilegiata. Pauin. *de viſit. q. 1. n. 6. & q. 10. n. 1.* Marc. Antonin. *var. reſol. lib. 1. reſol. 109. n. 5.* non cenſetur illi derogatum per verba generalia, niſi de ipſa fiat expreſſa mentio.

Secun-

Secundò. Quia hi ſunt exempti à iuriſditione Ordinaria, non delegata; Viſitatio autem exemptorum non fit auctoritate Ordinaria, ſed delegata, vt per Conc. Trid. *ſeſ. 14. cap. de ref.*

Solum tamen difficultatem facit reſolutio Sac. Congreg. S. Officij ſcribentis Inquiſitori Melitæ ſub anno 1635., vt ſeruetur ſolitum circà exemptionem familiarium, & aliorum inſeruientium S. Officio à iuriſdictione Ordinarij; Vndè si ex immemorabili Epiſcopus non viſitauit huiuſmodi exemptos, certum eſt non viſitaſſe tanquam Delegatus Apoſtolicus, nam non habet, quod poſſit eos viſitare ex Tridentino; niſi vt Delegatus. Quare ſi reſolutio Sac. Congregationis derogat iuriſdictioni Epiſcopo delegatæ, non poteſt Epiſcopus tanquam delegatus eos viſitare, ac proindè ſeruandum eſt ſolitum; ſi enim ait Paulus Iuris conſultus, de interpretatione legis quæratur, in primis inſpiciendum eſt, quod iure Ciuitas retrò in eiuſmodi caſibus fuiſſet. Optima enim eſt legum interpres conſuetudo *l. ſi de interpretatione ff. de legib.*

Adeſt nihilominus temperamentum, vt nimirum hæc viſitatio, quę iuxtà Canonicas ſanctiones ex *d. cap. ſeſ.* 14. facienda eſt, intelligitur iuxtà diſpoſitionem iuris communis, citra punitionem, & priuationem, vt declarauit Sac. Congreg. in decreto *cap. 4. ſeſ. 6. de ref.* teſte Rota *dec. 328. p. 2. diuer.*, quod tamen decretum loquitur de Viſitatione perſonarum Capitularium, etiam exemptarum.

Limitanda verò eſt hæc doctrina, ità vt non habeat locum, quando in generali conceſſione exemptionis adeſt particula *omninò*, aut alia aliqua dictio, quę ſignificaret abſolutam, & totalem exemptionem. Dictio enim *omninò* indiſtinctè comprehendit omnes caſus. Roland. *conſ.* 84. *nu.* 24. *vol.* 1. Decian. *conſ.* 182. *nu.* 2. & proindè nullam recipit reſtrictionem. Menoch. *conſ.* 2. *num.* 256.

An Commendatarii poſſint viſitari ab ijs, quibus in decreto cap. 8. ſeſ. 21. de ref. *Conc. Trid. eorum Eccleſiam viſitare conceſſum eſt?* tom. 7. Conſul. 65.

IN hac re aduertendum eſt. Commendatarios ipſos Ordinarijs ſubieciſſe videtur Concilium in materia reſidentiæ. Itemquè aut de incompatibilitate agitur, aut de cura animarum Sacramentali, quam ipſimet Commendatarij exercerent. Extrà hos caſus, Concilium nihil in ſpecie decreuiſſe, à quò Commendatarij poſſint viſitari, & corrigi. Conſiderandum autem eſt cũ ea hodie recepta opinione, de qua Fagnan. *in cap. in Eccleſiis nu.* 5. & 22. *de Capel. Monach.* Commendatarios, perpetuos prò veris Titularibus haberi, & de Abbatibus, & Prioribus loquentia, habere etiam locum in hiſce Commendatarijs, conſequens videtur, vt quemadmodum Abbates à ſuis Superioribus Regularibus viſitari debent, ità, & hi Commendatarij poſſint.

Quod ſi hoc omninò conuenire, aut decere videatur, rurſus perpendendum nullo modo, nec expreſſo iure nullaquè clara conceſſione Apoſtolica probari, Commendatarios exemptos eſſe ab Ordinarijs, poſſe tamẽ iudicari ab Ordinarijs ratione rei, contractus, aut delicti, ſanxit Conſtitutio Innocentij IV. quam Conc. innouauit, atquè etiam ampliauit in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, etiam ſi certus Iudex à Sede Apoſtolica in partibus deputatus eſſet, & generaliter quoq. in aliis cauſis, ſi certus delegatus non eſſet.

Quod tamen ad materiam viſitationis viſum eſt pleriſquè non poſſe Commendatarios nomine Commendæ viſitari nequè corrigi, niſi à Delegatis Sedis Apoſtolicæ. Sed quia aliqui Ordinarij, hanc facultatem ſibi competere credunt, & ob id vrgent aliquos Commendatarios, ideò videndum quibus rationibus Commendatarij ab hac Viſitatione ſe tueri poſſint. Et licet reſeruati ſint fructus in fauorem alterius, non eſt tamen reſeruata adminiſtratio, nequè reſeruata domus Abbatialis, & reſeruatio fructuum non tollit curam, & adminiſtrationem; vndè tenentur promoueri, & curam exercere per Gloſ. *in cap. ſi quis conceſſa de preb. in 6.* Quare cum quęſitum fuiſſet: An Commendatarij eorum Monaſteriorũ, quę habent in Cõmendã à ſuis Superioribus Regularibus, ab Ordinarijs locorum viſitari, & corrigi poſſint; licet Conc. Trid. *ſeſ.* 24. *cap.* 11. de Commendatariis non meminerit in illa commemoratione perſonarum, quæ ab Ordinarijs viſitari debent, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis eis conceſſis. Sac Cong. cenſuit, ſi Nullius ſint, ad Epiſcopum nullum ius pertinere, ſed ad Sedem Apoſtolicam. Si inter certam Diœceſim ſint, quoad reſidentiam ſubiacere Epiſcopo Ordinario loci per *cap.* 2. *ſeſ.* 6. Trid. Quod verò ſpectat ad viſitationem, & correctionem non poſſe ratione Commendæ viſitari, aut corrigi, niſi à Sum. Pontefice, aut ab eius Legato, ſed Viſitator eſt Delegatus, ratione autem delicti, rei, & contractus, id iuri communi ſe remiſit, vt in *cap.* 14. *ſeſ.* 7.

Porrò aduertendum de iure communi Regulares ſubeſſe Epiſcopis locorum lege iuriſdictionis tantum. Si autem eorum Eccleſiæ habent populum, eo caſu eorum Monaſteria ſubſunt Epiſcopis ratione populi, etiam quoad legem Diœceſanam. *Cap. de Stat. Monach.* & ibi Gloſ. & DD. & *cap.* 1. 18 *q.* 2. *per tot.* Tamen, cum hodie maximis exemptionibus à Sede Apoſtolica conceſſis muniti ſint, Conc. *cap.* 8. *ſeſ.* 21. *de ref.* permittit, vt viſitari poſſint, hac tamen ratione, & eo caſu, quo ipſi Statuta ſua nõ obſeruarent, & Superiores ſuos Subditos in Officio non continerent, & Superiores paternè admoniti intrà ſex Menſes Regulares ſibi ſubditos non viſitauerint, vel correxerint.

De

De Viſitatione, punitione, exactione pœnarum ab Adminiſtratoribus Legatorum. Vide de Legatis pijs? tom. 8. Conſul. 17.

An Canonici poſſint cogi ab Epiſcopo ad ei aſſiſtendum vti Conuiſitatores in Viſitatione Diœceſis? tom. 8. Conſul. 35.

NEgatiuè. Primò quia nec Sacri Canones, nec Conc. Trid. vllibi de hoc habent præceptum: nam per Conc. in *cap.* 3. *ſeſ.* 24. vbi præcipuè agitur de Viſitatione Diœceſis, ſolus Prælatus, eoquè impedito, illius Vicarius deputatur Viſitator, qui ſi auxilio indigeat, non eſt neceſſè, vt grauentur Canonici Sed omnes Sacerdotes, & Doctores Ciuitatis, & Diœceſis ſunt idonei, qui nunquam, aut rarò deficiunt. Vbi autem ceſſat obligatio, debet ceſſare coactio.

Secundò: Quia verba *cap.* 4. *ſeſ.* 6. *de ref.* vt Epiſcopus poſſit ſibi viſitando adiungere quos voluerit, non intelliguntur, vt poſſit cogere prò ſuo libito quemcumque, etiam renitentem, ſed quod non teneatur adhibere perſonas de Capitulo. Quare poterit ſibi aſſumere quas voluerit, alias ad viſitandum Capitulum Cathedralis exemptum, de quò *in d. cap.* 4. *ſeſ.* 6. eſt ſermo, repetitus deindè in *cap.* 6. *ſeſ.* 25. *de ref.* & indicant verba ſub princ. *d. cap.* 6. *ſeſ.* 25., vbi datur facultas in vtroq. loco viſitandi etiam ex delegatione Apoſtolica, et prout ità declarauit Sac. Cong. in impreſſis *ad ſeſ.* 25. *ſub nu.* 2. & in illa adnotatione antiqua, quæ habet: *prima difficultas exeitata per Dominos fuit, an cap.* 4. *ſeſ.* 6. *& cap.* 6. *ſeſ.* 25. *procedat in Capitulis exemptis tantum? Cong. cenſuit, procedere tantum in Capitulis exemptis.*

Tertiò. Quia ex Conc. *cap.* 3. *ſeſ.* 25. finis viſitationis Diœceſis eſſe debet ſanam, orthodoxamquè doctrinam, expulſis hæreſibus, inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus ad Religionem, & pacem accendere, &c. quæ omnia facilè præſtari poſſunt per quoſcumquè Sacerdotes, Religioſos, ac per Canonicos.

Quartò: Quia ſi Conc. voluiſſet Canonicos, tanquam neceſſarios, poſſe ad id compelli, eis vtiquè prò tempore abſentię gaudere conceſſiſset frui diſtributionibus quotidianis, vt illis gaudent in alijs caſibus neceſſatię abſentiæ; Comitantes autem Epiſcopum in Viſitatione, illas amittunt ex declarationibus Sac. Cong. apud Garz. *de benef. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 345. *& ſeqq. & in impreſſ. ad cap.* 12. *ſeſ.* 24. *de ref. num.* 38. §. *Congregatio cenſuit duos, & num.* 43.

Quintò: Quia extrà Ciuitatem Canonici non tenentur præſtare Epiſcopo aſſiſtentiam in functionibus, quas facere vellet, vt ſunt declarationes ad *d. cap.* 12. *in impreſſ. ſub. num.* 43 §. *In conferendo, & ſub num.* 44. & Specialiter in *Raguſina* ex Sac. Cong. Rit. 13. Iul. 1658. à nobis relata in tr. de *Ritibus*.

Sextò: Quia cum Canonici Raguſini ægrè ferrent, Archiepiſcopum velle eos in Viſitatione ipſi inſeruire in miſsis priuatis, & præſtare aſsiſtentiam in Eccleſia in functionibus ſine habitu Canonicali, declarari obtinuerint à Sac. Rit. Congreg. 16. Mart. 1658., non teneri, & ſufficere illi dare titulum Illuſtriſsimi in benedictionibus Eccleſiaſticis ab eo petendis, vt patet ex ſequenti decreto:

Capitulo, & Canonicis Raguſinę Cathedralis inſtantibus, ad infraſcripta dubia. Sac. Rit. Congreg. reſpondit:

Archiepiſcopi titulum in petitionibus benedictionum, & inſtantijs admiſſionis Ordinandorum, & publicatione Indulgentiarum, non deberi extendi vltrà expreſſum in Pontificali, & Ceremoniali.

Diaconos aſſiſtentes non teneri, imò non debere inſeruire Archiepiſcopo de bugia, ſeù candela, ſed eam eſſe adminiſtrandam per Capellanum, & non poſſe cogi Canonicos ad inſeruiendum Archiepiſcopo in miſſis priuatis, præter conſuetudinem.

Canonicos non indutos Canonicalibus indumentis non teneri ad præſtandum aſſiſtentiam Archiepiſcopo, imò contrà ritum præſtari. die 16. *Mart.* 1658.

An Epiſcopus viſitans poſſit tanquam ſuſpectus recuſari? tom. 8. Conſul. 61. *num.* 9.

SAc. Cong. Conc. cenſuit, non poſſe, nec cum generalem Viſitationem aggreditur, nec cum ad ſpecialem deſcendit, ſi modò ſine ſtrepitu, & figura iudicii procedens pœnas imponat delictorum non ordinarias, ſed eas tantum, quæ morum emendationem, & correctionem reſpiciunt, modumque corrigendi non excedat. Ità etiam cenſuit 6. Octob. 1588. his verbis: *Cong. Conc. Cenſuit, decretum cap.* 10. *ſeſ* 24. *non habere locum quoad appellationem, quando Epiſcopus, compilato proceſſu, ad pœnam ordinariam procedit, & quod tunc ſuſpectus allegari poterit, & dabitur appellatio.*

Reliqua ad rem vide de Appellat. eadem Conſul. ac trac. de *Recuſatione*.

An Eccleſia, ſiuè Capella auctoritate Epiſcopi erecta in eius Diœceſi, ex eo quod in illa diuina audiunt, ac percipiunt Milites Stationarii Legatarum Sedis Apoſtolicæ, quorum ſumptibus conſtructa fuit, ità ſit exempta, vt viſitari non poſſit ab ipſo Epiſcopo auctoritate Ordinaria? tom. 9. Conſul. 15.

REſp. poſſe Epiſcopum, tanquam Ordinarium d. Eccleſiam, ſiuè Capellam viſitare: Quia cum ſit intrà limites ſuæ iuriſdictionis Ordinariæ, habet intentionem fundatam in iure. quod Eccleſiæ, & Capellæ exiſtentes in ſua Diœceſi ſint ſuæ iuriſdictioni ſubiectæ *Rot. dec.* 803. *num.* 3. *& dec.* 398. *num.* 3. *p.* 1. & alibi ſæpè. Et ius illas viſitandi ſpectat ad ipſum: quia viſitatio pendet ab Ordinaria iuriſdictione. *Rot. dec.* 168. *nu.* 2. *& dec.* 394. *num.* 4. *p.* 1. *recen.* tam iure communi, quam

ex decretis Sac. Conc. Trid. Rot. *dec.* 207. *n.* 1. *& dec.* 196. *num.* 2. *p.* 2. *diuer.* ac alibi.

Neq. obſtat, quod huiuſmodi milites ſint de familia Legati Apoſtolici: Quia Cardinales Legati non poſſunt Eccleſiam, ſiuè Capellam ab Ordinarii iuriſdictione eximere, licet ab ipſis eſſet fundata, per tex. *in cap. ſua nobis*, vbi Dec. *num.* 5. *&* 7, & Io: And. *num.* 1. *&* 2. Abb. *num.* 1. *&* 2, ac alii. Rot. *dec.* 48. *num.* 3. coram Millino; Quia Legati de Latere non poſſunt contrà ius commune præſcribere, neq. ius tertio quæſitum auferre. Caſſador. *dec.* 3. *an.* 3. *de decret. in reſeruat. & dec.* 1306. *num.* 4. *&* 5. coram Seraph. nequè iuriſdictioni Ordinarii præiudicium inferre. Franch. *in cap. num.* 8. *de offic. leg. in* 6. Veral. *dec.* 287. *num.* 3. *p.* 1. *& dec.* 350. *num.* 2. *p.* 3. Atquè ità etiam declarauit Sac. Cong. Conc: *in Rauennatenſi Viſitationis* 23. Ianuar. 1666.

An, & quatenus Epiſcopus viſitare poſſit Confraternitates in Eccleſiis Regularium inſtitutas, illarumquè Capellas, & Altaria? tom. 9. Conſul. 127.

RElpondetur. Poſſe, ſi per laicos Adminiſtratores regantur *arg. cap. ex ore* 17. *de priuil.* Conc. Trid. *cap.* 8. *ſeſ.* 22. Atq. ità Sac. Cong. eiuſdem Conc. 22. Iunij 1622. reſcripſit Epiſcopo Nucerino, nempè, Confraternitates Laicorum, vtcumquè in Eccleſiis Regularium exemptorum initituras, ſubeſſe iuriſdictioni, ac viſitationi Epiſcopi, atquè ab eo viſitari poſſe, nedum ipſas Confraternitates, ſed etiam Capellas ipſarum in eiſdem Eccleſiis Regularium exiſtentes; in his tamen, quæ Confraternitatum adminiſtrationem reſpiciunt.

Et iterum die 17. ac 29. Auguſti 1626. in *Salernitana* inter Cardinalem Treſſium, & Monachos Montis Virginis cenſuit, Illuſtriſſimo Archiepiſcopo competere ius viſitandi Confraternitatem Sanctiſſimi Sacramenti, & illus Capellam, exiſtentem intrà ſepta Monaſterii S. Marię Montis Virginis; in his tamen, quæ ipſius Confraternitatis adminiſtrationem reſpiciunt; niſi aliter in fundatione, ac inſtitutione expreſsè cautum fuerit. Ac ità ſæpius reſponſum etiam à Sac. Congreg. Epiſc. vt in *Tortonen.* 22. Mart. 1604. & in *Leopolien.* 31. Ianuar. 1642. Et in hac pacifica poſſeſſione ſunt ferè omnes Epiſcopi.

Hanc tamen pacificam poſſeſſionem turbare conantur nonnulli prætextu, quod ſit contrà ſubiectas litteras Sac. Congreg. Epiſc. & Regul. tenor. ſeq.

Al Vic. d. Oſtia. Hauendo queſta Sac. Congregatione riſoluto più volte, che gl'Ordinarij de luoghi, ancor che poſſano viſitare le Confraternite de laici, erette nella Chieſa de Regolari; debbano nondimeno aſtenerſi dalla viſita delle loro Capelle, & Altari poſte nelle Chieſe de medemi, ne dò auiſo con queſta à V.S. ad iſtanza di coteſti Frati Min. Conuentuali à fin, che ſi conformi col ſenſo della ſteſſa Sac. Congreg. Facciło adunquè, e ſtij ſana. Roma 2. Ottobre 1626.

At fruſtrà eſt hoc effugium: Nam hæ litteræ non ſunt contrariæ reſcriptis Sac. Congreg. Conc. Cum illę ſolum intelligantur prohibere viſitationem huiuſmodi Capellarum, & Altarium in ijs, quæ non reſpiciunt adminiſtrationem Confraternitatum, & conſequenter illam permittere in iis, quæ earum adminiſtrationem, bona, & obligationes reſpiciunt, iuxtà reſcripta Sac. Congreg. Conc. vt declarauit ſæpius eadem Sac. Cong. Epiſc; præſertim in *Aliſana* 31. Iul. 1637.

Quæ nam autem ſint ea, quæ Confraternitatum laicorum adminiſtrationem reſpiciunt, in quibus Capellæ, & Altaria earumdem Confraternitatum in Eccleſiis Regularium exiſtentia, poſſunt ab Epiſcopis viſitari, cenſeo. Primò quando recognoſcendum eſt, an legata pia fuerit executioni demandata. Secundò, quando agitur de ſumptibus factis contemplatione Capellarum, illarumquè cauſa. Tertiò, viſitari poſſunt in omnibus, quæ reſpiciunt officiaturam, & in quibus adminiſtratio tangit ipſas Capellas, & requirit inſpectionem loci.

1. *Quę nam priuilegia, indulta, exemptiones, & concordiæ ſublata ſint à Conc. Trid.* cap. 20. in fin. ſeſ. 24. de ref. & cap. 6. ſeſ. 25.?
2. *Quæ nam dicantur concordiæ confirmatæ ex certa ſcientia, & cum cauſę cognitione? Vbi ad hac. Cong. Conc. declarationes.* Et
3. *Qua ratione ſe gerere debeat Epiſcopus quoad viſitationē Capitulorum exemptorum? Ibiq. de huiuſmodi exēptionibus, & concordiis* tom. 9. Conſul. 129. Item vide to. 7. Conſul. 16. de Immunitate, & tom. 4. Conſul. 136.

AD 1. Non eſſe ſublata priuilegia, indulta, exemptiones, & concordias per Sedem Apoſtolicam confirmata, videtur probari ex eodem cap. 20. Sac. Conc. Primò, quia loquitur de priuilegiis, indultis, & concordis, quæ ſuos tantum teneant auctores, atquè adeò non de confirmatis, quorum natura eſt, vt omnes indiſtinctè ligent propter auctoritatem Sedis Apoſticæ. Ideòq; de his non ſentit Concilium, nec illas reuocare voluit, cum verbis diſpoſitionis non comprehendantur, vt in terminis Conc. *cap.* 6. *ſeſ.* 25. *de ref.* eſt deciſio Seraphini 748. *num.* 3. Præſertim, quia, quando Patres derogare voluerint confirmationibus Apoſtolicis, illud vtique in ſpecie fecerunt, non contenti clauſulis generalibus, vt *in cap.* 3. *ſeſ.* 22. *cap.* 14. *ſeſ.* 24. *& cap.* 11. *ſeſ.* 25. *de refor.*

Deindè quia Conc. *d. cap.* 20. reſeruauit Immemorabilem. Ergò multò magis priuilegium exemptionis, ac Indultum per Sedem Apoſtolicam confirmatum: Nam maiorem vim habet maioriſque efficaciæ eſt expreſſus conſenſus

Digitized by Google

ſus Principis quam immemorabilis, quæ ex ſola conniuentia, vel negligentia induci potuit.

Et tum, quia in materia derogationis, ſi plura obſtant, de omnibus facienda eſt mentio, alioquin, vno ſublato, reſtat aliud impedimentum. Felin. *in cap. poſtulaſti num. 2. de reſcript.*

Ac poſtremò: quia in actu confirmato adeſt duplex vinculum, quod arctius ligat, atquè idcircò actus confirmatus non venit in generali ſermone. Gloſ. *in Clem. Dudum v. pacto de ſepul.*

Et ità declarauit Sac. Cong. Conc. Cum enim ex concordia à Sede Apoſtolica confirmata Capitulum *Burgenſe* habuerit iuriſdictionem criminalem in perſonas Eccleſiaſticas, conſulta eſt Congregatio: An Decretum Concilij *cap. 6. ſeſ. 25.* huiuſmodi concordias ſubſtulerit? Congreg. Conc. alias cenſuit, Concordias à Sede Apoſtolica confirmitas Concilium non ſubſtuliſſe ex d. Decreto.

Ad 2. Propoſita declaratione Sac. Congreg. qua declaratum eſt, Concordias à Sede Apoſtolica confirmatas ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, non eſſe ſublatas Decreto *cap. 20. ſeſſ. 24.* & concordia inita inter Epiſcopum, & Archidiaconum Tullenſem. Item eius confirmatione, quæ emanauerat ad ſupplicationem ſolius Archidiaconi, cum clauſula *Supplentes, & quorum tenores*, expreſſis in ea priuilegijs, ac iuribus, quibus erat concordia, ſed tenore ipſius concordiæ non expreſſo, fuit dubitatum, an huiuſmodi concordia eſſet confirmata ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione.

Sac. Cong. die 25. Iul. 1592. huiuſmodi concordiam non eſſe confirmatam ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, & conſequenter quoad cauſas criminales, & matrimoniales eſſe reuocatum Decreto Concilij *cap. 20. §. Ad hæc*, & propterea Archidiacono non licere huiuſmodi iuriſdictione de cætero vti, ſed eam totam, & integram Epiſcopo Tullenſi relinquendam eſſe.

Et quoad 3. ſtatuit S. Synodus Trid. *d. cap. 6. ſeſs. 25.*, vt in omnibus Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis Decretum ſub fęl. rec. Pauli III. incip. *Capitula Cathedralium ſeſſ. 6. cap. 4. de reform.* obſeruetur, non ſolum quando Epiſcopus viſitauit, ſed quoties ex officio, vel ad petitionem alicuius contrà aliquem ex contentis in d. Decreto procedat, ità tamen, vt cum extrà Viſitationem proceſſerit, infraſcripta omnia locum habeant.

His igitur verbis innouatur *cap. 4. ſeſſ. 6. de refor.* Et aduertendum hic, Sac. Cong. communi voto reſpondiſſe, hoc Decretum comprehendere non ſolum Capitula exempta, ſed etiam omnia alia prætendentia, ſe poſſe tueri, non modo aduerſus Viſitationem, vt in *d. cap. 4.* ſed etiam aduerſus ea, quæ in eodem cap. diſponuntur, quæ agenda ſunt extrà viſitationem, ſiuè vigore priuilegiorum, etiam ex fundatione competentium, nec conſuetudinem, & immemorabilium ſententiarum, indultorum, concordiarum, quæ tantum obligant auctores. Aduertendum itidem, quod dum quæſitum fuiſſet: An Eccleſia poſt Conc. in Cathedralem erecta, quæ ante erectionem erat exempta, comprehenderetur ſub diſpoſitione huius capituli, fuiſſe reſponſum, comprehendi.

An autem huiuſmodi diſpoſitio, vt Epiſcopus procedat in Viſitatione ſine Adiunctis, vt hic, limitanda ſit, vt non procedat, cum extrà Viſitationem Epiſcopus punit, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, vt *d. cap. 4.* Repugnat enim eſſe Delegatum Sedis Apoſtolicæ, & procedere cum Adiunctis. Ex Sac. Cong. dicendum, non eſſe limitandum, ſed habere locum etiam quando Epiſcopus procedit, vt Delegatus Sedis Apoſtolicæ.

Effata ſuper *d. cap. 4. ſeſſ. 6.* & ſuper *cap. 6. ſeſs. 25.*

Decretum *d. cap. 4. ſeſs. 6.* ità procedit, vt non obſtent priuilegia ex fundatione competentia, nequè conſuetudo immemorabilis Sac. Cong. Conc. in *Cremonen.* 15. Maij 1574.

In *Saguntina.* Epiſcopus poterit in Viſitatione perſonarum ſui Capituli aſſumere Adiunctos in actu Viſitationis, quos voluerit, etiam extrà gremium Capituli. Eadem Sac. Cong.

In *Palentina.* Epiſcopus Eccleſias exemptas per ſeipſum viſitare tenetur ex d. Decreto *cap. 4. ſeſs. 6.* non autem per ſuum Vicarium Generalem, ſed benè per ſeipſum ex Decreto 3. *ſeſ. 24.* quod procedit in non exemptis. Eadem Sacra Cong. 20. Auguſti 1574.

Decretum *d. cap. 4. ſeſs. 6.* quod mentionem tantum facit de Cathedralibus, aliiſque maioribus Eccleſiis, Collegiatarum quoque, & aliarum Capitula omninò comprehendit, vt in *d. cap. 6. ſeſs. 25.* expreſsè ſancitum eſt. Eadem Sacra Cong. in *Buſcoducen.* Kal. April. 1570. Vndè cum dubitaretur: An *d. cap. 4. ſeſs. 6.* ſubeſſet error typographi, cum *cap. 6. ſeſſ. 25. ad d. cap. 4.* referatur, in eo autem nulla, vt hic, ſit mentio de maioribus Eccleſiis, quæ ſuprà Epiſcopales conſueuerunt intelligi, ſed de Cathedralibus, & Collegiatis? Reſpondit Sac. Congr. ſubeſſe errorem, & maiores *in d. cap. 4. ſeſ. 6.* intelligendas Collegiatas, quas expreſſit in genere.

In *Segobien.* Portionarij, aliique Beneficiati, Sacerdoteſque eiuſdem Eccleſiæ Catedralis exemptæ, qui Canonici non ſunt, nec vocem habent in Capitulo, Epiſcopo ſubiacent, ac etiam extrà Viſitationem corrigi, puniri, & mulctari poſſunt:

An, & quatenus Epiſcopo viſitanti ſuam Diœceſim, debeantur à Capitulo Cathedralis portiones panis, & vini, ac diſtributiones quotidianæ, perindè ac ſi in Ciuitate, atque Cathedrali reſideret? Et quid de Strena? to.9. Conſul.144.

NEgatiuè, ſi eſt Canonicus: Nam de iure ſolum debentur intereſſentibus Diuinis Officiis. *cap.1. de Cler. non reſid. in 6.* vt ſæpè dictum eſt in *trac. de Capitulo, & Canon.* Et in terminis Canonici viſitantis tanquam Vicarij Epiſcopi refert declaratam Nicol. *in Floſc. v. diſtributiones num.29.* Ac de Archidiacono viſitante Eccleſiam ſui Archidiaconatus, quod ſimiliter illis non gaudet, tradit ex mente Sacræ Congregat. Conc. Garz. *de benef. p 3. cap.2. num.332. & seqq.* vbi *n.342.* firmat, quod prò lucrandis diſtributionibus in abſentia, non ſufficit vtilitas Eccleſiæ, ſiuè Epiſcopatus in genere, ſed requiritur in particulari vtilitas Eccleſiæ, de cuius fructibus agitur.

Nec obſtat, quod ſit in actu Viſitationis: quia, cum eas percipiat, vt Canonicus, Canonico in actuali Viſitatione, ac viſitando non debentur, vt declarauit Sac. Cong. Epiſc. 2. Iul. 1602. & 28. Febr. 1614.

Secus autem dicendum eſt, ſi Epiſcopus non eſt Canonicus, neque habet præbendam Canonicalem, ſed ab immemorabili tempore conſequutus eſt has portiones, ac diſtributiones quotidianas, tempore viſitationis, titulo ſubuentionis, vel ſubſidij charitatiui.

Quod verò ad Strenam Sac. Cong. Epiſc. pluries declarauit, quod Epiſcopus non debet recipere bona, ſeu munera à ſuo Clero, vt in *Caſtellanetenſi* 2. Auguſti 1581., & in *Policaſtrenſi* 14. Nouemb. 1653. & quatenus d. munera, ſiuè Strena eſſent ſolita dari Epiſcopo à Canonicis, vel ab alijs Eccleſiaſticis, illa ſunt vrbanitatis, non neceſſitatis, vt in *Montis Paluſij* 13. Decemb. 1654. & in *Reatina* 6. Martij 1596. declarauit, Epiſcopum accipientem huiuſmodi munera, condemnandum eſſe, non ſolum ad reſtitutionem accepti, ſed etiam damnorum, & intereſſe.

Quimmò in *Lycienſi* 20. Octobr. 1600. reſcripſit Epiſcopo in hæc verba:

E' piacciuto alla Sac. Cong., che V. S. non habbia riceuuto il donatiuo, che il Capitolo penſaua di farle, & è parſo ſtrano, che la riſolutione ſi ſia fatta dal Capitolo ſenza il Clero, e pretendeſſe obligarlo. V.S. *s'aſtenga, non ſolo da riſcuotere detto donatiuo, mà anche di accettarlo.*

Vndè Epiſcopus, non ſolum cogere non poteſt, ſed nec à ſponte quidem dantibus, licitè poteſt recipere: Nam in Superiore, ac Officiali exigente à Subditis rem indebitam, ſemper præſumitur colluſio per Gloſ. *in l.vn. v. ne quis C. de Salgam. lib.12.*

An, & à quo tempore Capitulum Cathedralis, ſiuè eius Vicarius viſitare poſſit, Sede Epiſcopali vacante, totam Diœceſim, ac omnia, & ſingula eius membra? Illuſtratur cap. 3. ſeſs.24. de refor. Conc.Trid. *& ad id parerga, & eſſata.*

Vbi

Forma, ſiue adumbratio rerum omnium, quæ viſitari debent, diſcutiunturque ſtrictim, penè dixerim omnia, quę ad Viſitationem pertinent. to.9. Conſul.146. ac vide etiam to.10. Conſul.123.

REſpondeo, poſſe ſingulis quidem annis; Habet enim Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, intentionem fundatam in iure viſitandi vniuerſam Diœceſim: Quia dum Eccleſia Cathedralis ſuo viduata eſt Sponſo, omnia, quæ ad iuriſdictionem ſpectant, in ipſum tranſeunt. *cap. cum olim* ibique Abbas *num. 2.* & Bald. *in princ. de maior., & obed. cap.2. ne Sede vacante.* Federic. de Sen. *conſ.16. num.2.* ac alij, & Rot. *din. dec.1. num.15. p.2. & in rec. dec.346. nu.2. p.1. & dec.632. n.4. p.4.*

Viſitatio autem Diœceſis, vt potè, quæ verſatur, nedum in acceſſu ad vnamquamque, ſi id commodè fieri poteſt, Eccleſiam, ſed & in perquiſitione, ac reformatione morum, tam Cleri, quam populi bonos tenendum, & prauos corrigendum, vt *in cap.1. de cenſib. in 6.* & in Sac. Conc. Trid. *ſeſ.24. cap.3.* cum ſit actus præcipuè ad iuriſdictionem pertinens. *Cap. conquerente de offic. Ord. cap. 1. §. fin. de cenſib. in 6.* ſequitur, vt defuncto Epiſcopo, Capitulum ſuccedat in hoc iure iuriſdictionali, ac proindè munus viſitandi obire poſſit eodem modo, quo poterat Epiſcopus.

Idque, non obſtante conſuetudine, etiam immemorabili, quod Clerus, ſiuè Diœceſis ſolum ſingulis triennijs viſitatus fuerit à ſuo Epiſcopo: Nam ſi Epiſcopus poteſt, imò prò ſuo officio debet quolibet anno totam Diœceſim, & cunctas Parochias viſitare, et exquirere, vt in *d. cap. conquerente de offic. ord. & in cap. decreuimus* 10. *q.1.* ac alibi, quod etiam ſancitum fuit in Sac. Conc. Trid. *ſeſs.24. cap.3. de refor.* Vndè ſi Epiſcopus aliquo tempore negligat hanc annuam Viſitationem, nec vtatur facultate ſibi conceſſa, et à Sacris Canonibus imperata, per huiuſmodi non vſum cuiuſcumque longiſſimi temporis, non indè ſublata cenſenda eſt facultas, de iure Epiſcopo competens, viſitandi ſingulis annis.

Atque ità etiam declarauit Sac. Cong. Conc. vt ex ſubiectis declarationibus:

In *Pampilonenſi*. Cum, Sede Epiſcopali vacante, Capitulum prætendat poſſe viſitare loca particularia, non expectato fine anni à die vltimæ viſitationis factæ ab Epiſcopo, ſed ſtatim ſequuta illius morte, dubitatur, an Capitulo id liceat?

Die

Die 5. Iun. 1627. Sac. Cong. Conc. cenſuit, Capitulum, ſecundum ea, quæ proponuntur, ſe abſtinere debere à ſupradicta viſitatione.

Et, cum quæreretur: An Capitulum Pampilonenſe, Sede vacante, & elapſo anno à die vltimæ viſitationis poſſit viſitare Clerum, & loca particularia Prouinciæ de Quipuzcoa eiuſdem Diœceſis, non expectato triennio.

Die 3. Febr. 1629. Sac. Cong. Conc., ſecundum ea, quæ proponuntur, cenſuit, Sede Epiſcopali vacante, Capitulum poſſe poſt lapſum annum à die vltimæ Viſitationis per Epiſcopum factæ, Clerum Prouinciæ Quipuzcoca, tempore triennii non expectato, viſitare.

Effata, ſeù parerga. *Inſula*. Si Epiſcopus in Synodo Prouinciali fuerit accuſatus de negligentia in obeundo Viſitationis munere, à Summo Pontifice datur alter Epiſcopus delegatus, qui de huiuſmodi negligentia ſe informet.

In *Sarſinaten*. Inferiores iuriſdictiones habentes, poſſunt viſitare ſuas Eccleſias, etiam quod viſitentur à viciniori Epiſcopo. Quoniam *in cap. 9. huius 24. ſeſſ.* declaratum eſt, id intelligi debere cumulatiuè, non priuatiuè ad alios inferiores. Eadem Sac. Cong.

In *Burgen*. Si iuriſdictio iſtorum inferiorum verſaretur tantum in videndis rationibus, & computis Eccleſiarum per ſubſtitutos, poterunt id munus implere. Eadem Sac. Cong.

In *Buſſoducen*. Licet Epiſcopus poſſit iterum viſitare Eccleſias, viſitatas ab inferioribus, non abſoluti, iterum innocentiam ſuam demonſtrare tenebuntur. Eadem Sac. Cong.

Caſtriduranti. Epiſcopus poteſt viſitare cumulatiuè quoad omnia beneficia ſubdita Abbati, habenti quaſi iuriſdictionem Epiſcopalem. Eadem Sac. Cong.

In *Cremonen*. Præpoſitus exemptos ſolitus viſitare, poteſt cogi ad viſitandum quolibet anno per ſeipſum, & intrà Menſem rationem reddere, ac dicta teſtium exhibere Epiſcopo, non obſtante exemptione. Eadem Sac. Cong.

In *Cæſarauguſtana*. Si conſtitutione antiqua caueatur, quod ex omnibus legatis certum quid detrahatur prò Epiſcopo, poterit Epiſcopus huiuſmodi taxam exigere, etiam in Viſitatione; ſecus tamen, ſi in teſtamentis nullum extaret legatum pium. Eadem Sac. Cong.

In *Tudertina*. Epiſcopus exiens per Villas, & Oppida, vt Sacramentum Confirmationis tantum conferat, à nemine eſt procurandus, nec minus Rectores, aut laici ad illius expenſas tenentur, ſed videtur contrarium *in Can. relatione 10. q. 3. & in can. fin. eiuſdem quaſt*. Eadem Sacra Congreg.

In *Mediolanen*. Vbi adeſt conſuetudo, quod prò viſitatione aliquid ſoluatur, eſt in optione eorum, qui viſitantur, ſimiliter ſoluere conſuetum, vel potius victualia ſubminiſtrare. Eadem Sac. Congr.

In *Cæſarauguſtana*. Stante conſuetudine immemorabili, quod ab Oppidis viſitatis tribuantur victualia, & hoſpitia, & à Clericis certum quid ſoluatur in pecunia, ſeruanda erit conſuetudo per Communitates. Eadem Sac. Congregatio.

In *Tarentina*. Victualia, vel aliud quidquam Archiepiſcopo viſitanti ſuam Cathedralem, danda non ſunt, licet antiquitus deberetur procuratio Epiſcopo viſitanti Eccleſias Ciuitatis. *cap. Venerabilis de conſtit.* Eadem Sac. Congr.

In *Gadicenſi*. Concilium ſuper illis verbis: *Quæ vt facilius &c.* nullum certum tempus Epiſcopis præfixit, ſed hoc relinquit arbitrio Epiſcopi, quod tamen debet eſſe moderatum, & diſcretum. Eadem Sac. Congr.

In *Cluſina*. Sac. Congreg. ſuper Epiſc. 9. Iul. 1537. Viſitatori Apoſtolico: *I Viſitatori Apoſtolici non deuono habitare col Veſcouo, ma in qualche Monaſtero de' Regolari, ò vero in altro libero, doue tutti liberamente poſſano andare. Che i medeſimi Viſitatori non deuono mettere, ò ritenere ogni coſa giudicialmente in ſcritto, ma conſiderata la qualità delle coſe, attendere ſecretamente quello, che non ſi giudica eſpediente di publicarlo.*

In *Palentina*. Epiſcopus per Vicarium ſuum Generalem viſitare non poteſt Eccleſiam exemptam, ſed per ſeipſum ſolum, vel illis, quibus videbitur Adiunctis ex *cap. 4. ſeſſ. 6.* Si verò ex alijs decretis Concilij viſitare voluerit, id per Vicarium, aut Viſitatorem adimplere poterit, ſi legitimè impeditus ſit. Eadem Sac. Congr. Conc. 20. Auguſti 1574.

In *Mediolanenſi*. In fabricis, quæ non ſunt de iurepatronatus à fortiori hoc decretum locum habet: nam earum redditus arbitrio Epiſcopi in vſus Eccleſiæ expendendi ſunt. Eadem Sac. Congr. 7. Maij 1575.

In *Vintimilien*. Victualia, ſeù prouentiones à viſitatis tantummodò præſtari debent, quod ſi conſuetudo adſit, vt à Communitatibus præſtentur, ea ſeruanda eſt. Si autem laici Epiſcopum viſitantem procurare ſoliti ſint ex conſuetudine, ea ſeruanda erit, quandiù ipſi voluerint. Quod ſi recuſarent, minimè ſunt cogendi. Eadem Sac. Congr. 6. Auguſti 1575.

In *Peruſina Epiſcopo*. Sac. Congr. Epiſc. 11. Ianuar. 1578. adducta; eſt in tract. de *Equit buc* quo adi

Eadem Sac. Congr. in *Papienſi* Menſe Auguſti 1581. *Può il Veſcouo inuentariare, e viſitar le coſe ſagre, e deſtinate all'amminiſtration del Santiſſimo Sagramento.*

In *Ferentina*. Eadem Sac. Congr. Epiſc. *Che reſtituiſſe le procurationi cſatte da Diœceſani, ſe bene non haueua fatto la viſita, e che non pigliaſſe le dette procurationi, viſitando la Città, non uolendoſi queſte al Veſcouo, che viſita la Città, nella quale ordinariamente ſuol reſidere. a' 22. di Nouembre del 1579.*

In *Caietana*. Eadem Sac. Congr. Epiſc. Viſitatori Apoſtolico. *Che oltre alle cinque Caualcature, & vn cariaggio, che gli furono conceſſi nel ſuo Breue di poter menare in viſita, poteſſe anche menare*

nare vn P.*Geſuita a' 23. di Marzo* 1680.

In *Aiacen.* Eadem Sac. Congr. Epiſc. *Il Clero di V.S.ha fatto eſporre, che ella gli fà pagare le caualcature, quando va, non ſolamente in viſita, ma anche per ſuo diporto da vna Terra all'altra, facendoſi in oltre far le ſpeſe. Il che ſi bene non ſi è voluto credere; tutta via queſti miei Illuſtriſſimi Signori han voluto, che io le dica, che quando ella viſita non può hauer altro, che il vitto parco per ſe, per la ſua famiglia, e caualcature. Et in quanto al nolo delle caualcature, e altre ſpeſe dee farle V.S.del ſuo. E quando le occorre andare per la Dioceſe, è molto chiaro, che non ſolamente non lo può sforzare a prouederla di caualcature, mà ne anche del vitto ſteſſo. a' 14. di Nouembre* 1581.

In *Taurinen.* Archiepiſcopo. Eadem Sac. Congr. *Volendo V.S.ſapere come ſi ſoglia contribuire alla procuratione de' Viſitatori Apoſtolici, le dico, che la Santità di noſtro Signore, e queſti miei Signori Illuſtriſſimi hanno ſempre giudicato, che ogn'vno, che di raggione dee eſſer viſitato, contribuiſca, eccette le Religioni, le quali non ſon tenute alla detta contributione, ſe non per quella parte de' frutti, che godeno per le Chieſe Parochiali vnite a i loro Conuenti, mà nel reſtante ſono eſenti. a'15. d'Aprile* 1583.

Eadem. Fuit dubitatum in vna *Taurinenſi* in eadem Sac.Congr. An viſitatio, & decreta facta à Viſitatore Apoſtolico in locis Abbatum, & aliorum exemptorum, eſſent exequutioni demandanda per Ordinarium, intrà cuius Diœceſis fines ſita ſunt loca, an per eoſdem exemptos? Et Sac.Congr. decreuit, quod Abbates, & Commendatarij illi, qui ſunt nullius Diœceſis, & non poſſunt ab Archiepiſcopo viſitari, etiam tanquam delegato à Conc.Trid. debent per ſeipſos facere, vt Subditi decreta ipſa exequantur; Sed quo ad alios, qui poſſunt viſitari ab eodemmet Archiepiſcopo, non habent talem facultatem, ſed ad Archiepiſcopum pertinere curam iſtam exequendi viſitationem præfatam. Inſuper quod eiuſdem Archiepiſcopi officium erit, quandò exempti ſint negligentes in prædicta exequutione, de tali negligentia Superiores certiores reddere, vel eoſdem Ordinarios humaniter exhortari. die 8. Ianuar. 1585.

In *Brixienſi Epiſcopo*. Si Epiſcopus, viſitando adminiſtrauerit Pontificalia, vigore huius decreti poterit procurationes recipere, ſed ſi ipſe, vel eius Suffraganeus eat per Diœceſim cauſa conſecrandi Eccleſiam, vel confirmandi pueros, vel prò alio quocumque negotio Epiſcopali, multos tangente, non debet Epiſcopus habere expenſas itineris, vel vecturas equorum. Innoc. *cap. Romana num.4. de cenſib. in 6.* & ibidem Archid. *col.3. proprè fin.* Sed Suffraganeus has expenſas ab Epiſcopo habere debet. Sac.Congr.Conc.19.Febr.1585.

In *Fauentina Epiſcopo.* Eadem Sac.Congr.28.Apr. 1686. Vide de *Equitibus*.

In *Caputaquenſi.* Sac.Cong.Epiſc.Vicario. *Il Vicario in viſita non dee hauere, ſe non vn Seruitore, & il Notaro. I decreti, che ſi fanno in viſita ſi debbono dar gratis a i viſitati, e Beneficiati,* quorum intereſt, etiam quoad Notarium. *Et il medeſimo ſi dee oſſeruare nella reuiſione de' conti de' Luoghi Pij. Il medeſimo Vicario non dee ſeruirſi de' Clerici in portar lettere da luogo a luogo, nè meno forzar alcuno d'accompagnarlo per la Dioceſe. 29. April.*1586.

Eadem. *Il Viſitatore Apoſtolico, oltre il libro della viſita dee fare vn ſommario particolare, e appartato, nel quale dee notare tutti i mancamenti del Veſcouo viſitato nell'officio ſuo Paſtorale, e nell'oſſeruanza de' Canoni, decreti del Concilio, e Coſtitutioni Apoſtoliche, e quello mandar poi alla Congregatione inſieme col libro della viſita.*

In *Gerunden.* Sac.Congr.Conc. cenſuit, nullum certum terminum fuiſſe à Concilio præfixum, intrà quod Epiſcopus ſuam viſitationem concludere teneatur, ſed relictum hoc eſſe ſuo arbitrio, quod tamen eſſe debet moderatum, & diſcretum. Porrò Epiſcopum, dum viſitat, debere viſitationem continenter proſequi, nequè ad extraneos actus diuertere, ſed vt quam primum perficiatur, legitimo ceſſante impedimento, operam dare debere.

Item cenſuit de omnibus delictis poſſe Epiſcopum in viſitatione cognoſcere, dummodò ſine ſtrepitu, & figura judicij, abſque proceſſus compilatione procedere, ac pœnas ordinarias non imponat prò delictis, ſed eas tantum, quæ morum emendationem, & correctionem reſpiciunt.

Item ſi Epiſcopus excedat modum in viſitatione licitum in corrigendo, litere aggrauatis ad Metropolitanum appellare.

Itē cenſuit, quod ſi Epiſcopus negligeret corriggere, ac punire Canonicos, vel alios delinquentes ex eo, quod amici ſui ſint, licitum tunc eſſe Capitulo adire Metropolitanum, vt compellat Epiſcopū procedere contra delinquentes.1587

In *Caſtellaneten.*S.Cong.Epiſc.24.Maij 1588. *Che quando il Veſcouo comincia la viſita, la ſeguiti, e la conchiuda almeno nello ſpatio di 30. giorni, nè ritorni a farla, ſe non paſſato l'anno, di maniera, che tutti li luoghi non ſiano viſitati, ſe non paſſato l'anno.*

In eadem. Eadem. Epiſcopo 13. Iun.1589. *Si ricorda a V.S. che non tutte le coſe ſi deuono ſpedire per modo di viſita, mà ſolo quelle, che ſommariamente ſi ponno terminare con monitione, correttione, a ſalute dell'anime, laſciando quelle, nelle quali conueniſſe venire a pene ordinarie di cenſure, priuatione de' beneficij, de' frutti; ò d'altre corporali, ò pecuniarie per delitti, ò per altri mancamenti, perche in queſte ſi dee procedere ſecondo i termini di giuſtitia.*

Sac.Cong.Epiſc.2.Maij 1592.Patriarchę Veneto. *La Congregatione ſopra Veſcoui, e quella del Concilio hanno reſoluto, che V.S. non poſſa riceuere le procurationi, mentre viſita la Città, non oſtante la conſuetudine, e qualſiuoglia altra coſa in contrario.*

Ea-

Eadem Sac. Congr. in *Burgen. Archiepiſcopo.* 1. Decembr. 1593. *Che faceſſe viſitare i luoghi delle carceri temporali, con ordinare, che nelle più principali ſi faceſſe vn' Oratorio, ò Cappella, doue ſi poſſa celebrar Meſſa, la qual Capella ſia in luogo decente coperta di volta, e non vi ſi habiti ſopra, e habbi vna porta, la qual ſi tenghi ſempre ſerrata.*

Forma, ſeù adumbratio Viſitationis Eccleſiæ Capita Viſitationis.

Loca, Res, Munera, Perſona.

Loca ſunt.

Eccleſia Cathedralis.
Eccleſiæ Collegiatæ.
Eccleſiæ Parochiales, vel Curatæ.
Eccleſiæ ſimplices.
Oratoria.
Altaria.
Sacraria.
Chori.
Cœmeteria.
Monaſteria.
Mons Pietatis.
Confraternitates.
Loca pia omnia.

Res ſunt.

Sacroſanctæ Euchariſtiæ Sacramentum.
Fons Baptiſmalis.
Fons Aquæ benedictæ.
Cruces.
Calices.
Patenæ.
Vaſa ſacra.
Corporalia.
Purificatoria.
Mappæ.
Sacerdotalia veſtimenta.
Thuribularia.
Lampades.
Candelabra.
Nablia, vel Organa.
Sedes Confeſſionales.
Feretra.
Laquearia.
Nolæ.
Fores.
Claues.
Miſſalia.
Gradualia.
Antiphonaria.
Breuiaria, &
Reliqui libri Rituales.
Scripturæ ad Eccleſias ſpectantes.
Priuilegia.
Iura.
Regulæ.
Conſtitutiones.
Statuta.
Tituli.
Prouiſiones.
Redditus.
Prouentus Beneficiorum.
Eleemoſynæ.
Expenſæ.
Beneficia de Iurepatronatus.
Dotationes.
Fabricę.
Obligationes.
Seruitia.

Munera ſunt.

Celebrandi Miſsam.
Prędicandi verbum Dei.
Audiendi Confeſſiones pęnitentium.
Publicandi excommunicationes.
Theologi.
Pęnitentiarij.
Magiſtri Chori.
Magiſtri Cęremoniarum.
Punctatoris.
Sacriſtę.
Theſaurarij.
Archiuij, vel conſeruatoris ſcripturarum
Procuratores Capituli.
Capellanorum.
Magiſtri actorum.
Fiſcalis, &
Cuſtodis carcerum.

Perſonę ſunt.

Vicarius Epiſcopi cum ſua Curia.
Dignitates Eccleſiaſticæ.
Canonici.
Presbyteri.
Diaconi.
Subdiaconi.
Clerici quiſque ſuo Ordine.
Parochi, vel Curati.
Monachi, ac Religioſi.
Moniales.
Confratres.
Populus.

Quoad loca.

Vrbana.
Suburbana.
Ruralia.
Sylueſtria.

Scrutanda ſunt.

Penetralia.
Species, vel forma.
Situs.

Di-

Diſpoſitio.
Ornatus.
Si quid.
Non firmum.
Non concluſum.
Imperfectum.
Indecorum.
Immundum.
Araneoſum.
Hians.
Malè tutum.
Vexatum.
Pollutum.
Violatum.

Quoad res ſcrutanda.

Neglectus.
Indignitas.
Deformitas.
Pædor.
Caries.
Deſœdationes.
Lacerationes.
Diſtractiones.
Conſumptiones, ac denique portentoſæ, ſi quæ erunt, beneficiorum, ac rerum ſacrarum,
Venditiones.
Emptiones.
Alienationes.
Permutationes.
Intruſiones.
Vſurpationes.
Confidentiæ.

Quoad munera exquirenda.

Officia.
Diuina.
Humana.
Media.
Vtrum vigeant.
Langueant.
Colantur.
Negligantur.
Seruentur.
Prætermittantur.

Diligentes, & officioſi viri.

Qui.
Qua fide.
Qua pietate.
Qua prudentia.
Qua diligentia.
Qua Religione.

Officia.

Polliceantur.
Deſerant.
Suſcipiant.
Præſtent.
Perſoluant.

Inofficioſi autem, & indulgentes.

Qui officia.
Recuſent.
Fugiant.
Intermittant.
Deſerant.
Vt illi prò inertis laudentur.
Hi corripiantur.

Quoad perſonas exquirendum.

De Vicario an ſit.
Virtute potens.
Corripiat inquietos.
Conſoletur puſillanimes.
Vnicuique reddat ius.
An alicui inferat iniuriam.

De Dignitatibus, & Canonicis.

An in promouendis Clericis ad Sacros Ordines inuenerit aliquem.
Fauore.
Pretio.
Prece.
An aſſiſtant Epiſcopo, illique vt par eſt obediant.
An inter ſe ordinem, pacem, & charitatem ſeruent.
An in dicendis ſententijs prò rebus publicis in Capitulo à veritate, & iuſtitia declinent.
An canonicè, & ſecundum regulam viuant.

Et generaliter de Sacerdotibus omnibus.

An habeant doctrinam ſanam.
Probatos mores.
Verba pudica.
Teſtimonium bonum ab ijs, qui foris ſunt.
An ſtudeant pſalmodiæ, & ſacris lectionibus.
An induantur viſcera miſericordiæ, & pietatis.

De Diaconis, Subdiaconis, & Clericis.

An habeant literas ſuorum Ordinum.
An ſint deuoti, idque Domi, & foris.
An aſſidui ſint in diuinis officijs.
An reuereantur Sacerdotes, & omnes Dignitates.
An ſint beneuoli.
Officioſi.
Faciles.
Honore inuicem præuenientes.
Monachi, & Religioſi, tametſi Apoſtolicis priuilegijs ab Epiſcopi iuriſdictione ſint exempti, poterunt tamen, qua par eſt charitate, in Domino admoneri, vt ſint.
Pauperes ſpiritu, & non elati.
Mites animo, & manſueti, non iracundi.
Diligentes, ſed non curioſi.
Religioſi, ſed non ſuperſtitioſi &c.

De Sanctimonialibus.

Vt ſint ſimplices corde, ore, & opere.
Vt nihil ſit in eis fictum, vel fucatum.
Vt orationibus vacent.
Vt colloquia exterorum vitent.
Vt virginitatem perpetuò colant.
Vt in communi viuant.

De Confratribus.

An ſit inter eos lis, & contentio.
An conuenticula faciant, & diſſidia excitent aduerſus Religiones, & Preſbyteros.
An vacent commeſſationibus.
An Parochis obediant.
An Conſtitutiones Canonicas habeant, illaſque obſeruent.

De Populo.

Gubernator admonendus.

Vt non accipiat munera.
Vt defendat Viduas.
Vt introeat ad eum clamor pauperum.
Vt non inferat falcem in meſſem alienam.
Vt diſcernat inter ſanctum, & profanum.
Senes, & Iuuenes, vt ſint.
Illi ſobrij.
Pudici, & tam animo, quam capite cani.
Hi dociles, & obedientes, ac nullis parcentes laboribus.

Viri.

Vt quiſque poſſideat vas ſuum in ſanctificatione, & honore.

Vxores.

Vt timeant, ac diligant viros ſuos.

Patres, & Filij.

Vt hi obediant parentibus.
Illi ſua ipſorum bona non prodigè fundant, & filios non prouocent ad iracundiam.

Domini.

Vt remittant ſeruis minas, & onera:
Et illos mercede ſua nulla ratione defraudent.

Serui.

Vt Dominis, non ſolum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis in omni timore ſubditi ſint.

Diuites, & pauperes.

Vt illi faciant ſibi amicos de mammona iniquitatis.
Hi confidant, repoſitum ſibi eſſe theſaurum in Cœlis.

Viduæ.

Vt dum deſolatas ſe putant,non contriſtentur,ſed delectentur in Domino.

Docti.

Vt ornent in omnibus doctrinam ſuam exemplo inculpatæ vitæ.

Idiotæ.

Vt amplectantur ſupereminentem ſcientiæ charitatem.

Denique omnes Chriſti fideles.

Vt poteſtatem Eccleſiæ, ac Sedis Apoſtolicæ.
In primis reuereantur.
Timeant gladium excommunicationis
Excommunicatos vitent.
Ablata reſtituant.
Se morituros credant, & ſæpè recogitent.
Abſtineant à fœnore, & vſuris.
Sacerdotibus, ac Religioſis obedientiam, ac reuerentiam præſtent.
Verbum Dei libenter audiant.
Miſſas frequentent.
Dies feſtos cuſtodiant.
Decimas ritè ſoluant.
Pœnis ſibi in loco pœnitentiæ iniunctis diligenter cum fiducia remiſſionis peccatorum ſuorum quoad poſſunt, ſatisfaciant.
Vt Deum timeant, & mandata eius obſeruent, ſintque vnanimes in fide.
Fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles &c.

Antecedentia ad Viſitationem in genere.

PRæſuppoſita publicatione iam ſufficienter facta per edictum generale, continens ſingula, prout more, neceſſaria ad viſitationem, quibuſdam diebus præcedentibus ipſam viſitationem requirendi ſunt, ac etiam compellendi (ſi opus fuerit) Cuſtodes, vel Rectores Eccleſiæ, ſeù loci, qui in proximò viſitari debent, vt quamprimum exhibeant breuem quidem deſcriptionem, ſed fidelem, & diſtinctam de ſtatu, & qualitate d.Eccleſiæ, vel Loci, ac Ædium, vel Monaſterij, aut Hoſpitalis, exprimendo præſertim:

Quo tempore fuerit ædificata.
Cuius, vel quorum auctoritate.
Cuius, vel quorum expenſis.
Cui Sanctorum poſt Deum Opt. Max. fuerit dedicata.
Quæ feſta potiora celebrentur in illa.
Quibus perſonis fuerit collata, & ſub quo titulo, & à quo tempore, qui nam ſint modò poſſeſſores, deque illorum titulo, & à quanto tempore.
An ſit conſecrata, quo die, & anno.
A quo Pontifice, & cuius auctoritate.
An appareant ſigna S.Crucis in pariete illius prædictam conſecrationem ſignificantia.
An in illa ſeruetur Auguſtiſſimum Eucharitiæ Sacramentum.
An reperiatur in illa Imago aliqua Chriſti, vel B.Virginis, aut aliorum Sanctorum deuotione ſingulari, ſeù miraculis conſpicua.
De illius origine, & approbatione, vt miraculoſa.
An in illa reperiatur Altare priuilegiatum.
A quo tempore.
De tenore priuilegij d.Altaris.
De numero Sacerdotum, aliorumque Clericorum, vel Regularium.
An ſint in d.Eccleſia Corpora, ſeu Reliquiæ inſignes Sanctorum.
De illorum nominibus proprijs.
A quo ſint approbatæ.
Quo in loco, & quibus thecis cuſtodiantur.
De numero Altarium, & Capellarum d.Eccleſiæ, ac eorum dotibus, & Patronis.
An ſit priuilegijs, & exemptionibus decorata, anne illis fruatur.
An inueniantur in d. Eccleſia Sodalitates, ſeù Confraternitates ſæcularium, vel aliarum perſonarum, quæ, & quot.
Qua auctoritate erectæ, vel confirmatæ ſint.
An adſit Fons Baptiſmalis.
An ſit Parochia, & quis Parochus.
De limitibus illius Parochiæ.
De numero domorum ſub illa contentarum.
De numero animarum, maximè idonearum ad Sac. Communionem recipiendam.
Inuentarium redditunm, & in quibus conſiſtant.
Pariter & mobilium eiuſdem Eccleſiæ, vel do-

mus, aut Monaſterij, vel Hoſpitalis.

Index eorum, quæ ordinata fuerint in Eccleſia, vel Ædibus illius in alijs viſitationibus.

Exhibeatur etiam Inſtrumentum ſpeciale Vaſorum, & aliorum pertinentium ad Sacriſtiam.

Item notula breuium, ac indultorum, ſi quę habet Eccleſia, deſcribendo à quo collata ſint, diem, & annum.

Si ſit Eccleſia Regularis, offerantur etiam vnà cum prędictis Regula, Statuta, ſeù Conſtitutiones illius Inſtituti, quod maximè iuuabit ad exactam viſitationem Eccleſię, Ædium, ac perſonarum.

Cuncta hęc in Indicibus prędictis contenta, prius maturè conſiderata ſecum Viſitator, vt facilius ſit expeditio viſitationis, inquirendi de veritate, atq; exiſtentia prędictorum, ue, ſecundū modum, & qualitatem, quibus deſcripta ſunt, oculariter, ſigillatim omnia intuendo.

Deferat etiam ſecum in Viſitatione Regularium decreta, & prò Regularibus iam edita à Clemen. VIII. & nouiſſimè ab Vrb. VIII. vnà cum decretis de Miſſarum celebratione de Apoſtatis, & alijs ſimilibus.

De actuali Viſitatione.

Viſitatio Ven. Sacramenti Euchariſtię

DIe ſtatuta, videlicet talis Menſis, & Anni poſt ſolemnem ingreſſum Viſitatoris aſſociati à quibuſdam Eccleſiaſticis, ſed grauioribus perſonis, adhibito inter alios Notario, viro probo, iuxtà formam Pontificalis, ſeù Ritualis Rom. poſt orationem reuerenter factam ante maius Altare ea reuerentia, qua decet, accenſis intorticiis, ſaltem in numero denario, extrahatur à Cuſtodia per Sacerdotem idoneum Superpelliceo, & Stola indutum, Pyxis, in qua ſeruatur Euchariſtiæ Sacramentum, quo adorato, diligenter conſideretur, an reuerenter, vt decet, particulæ conſecratæ debito tempore in dies renouentur, ſingulis ſcilicet octo diebus.

An Pyxis ſit argentea, ſaltem in parte ſuperiori, & intus deaurata.

An in interiori parte d. Pyxidis ſubtus particulas inueniatur accomodatum Corporale.

An Pyxis firmiter occludatur, ità vt nequeat aperiri abſque manuum adiutorio.

An in parte ſuperiori coopertorij d. Pyxidis inueniatur ſignum S. Crucis.

An habeat Conopęum ſericum auro intextum.

An Tabernaculum, ſeù Cuſtodia ſit decenter ornata, tam intus, quam extrà.

An intrà illud ſeruetur alia, præter vnam, vel plures Pyxides, in quibus cuſtodiuntur Particulæ conſecratæ.

An inſuper Cuſtodiam, ſiuè Tabernaculum, & Altare inueniatur Vmbella, vel Baldachinum decenter ornatum, iuxtà qualitatem Eccleſiæ.

An immediatè ſuper Tabernaculum ſit Conopeum ſecundum colorem, quo in dies vtitur Eccleſia.

An occludatur apta, & tuta Claue.

Quæ ſeruari debet in loco tuto.

Qua reuerentia exhibeatur ſumentibus illud in d. Eccleſia.

Quomodò, qua decentia quoad perſonas, & Vaſa alia Paramenta neceſſaria v. g. quoad Pluuiale, Velum, Vas, in quo defertur, Vmbellam, Luminaria, & ſimilia deferatur in proceſſionibus, quæ fiunt, & quandò aſportatur ad Infirmos.

An vna, vel plures Lampades continuò die, ac nocte accendantur, & ſint ſemper ardentes ante Altare, in quo ſeruatur Euchatiſtiæ Sacramentum, vel Reliquiæ Sanctorum, ſeù Imago miraculoſa.

Viſitatio Sacrorum Oleorum.

DEindè accedat Viſitator ad locum, in quo ſeruantur Olea Sacra, ſaltem in Sacriſtia, inquirendo:

An Olea noua, & ſufficientia ſint quoad numerum, & qualitatem.

An ſint benè clauſa, nè effundi poſſint.

An ſingulis annis innoueutur, & vetera comburantur.

An locus, in quo ſeruantur, ſit aptus, decens, clauſus, atque tutus.

Neque apud omnes indifferenter, & apud Sacriſtam, vel Præſidem Eccleſiæ; Horum Claues diligenter cuſtodiantur, quemadmodum illæ Cuſtodiæ Sacriſtiæ.

Fontis Baptiſmalis Viſitatio.

AN aqua baptiſmalis ſuis temporibus innouetur, veteri proiecta in Sacrario.

An collatio huius Sacramenti, quemadmodum & aliorum fiat ſemper gratis.

An fiat ſemper in Eccleſia tantum.

An in actu baptizandi, qui baptizat vtatur Superpelliceo, Stola, Lumine, Libro, & alijs cæremonijs, ac formulis, iuxtà ritum Eccleſiæ Romanæ.

An ante collationem Baptiſmatis requiratur ſi Infans domi fuerit baptizatus, & quomodo, & à quibus, & per quæ verba, & quare.

Non admittantur omnes indifferenter ad ſuſcipiendos baptizandos, ſed habeatur ratio ætatis, & peritiæ, & ex voluntate, ac ſcientia parentum eligantur.

Neſcientes rudimenta fidei, ſiuè excommunicati, & ſimiles non admittantur ad effectū, vt ſuprà.

Moneantur ſuſcipientes de cognatione contracta ex tali munere, & de officio, & onere ipſorum circà ſuſceptos.

Inquiratur de Libro baptizatorum, in quo nomen batizati, Patris, ac Matris eius, ac etiam baptizantis, ac Leuantis, notando diem, & annum.

Reli-

Reliquiarum Viſitatio.

DEcenter, ac reuerenter luminibus accenſis, fiat viſitatio Sacrarum Reliquiarum, inquirendo:

An ſecundum numerum in Indice earum deſcriptæ omnes, & integræ reperiantur.

Conſideretur diligenter qualitas loci, & vaſorum, in quibus conſeruantur.

An locus ille claui, vel clauibus occludatur.

An ante illas ardeat lumen, iuxtà decentiam, & facultatem Eccleſiæ.

Inquiratur de certitudine, & antiquitate illarum.

Quandò, & quomodò populo exponantur; Non permittantur tangi à ſæcularibus, non alienentur, & multò minus vendantur.

Si quæ ſunt Reliquiæ incertæ, Populo non oſtendantur.

Claues illarum diligenter cuſtodiantur apud Rectorem Eccleſiæ.

Inquiri poteſt quomodò habitæ ſint, an per inuentionem, ſiuè translationem, vel aſportationem, quandò, & per quem, ſeù quos.

Viſitatio Altaris Maioris.

INquiratur primò: an ſit firmum, & ſtabile, & lapideum, iuxtà Sanctiones Apoſtolicas.

An ſit conſecratum.

A' quo, & qua auctoritate, & quando.

Quomodò id probari poſſit.

An in medio illius inueniatur lapis, quem Altare portatile vocant, continens Sanctorum Reliquias longitudinis, ac latitudinis, ſecundùm formam debitam.

An habeat d. Altare Crucem argenteam, æneam, vel ſaltem ligneam cum Imagine Crucifixi decenter aptatam.

An habeat Candelabra decentia in numero, & qualitate.

An tribus mappis ſaltem coopertum ſit, quæ tempore congruo immutentur.

An ſuprà ſe habeat Vmbellam, ſeù Baldachinum decenter ornatum.

An habeat multiplex pallium ſecundum diuerſitatem colorum, quibus vtitur Eccleſia.

An habeat ſcabellum, ſiuè bradellam ligneam, & firmam.

An cooperiatur tela aliqua, ſiuè corio decenti.

An habeat tabellam continentem Euangelium S. Ioannis: *In principio*, quod in fine Miſſæ regulariter dicitur.

An adſit feneſtella à latere ipſius, ſiuè abacus, quem vocant Credentiam prò vrceolis, ſeù ampullis, inſeruientibus prò Sacrificio Miſſæ, quę ampullæ videntur deferendæ tantum, quando Sacerdos actu accedit ad Altare celebraturus, ad euitanda varia pericula, quod facillimè obſeruari poteſt, etiam in magnis Eccleſijs, cum habeant illæ maiorem Miniſtrorum numerum.

An ſint Candelabra ænea, vel ſaltem lignea prò ſuſtentanda facula in eleuatione Hoſtiæ accendenda, cuius accenſus melius erit, vt ſit vſque ad ſumptionem.

An propè, & ſubtus illius inueniatur ſepulcrum mortuorum, quod nullatenus eſt tolerandum.

An in ſuperiori parte inueniatur Imago Crucifixi ex ſculptura, ſecundum qualitatem Eccleſię.

Pariter inquirendum eſt de qualitate Iconis Altaris, an rectè, & decenter ſit diſpoſita, atque ornata, deſcribendo qualitatem figurarum, & ordinem, quo diſpoſitæ ſunt inter ſeipſas.

Conſiderando præſertim, an omnes pietatis, religionis, atque deuotionis ſpeciem præſeferant, itàut intuentes ad pietatem, & deuotionem prouocent, vt par eſt, non autem ad laſciuiam.

Intueatur Viſitator diligenter, an præter Sanctorum Imagines, inueniatur aliqua Imago profana in eadem Icona depicta, quam auferri citius curet, quemadmodum etiam, vt ſcurrilia, ſi quæ ſunt, ad riſum potius, quam ad pietatem prouocantia, & loco illorum pia aliqua Sanctorum Imago reponi mandet.

Inquiret etiam de auctore illius Iconis, præſertim ſi celebris ſit:

Et an habeat coopertorium, quo à puluere præſeruetur.

Inquirat quoque de alijs ornamentis, quæ ſunt circà d. Altare, & in Capella, curetque, vt occludatur, nè pateat aditus ad illam extrà tempus celebrationis Miſſarum.

Ac etiam de Patrono illius.

An ſit dotata.

De quantitate, & qualitate Dotis.

De oneribus Miſſarum celebrandarum in d. Altari, ac alijs neceſſarijs, iuxtà exigentiam temporis, & loci; cuncta hæc, & alia huiuſmodi deſcribet diſtinctè, ac ordinatè Notarius ad dictamen Viſitatoris, ſeù Coadiutoris ipſius, quod eſt ſeruandum in Viſitatione præcedentium, & ſequentium.

Singula hæc immediatè recenſita inquirenda ſunt in Viſitatione Capellarum, atque Altarium d. Eccleſiæ, proportione tamen diligenter cuncta neceſſaria ad Eccleſiaſticum ritum examinando, vt ſiant.

Viſitatio Corporis Eccleſiæ.

Sequentia diligenter inueſtiganda ſunt.

QValis ſit Chorus.
Sedilia qualia ſint.
Legilia.

Libri cantus neceſſarij.

Martyrologium, Breuiarium, Kalendarium, & alij Libri prò vſu Chori, & proceſſionum.

Cantores, & alij Officiales Chori.

Qua hora, & quomodò recitetur diuinum Officium.

An quotidie cantetur Miſſa Conuentualis ſecundum Rubricam Miſſalis cum Miniſtris decentibus, & aliæ Miſſæ tempore opportuno recitentur.

An qui tenentur intereſſe diuino Officio, tempore congruo accedant.

De Sugeſto, vel Pulpito.

QVale, & quo in loco, videlicet conſpicuo, & eminenti Eccleſiæ ſitum ſit Pulpitum.

An inueniatur in illo Imago Crucifixi.

Quoties, & à quo, ſeù à quibus habeatur concio.

Quomodò fiat ſeparatio mulierum à viris tempore concionis, videlicet tabulis, vel tela extenſa inter illos.

Subtus illud nullum omninò ſit Altare, præſertim, in quo celebretur.

Si occluſum ſera, & claue.

Habeat Scalam commodam, per quam ad illud aſcendatur, & Vmbellam decentem.

De Confeſſionalibus.

INquiratur, an Confeſſionalia ſint in loco conſpicuo, non autem in Capellis, vel angulis Eccleſiæ, habeant Cratem ferream perforatam prò audiendis Confeſſionibus Mulierum.

Sint numero ſufficientia.

In illis adſit Imago Chriſti, vel B. Virginis, aut alicuius Sancti, vnà cum Bulla Cœnæ Domini, & alia Caſuum reſeruatorum Ordinario.

Confeſſores ſedentes, an induti Superpelliceis, & Stola audiant Confeſſiones.

Petantur ab eis litteræ admiſſoriales prò tali munere.

Non audiant Confeſſiones Mulierum, & puerorum ante lucem, ſeù poſt ſonum Salutationis Angelicæ Veſpertinæ.

In loco Confeſsionalis non tractent, niſi quæ ſpectant ad Confeſsionem.

De Campanile.

QVale ſit Campanile, & quomodò tutum, quotque Campanis ſit ornatum, & maneat claue occluſum.

Diligenter conſpiciendum eſt, quale ſit tectum, ſeu pars ſuperior Eccleſiæ, & quomodò decenter ornata.

Idem Inquiratur de paulmento, an ſit ex lapidibus æquale, ac ritè adaptatum, iuxtà Eccleſiæ facultatem.

Sepulcra mortuorum, an ſint vicinia Altaribus, vel ſubtus illa.

Sint benè clauſa.

Habeant operimentum lapideum, non autem ligneum, omninò æquale pauimento Eccleſiæ.

Portæ Eccleſiæ ſint decentes, ac tutæ, & occludantur forti claue.

Eccleſia Parochialis, ſeù Collegiata habeat feretrum conuenienter diſpoſitum, quod ſeruetur in loco, ità vt non impediat Eccleſiæ, vel Capellarum miniſteria.

De Cæmeterio.

SIt omninò clauſum, & vndique muris, aut foris Cancello ſeptum, nè animalia poſsint illud ingredi, & alij homines.

Sit in illo Crux, & Capella, & vas aquæ benedictæ.

Non ſint in illo arbores, neque vites, vel quod ſimile, ſed inſeruiat tantum prò ſepeliendis cadaueribus mortuorum.

Arceantur ab illo ludi, nundinæ, & ſimilia.

In porticu ante Eccleſiam non permittantur ludi, nec nundinæ, neque aliquid profanum, & inhoneſtum.

Si quæ ſint Sedilia, omninò auferantur ad ſubmouendas confabulationes fœminarum, & virorum.

Non permittantur in illo, niſi imagines ſacræ, & deuotæ.

De Viſitatione Sacriſtiæ.

ARceantur ab illa omni tempore Mulieres, alijque ſæculares, præſertim tempore celebrationis Miſſarum.

Sint in illa loca ſeparata, & idonea prò reconciliatione Sacerdotum.

In quibus etiam poſſint orare ante Miſſam, & poſt Miſſam agere gratias Deo, B. Virg. &c.

In his etiam locis ſint tabellæ cum chartula orationum, quæ recitari debent ante, & poſt Miſſam.

Sit alius locus lauacri prò Sacerdotibus cum mappis, ſeù linteaminibus, ad abſtergendū manus.

Armaria, in quibus ſeruantur Paramenta, Ornamenta, Veſtes, Vaſa, Candelabra aliaque neceſſaria prò vſu Eccleſiæ, ſint benè diſpoſita, tuta, munda, & clauibus obſerata.

Sigillatim inſpiciantur omnia prædicta vnà cum alijs in Sacriſtia conſeruatis ad præſcriptū Indicis oblati ante viſitationem.

Videatur, an in ea ſit Altare, ſuper quo celebretur.

Longè ſint ab illa colloquia, rixæ, & tumultus.

Habeat portam tutam, ſera, & claui benè diſpoſitam.

Inquiratur, an in illa Inueniantur paramenta Altarium, & Sacerdotum, ſecundum diuerſitatem colorum, quibus in dies vtitur Eccleſia.

An ſit in illa Tabella, in qua diſtinctè notata ſint onera Miſſarum, Officiorum, feſtorum, atque proceſſionum, & ſimilium.

Item Tabella Indulgentiarum, & Reliquiarum.

An adſit liber, in quo notentur nomina eorum, qui ſacrum faciunt quotidie in Eccleſia.

An ſit Capſula, ſeù Arcula, in qua ponantur eleemoſynæ, quæ à Fidelibus offeruntur.

An ſit in illa Liber baptizatorum, matrimoniorum, atque ſepultorum in Eccleſia, vel Cæmeterio.

Liber redditaum Sacriſtiæ, ſi qui ſunt.

Bulla in Cœna Domini.

Index hebdomodarij, & aliorum Miniſtrorum, qui actu ſeruiunt Eccleſiæ.

Liber Decretorum alias editorum ab alijs Viſitatoribus, præſertim Apoſtolicis.

Decreta Sac. Congr. Rit. de certis Miſsis prohibitis ab illa.

De prp-

De prohibendis in Eccleſia, & Sacriſtia.

VEnalia cuncta.
Deambulationes, colloquia, congreſſus contrà Bullam B. Pij V., præſertim laſciui, & ſimilia, memores, quod ſit Domus Orationis, & non ſpelunca latronum.
Vigiliæ nocturnæ, maximè mulierum.
Comeſtiones, & potationes, atque dormitiones, præſertim mulierum.
Quæſtus ægenorum, circumeuntium Eccleſiam eleemoſynam petentium, maximè tempore Diuinorum Officiorum.
Scholæ puerorum.
Ligna, cementa, ſaxa, & alia præſeferentia immunditiam ad Eccleſiæ vſum non neceſſaria.
Canum, & aliorum animalium introductio.
Rixantes, fortiter lugentes, ludentes, ſtrepitus facientes, & alia cuncta Diuinum Officium impedientia, & quouis modo interrumpentia.

De Viſitatione Perſonarũ, pręſertim Regularium.

IN viſitatione perſonarum plura vtiliter inueſtiganda, habito reſpectu ad locum, ad tempus, ad qualitatem, conditionem, atque profeſsionem perſonarum, quæ viſitandę ſunt, de infraſcriptis maximè inquirendum eſt, & pręſertim ſi ſint Regulares.

De Superioribus.

AN ritè, & rectè ſint inſtituti ab habente authoritatem, ſeruata diſpoſitione Sac. Canonum, Regulæ, & Statutorum ſui Inſtituti, & Ordinis.
An verbo, & exemplo promoueant diſciplinam, obſeruantiam regularem, præſertim circa ea, quæ concernunt cultum diuinum, vota eſſentialia, & alia Statuta ſuæ Regulæ, & Conſtitutionum, etiam circà victum, & veſtitum.
An horis debitis die, ac nocte faciant perſoluere Officium Diuinum, celebrare Miſsas, prędicare, & alia munia ſolita exerceri in d. Eccleſia.
An fraterna charitate procedant in omnibus cum ſuis ſubditis.
An puniant delinquentes ad præſcriptum ſuarum Conſtitutionum.
An curent, vt cuſtodiatur Clauſura, pręſertim noctu, & arceantur Sęculares à dormitorijs, & Cellis Regularium, pręſertim nocte.
Quomodò ſe gerant cum infirmis, prouidendo illis de neceſſarijs.
An Ieiunia Religionis ibi ſeruent, & faciant alios ſeruare.
An ipſi viuant ſine proprio, & faciant alios viuere, ſed omnia ſint communia.
An conſeruent, & faciant alios ſeruare pacem Chriſti.
Quomodò faciant obſeruare decreta Clem. VIII. & alias Bullas, & Decreta Apoſtolica circà reformationem Regularium.
An ſit præcipites in fulminandis Cenſuris contrà ſuos Subditos, non ſeruato ordine iuris.
An frequentent Chorum, Refectorium, & alia loca communia temporibus debitis, idque fieri procurent ab alijs ſuis Subditis.
Quomodò rectè, & ſine querela diſpenſent, & faciant diſpenſare bona domus in vſus neceſſarios.
An iniuſtè perſequantur aliquem ex ſuis Subditis.
An illos iniurijs, & calumnijs afficiant, pręſertim coram Sęcularibus.
An vtantur, & faciant, vt alij vtantur ſupellectili Religioſa, abijciendo ſuperflua.

De Subditis.

QVomodò verbo, & opere ſe exibeant obedientes, & reuerentes, pręſertim, in his, quę pertinent ad Regulam, & Conſtitutionem ſui Ordinis ergà ſuos Superiores.
An Officiales ſuo muneri rectè, ac ritè incumbant ſine querela apud Deum, & homines.
An ſingulis annis ſemel ad minus notificent ſuis Superioribus omnia, & ſingula, quę habent ad vſum.
Quomodò illa diſtribuant.
An omnia, & ſingula, quę illis exhibentur ſub quouis iuſto prętexto, & colore ſtatim offerant, vel ſaltem notificent ſuis Superioribus.
Qua promptitudine luant pęnas iuſtè illis impoſitas vnà cum mortificationibus ſolitis fieri in tali Ordine, vel Inſtituto.
De illorum receptione, & profeſsione inueſtigandum eſt, pręſertim cum Iuuenibus, & Nouitijs, de quorum educatione multa copioſè habentur in Decretis Clementis VIII. & in Conſtitutionibus ſingulorum Ordinum, & Religionum, quorum cognitio neceſſaria eſt Viſitatori, vt ſuum munus fructuoſè explere valeat.

Super Officio Parochorum.

AN Parochi demandato ſibi muneri diligenter incumbant. Vocati ad miniſtranda Sacramenta, nullam, præſertim ſi neceſſitas vrgeat, moram interponant, tam de die quam de nocte.
In conficiendis libris Babtizatorum, Matrimoniorum, Defunctorum, & annuo Status animarum Formulis in calce Ritualis, ad vnquem ſe conforment.
Feruentes ingiter preces, & diebus Dominicis, ac feſtis de precepto, etiam Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, nulla alia applicatione facta, vel elemoſyna accepta, prò commiſſo ſibi grege Deo offerant.
Infirmos viſitent, Sacramenta miniſtrent piis cohortationibus erigant, & morientium animas Deo commendent.
Pauperes, & ægenos, ſenio confectos, Viduas, & vtriuſque ſexus Orphanos prò viribus fouere
non

non deſinant, eorumquè Catalogum, ſiuè notam præſertim ſi ampla ſit Parochia, vel ingens eorum numerus, conficiant, & apud ſe retineant, addendo quotidie, ſeù delendo, prout ſe ſe offeret occaſio ſimiliter, & infirmorum.

Publica ſcandala modis omnibus tollere ſtudeãt, ſignanter publicos Concubinarios, Adulteros, Lenones, Blaſphemos, Odia, & Inimicitias exercentes, præmiſſa fraterna correctione Superioribus denuncient.

Pacem item, & concordiam inter omnes conciliare ſatagant, præcipuè inter ſuos Subditos.

Diebus Dominicis denuncient Populo Miſſarum ſolemnis intereſſenti Feſta de præcepto, & Vigilias ſequentis hebdomadæ, nec nõ præſertim vbi alia concio cõmodè haberi non poteſt, etiã aliquid de verbo Dei docendo ſuos Subditos cum breuitate, & facilitate ſermonis, vitia, quę eos declinare, & virtutes, quas ſectari oportear ad præſcriptum Sac. Conc. Trid.

Iidem diebus ſaltem Dominicis ad pręſcriptum Sac. Conc. pueros vtriuſque ſexus in Eccleſia propria Chriſtianam Doctrinam doceant, vel ad aliam Eccleſiam conueniant, ac Belarmini metodo vtantur.

An Sacramentum pænitentiæ, & S. Communis miniſtrent Mulieribus, quæ detecto pectore, tergo, & brachiis, ad illa ſuſcipienda accedunt.

Prouideatur, vt feneſtræ in Eccleſiam proſpicientes, præter ea, quæ ſunt Epiſcopi, tollantur.

Nè autem Eccleſię prò ſepeliendis mortuis deformentur, Cadauera in Cæmeterio, ac tumulis ſepeliantur.

In Monaſteriis viſitandis, quæ Superiores Religionis viſitari minimè conſueuerunt, examinetur Abbas, aut Abbatiſſa, aut quocumque alio nomine Præpoſitus, aut Præpoſita ſeorſim, ac ſecretè, ſeruato tamen decore, & ſinguli Monachi, vel Moniales de eorum numero, & ſi plures, aut pauciores, quam Monaſterii exigit Inſtitutum, vel ſuppetunt facultates, iuxtà *cap.21. ſeſſ.25.* & de cæteris, quæ in *eadem ſeſſ. de Regular.* continentur.

Inquiratur etiam: an in Monaſteriis Virorum Conſtit. Pii V. ne ſepta eorum fœminæ ingrediantur, ſeruetur, quæ Bulla fuit public. 14. Octob. 1596.

An in Monaſteriis Mulierum perpetua ſeruetur Clauſura, iuxtà Conſtitutionem Pii V. 4. Kal. Iun. 1566. & Kal. Febr. 1569.

Et circà alia, quæ ſuprà de Viſitatione Regularium, & Monialium dicta ſunt.

An Epiſcopus habens facultatem à Summo Pontifice ſedandi controuerſias inter Regulares, & laicos operarios, ſiuè fabriceros eorum Monaſteriorum, poſſit dicta Monaſteria viſitare? tom. 9. Conſult. 148.

Negatiuè. Certum namque eſt de iure, Religiones, præſertim Mendicantium, eſſe exemptas à viſitatione Epiſcoporum, ſolumque, vbi viget Regularis obſeruantia, poteſt Ordinarius monere Superiores Regulares paterna admonitione, vt viſitent, & obſeruari faciant regularia inſtituta. Quod ſi admoniti intrà ſex Menſes eos non viſitauerint, vel correxerint, tunc iidem Epiſcopi, etiam, vt Delegati Sedis Apoſtolicæ, eos viſitare poſſunt, & corrigere, prout ipſi Superiores poſſunt, iuxtà eorum inſtituta, quibuſcumque appellationibus, priuilegiis, & exemptionibus penitus remotis, & non obſtantibus Sac. Concil. Trid. *ſeſſ 21. cap.8. de reform.* Aliter enim non poteſt Epiſcopus ſe ingerere in viſitatione. Confect. *de compend. priuil. Mendic. tit* 5. *cap.4.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. par.3. alleg.* 74. *num.* 16. Bordon. *var. reſol. par.1. cap.7. nu.* 4. ac alii non pauci. Et declarauit Sac. Cong. Conc. in ſubiectis declarationibus:

Sac. Cong. Conc. cenſuit, Epiſcopos, aut alios locorum Ordinarios vigore cuiuſcumque decreti eiuſdem Conc. nullam habere facultatem quouis tempore in Monaſteriis, domibus, & Eccleſiis Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum perſonarum ſecularium, viſitandi Sacriſtias, paramenta, Vaſa ſacra, Altaria, & cætera huiuſmodi, aut etiam Tabernaculum, aut pyxidem, in qua SS. Euchariſtiæ Sacram. aſſeruatur. Ità decretum ſub Clem. VIII.

Idem declarauit Sac. Congreg. Epiſc. & Regul. In controuerſia exorta inter Epiſcopum Albenganenſem ex vna, & Fratres Reformatos Ord. S. Franciſci, ac Moniales S. Claræ eiuſdem Ord. quæ Superioritati, obedientiæ &c. eorundem Fratrum ſubiectæ erant, ex altera partibus.

Sac. Cong. &c. cenſuit, non licere Epiſcopis viſitare Eccleſiam exteriorem præfati Monaſterij Monialium S.Claræ. die 24. April.1637.

Vndè non propterea, quod conceditur facultas ſedandi controuerſias inter fabricerios, & Regulares, conceditur ius viſitandi. Id enim nullo iure cauetur, cum poſſint huiuſmodi controuerſiæ definiri abſque viſitatione Monaſterij, & Eccleſiæ Regularium, & proindè non intrat extenſio à conſequenti ad antecedens, niſi adſit præciſa neceſſitas. Felin. *in cap. præterea num. 4. de offic. Deleg.* Euerard. *in loco* 128. *à conceſſione antecedentis num.3. limit.5.* Et Sac.Concil. Trid. dat facultatem componendi controuerſias ſuper præcedentijs inter Regulares, & tamen nemo vnquam dixerit, dare per hoc facultatem viſitandi Monaſteria.

An Epiſcopus in viſitatione poſſit præcipere Abbatiſſæ Monialium, vt in virtute S. Obedientiæ, & ſub pœna priuationis Officij, alijſque &c. curet intrà certum tempus, vt murus altius tollatur &c. Et an ab huiuſmodi decretis appellari poſſit &c? Vide de Monialibus tom.9. Conſul.149.

An, & quatenus Epiſcopus viſitare poſſit Eccleſias, Collegia, etiam mixta vtriuſque ſexus, aliaque pia loca ſuæ Diœceſis? Et quid in caſu manutentionis in quaſi poſſeſſione exemptionis? to.9. Conſul.154.

COnſtito de exiſtentia Eccleſiæ, Collegij, piique loci intrà limites Diœceſis, fundata remanet intentio Epiſcopi, tam contrà Seculares, quàm Regulares, *cap.penul. de relig. dom. cap. conquerente,* ibique Gloſs. *v. iuriſdictionem de Offic. Ord.* Et de Collegio mixto vtriuſque ſexus Clem. *attendentes,* §. *illas quoque de relig. dom.* & Tambur. *de iur. Abb. diſp. 17. quæſt. 3. à num.6.*

Et dum non docetur de aliquo priuilegio ſpeciali claro, atque indubitato, vel de immemorabili, aut quatragenaria cum titulo, ſaltem putatiuo, Epiſcopus eſt etiam in quaſi poſſeſſione liberi exercitij ſuę iuriſdictionis, iuxtà materiam tex. *cap. cum perſonæ priuil. in* 6. & de Monialibus Rot. in *Brixien. Iuriſdictionis* apud Tambur. *diſp.25. confirmata dec.4.*

Quæ Ordinarij poſſeſſio reſultare poteſt ex pluribus actibus in vtraque ſpecie voluntariæ, & contentioſæ iuriſdictionis, ad effectum conſtituendi illum in quaſi poſſeſſione generali, ac retinendi integram iuriſdictionem, attenta cauſa vniuerſali, ad tex. *in cap. 1. ibique* Abb. *num.3. de relig. dom.* Innoc. in *cap. dilecti num. 10. de offic. Archid.* & alij, ac Rota in *Theatina iuriſdictionis dec.56. num.4. & in Sipontina Iuriſdictionis dec.63. num.4. poſt Tamb. de iur. Abb.*

Negatiua autem Viſitationis Ordinarij probari debet, & probata non releuaret, niſi inſimul doceretur, quod Ordinarius volens viſitare, fuerit impeditus, & acquieuerit, ex regula de actibus facultatiuis, vt per Rot. coram Pegna *Montis Regalis iuriſdictionis dec.734. num. 14. & d. dec.63. num.5.* apud Tambur. *de iur. Abb.* Vndè viſitatio facta per Abbatem, Abbatiſſam, alios non præiudicaret iuri Ordinarij, tanquam clandeſtina ſine ſcientia, & patientia illius, vt in *Siliſburgenſi* coram Royas *num.26. deciſ.119.*

Nec ſuffragatur aliquod priuilegium Cæſareum, vel Regium ſuper exemptione, & libertate Abbatis, Abbatiſſæ, alteriuſque Ordinarij, cum huiuſmodi priuilegia reſpiciant ſolum temporalia, & iuriſdictionem temporalem, non autem Eccleſiaſticam, à qua ſolum exemptio concedi poteſt per Papam, quæ ſi non eſt ſpecificata reſpectu Viſitationis, nè poteſt quidem ſuffragari, vt plenè in *cit. Siliſburgenſi à num.6.*

Minus releuaret, ſi Eccleſia eſſet filialis Eccleſiæ exemptæ, ſi non conſtaret, & quatenus conſtaret, non ideò dici poterit & ipſa exempta, niſi conſtiterit inſimul, quod Eccleſia Matrix habeat priuilegium exemptionis, quodque ſit communicatum Eccleſię filiali, ex adductis in *Calagurritana exemptionis* 5. Maij 1640. coram Panzirolo ſub §. *Sed videtur.*

Et nihilominus quoad manutentionem danda eſt illa Abbati, Abbatiſſæ, alijſque in quaſi poſſeſſione exemptionis, ac libertatis à iuriſdictione Ordinarij, ſi exiſtunt in quaſi poſſeſſione exemptionis, ſed etiam habent priuilegium Apoſtolicum exemptiuum. Tunc enim manuteneri debent in ſua quaſi poſſeſſione, nec debent ea priuari, donec diſcutiatur de viribus priuilegij, per tex. *in cap. cum perſonæ de priuil. in* 6. Rot. *apud Poſtb. de manut. dec.628. num. 1. & ſeqq.* vbi diluuntur omnes obiectiones contrarię, *& in recen. dec.447. num.3. par.1. & dec. 508. per tot. p.5. & dec.44. num.1. p.7. & in Colonien. iuriſdictionis 7. Maij 1646. coram Corrado §. quare apud Tondut. de præuent. Iudic. par.3. cap.1. num.13. & ſeq. iuxtà nouam impreſſionem.*

An, & quatenus viſitatio Eccleſiæ, Hoſpitalis, alteriuſque loci pij, committi poſſit, ac debeat Epiſcopo viciniori, excluſo Ordinario? tom 9. Conſult.164.

QVotieſcumque inter Epiſcopum, & Officiales, ſiuè Miniſtros Eccleſiæ, Hoſpitalis, alteriuſue loci pij verſæ fuerint, ac vertuntur controuerſiæ iudiciales, & extraiudiciales, præſertim ſuper iure viſitandi Eccleſiam, Hoſpitalem, alterumque locum pium, iuſtitiæ congruit, vt res committatur Epiſcopo non ſuſpecto, non autem Ordinario iuſtè recuſato.

Nam etiam ſi adminiſtrationis tempore, quo Adminiſtratores fuerunt requiſiti, eſſet reddenda ratio Epiſcopo; Nihilominus, quia dicti Adminiſtratores Epiſcopum tanquam ſuſpectum, expreſſis cum iuramento cauſis ſuſpicionis, recuſant, ac recuſare poſſunt, eum permitta-

mittatur à Sac. Canonibus allegare ſuſpectum Epiſcopum, *cap.2.vt lit.non conteſt.can.placuit 2. quæſt.6.*Surd.*conſ.*150.*num.*18. *poſt Abb.& alios ibi allegatos*, ac Rota *in Vladiſlanienſi adminiſtrationis 3.Maij 1640.coram Ghislerio*. Ideò viſitatio alio Epiſcopo committenda eſt.

Quia in re plurimum defertur arbitrio Iudicis, qui interdum, etiam leuiores cauſas, prout nouerit expedire, admittere poterit. Rot. in *Gerunden. adminiſtrationis 6. Octob.1574. coram Robuſterio ſub num.1.apud Marcheſan. de commiſ. par.2.foli386.& dec.93. num.1. par.1. & dec.2. num.1. & 13.par.2. diuer. apud Pegn. deciſ.542. num.3.* & alibi.

An Eccleſia conſtructa à Patrono, ac donata Regularibus, quæ prius erat Oratorium, ſiuè Sacellum rurale ſub iuriſdictione Epiſcopi, poſſit modò viſitari ab ipſo Epiſcopo? tom.10. Conſult.39.

NEgatiuè. Aut enim Epiſcopus prætendit ius viſitandi ratione Oratorij, ſiuè Sacellì ruralis antiqui, cum illud fuerit dirutum, ac ſolo æquatum, ceſſat prætenſio: Nam per deſtructionem Eccleſia amittit conſecrationem, *Can.de fabrica de conſecr.diſt.1. cap. propoſuiſti, & cap.ligneis de conſecr. Eccleſ.* ac proindè amittit omnia ſua iura.

Aut hoc prætendit ratione nouæ Eccleſiæ à Patrono conſtructa & ceſſat pariter prætenſio; cum ſit regularis, ac omninò exempta ab Epiſcopi viſitatione, vt ſæpius declarauit Sac.Congreg.Conc. & nos alibi diximus, cum de Regularibus.

Eccleſiam autem eſſe regularem, poterit cognoſci ex eo, quod ei Regulares inſeruiunt, vt pluries declarauit eadem Sac. Congr. teſte Fagnano *in cap. graue num.*18. *de offic.Ordin.* & ex alijs ſignis, vt ſæpè alibi dictum eſt.

Quandò Viſitator poſſit allegari ſuſpectus? Quæ pœna in allegantem ſuſpectum Viſitatorem &c.? Vide de Regular.tom.10.Conſul.53.

De viſitatione cumulatiua, & priuatiua Monaſteriorum Monialium, vt in caſu poſito. Vide de Monial.tom.10.Conſul.54.

Quas Eccleſias Epiſcopus, vti proximior vigore Sac. Concilij Trid. viſitare poſſit? tom.10. Conſul. 90.

DEcretum Sac.Conc.Trid. *ſeſſ.24.cap.9.de reform.* ex quo viciniores Epiſcopi poſſunt viſitare Eccleſias Nullius, non habet locum in Eccleſijs regularibus: quia eſt reſtrictum ad Eccleſias ſeculares. Ideòque ad Eccleſias regulares non eſt extendendum. *l. ſi cum dotem ff.ſolut. Matrim. l.ſi ità quis §.1.ff.de legat. 2.*

Deindè: quia decretum Conc. tribuit Epiſcopis facultatem viſitandi illas Eccleſias, quę Summo Pontifici immediatè ſubijciuntur, non autem illas, quę habent proprium Ordinarium, qui in eas iuriſdictionem exercet. Quo in caſu Epiſcopus vicinior, nequè iure Ordinario, nequè Delegato viſitabit, ſed ipſe Prętatus, cui Eccleſiæ ſunt immediatè ſubiectę, vt ſępè dictum eſt ſuprà hoc eodem tract. & alibi.

De viſitatione Monaſteriorum, eorum etiam, quę in Commendam reperiuntur. tom.10. Conſul.101.

Vide de Regul.tom.1.Conſul.253.& de Equitib. tom.1.Conſ.305. ac tom.9. Conſ.148. & 154.

Et quoad Commendam, vide hoc eod.tract.to.7. Conſul.65. & alibi, vbi ſatis dictum eſt.

Quid de iuriſdictione Epiſcopi viſitandi ſuos Subditos? Vide de Epiſcop.tom.10.Conſ.116, Sum.nu.2.

An ius viſitandi Diœceſim competat Capitula, Sede Epiſcopali vacante? tom.10.Conſul.123.

Vide ſuprà hoc eod. tract.tom.9. Conſul.146. & alibi, vbi ſatis.

De facultate conceſſa Epiſcopis, alijſque maioribus Prælatis viſitandi Eccleſias quaſcumque, quibuſcumque non obſtantibus. tom.10. Conſul.152.

Vide quę pluries dicta ſunt ſuprà hoc tract. ac de Epiſcopis, quę ſufficiunt ad Compedium.

Beneficia Eccleſiaſtica Curata perpetuò vnita, quomodò viſitanda &c.? Vide de Beneficijs tom.10. Conſul.157. Sum.num.3. Item de Viſitatione tom.1. Conſul.153.& 315. ac de Regularibus tom.4. Conſul. 155.

DE VISITATORE APOSTOLICO. Vide ſuprà de Viſitatione tom.9. Conſult.146. num.8.ac tom.6.Conſult.21.

DE VSVRIS.

1. *An, & quo pacto Iudæis à Sum.Pontifice, alijſque Principibus publicè fœnerandi poteſtas ex cauſa concedatur?*
2. *An Pontifex Sum. Iudæis Chriſtianorum Religionem ſuſcipientibus, poſſit vſuras condonare, ac vniuerſim ſtatuere, quod reſtituant partem tantummodò ex vſuris?* tom.4. Conſult.75.

AD 1. Negatiuè. Etenim omnes in hoc conſentiunt, nullis, nequè Imperatoris, nequè Regum, nequè Pontificum, nequè Rerum publicarum, nequè Summi denique Pontificis Conſtitutionibus, vt qui melius ſentiunt Io: Baptiſta Seuerin. *in leg.1.num.45. C. de Sum. Trin.* quem ſequitur Pariſ. *conſ.68. num.84. & ſeqq.* Butr. *in cap.ſuper eo not.1.de vſur. in 6.* ac

ălij prodiderunt, vſuras poſſe permitti etiam Iudæis non magis certè, vt Bald. *in auth. ad hac num. 2. C. de vſur.* eleganter, ac piè ſcribit, quam legem Domini contrario Serui ſui placito tolli, & abrogari. Imperatorem autem, Reges, Principes, eoſque, qui Rebus publicis præſunt, omnes Dei Seruos eſſe habetur in *cap. nos de decim. & in leg. 1. §. 1. Cod. de offic. Præf. Prætor. Aphr.* Ipſum verò Summ. Pontificem, nè quis eius poteſtati detractum dicat, ſe ex profeſſo Seruum Seruorum Dei appellare conſtat in proemio Decretalium. Quicquid deniquę contrà ius diuinum fit, peccatum eſſe idem Bald. *d. Auth. ad hac ver. 2.* ait. Secundum quæ leges omnes, quibus vſuræ ſunt permiſſæ, non eſſe iure Diuino correctas, vt dicebat Accurſ. *in d. auth. ad hac;* ſed nunquam *eo loco,* & rectè; Diuina enim lex, vt eius auctor Deus ſemper firma, atque Immutabilis permanet *§. ſed naturalia inſtit. de iur. natur.* & vt Bald. *in rubr. ſub prin. C. de vſur. & in d. auth. ad hac num. 2.* ait; in omni foro vincit. Igitur lege Diuina ſalua, humanæ conſtitutiones contrariè conſtituere non potuerunt, vllamque iuris vnquam authoritatem habere. Ac proindè permiſſio illa, veluti à non habente poteſtatem aduerſus Ius Diuinum, naturale, & Pontificium, inualida, & nullius reputatur effectus, vt notant Bartol. Iaſ. & alij *in d. leg. 1. C. de Sum. Trin.* Quod ſi olim de iure Digeſtorum, & etiam Codicis dabatur actio ex ſtipulatu prò vſuris, vt *in leg. eos C. de vſur.* hodie dari non poteſt, etiam Imperatoris intentione quia turpem cauſam ſtipulatio continet, vt *in cap. debitores de iur. iur. & in leg. generaliter de verb. oblig.* Fortun. Garz. *de vlt. fin. iur. can. & ciuil. illat. 5. col. 24. in fine.*

Quibus conuenienter Paul. de Caſtr. *conſ. 397. lib. 2.* qui vſurarum cauſam cum primis defendit, negat lege ciuili, aut vlla publica, aut priuata conuentione fieri licitas vſuras poſſe, vt quæ tam diuina, quam humana lege prohibeantur *in not. leg. 1. C. de Summ Trin. & in auth. ad hac C. de vſur.* Et idcircò vſurarum nomine neminem naturaliter, aut ciuiliter obligari. *leg. ſi non ſortem ff de condit. indeb.* ſcribit, ſed nec dari earum perſequendarum gratia actionem, idem inquit. Quod ità accipiendum ait, vt non modò cum Chriſtianis fænerandi poteſtas facta proponatur, ſed & cum Iudæis.

Extat etiam Clem. V. Conſtit. *in Clem. de vſuris,* præſenti quæſtioni valdè ſeruiens, qua leges de vſuris exigendis, aut non repetendis latè damnantur, ijs, qui illas tuliſſent, dictaſſent, ſcripſiſſentue cenſura Eccleſiaſtica ſeueriſſimè coercitis. Ius ſit hoc ampſius quicquid ea de re in tabulas eſſet relatum, id quoad eius facere quiſque poſſet, indè intrà trimeſtre debere, qui non deleſſet, cum potuiſſet, huic illam comminatur pœnam Conſtitutio *dict. Clem. vn.* qui tales leges tuliſſent, dictaſſent, ſcripſiſſentue, ſuſtinent, in eadem eſſe cauſa eos eadem voluit Conſtitutio, qui legibus illis vterentur.

Vndè Edictum publicauit Cardinalis Antonius Barberinus S.R.E. Camerarius his verbis: *La Santità di Noſtro Signore Papa Clemente X. intenta con la ſua paterna carità, e prouidenza al beneficio, e al ſollieuo del publico, e de' priuati dello Stato Eccleſiaſtico penſa partilormente à ſolleuarli dalle graui vſure, che patiſcono per li danari, che preſtano gl'Ebrei, deſiderando la Santità Sua trouar modo di toglier totalmente dette vſure, benche tolerate fin'ora per vrgentiſſime cauſe, e di praticare queſta proibitione con tali prouedimenti, che non naſcano ſconcerti, e che i Chriſtiani poueri nelle loro neceſſità trouino per altra via pronto, e facile quell'aiuto, che ora cercano col prender danarò dagl'Ebrei. Mà perche non ſi è potuto fin'ora eſaminar perfettamente, e determinare i mezzi di prouedere à ciò ſtabilmente, e Sua Beatitudine col ſuo ſommo zelo non hà voluto differire più oltre il cominciare à dar qualche rimedio à queſto male. Però doppo l'hauer fatto fare diligente ſcandaglio di ciò, che poſſa importare il lucro ceſſante, che per lo più ſentono gl'Ebrei ne' capitali, che per preſtargli laſciono d'impiegare in altri traffichi, hà ordinato, che ſi publichi il preſente Editto, che douerà oſſeruarſi in fino à nuouo ordine in contrario.*

Per tanto Noi per comandamento eſpreſſo datoci à bocca da Noſtro Signore, e anche con Chirografo à Noi diretto à 23. del corrente Meſe, e in vigore del noſtro officio, comandiamo, che niuno Ebreo nella Città di Roma, e in tutto lo Stato Eccleſiaſtico ardiſca di far contratti, ò di eſiggere per li danari, che in qualſiuoglia modo preſtarà à ragione d'intereſſe maggiore di 12. per cento, e all'iſteſſa ragione intendiamo, che dal giorno della publicatione del preſente Editto rimongano ridotti gl'intereſſi de' contratti già fatti di prima. ancorche in eſſi ſi fuſſe eſpreſſamente promeſſo intereſſe maggiore, anche con giuramento, e con obligo in forma della R.C.A.

E perche non s'intende d'approuare poſitiuamente tali intereſſi, anche ridotti, come ſi è ordinato di ſopra, mà di laſciarli per ora con ſemplice toleranza, ſi dichiara, che per conſeguirli non ſi darà attione in giudicio in vigore de' contratti, che ſi faranno per l'auuenire, mà ſolo gl'Ebrei potranno agitare per la ſorte principale.

Non potranno gl'Ebrei, etiamdio per qualſiuoglia picciola ſomma nel calcolare gl'intereſſi prender 15. giorni per vn Meſe intiero, nè minor numero de' 15. giorni per vn mezzo Meſe, e ciò s'intenda etiamdio nel primo, & vltimo Meſe del contratto, mà ſi dourà hauer riguardo ſolo al tempo preciſo, che ſarà corſo dal giorno, che ſi ſarà fatto il mutuo fino à quello della reſtitutione.

Si dichiara in oltre, che quando nelle ſcritture publiche, ò priuate ſi dirà, che il danaro ſi dà in forma depoſiti gratis, per amore, ò per mu-

tuo

tuo gratis, ò con altra parola equiualente, non potranno gl' Ebrei pretender, che corra alcun'intereſſe.

Quanto à pegni di coſe rubbate, ancor che fuſſero preſi ignorantemente dagl'Ebrei, vogliamo, che per la reſtitutione di eſſi al vero padrone ſi oſſerui la diſpoſitione della legge commune, à termine della quale riduciamo qualſiuoglia Capitolo à fauor degl'Ebrei ſopra queſto punto.

Gl' Ebrei, che contrauerranno à qualſiuoglia delle coſe ordinate nel preſente Editto, incorreranno nella pena del duplo di quella portion d'intereſſi, che hauranno pattuito, ò riceuuto contra gl' ordini ſopradetti, oltre la reſtitutione da farſi alla parte intereſſata, la qual pena s' applicarà per vn terzo all'accuſatore, e pel reſtante alla Camera Apoſtolica.

Vogliamo, che il preſente Editto ſi oſſerui inuiolabilmente, non oſtante qualſiuoglia Capitolo, Editto, Conſtitutione, ò moto proprio, ò altro in contrario, à quali Sua Santità nel ſuo Chirografo hà eſpreſſamente derogato, ancorche richiedeſſero special mentione, e'l preſente Editto affiſſo in Roma ne' ſoliti luoghi obligarà ciaſcun' Ebreo in Roma doppo otto giorni, e doppo 15. per tutto lo Stato Eccleſiaſtico, etiamdio in quanto alle pene, come ſe foſſe perſonalmente à ciaſchedune intimato. Dato in Camera Apoſtolica à di 24. Decembre 1670.

Ad 2. Affirmatiue, ſequiturque ex dictis in priori quæſtione: Nam poteſt Pontifex crimen vſurarum, quod eſſet tantum toleratum, condonare Iudæis, ſuſcipientibus Chriſtianorum Religionem, ac plenè in integrum reſtituere, ac facere perfectionem, quod iuſtum eſt ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, atque adeò, quod Iudæi Chriſti ſacra capeſcentes poſſint retinere totum id, quod ex hoc capitulo eis obuenire potuiſſet. Eſtque iuſtum, tum fauore fidei, qui maximus eſſe debet, *cap. fin. de conuer. infid. & cap. ſignificaſti de homic.* Tum quia, cum Iudæorum pecunia ſit expoſita negociationi, habeantque ipſi ſemper in promptu occaſiones pecuniam exercendi, & lucrandi, interueniunt requiſita, vt locus ſit lucro ceſſanti, iuxtà doctrinam Caſtrenſis ſuperius relatam.

Quod autem Pontifex poſſit concedere gratiam reſtitutionis in integrum, fingendo ex æquitate non factum, quod eſt factum, conſtat ex *Clem. vn. de Immun. Eccleſ.* ac docent Bald. *in leg. non dubium C. de legib.* Bart. ibi, & communiter DD.

Neque ex hoc fit iniuria ijs, quibus vſuræ eſſent reſtituendæ: Nam ex iuſta, & legitima cauſa non ſunt reſtituendæ in totum: quia gratia Pontificis interuenit ſuper radice; vndè eſſent reſtituendæ, quam cum immutet, operatur, vt non amplius inferat neceſſitatem reſtituendi omnes vſuras, ſed partem illarum tantum.

De erectione Montis Pietatis, an ſit vſurariam &c.?
Vide de Monte Pietatis tom. 4. Conſult. 153.

1. *An aſſertiones iſtæ poſſint licitè ſuſtineri, nimirum, quod liceat mutuanti, etiam pignoribus aſſicurato de credito, aliquid vltrà ſortem exigere, dummodò non repeteret ſortem vſque ad certum tempus?*
2. *Item, quod poſſit vendi res carius, quam valet ob dilationem temporis datam ad ſoluendum pretium credito, ſiuè, vt dicitur à credenza, vt in exorbitanti ſumma, nempè vltrà dimidium iuſti pretij, & cum ſpeciali obligatione rei venditæ, ſine tranſlatione dominij, vſque ad integram ſatisfactionem,*
3. *Et quod poſſit fundari cenſus annuus ſuper bonis ſtabilibus, & fructiferis, ad rationem decem prò centenario, & habere vltrà hanc aſſicurationem, pignus rerum mobilium eiuſdem valoris capitalis?* tom. 8. Conſult. 88.

AD 1. Negatiuè Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 20. dub. 14. num. 127.* aſſerens, non eſſe concedendam huiuſmodi aſſertionem, ſi ex carentia pecuniæ nullum lucrum ceſſat, nullum periculum impendet, nullum incommodum metuitur. Primò quia ſententia hæc videtur noua, nec apud Auctores reperitur, ac proindè in re morali tanti momenti non facilè admittenda. Deindè quia carentia pecuniæ, & obligatio non repetendi ante aliquod tempus eſt quid intrinſecum ratione mutui, alioquin mutuum non differret à precario; Vndè ſi mutuum debet gratis fieri, nihil, prò hac carentia, vel obligatione petendum eſt.

Quinimmò Molina *de iuſt. & iur. diſ. 308.* ait, opinionem hanc, non ſolum eſſe nouam, & inauditam, ſed etiam periculoſam ſatis, & quæ viam aperit vſuris &c. Quod tamen Scripturæ, Concilia definitiones Pontificum, & communis Doctorum ſententia damnat. Eſt igitur eiuſmodi aſſertio periculoſa valdè in fide, vt proindè relata fuerit inter damnatas à Sancto Officio Inquiſit. ſub Alexan. VII. atque adeò cogendus eſt, qui illam aſſerit, ad ſe retractandum, & quoad reſtitutionem ad conſulendum ſuæ conſcientiæ.

Secunda aſſertio eſt deciſa ab Vrbano III. *in cap. conſuluit de vſur.* Quare DD. communiter apud Leſſ. *in d. lib. 2. cap. 21. dub. 6.* docent, quod ſuprà pretium rigoroſum, quo res poterat vendi pecunia numerata, non licet eam vendere ob ſolam dilationem ſolutionis: Quia dilatio ſolutionis eſt implicitum quoddam mutuum. Dum enim creditor differt ſolutionem, perindè facit, ac ſi acceptam à debitore pecuniam eidem mutuet. Atqui prò mutuo nihil licet accipere vltrà ſortem. Ergò nec prò dilatione ſolutionis vltrà iuſtum pretium.

Tertia quoad iuſtum pretium cenſuum ſpectanda eſt conſuetudo locorum; Vndè in Regno

veriuſ·

Digitized by Google

vtriuſque Siciliæ conceſsum eſt primum à Nicolao V. deindè à Gregor. XIII. vt cenſus non excedat decimam partem ſortis, ſeù pretij. Calixtus quoque III. Martinus V. idem approbarunt in cenſibus realibus prò Polonia, & Germania, quandò prò varia temporum conditione talis eſt conſuetudo, vel ęſtimatio, vt patet ex illorum Extrauagante. Et quoad pignus, licet ijdem Calixtus, & Martinus inter alias conditiones cenſus poſuerint, vt certa res immobilis, & fructifera ſolum maneat obligata ſolutioni cenſus, non autem perſona venditoris, aut alia eius bona; quia tamen Pontifices non dicunt, has eſſe neceſſarias, ideò non poteſt hinc ad propoſitam dubitationem reſponderi, ac proindè obſeruat Molina *diſp.* 387. *num.* 8. etiam hodie in locis, in quibus Bulla Pii V. eſt recepta, conſtituto cenſu reali in aliquo prędio, aut prediis determinatis, poſſe adhiberi hypothecam aliorum bonorum, ad hunc ſaltem effectum, quod ſcilicet ſi prędium, in quo cenſus eſt collocatus, euincatur, vel dum eſt in poteſtate venditoris cenſus, vel poſtquam tranſierit ad alium poſſeſſorem venditor ſoluat intereſſe, hoc eſt, valorem cenſus, & intereſſe lucri ceſſantis, & damna ſequuta, vt per Nauar. *in com. cap.* 114. *quæſt.* 3. *num.* 77. Quò ſtante reſoluendum cenſeo, quod loco talis hypotecę accipi poteſt fideiuſſio, atque adeò pignus; ſiquidem fideiuſſores, & pignora ęquiparantur *l.* 4. *§. quid eſt idoneè ff. de fideiuſſ. lib.* 11. *l. promiſſor ff. de conſt. pec.*

An adſit labes vſurę ex perceptione fructuum cuiuſdam Legati, vt in caſu poſito? Vide de Legat. Pijs tomo 10. Conſul. 46. Sum. num. 2.

DE XENODOCHIIS. Vide de Hoſpitalibus.

DE ZINGARIS. Vide de Cingaris.

FINIS.

IN-

INDEX TRACTATVVM

E T

MATERIARVM

SECVNDAE PARTIS.

LEgatum Pium. pag. 3.
Libellus famoſus. 14.
Ludi Magiſter. 14.
Ludi obſcæni. 14.
Ludus. 14.

M

MAgiſtri literarum. Vide Ludimagiſtri.
Mancipium. 14.
Martyrium. 14.
Matrimonium. 15.
Metropolitanus. Vide Archiepiſcopus.
Miles. Vide Equites.
Miſſæ Sacrificium. 43.
Miſſionarij. 60.
Monetæ, & Monetarij. 66.
Moniales. 66.
Mons Pietatis. 118.

N

NEgotij illiciti. 122.
Nuncius Apoſtolicus. 125.

O

OBlationes Eccleſiaſticæ. 130.
S. Officium Inquiſitionis. 131.
Oratorium priuatum. 163.
Ordo, & Ordinatio. 169.

P

PArochus, & Parochia. 192.
Patrimonium Clerici. 220.
Patronorum electio. 222.
Pauperes, & Mendici. 222.
Penſiones Eccleſiaſticæ, & Penſionarij. 223.
Periurium. Vide Iuramentum.
Peſtis tempus. 224.
Piſcatio, & Venatio. 226.
Præcedentia, & Præeminentia. 226.
Præceptum Paſchale. 258.
Prædicator. Vide Concionator.
Presbyterorum filij. 260.
Proceſſiones. 264.
Prothonotarij Apoſtolici. 274.

Q

QVæſtuatio. 275.

R

REcuſatio Epiſcopi. 275.
Recuſatio Regularium. 275.
Regulares. 276.
Reſidentia. 349.
Ritus. 358.

S.

SAcramentor. Adminiſtratio. 376.
Saluus Conductus. 379.
Scolaſtria. 381.
Scriptura Canonica. 381.
Seminarium. 382.
Sepulturæ electio. 389.
Sigillum Confeſſionis. 398.

Si-

Simonia. 399.
Synodus. 402.
Suffraganeus. 407.

T

TAxa Cancellar. Epiſcopalis. 408.
Teſtamentum. 409.
Teſtis. 409.
Tribunal Epiſcopi. 410.
Turcæ. 410.

V

VEnatio. Vide Piſcatio.
Vicarius Generalis. 411.
Vicarius Capitularis. ibid.
Vicarius Curatus. Vide Parochus.
Vicarius Regularium. Vide Regulares.
Viſitatio. 425.
Viſitationis forma, ſeù adumbratio in genere. 439.
Viſitationem antecedentia. 441.
Viſitatio actualis. 442.
Viſitatio Regularium. 447.
Viſitatio Monialium. 448.
Viſitatio Hoſpitalium. 449.
Viſitatio Apoſtolica. 455.
Viſitator Apoſtolicus. 459.
Vſuræ. 459.

X

XEnodochia. Vide Hoſpitalia.

Z

ZIngari. Vide Cingari.

INDEX TITVLORVM ET CONSVLTATIONVM,

Quæ ſub ipſis continentur.

SECVNDAE PARTIS.

DE LEGATIS PIIS.

EX his verbis codicillaribus pij Teſtatoris: *Corpus ſuum tradi voluit ſepulturæ in Eccleſia Sancti Hermetis, cuius Canonicis reliquit agros Mermillianos, quorum prouentus diuidi voluit inter ipſos; itâ tamen, quod prouentus primi anni in reparationem, & ſalcimentum dictæ Eccleſiæ, ac paramentorum, aliorumque vtenſilium emptionem, non tamen ornamentorum, expendantur.* Quæritur:

An huiuſmodi verba intelligantur prò vnica vice, vel in perpetuum, ſiuè diſcretiuè de primo anno ſingulorum Canonicorum prò tempore? Vbi: An ſit ſimonia exigere à prouiſis aliquam ſummam ad vſus pios? pag. 3.

An hęres cogi poſſit, vt celebrentur Miſſæ à Teſtatore relictæ in Eccleſijs ab eo deſignatis? 4.

An debeatur Menſæ Epiſcopali portio conſueta ex quodam legato donato Sacrario Cathedralis, vt in caſu poſito? ibid.

An Fratres Minores Obſeruantiæ ſint capaces legati ſiuè in perpetuum, ſiuè ad longum tempus prò celebratione Miſſarum? Et quid de legato fiduciario, ſiuè confidentiali? ibid.

An impubes maior factus poſſit variare Eccleſiam à Tutore deſignatam prò celebratione Miſſarum? 5.

Quo pacto celebratio Miſſarum in iudicio probari poſſit, etiam apud Tribunal Reuer. Fabricæ? ibid.

An ſint validę acceptationes perpetuæ Miſſarum, factæ ſine licentia Superiorum? ibid.

An acceptatio legatorum prò certo numero Miſſarum annualium, ad quarum celebrationem fructus relicti non ſufficiunt, & nomine Fabricæ S. Petri interpellantur legatarii, an velint illa legata acceptare, & ipſi reſpondent, ſe velle acceptare animo obtinendi reductionem, ſit de iure admittenda? 6.

An ſubſidium dotis legatum prò maritandis honeſtis puellis cum reſtitutione dotis, in caſu, ad p oles non exiſtat, poſſit dari Virginibus quo profeſſionem regularem admittendis? ibidem.

An reductio Miſſarum ex legato, cum expreſſa obligatione, & ſubſtitutione, obtenta à Sacra Congregatione Conc. ſine expreſſione dictæ obligationis, & ſubſtitutionis, ſit valida, itâ vt Fabrica S. Petri in ea ſe ingerere non poſſit? Ec

An huiuſmodi reductio commiſſa Epiſcopo, poſſit fieri ab eius Vicario? ibid.

An electio præſtationis legati ſpectet ad Epiſcopum, an verò ad Vicarium Apoſtolicum miſſum ad ipſius Diœceſim, quandò eſt relictum legatum ad electionem Epiſcopi, vt in caſu poſito? 7.

De legatis à pia muliere ex Parochia S. Dorotheę relictis Eccleſiæ S. Caroli ad quatuor fontes de Vrbe, in qua ſepulturam ſibi elegit, vt in caſu poſito, deberi Canonicam portionem Parocho dictæ Eccleſiæ S. Dorotheæ, certi omninò iuris eſt? ibid.

An licitum ſit Epiſcopis, eorumque Officiali-

bus

bus ex Conſtitutione Synodali percipere ſalaria prò executione legatorum, videlicet prò indicatione, & decreto? 8.

An dictis Officialibus licitum ſit percipere ſalaria prò ſententiis in cauſis criminalibus, beneficialibus, & Matrimonialibus, & an circà hoc ſit attendenda conſuetudo percipiendi certam ratam? ibid.

An Adminiſtratores operum piorum à fundatore deputati, poſſint ab Epiſcopis, vel eorum Viſitatoribus contrà ordinata à fundatoribus remoueri, & mutari? ibid.

An ſupradicti Adminiſtratores in fundatione deputati, poſſint abſentes compelli ad exhibenbendum libroa adminiſtrationis, vbi reſident Epiſcopi? ibid.

An Epiſcopis, eorumque Miniſtris, ac Viſitatoribus liceat exigere pęnas in viſitatione antecedenti comminatas, ob non executionem decretorum, tunc factorum, eoſque ſibi ipſis, vel Epiſcopis applicare? ibid.

Legatum orandi in Miſſis prò anima teſtatoris, an ſpectet ad Præsbyteros, vel ad fabricam Eccleſiæ, cui authoritate Apoſtolica ſunt applicanda omnia legata pia, non habentia onus Miſſarum? 10.

An legatum relictum prò reſidentia Capellani in Choro, poſſit commutari in celebrationem Miſſarum? ibid.

An Monialis poſſit facere renunciationem legati ſibi relicti, reſeruata ſibi parte illius, ſua vita durante, & ſub conditione, quod nihil Monaſterio acquiratur? ibid.

An Officiales, qui gaudent priuilegio fori S.Officij ſint exempti à Tribunali Reuerendę Fabricę S.Petri prò executione legatorum piorum, vel ſaltem recurrendum ſit ad Inquiſitorem, vt ſubſcribat primam citationem dùtaxat, quemadmodum in Tribunali dicti S. Officii cum alijs exemptis obſeruatur? 11.

An credendum ſit Confeſſario Cardinalis, ac Scriptori Codicilli ab ipſo Cardinali facti, teſtanti, quod per dictum Codicillum, in quo expreſsè reuocantur legata in pecunia, non intenderit Cardinalis reuocare legata in pecuniam, ſeù familiæ relicta in teſtamento? ibidem.

An hæres grauatus, vt quotannis celębrari curet anniuerſarium, liberetur ab hoc onere, ſi Eccleſia legataria huiuſmodi onus in ſe aſſumat, ſoluta per hæredem iuſta quantitate pecuniæ, qua perpetuum cenſum conſtituit ſuper domo incendio conſumpta, vel ſuper alio fundo deperdito? 12.

An fructus, qui ex multiplico legato debent quolibet anno diſtribui deſcendentibus maſculis nobilis teſtatoris, ſi illis indiguerint, ſint etiam diſtribuendi Regularibus, præſertim Religionis incapacis poſſidendi, deſcendentibus ab eodem teſtatore? ibid.

Pius teſtator reliquit dotes prò puella paupere ſua nobilis familia, habitum regularem ſuſcipere, vel Matrimonium contrahere volente, & declarauit, pauperem eſſe illam, cuius parentum bona valorem aureorum duo millia non excedunt. Quæritur:

An manutenendi ſint in quaſi poſſeſſione conſequendi huiuſmodi dotem eius deſcendentes, qui plures habent filias, & paulò amplius, quam dictam pecuniarum ſummam poſſident? Vbi quid attendendum in probanda paupertate? Et quis verè dicendus ſit pauper? 13.

An ex ſumma conuenta, vt in caſu poſito, teneantur Moniales primò vocatæ ad legatum, ſubire onus aliquod hæreditatis? ibid.

De quodam legato relicto prò monachandis puellis, ſub aliquibus conditionibus, vt in caſu poſito? ibid.

De quodam legato Capellaniæ relicto proximiori, vt in caſu poſito? ibid.

Pius teſtator in hunc modum diſpoſuit: Lego Patribus Religionis A. ex mea hæreditate ſcuta 20000. vt Monaſterium in meis ędibus conſtruant, dummodò tamen intrà annum legatum acceptent, locumque accipiant, alioquin eis ſubſtituo Patres Religionis B. Quæritur:

An, & quatenus in hoc caſu factus ſit locus ſubſtitutioni? 14.

An dictis Patribus, donec eis non ſoluantur dicta ſcuta 20000. debeantur aliqui fructus ſine labe vſurarum? ibid.

An exequutor deputatus ad diſtribuendum pauperibus eleemoſynam, dotem puellis, aliaue, teneatur exquirere pauperiores? ibid.

An, & quatenus Monachi, ſiuè Regulares poſſint aſſumi ad adminiſtrationem piorum legatorum? Quid de adminiſtratione beneficiorum? Quandò cenſeatur legatum pium, & quandò beneficium? ibid.

DE LIBELLIS FAMOSIS. Vide de Confraternitatibus? tom.4.Conſult.118.

DE LVDI MAGISTRIS. Vide de Immunitate tom.3.Conſult.5.

DE LVDIS OBSCOENIS. Vide de Comędiis.

DE MAGISTRIS LITTERARVM? Vide de Ludi Magiſtris.

DE MANCIPIIS. Vide de Chriſtiana Religione tom.5. Conſult. 65. vnic.

DE MARTYRIO. Vide de Canonizatione to.4. Conſult.72 & tom.9.Conſult.101. ac de Hæreſi tom.7. Conſult.57.

Digitized by Google

DE MATRIMONIO.

AN, & quatenus repetiatur decretum ſuper cohabitatione triennali ; ad effectum diſſoluendi Matrimonium ? 15.

An crimen polygamiæ ſpectet ad forum Eccleſiaſticum, ſiue ad S.Officium priuatiuè quoad Iudices Eccleſiaſticos ? ibid.

An, & quomodò ſit concedenda diſpenſatio ſuper Matrimonio rato, vt in caſu poſitò? Vbi de poteſtate Pontificis diſpenſandi authoritate Ordinaria in Matrimonio rato, & non conſumato. De cauſis diſpenſationis, & de forma illam concedendi. ibid.

An irritationes Matrimonii à Metropolita factæ, vt in caſu poſito, ſuſtineri poſſint in foro externo ? 18.

An ſaltem in foro conſcientiæ ? ibid.

An poſſint ſaltem tolerari per Pontificem ? ibidem.

Qua pœna puniri poſſint Parochi, qui Matrimonia celebrant temporibus prohibitis ab Eccleſia ? 20

An benedictio contrahentium Matrimonia poſſit à Parochis fieri extrà Eccleſiam, ſeù potius ſit præcisè facienda in Eccleſia ? ibid.

An Abbas Nullius poſſit examinare teſtes prò ſtatu probando ſuorum ſubditorum Matrimonia contrahere volentium ? ibid.

An per affinitatem ſuperuenientem ex illicita copula diſſoluantur ſponſalia de futuro contracta? ibid.

An Matrimonia coram Sacerdote Hoſpitalis celebranda ſint, & non coram Rectore Eccleſiæ Parochialis, intrà cuius limites d. Hoſpitale exiſtit, vt in caſu poſito ? ibid.

An ſecularis, qui indutus ſuperpelliceo intereſt celebrationi Matrimonij, vti Parochus, puniendus ſit in S.Officio? ibid.

Aliqua de diſpenſatione Matrimonij ibid.

De quodam Matrimonio ab Epiſcopo diſpenſato. ibid.

An à decreto Epiſcopi, quod celebretur Matrimonium, poſſit appellari ad Metropolitanum? ibidem.

An cum hæreſim abiurantibus diſpenſari poſſit à Sum.Pontifice in radice Matrimonij, iam ante abiurationem contracti cum impedimento ſecundi gradus? ibid.

An Iudex poſſit tuta conſcientia impedire, nè Matrimonia contrahantur à viro cum muliere longè imparis conditionis, & infamia notabili laborante, &c. ? 21.

Vtrum in diſpenſatione gradus affinitatis comprehendatur etiam diſpenſatio publicæ honeſtatis ? 22.

An intret impedimentum affinitatis in tertio, vel quarto gradu ex ſola figura Matrimonii, quamuis inualidi ? ibid.

Item, an inſurgat impedimentum publicæ honeſtatis à Matrimonio ſolemnizato in facie Eccleſiæ, licet irrito ? ibid.

An permitti debeant Matrimonia mulierum Catholicarum cum viris ſchiſmaticis ? ibid.

An, abſente Parocho Catholico, Presbyteri ſchiſmatici poſſint baptizare filios Catholicorum? ibidem.

Aliqua dubia de Matrimonio inter Catholicos, & Turcas. 23.

An, pendente controuerſia inter virum, & vxorem ſuper ſęuitia, eſto, quod vxor ſequeſtranda ſit, amoueri poſſit è domo fraterna, & in quo loco ſit collocanda ? ibid.

An Matrimonium, maximè exterorum, præſentibus, ſed contradicentibus Parocho, teſtibus, & parentibus viri, vel mulieris contractum, ſit validum? Et quid prohibente Epiſcopo? Qua pœna puniendi, &c.? ibid.

An Summus Pontifex decreto ſuo poſſit inhabilitatem inducere contrahendi Matrimonium cum conſanguineis vſque ad ſeptimum gradum incluſiuè, quorum maiores Iudaici, vel Mahumetani ſanguinis labe fuerint infecti ? 24.

An in Matrimoniis Catholicorum cum hæreticis, cum quibus immixti viuunt, poſſint Parochi aſſiſtere ritu Catholico ad impediendam fornicationem, dum ritu hæretico coniugati eodem tecto, ac lecto, tanquam legitimè coniuncti, vtuntur? ibid.

An tolerari poſſit, quod mariti, aut vxores in captiuitate exiſtentes per aliquod tempus apud Turcas, ſi nihil de vita, aut morte Coniugum audiuerint, ad ſecundas tranſeant nuptias ex eo, quod timeatur prædictos apoſtatare, & ad effectum prædictum recurrere ad Miniſtros? Si verò aliquid ſciuerint certi de vita Coniugis captiui, illicò recedere debeant à ſecundis nuptiis ſub aliqua pœna pecuniaria? Vbi de diſſolutione Matrimonii infidelium ad fidem conuerſorum 25.

Multa de Matrimonio Turcarum cum Chriſtianis. 26.

An ex ſponſalibus validè per verba de futuro contractis, & poſteà mutuo conſenſu diſſolutis, oriatur impedimentum publicæ honeſtatis? ibid.

An liceat Regularibus mulieres poſt partum admittere in ſuis Eccleſiis ? 27.

An Matrimonium celebratũ coram alieno Parocho de licentia proprii Ordinarij dolo extorta cum errore nominis, & perſonæ vnius ex contrahentibus, ſit validum? ibid.

An Matrimonium contractum coram Parocho, ſeù Ordinario loci originis vnius ex contrahentibus, ad quem contrahentes ſe tranſtule-

runt, non animo ibi domicilium contrahendi ſed recuperandæ ſanitatis gratia, &c. ſit validum? Et an coram Parocho ruris, ad quod quis ſe transfert recreationis cauſa, &c. poſſit validè Matrimonium celebrari? Vbi etiam aliqua de Parocho quoad Matrimonia Schiſmaticorum, & hæreticorum, 28.

An, qui vim non infert, ſed precibus puellam extrahit è domo parentum, ijs inuitis, vt in vxorem ducat, dicatur raptum committere, itaut Matrimonium ſit inualidum? 30.

An Matrimonium celebratum coram Parucho cum titulo colorato ſit validum? 31.

De facultatibus conceſſis Miſſionarijs in regionibus Chinę, Turchinæ, Cocinnæ, &c. ſuper diſpenſatione Matrimonii, ibid.

De Matrimonio celebrato à Regulari, qui falsò annullauit profeſſionem, vt in caſu poſito, ibidem.

An de erroribus falſitatis, vel huiuſmodi, qui committuntur in examine teſtium prò ſtatu libero contrahere Matrimonium volentium, examinatorum coram Camerario Cleri, vel alio ad id deputato, teneatur Notarius, qui ſcribit, an Camerarius, vel Deputatus, qui aſſiſtit, an vterque? ibid.

An cognitio teſtium, qui examinantur, pertineat ad ſolum Notarium, & omittens Notarius clauſulam *mihi cognitus*, vel ſaltem cognitus ab alia perſona ipſi Notario cognita, qua pęna puniri poſſit, iuxtà diſpoſitionem iuris communis, præter pęnam arbitrariam impoſitam in Inſtructione S. Officii? ibid.

An fides, aliaque documenta, quæ producuntur prò ſtatu libero probando, nempè obitus alterius Coniugis defuncti, atteſtationes Ordinariorum ſuper ſtatu libero &c. examinari debeant à ſolo Notario, an etiam à Camerario Cleri, vel alio Deputato; Cumque ſint ex ſigno viſibili falſa, quiſnam ſit cenſendus reus, & qua pęna puniendus? ibid.

An dictæ fides, quæ mittuntur ex partibus, ſint recognoſcendæ à teſtibus, licet ſint legalitate munitę, & ad quemnam ſpectet facerę hanc recognitionem? ibid.

Si teſtes, qui aſſeruntur à Notario recognouiſſe huiuſmodi fides, & atteſtationes, negent recognouiſſe, cuinam credendum ſit? Num Notario, an teſtibus, maximè ſi teſtes ſint perſonæ ciuiles, & qua pęna puniendus ſit Notarius, vel teſtis? ibid.

An decreto Concilii Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 10. *de refor. Matrim.* prohibeatur ſub peccato mortali Sponſæ traductio ſolemnis, an etiam non ſolemnis ad domum Sponſi, & carnalis copula? 32.

An ſit diſpenſandum in Matrimonio contracto per verba de præſenti per Procuratores, non conſumato ob aliquas cauſas, vt in caſu poſito, & poſſint Sponſi manere in priſtino ſtatu libero? 33.

An, & quatenus diſpenſationes Matrimoniales extrà Curiam Epiſcopo committendæ, & ab eo examinandæ? ibid.

Quando impedimentum Matrimonii dicitur occultum? ibid.

An, & quatenus puella amoueri poſſit à Monaſterio, in quo Auus paternus mandauit educari? Vbi de libertate ſponſalia, vel Matrimonium contrahendi? ibid.

An præcepta de gradibus cognationis, & affinitatis ſint iuris naturalis, in quo Eccleſia diſpenſare nequeat? Vbi cuius ſit in Matrimonij impedimentis diſpenſare, ac de cauſis diſpenſandi? 34.

De vagorum Matrimonio quoad ſtatum liberum, ibid.

Aliqua de Matrimonio vide de Hæreſi. ibid.

An concordia, ſiuè pactio inter hæreticos circà Matrimonium, vt in caſu poſito, ſit valida? ibidem.

An vxor ſit compellenda, licet hæretica Caluiniſta ad cohabitandum cum ſuo viro Catholico, & ad præſtandum ei debita obſequia Matrimonij, &c.? ibid.

Quibus medijs iuridicis, ſiuè prudentialibus, poſſit, ac debeat ad id compelli? ibid.

An ſit concedenda facultas diſpenſandi ſuper impedimentis Matrimoniorum in ſecundo, & ab altero tertio affinitatis gradu, coram Turcarum Iudice contractorum, quæ Epiſcopi illatum partium nullatenus ſoluere poſſunt? 35.

Dubia octo circà Matrimonium, Baptiſmum, &c. inter Catholicos, & Turcas, Schiſmaticos, &c. Vide de Sacram. adminiſtratione? ibidem.

An Metropolitanus poſſit recipere appellationē, ac procedere ad confirmationem, vel annullationem primæ ſententiæ pro, vel contrà hæreticum in caſu, quo Epiſcopus nulla declarauerit ſponſalia, & condemnauerit partem ad ſe componendum pęna pecuniaria eroganda mulieri defloratæ, & prò eleemoſyna propter ſcandalum? ibid.

An ſit validum Matrimonium contractum inter Catholicos coram Parocho Græco Schiſmatico, & more Schiſmaticorum, præſentibus dumtaxat Muſicis canentibus in honorem Matrimonii, more eorum, non autem teſtibus particularibus adhibitis, ad formam Concil. deficientibus ibidem Parochis Catholicis expulſis? ibid.

De Eunuchis quoad Matrimonium. *ibid.*

De impedimento publicæ honeſtatis aliquæ obſeruationes. 36.

An tolerandæ ſint Mulieres nuptæ, quę publicè meretricio more proſtituuntur omnibus, in maximum Sacramenti Matrimonii opprobrium? 37.

Et quatenus negatiuè, quo ſalubriori, ac faciliori remedio prouideri poſſit? ibid.

De Cognatione Spirituali. Vide de Cognat. ibidem.

An

Digitized by Google

An valeat Matrimonium contractum coram Parocho prima tantum tonſura initiato, & intrà annum ad Sacerdotium non promoto? ibid.

An Matrimonium irritè propter impedimentum dirimens bona fide contractum, cum diſpenſatione Ordinarij, facultatem non habentis, ſi per Summum Pontificem conualidatur, debeat iterum coram Parocho, & teſtibus contrahi, vel ſufficiat nouus conſenſus, abſque Parocho, & teſtibus? ibid.

Quas pęnas incurrat, qui poſt Matrimonium contractum ad Sacros Ordines promouetur in Eccleſia Latina? Quid in Eccleſia Græca? 38.

De polygamia, & eius abſolutione, vt in caſu poſito. ibid.

An ex conuerſione Iudæi, ad fidem Chriſtianam, inſcia vxore, Matrimonium intelligatur ſolutum quoad vinculum? Quid de profeſſione Regulari ab eo emiſſa? An deinceps poſſit cohabitare cum vxore? Quas pænas incurrat? ibidem.

An expediat ad declarationem Inſtructionis ſuper celebratione Matrimoniorum decernere, quod Epiſcopi, qui habent amplas Diœceſes, teneantur deputare Parochum, ſeù Vicarium foraneum prò Diœceſanis, habitantibus vltrà duas dietas à Curia Epiſcopali, & Matrimonium contrahere volentibus, ad hoc, vt ij coram ſuo Parocho, aut Vicario foraneo ſuum ſtatum liberum probare valeant, abſque maiori diſpendio accedendi ad Curiam Epiſcopalem prò eodem effectu? ibid.

An Matrimonia Gręcorum, ſi contrahant poſt ſuſceptos Sacros Ordines, ſiuè prima ſint, ſiuè ſecunda, ſint valida? 39.

De Iudæo conuerſo quoad Matrimonium, & repudium. 40.

An familiaris conuerſatio, ac litium extinctio ſint cauſę ſufficientes ad diſpenſandum in primo, & ſecundo affinitatis gradu? ibid.

Quid Paſtores Catholici agere debeant cum Coniugatis altero conuerſo, altero hæretico, vt in caſu poſito? An Coniugem bonę voluntatis ad vſum Sacramentorum poſſint admittere? ibidem.

An concedenda ſit facultas diſpenſandi in Matrimonio rato, & non conſumato, ad hoc, vt primi Coniuges poſſint ad ſecunda tranſire vota, ſi periculoſa, & impacata prævideatur cohabitatio futura, ſeù lapſus in hæreſim? ibidem.

An concedi poſſit, ac debeat diſpenſatio coniunctis in primo gradu affinitatis, in ſecundo conſanguinitatis, & in tertio pariter conſanguinitatis, & compaternitatis? ibid.

Cuius ſit in impedimentis Matrimonii diſpenſare? ibid.

An vir propria authoritate, vt in caſu poſito Adulterii, poſſit, etiam nolente vxore diuortium celebrare? Et quatenus affirmatiuè? An diſpenſandus, vt poſſit Sacros Ordines ſuſcipere? An Eminentiſſimus Protector poſſit ei ad hunc effectum dimiſſoriales concedere? ibidem.

An vxor, conſentiente viro, Conſeruatorium nullius Clauſurę legibus obnoxium ingreſſa, aſſerta, vt prætertur, ſimplici caſtitatis voto, poſt conſumatum Matrimonium, priuatim ab ea, vt dicitur, emiſſo, ac diuortio de vtriuſque conſenſu, ex decreto Ordinarii ſequuto, nullatenus obſtantibus, viro ſuo id enixè ob incontinentiam flagitanti, & de animæ iactura vſque ad lacrimas conquerenti, ſit reſtituenda, ſaltem ex Iudicis officio, vel potius in Conſeruatorio retinenda? ibid.

An Parochus, qui reluctans, diſſentiens, & contradicens, ſolaque præſentia intereſt celebrationi Matrimonij coram teſtibus contracti, nullo pacto illud authorizans, pęnam aliquam incurrat? 41.

An Matrimonium contractum ſub conditione, ſi Sponſa ſit diues, & non conſumatum, vt in caſu poſito, ſit validum? 42.

An vxor, quæ obtinuit ab Ordinario ſuo ſententiam ſeparationis thori, ac reſtitutionis ſuæ dotis ob adulterium ſui viri, qui dictam ſententiam accepit, poſſit ingredi Monaſterium Monialium, & in eo profeſſionem emittere, abſque eo, quod eius vir aſſumat alium ſtatum?

DE METROPOLITANO. Vide de Archiepiſcopo.

DE MILITIBVS. Vide de Equitibus.

DE MISSAE SACRIFICIO.

An ex eo, quod Ordinatio Miniſtrorum Eccleſiæ ſit inter Miſſarum ſolemnia, dicatur Miſſa ſolemnis, itàut in ea omittenda ſit commemoratio ſimplex? 43.

An, & quandò Capellani poſſint, celebrando in Altari, iuxtà formam præſcriptam à fundatore, applicare ad ſuum libitum Miſſæ ſacrificium, & prò illo eleemoſynam percipere, vel teneatur celebrare prò anima fundatoris? ibidem.

An, & quomodò prò Miſſis manualibus celebrandis in Eccleſijs inſignibus, capſulæ retineri poſſint? Et quandò ſint reducibiles? 44.

